37
38 B
16

MAG 4527

Digitized by Google

JURISPRUDENTIA
ECCLESIASTICA
UNIVERSA.

JURISPRUDENTIÆ
ECCLESIASTICÆ UNIVERSÆ
LIBRI IX.
TOMUS PRIMUS

COMPLECTENS

JUS PONTIFICIUM CATHOLICORUM.

Nove, non nova. Vincent. Lirinenſ. in Common.



VENETIIS MDCCLXXXVII.

TYPIS SIMONIS OCCHI.

SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

TYPOGRAPHUS ECCLESIASTICÆ JURISPRUDENTIÆ CULTORIBUS

NIHIL eſt, quod rei litterariæ incremento plura unquam attulerit impedimenta, longioreſque moras injecerit, quam partium ſtudium, factionumque diſſidium. Si Philoſophi nullis ſectarum præjudiciis occupati ſua illa acerrima ſtudia, illamque in ſuis ſententiis, quales eæ cumque eſſent, defendendis tam invictam conſtantiam ad unius veritatis inveſtigationem attuliſſent, ſi Theologi omni partium ſtudio remoto, Scholarum, & Magiſtrorum amore, & odio vacui, prono in Fidei obſequium animo unam Chriſti doctrinam in oculis ſemper tuliſſent, & Philoſophicæ & Theologicæ artes pomeria ſua longius, latiuſque protendiſſent, atque feliciore curſu ad veram ſapientiæ laudem graſſatæ eſſent.

Sed ſi vere id dicitur de iis ſcientiis, quæ in ſola rerum contemplatione verſantur, quanto verius dicendum id erit de iis diſciplinis, quibus non ſolum Intellectus, ſed etiam Voluntas, non notiones tantum, ſed etiam actiones noſtræ reguntur, cujuſmodi ſunt Morum ſcientia, & Legum prudentia. In his enim partium ſtudium propriæ etiam utilitatis, quæ flectere ſolet omnia fere humana ingenia, invitamento irritatur, & quadam veluti cote acuitur.

Unam hic Juris Canonici ſcientiam memorabo, quæ poſt mille, & octingentos annos latet adhuc craſſis occultata, & circumfuſa tenebris; tantumque abeſt, ut illius cultores luminibus eam illuſtraverint, ut quinimmo plurimam illi noctem offuderint, totamque ſpiſſiore caligine infuſcarint. Id certe non aliunde ortum eſt, niſi quod Canoniſtæ in ſectas, factioneſque diviſi ſibi ſuæque ſectæ ſervire maluerint, quam Religioni, & Veritati. Quin & ſacras litteras, Eccleſiæque Traditiones volentes nolenteſque ad ſuam unuſquiſque ſectam rapere, & ad ſuum nutum loqui, in ſuamque ſententiam deſcendere cogere non erubuerunt.

Neque vero hæ Canoniſtarum ſectæ verbis, rebuſve levioribus, ſed univerſa re, & tota ſententia inter ſe diſſentiunt. Poſt decem & octo ſæcula adhuc certant, quinam in rebus ſacris ſupremi ſint Judices, atque Legumlatores. Si *Eccleſiam* dicis, litem lite reſolvis; nam quid ſibi velit (late enim patet) hoc *Eccleſiæ* nomen, adhuc ſub Judice lis eſt.

Eſſet ſane, cur nobis maxime gratularemur, ſi quemadmodum ex lapidum conflictu ac tritu ignem elici videmus, ita ex harum ſectarum inter ſe pugnantium conflictionibus veritatis lucem emicare contueremur. Verum cum poſt tam longam ſæculorum ſeriem lites nondum compoſitæ ſint, hic ſane locus multum affert dubitationis, quin in ulla harum ſectarum varietate veritas ſublateat, & in alia omnia non ſit eundum. Omnium inſtar nobis ſit ea diſputatio, quæ non ita pridem Theologorum, & Canoniſtarum ſcholas occupavit, omneſque clamoribus, turbis, ac ſeditionibus opplevit, *num videlicet Reſpublica eccleſiaſtica ad Monarchiæ, an ad Ariſtocratiæ, an ad Democratiæ leges divinitus fuerit inſtituta;* quaſi vero opus fuiſſet, ut Dei Filius Eccleſiæ ſuæ formam ab hominibus mutuaretur, aut quaſi nulla alia regiminis ratio excogitari ne divina quidem mente potuiſſet, quæ ab harum noſtrarum ſimilitudine non duceretur. Si igitur palam fiat, eam in Eccleſia regiminis rationem divinitus eſſe inſtitutam, quæ nec Monarchica, nec Ariſtocratica, nec Democratica, nec ulla earum, quas homines ſibi finxerunt mancas jam, ac nulla ex parte perfectas, nonne omnis hæc diſputatio inaniſſima erit, ac ſtultitiæ impudentiæque pleniſſima? Hoc porro eſt illud ſaxum, quod volvitur in hoc Opere, quod Nos rerum Eccleſiaſticarum ſtudioſis ſumus exhibituri, in quo Auctor eam Eccleſiaſticæ Reipublicæ formam tibi ſiſtit, quæ cæterarum omnium, quæ ſub Sole ſunt, Rerumpublicarum diſſimillima, quæ cum nulla alia humani regiminis forma comparari poteſt, quæ ſolius Eccleſiæ propria eſt, quæ a Divino profecta conſilio, atque a Dei Filio Cœlitus ad nos delata fuit, rectiſſime proinde appellata *Chriſtocratia*; quam Auctor noſter non ex Canoniſtarum libris, non ex Decretaliſtarum commentariolis, non ex Theologorum ſcholis, non ex Hiſtoricorum officinis hauſit, (hoſce enim omnes tum veteres, tum juniores partium ſtudio abreptos, ſpe, præmio, largitione illectos ad ſcribendum acceſſiſſe noto notius eſt) ſed ex ſacrarum litterarum fontibus, ex Apoſtolicorum temporum monumentis, ex vetuſtiſſimorum Patrum Scriptis expreſſit.

Hoc Eccleſiaſtici regiminis ſiſtema, cui *Chriſtocratico* nomen, non novum illud

illud quidem, ſed quod novum quibuſdam fortaſſe videri poterit, nova certe methodo, nova materiarum diſtributione, novo rerum ordine evolvitur, & explanatur. Quemadmodum Eccleſiaſtica Hierarchia, uti Clemens Alexandrinus, & Gregorius Magnus monent, ad Cœleſtis Hierarchiæ imaginem efficta eſt, ita Eccleſiaſticorum Hierarcharum deſcriptio ex Cœleſtium Hierarcharum deſcriptione petenda fuit. Eccleſiaſtica igitur Reſpublica non ſecus ac Cœleſtis Hierarchia e tribus conſtat Ordinibus. Primum ordinem ducit Summus Pontifex, alterum Epiſcopus, tertium Parochus. Ac veluti in Hierarchia Cœleſti ſinguli ordines in tres Angelorum choros dividuntur, ita & in Eccleſiaſtica Hierarchia ſinguli Ordines, quin tamen Eccleſia *Una* eſſe deſinat, in tres Hierarcharum claſſes ſubſecantur. Summum principis ordinis locum tenet Romana Eccleſia, huic proximum Patriarchales, tertium Metropolitanæ. Secundi ordinis primas ſibi vendicant Diœceſani, ſubeunt Canonici, ſuccedunt Clerici Minores. In primo tertii ordinis loco locantur Curiones, in altero ſedent Monachi, in ultimo tandem Laici conſiſtunt. De ſingulis hoc eodem ordine agit Auctor noſter, ita tamen ut ſingulæ Juris Canonici materiæ in hoc Hierarcharum Concilio ſuam ſedem inveniant, nullaque ſit, quæ foras extrudatur. Ecce igitur tibi, Amice Lector, Jus Eccleſiaſticum univerſum tribus diſtinctum partibus, ſingulaſque partes tribus interpunctas libris, e quibus omnibus novem conflantur Volumina. I. Jus Pontificium. II. Jus Patriarchicum. III. Jus Metropoliticum. IV. Jus Epiſcopale. V. Jus Canonicale. VI. Jus Diaconale. VII. Jus Parochiale. VIII. Jus Monachale. IX. Jus Laicale.

Cum vero in hoc Opere ſingularum rerum Eccleſiaſticarum quæ ſedes ſunt ac fundamenta tantum tradantur, cumque ad Juriſprudentiæ laudem contendenti non ſolum intima ſingulorum Canonum, ac legum principia cognoſcenda ſint, ſed etiam ea tenenda, quæ populorum moribus recepta fuere, & in quotidiano Eccleſiarum uſu collocata, hæc omnia, quoniam ab aliis ſollicite, & curioſe exquiſita fuerunt, ne actum agere, neve alienam operam pro noſtra venditare videremur, ſcripta jam exſcripſimus, & in ſubjectas Annotationes, ac Commentarios rejecimus, in quibus nova, & vetus Eccleſiæ diſciplina ex ſelectis Auctoribus excerpta legentium oculis obverſatur.

In hiſce vero Auctoribus ſeligendis, eorumque dictis excerpendis Eclecticorum morem ſecuti ſumus. Remotis omnibus arbitris, nullius ſectæ partibus ad-

adſtricti, in omnium Scriptorum, ſeu veteres, ſeu recentes, ſeu Catholicarum, ſeu Hæreticarum partium ſint, lectione promiſcue verſati ab omnibus ea ſumpſimus, quæ optima, & veriſſima viſa ſunt. Hinc in Jure Pontificio quidquid gemmarum ex Lutheranorum luto colligi; in Jure Epiſcopali, Canonicali, Diaconali, Parochiali quidquid auri ex Epiſcopalium, Presbyteranorum, Puritanorum ſterquilinio ſecerni potuit, in noſtris arculis repoſuimus. In Jure Patriarchico, Metropolitico, ſi quæ ſanæ merces apud Photianos, Neſtorianos, Eutychianos proſtare viſæ ſunt, eas ex Orientis litore ad noſtras oras adveximus. In Jure Laicali, & Monachali bonas fruges omnes, quæ in Politicorum agris nobis demetendas ſe ſe obtulerunt, in noſtra horrea condi curavimus.

Quamvis autem omnes haſce Juris ſpecies cognoſcere volenti hæc omnia etiam Volumina percurrenda ſint, tamen ſi unam tantum horum jurium ſpeciem ſatis tibi eſſe putaveris, unius etiam horum Voluminum lectione contentus eſſe poteris. Quamobrem ſingula hæc Volumina utpote ſingulas Juris ſpecies continentia ſejunctim edi, ſejunctim coemi poterunt. Nobis impræſentiarum hoc tantum negotii datum eſt, ut Jus Pontificium typis noſtris evulgemus, publicique juris faciamus. Si res bene verterit, ſpeique, eventus reſponderit, Jus Patriarchicum exinde dabimus, tum Metropoliticum, deinceps alia.

Tu modo, Lector benevole, animos adde; addes autem, ſi hæc noſtra omnia æqui bonique feceris.

A D

AD LECTOREM AUCTOR.

EIdem ſolvo . Cum nuperis abhinc annis Opuſculum edidi (*), in quo optimi , ac perfecti Canoniſtæ imaginem adumbrare conatus ſum , pollicitus tunc fui , me ipſum Canoniſtam (**) h. e. Univerſum Jus Eccleſiaſticum poſtea daturum . Ecce igitur tibi Tomum primum , in quo primos fontes recludo, unde Canones, Legeſque Eccleſiaſticæ profectæ ſunt . Qui hactenus Jus Canonicum pertractarunt , in unis Canonibus recitandis , explicandiſque ſuam omnem operam conſumpſere , Sedes vero , ac Fundamenta , quibus Canones nituntur , minime attigerunt . Nam cum duo ſint , quæ Legibus , & Canonibus vim tribuunt , nimirum Legislatoris *poteſtas* , & *voluntas* , primum illud in medio reliquerunt , unique Legislatoris voluntati in Canonibus expiſcandæ ſtudium navarunt . De Legislatoris igitur poteſtate diſſerendi locus , qui vacuus relictus , a nobis ſuſceptus eſt , quin tamen alter prætermiſſus eſſe videatur . Equidem initio decreveram utrumque locum una , eademque continenti Oratione conficere , quæque ab aliis dicta fuiſſent , ſub acumen ſtyli vocare , meumque in ſanguinem ſuccumque convertere . Sed ab hoc conſilio multa me revocarunt . Primo vetus proverbium , quo vetamur , ne coctam jam crambem recoquamus. Deinde illud veriti ſumus , ne ſi aliorum ſangui-

ne

(*) Vid. Orationes ad inſtauranda Eccleſiaſtica ſtudia habitas. Patavii 1781.
(**) Vid. ibid. Præfat. ad Lectorem ad calcem.

ne ſaginaremur ; alieniſque exuviis indueremur , ſeverò judicio de repetundis indicto , ea omnia revomere , excerptaſque plumas iis , ad quos pertinent , reſtituere juberemur . Præterea illud etiam cavendum erat , ne cum multa non admodum inter ſe connexa ſint , dicendi ordinem perturbarent , orationiſque filum ſæpe ſæpius abrumperent . Tandem legentium faſtidio occurrendum fuit . Fuit enim tempus , quo libri , cum rari eſſent , curioſiſſime conquirebantur , atque avidiſſime legebantur , & nil erat periculi ne legentium animi longiore ſermone delaſſarentur. Verum nunc , reperta Typographia , cum innumeri libri litterariam Rempublicam oneraverint , & pene obruerint , difficillimum eſt invenire , qui legere velint ; adeo omnes legendorum librorum ſatietas cepit . Quamobrem nova quædam ratio quærenda mihi fuit , qua hæc nauſea , atque faſtidium relevaretur ; nec ulla potior mihi viſa eſt , quam ſermonis , ſtylique varietas ; ſiquidem illud verum eſt , quod dici ſolet , ſimilitudinem eſſe Matrem ſatietatis , & ſatietatem varietate vitari . Coquorum ſolertiam mihi ante oculos ſtiti , qui convivarum nauſeam , & ſatietatem epularum diſſimilitudine , ac diverſitate vincere ſolent . Præterea non omnes eundem guſtum habent . Sunt , quibus , ſi condias ſucco exquiſito , nihil putidius ; ſunt , quibus , ſi condimenta negligas , nihil inſulſius ſapit . Aliis peregrina minus placent , aliis uſitata nimis vileſcunt . Sunt alii , quorum dentes ſolidiora reſpuunt , alii , quorum ſtomacho mellita non arrident. Ut igitur omnium palatum exacuere poſſemus , omnigenas , atque omnimodas dapes unde unde gentium , unde unde locorum in penum congeſſimus , iiſque tricliniares lectulos ita inſtravimus , atque exſtruximus , ut ea , quæ ſalivam movent , guſtare ; ea quæ nauſeam conciunt , reſpuere impune poſſint . Igitur quæ mea ſunt , quæque ab aliis Canonum interpretibus prætermiſſa fuerant , textus loco tamquam primam menſam Convivæ noſtro appoſui , ubi ad legentium faſtidium reſpiciens brevitati ſtudioſiſſime ſtudui . Quæ autem ab aliis dicta , & ad ravim uſque ſunt repetita , aliorum

ver-

verbis Commentarii loco tamquam ſecundam menſam attulimus. Hic vero Edulia ad omnium palatum compoſita habes, aſſa, & elixa, medullas, & pulpamenta, ſalſamenta, & ſcitamenta, pulmentaria, atque bellaria. Sive vino delecteris ita novo, ut proximis natum velis Conſulibus; ſive ita vetere, ut Capitones, & Rufos Conſules quæras, abunde hic tibi erit. Denique quæ Anglia, & Batavia mittit, quæ Gallia fert, atque Germania, quæ Italia omnium feraciſſima progignit, pretioſiora hic tibi parari curavimus. In hac ſecunda menſa nullæ aliæ meæ partes fuerunt, quam in Scriptorum, ſcriptarumque rerum delectu; niſi quod etiam ab iis Scriptoribus manus religioſiſſime abſtinens, quos meatum ſententiarum teſtes invoco, & laudo, aliorum, quos vel eruditionis gratia, vel veteris novæque Eccleſiæ diſciplinæ tradendæ cauſa in arenam deſcendere jubeo, ſicubi inverecundi ſunt, aut prolixioris barbæ pilos vello, aut laſcivioris comæ capillos tondeo, aut unctiorem cutem cædo, neque iis ſemper parco, qui de ſymbolis mecum una non ſunt; multorum vero Scripta etſi admodum bona & utilia, tamen quia nimis longa, ne ultra brevitatis fines opus tenderem, nonniſi citavi, eorumque loca indicavi. Reſtat, ut rerum & materiarum quas ſibi quiſque legendas ſeligere volent, inveniendarum difficultati obviam eamus, quin per totum Opus expatiari cogantur. Huic incommodo medebuntur locupletiſſimi & rerum, & verborum, & Auctorum Indices, quos ad calcem totius Operis dabimus Tomo Decimo. Interim vive, valeque.

Digitized by Google

NOI RIFORMATORI

DELLO STUDIO DI PADOVA

AVendo veduto per la Fede di Reviſione ed Approvazione del *Padre Fr. Gio. Tommaſo Maſcheroni* Inquiſitor Generale del *S. Officio* di Venezia nel Libro intitolato: *Juriſprudentia Eccleſiaſtica univerſa: Tomus Primus MS.* non vi eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, e buoni coſtumi, concediamo Licenza a *Simone Occhi* Stampator di Venezia, che poſſi eſſere Stampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite copie alle Pubbliche Librarie di Venezia e di Padova.

Dat. li 20 Nov. 1786.

(ANDREA QUERINI RIF.
(FRANCESCO MOROSINI Po. Kav. Proc. RIF.
(

Regiſtrato in Libro a Carte 205, al Num. 1882.

Giuſeppe Gradenigo Seg.

PRO-

PROŒMIUM.

QU. I.

Quid, & quotuplex eſt Jus?

§. I. JUS eſt legum complexio. Jus aliud eſt naturale, aliud gentium, aliud civile (*a*). Jus naturale cum humano genere, jus gentium cum ſocietate, jus civile cum civitate intercedit. Hinc ii omnes, qui nemini in terris ſubſunt, ſecum delitigant jure naturali: In omni gente, quæ in terris neminem vindicem habet, jus gentium dominatur, nulla in re a jure naturæ diſſimile, niſi quod jus naturæ

(a) Boehmerus in Jus Publ. Cap. II.

§. I. Jus naturæ dirigit actiones hominum inter ſe, quocunque in ſtatu vivant.

* Directionem juris naturæ non tollunt ſtatus varii, in quibus homines poſtea vivere cœpere: nunquam mutatur vinculum humani generis, aut tollitur, quando homines in ſpeciales ſocietates abeunt, ſed potius firmatur, & arctioribus conſtringitur munimentis; niſi quod jura libertatis hic quodam modo reſtringi poſſint. Agnovit hoc egregie Cyrus, qui poſtquam Cræſum devictum ad ſe adduci juſſiſſet, & ab hoc tamquam dominus compellatus fuiſſet, optime reſpondit: *Salve tu quoque Cræſe, quando quidem homines ambo ſumus*, indicans, ſalvum vinculum humani generis adhuc manere, licet alter eſſet victor, alter vero victus. Xenoph. *in Cyropæd. p.* 181, *lit.* C. Cæterum non nego, ex novi ſtatus ſupervenientia novas actiones, & ſic quoque novas concluſiones Juris naturæ quoque noſci, veluti in ſocietate domeſtica jus naturæ quoque ſervis obedientiam injungit, quia alias, ſi domino jubenti reſiſtere poſſent, non poſſet ſubſiſtere pax inter homines, cum tamen extra hunc ſtatum nemo alteri obligetur ad obedientiam.

§. II. Status hominum quamvis varius eſſe queat, primario tamen in duplici conſiderari poteſt differentia, dum alius eſt *libertatis*, ſeu *naturalis*, alius *adſcititius*, ſeu, qui facto humano ſuperadvenit, qui utut multiplex eſſe poſſit, potiſſimum tamen hic eminet civilis.

* Status eſt *conditio quædam hominum, ſecundum quam certis inter ſe fruuntur juribus*. Naturaliſſimum illum eſſe jam dixi, quo homines etiam *naturali vinculo* inter ſe connexi, & communibus pacis legibus, *qua homines* adſtricti ſunt. Cæterum facto humano poſtea multi ſtatus *arctiores* ſuperinducti ſunt pro neceſſitate, & viciſſitudine temporum, ex quibus jura quidem variare cœperunt, ſed tamen communiter ad hoc proſunt, ut eo ſecurius pax communis ſervari poſſit. Sic Imperiorum introductio apprime facit ad leges pacis ſartas tectas conſervandas, cum ſine illis, *nec gens, nec civitas, nec domus ſtare poſſit*, ut ait Cicero *lib.* 3 *de Leg.* Introducto vero Imperio civili duplex poſtmodum ortus eſt ſtatus, *naturalis*, & *civilis*. Ille dicitur in oppoſitione ad imperium aliquod civile, quod in altero ſtatu prævalet. Nam alias negari nequit etiam in ſtatu libertatis aliquam ad tempus poſſe eſſe imperandi rationem, quæ in ſocietate paterna, & maritali concurrit: ſed illa cum non ſit perpetua, nec ita reſtricta, fere hic negligitur.

§. III. Status libertatis, ſeu naturalis conſiderari poteſt, vel ante omnia imperia, vel imperiis jam introductis, quatenus variæ Reſpublicæ liberæ inter ſe conſiderantur.

turæ ſingulorum in nullius dominatione exiſtentium, Jus gentium ſocietatum

---

* Status libertatis eſt inter eos, qui inter ſe abſque ullo reſpectu *imperii civilis* æquales ſunt, quales omnes homines a natura ſunt. Nam ſervos quoſdam naſci, hoc ſenſu, ut aliis jus imperandi abſque vi, vel conſenſu præcedente in eos competat, ſenſui communi repugnat, quamvis *apti* quidam a natura naſcantur, ut potius pareant, quam imperent. Quia itaque hactenus omnes æquales ſunt, æqualia quoque debent eſſe jura, ſemper tamen legibus pacis, & tranquillitatis ſubordinata. Hinc itaque corruit jus illud Hobbeſianum *omnium in omnia*, cum ipſe *cap. 2 de Civ.* §. 3 aſſerat, contra legem naturæ eum facere, ſi quis de jure ſuo in omnia non decedat: ſunt vero contradictoria, *dari aliquod jus in ſtatu libertatis, quod ſit contra leges naturales*. Cæterum fatendum eſt, propter *æqualitatem* hunc ſtatum eſſe periculoſum, & ad pacem non adeo aptum, quia veneratione legum naturalium homines non ſemper ducuntur, nec coſtringi tam ſtricte poſſunt, quam ſi frenum aliud *imperii civilis* acceſſerit. Hinc *ſtatus civilis* merito præfertur ſtatui *libertatis*, ubi leges pacis majori in veneratione ſunt, & aptior ad pacis, & tranquillitatis culturam, accedente freno civili, redditur. Inde quoque Ethnici ſatis horride naturalem ſtatum circumſcribere ſolent, interprete Cicerone *lib. I de invent. in princ.* inquiente: *Fuit quoddam tempus, cum in agris homines paſſim beſtiarum modo vagabantur, & ſibi victu ferino vitam propagabant, nec ratione animi quicquam, ſed pleraque viribus corporis adminiſtrabant. Non divinæ religionis, non humani officii ratio colebatur. Nemo nuptias viderat legitimas, non certos quiſquam inſpexerat liberos: non jus æquabile quid utilitatis haberet, acceperat &c.* Sed poſtquam homines abierunt in varias *civiles ſocietates* particulares, manſit adhuc inter eos, quatenus ut *gentes* conſiderantur, *ſtatus libertatis*, cum nulla gens habeat alteram gentem ſuperiorem, & ita jure æquali inter ſe fruantur. Hinc quando quæſtio de unius gentis præ altera prærogativa, & jure proædrias formatur, apparet, nullum certum fundamentum, quo gens altera alteri præferri debeat, reperiri, multo minus unam gentem, ut alteri dignitate præferatur, prætendere poſſe niſi ſponte gens altera alteri ceſſerit. Omnis ergo ratio decidendi deſumi debet ex pactis vel *expreſſis*, vel *tacitis;* his quidem ſi longo tempore alteri genti ceſſerint, quia ſic eo ipſo præcedentiam ratione ordinis genti alteri indulſiſſe videntur.

§. IV. Actiones libetarum rerumpublicarum itidem adſtrictæ ſunt inter ſe ad *leges pacis*, quemadmodum jura libertatis iiſdem denegari nequeunt.

* Hoc ita intelligi debet, quatenus reſpublica, *qua talis*, cum altera, qua tali, aliquid agit. Et quia in eos, qui reipublicæ præſunt, omnis poteſtas, & *voluntas omnium* translata eſt, ſequitur, ut ad eos inter gentes potiſſimum reſpici debeat. Subditi enim, quamvis ſint membra reipublicæ, non tamen poſſunt conſiderari, ut conſtituti in ſtatu libertatis, licet cum ſubditis alterius civitatis aliquid agant, ſed in illos utrinque cadit reſpectus imperii, & ſi aliis denegent illud, quod eis debetur, a proprio ſuo Principe cogi poſſunt: qui autem præſunt reipublicæ, a coactione civili liberi ſunt. Proinde iterum non conſentiendum Hobbeſio, *juſtitiam, & injuſtitiam in hoc ſtatu libertatis non dari*, aſſerenti. Putat enim, actionem omnem in hoc ſtatu eſſe *adiaphoram in tr. de civs, c. 12, §. I,* nec injuriam in alterum committi poſſe &c. Quæ omnia ex falſo illo principio fluunt, quaſi nullum omnino vinculum Deus inter homines conſtituiſſet; id quod tamen c. I aſſertum eſt. Admitti hæc poſſent, ſi de ſola *non obſervantia juſtitiæ* hæc aſſeruiſſet, id quod tamen a mente ejus alienum eſt, cum putet, omnia jure fieri poſſe, quæcumque tali modo fiunt. Atque adeo recte quidem Ulricus Huberus *de jure civili l. I, S. I, C. 4, §. 6, & 7,* concedit, ſtatum hunc quodammodo turbidum eſſe: ſimul tamen addit in §. 8, ſpoliare alios in ſtatu naturali non poſſe *jus* vocari, ſed etiam tum fuiſſe veras injurias. Objicit Hobbeſius: *Si homines eam corrupti ſunt, & turbidi inter ſe, ſi ad lædendum proni, ut alter abſque altero ſecurus eſſe non poſſit, ſi gens gentem ſpoliare, ſubigere, & quovis modo opprimere inten-*

Digitized by Google

tum liberarum jura regit: *Fratres ad cætera ſane gemelli, fraternis animis quid-quid*

tendit, huic autem vires naturaliter reſiſtendi conceſſæ fuerunt, ſequitur, ut ſtatus naturalis in plena disjunctione animorum concipi debeat. Ubi autem animorum disjunctio, ibi ſtatus belli; in bello ceſſat omnis obligatio ad pacem, & ſic omnia permiſſa ſunt, omnia jure fiunt, habent ſinguli jus in omnia, & tandem ceſſabit omne jus, quippe quod ſtatum pacificum requiris. Equidem hominum corruptionem Hobbeſio concedimus, concedimus quandam disjunctionem animorum; ſed negamus quod in hoc ſtatu ſtatim perpetuum aliquod, & nunquam ceſſaturum ſit bellum. Hoc ſaltem exinde fluit, ſtatum hunc fuiſſe *periculoſum*, & bellis facile obnoxium, denique poſito actuali bello, demum jus quieſcere. Neque obſtat, quod primi homines in ſocietatibus inter ſe vixerint; nam nihilominus ipſa ſingula capita familiæ in ſtatu naturali manſerunt, & tamen pacifice vixiſſe leguntur. Concedi ergo debet, dari *tempus pacis* in ſtatu naturali, quod & hodierna experientia teſtatur, ubi non perpetuum inter gentes bellum, ſed præterea etiam *ſtatus pacis*, & quidem ad ſatis durabile tempus aliquando adeſt. Si datur in ſtatu naturali quoddam *tempus pacis*, quod dari poſſe certum eſt, *jus omnium in omnia* quoque ceſſabit, & leges naturæ vigorem ſuum exercebunt, ſingulique tunc obligantur ad pacem conſervandam. Objicis: *Atqui talis pax durabilis non eſt: inſtabit bellum, ad quod plerique ſunt proclives.* Verum regeto, non tamen excludi omne pacis tempus, & qui ita auctor belli eſt, ac pacem lædit, ſine dubio alteri injuriam inferre, quod rurſus contra Hobbeſium eſt, dum contendit in hoc ſtatu nullam injuriam alicui inferre poſſe. Regerit quidem Hobbeſius, hoc caſu jam pacta adeſſe, & ſic ex pactis gentes ad pacem obligari, alias non. Verum unde obligatio ex pactis niſi *ex jure naturæ?* Præterea non video, quare non etiam pax inter gentes abſque pactis concipi poſſit.

§. V. Reſpublicæ liberæ inter ſe conſideratæ alias GENTES dici ſolent, & ita *leges pacis* ad eas applicatæ, & *jura libertatis* eiſdem attributa, nomen JURIS GENTIUM acceperunt, quo ipſo tamen non novum, & *diſtinctum jure naturæ jus*, ſed *ſpecies* ejus inducitur.

* Id ex variis inductionibus oſtendi poteſt. Supra dictum, quod ex lege naturæ in ſtatu quoque libertatis alter alteri, & ſic quoque gens genti obligetur ad pacem conſervandam, quæ obligatio quoque ſingulis gentibus jus tribuit ad omnia illa facienda, ſine quibus *pax*, & *ſecuritas* obtineri nequit. Inde *bella* ſunt orta, tamquam *medium cogendi* eum, qui pacem, & ſecuritatem denegat; introducta *imperia*, *termini poſiti*, *fœdera pacta*, quia hæc optima ſunt pacis munimenta, & tamen hæc omnia dicuntur *juris gentium*, ſeu ex jure gentium introducta. Vid. *l.* 5, *d.* 9, §. 9. Faciunt præterea multum ad mutuam inter gentes harmoniam conſervandam commercia, quæ anſam ad varios contractus dederunt; non quod a lege naturæ *præcipiantur*, ſed quod horum uſum gentes *conducibilem* eſſe duxerint ad pacem conſervandam, & ſic horum negotiorum introductio ad *jura libertatis* ſuo modo referri debet. Præterea *jus legatos mittendi*, & per eos expediendi negotia cum altera gente, itidem inſigniter pacis fundamenta firmat, & tamen etiam *juris gentium* dicitur. Cur enim gentibus integris denegaretur, quod ſingulis conceſſum eſt hominibus, qui non tantum *per ſe*, ſed etiam *per alios* poſſunt negotia expedire? Quod ſi jam gentes conſideramus inſtar unius perſonæ, ſicuti quoque aliæ Univerſitates unius perſonæ vicem ſuſtinent, adhuc clarior erit horum jurium applicatio, quia ita idem jus habent, quod ſinguli olim in ſtatu naturali. Quod vero dixi *reſpublicas inter ſe conſideratas gentes dici*, evidens eſt, quoniam conceptus reipublicæ ſtricte loquendo eſt tantum inter *parentes*, & *imperantes*, qui ſunt in una republica: quando autem reſpublicæ plures inter ſe conſiderantur, tunc hujus reſpectus nulla habetur ratio, ſed illæ inter ſe ſunt *liberæ*, non habito reſpectu alicujus *formæ politicæ*, vel *imperii civilis*. Eatenus tamen gentem ad alterius reipublicæ conſtitutionem reſpicere debere conſtat, quatenus exinde judicare debet, quocum, vel quibuſcum agere debeat: alioquin enim ſi non agit cum eo, vel eis, qui ſummæ rerum præ-

quid negat alter, & alter, affirmant pariter vetuli, notique columbi. Qui in Ci-

præſunt, & totam rempublicam repræſentant, & in ſua perſona ſuſtinent, gens altera exinde plane obligari nequit: ſicuti id quoque obtinet inter privatos, ubi alter alterius cognitionem cognitam habere debet.

§. VI. *Facta* vero mera, vel mores quorumdam gentium abuſive *juris gentium* dicuntur, cum hi quidem ad *rationem decori*, pro ſæculi ratione variantis; illa vero ad *meram licentiam* facti ſpectent.

* Ab omnibus ſæculis invaluit, ut *facta gentium* juri naturæ contraria, *juris gentium* nomen induerint, quo olim pertinuiſſe videtur *mos latrociniorum funeſtus*. Quam plurima adhuc hodie in bellis fiunt, ut ſtupra, adulteria, innocentum cædes, aliaque plura facinora, quæ *juris gentium* eſſe ducuntur! Omnes diſputant contra Hobbeſium, & tamen dum talia *juris gentium* eſſe profitentur, fatentur, *Hobbeſianiſmum fuiſſe ante Hobbeſium*, qui *c. 2 de cive* §. 3, talem ſtatum adhuc quodammodo improbat; atque ſic concedunt, dari jus gentium, quod ſit contra jus naturæ, & tamen *jus gentium* ex voluntate Dei deducere non verentur. *Petulantiæ* hi ſunt effectus, non *juris*. Si dicis, quia talia facta puniri nequeunt, ergo effectum juris habent; reſpondeo, ſic omnia, quæ a gentibus fiunt, juri conveniunt, quia non datur pœna inter gentes, adeoque otioſa ſunt, quæ de norma aliqua inter gentes proferuntur, ſed potius facta gentium ſimpliciter erunt juris gentium, quod abſurdum.

* Mores decori rationem habent; ſed vero *decorum* legem non conſtituit per ſe, niſi conſenſu mutuo receptum ſit, tunc enim ex pacto obligat, & mores ſæpe mutari ſolent, prout ſtatus gentium variat. Præterea dubium eſt, quarum gentium mores huc referri debeant: ſi dicis *moratiorum*; tunc erit *jus gentium particulare*, inter moratiores tantum uſitatum, quamvis diſtinctio ipſa inter barbaras gentes, & moratiores fundamento ſano deſtituatur.

§. VII. Denique cum gentes *moralem perſonam* repræſentent, ſemper eædem inter ſe eſſe videntur, licet forma regiminis mutata fuerit, adeoque, durante eadem gente, durant quoque obligationes gentium.

* Reipublicæ forma mutata, mutatur quidem civitatis *ſtatus internus*, quatenus *in ſe* conſideratur, veluti ſi ex Monarchia fit Democratia, ubi unio illa, quæ ante fuit, in aliam formam abit: ſed gens ipſa manet eadem in relatione ad *alias gentes*, quacumque demum nova gubernetur forma, quia gentes intuitu aliorum primario non conſiderantur ex *forma reipublicæ interna*, ſed ſufficit, quod gens libera maneat; unde gens Romana ejectis Regibus eadem manſit, ſicuti quoque tunc, cum Auguſtus imperium occuparet.

* Ariſtotelem hoc negaſſe patet ex *3 polit. 3*, quem refutavit Grotius *de J. B. & P. lib. 2, c. 9*, §. 8, ex quo recte infert, non deſinere populum debere pecuniam, Rege ſibi impoſito, quam liber alteri genti debuit, & ſic fœdera cum altera gente pacta non reſcinduntur, mutata reipublicæ facie. Aliæ quidem univerſitates diſſolvuntur, unione diſſoluta, & ita demum obligationes exſpirant, ſed in tali *mutatione formæ* compages, & ſtructura reipublicæ manet ſalva, & adhuc cohæret, quod ſufficit, quoad gentem alteram, licet a forma regiminis per novum conſenſum recedatur. Exemplum aliud affert Boeclerus *Diſſertat. de eo quod egit civitas*, de Lacedæmoniis, qui petebant pecuniam mutuo datam, vel promiſſam ab Athenienſibus poſt ejectos Oligarchas triginta, quibus pecunia erat credita; quod Athenienſes recte judicarunt, ſe adhuc debere. Quod ſi gens mutato ſtatu reipublicæ ſub jugum alterius principis redigitur, libera quidem eſſe deſinit, ſed ejus vicem quodammodo ſubire incipit is, cujus ſub jugum redacta eſt, & ſic quoque tranſire debet in jura hujus populi.

§. VIII. Status civilis conſiderat homines, quatenus in civitatem coaluere, quæ *in ordine imperantium, & ſubditorum conſiſtit*.

* Status hujus potiſſima ratio in eo eſt, quod jus libertatis ex omnimoda qualitate ortum inter eos, qui in unam coaluere civitatem, & ſic æqualitati renunciarunt, remitti, & in unum, vel aliquod concilium imperium transferri debeat, quia diſceſſio a ſtatu libertatis *ſubjectionem*, hæc vero in alio *imperium* involvit. Inde jam in ſtatu civi-

Digitized by Google

Civitate aliqua ſunt conſtituti, atque imperio premuntur, mutua inter ſe offi-

civili potiſſima ratio *imperantium*, & *parentium* habenda, inter quos perpetua ſupponi debet relatio. Neque tamen in hoc ſtatu leges *pacis*, & *naturæ* mutantur, ſed magis confirmantur: quæ autem ex *libertate naturali* ſinguli agere poterant, illa tantum is retinet, qui *reipublicæ* præeſt; reliqui autem, ſcilicet ſubditi, illa quoad *maximam partem* deponunt, quia jus illud libertatis, quod ſimul ſecum trahit *reſiſtendi facultatem*, non poteſt ſubſiſtere cum *ſubjectione*, & *pace civili*. Cæterum privat o hæc naturalis libertatis diverſa eſt a *ſervitute ſingularum perſonarum perpetua*. Illa enim tantum reſtringit libertatem naturalem, quæ magis impediebat pacem inter homines, & ſic eo ipſo felicitatem civium firmat: ut non inepte Claudianus *in Stilic.* cecinit:

> *Fallitur egregio quiſquis ſub principe credit*
> *Servitium: nunquam libertas gratior extat.*

Hæc vero plane conculcat omnem liberam agendi facultatem, ut ſervus ſit in *proprietate domini plena*, & ita hic ſtatus magis ejus infortunium augeat, quam minuat, licet per accidens ob durum imperium principis ſæpe evenire poſſit, ut ſubditorum quoque conditio quodammodo dura ſit.

§. IX. Civitatibus introductis, negotia, & actiones civium alterari, & novis reſpectibus diſtingui cœperunt, quo in primis pertinet, quod actiones ſint vel *publicæ*, vel *privatæ*. *Privatæ* ſunt, quæ nullum reſpectum habent ad publicum ſtatum, ſeu adminiſtrationem reipublicæ, ſed a ſingulis, qua talibus, in proprium commodum expediuntur.

* Quamvis omnes cives alicujus reipublicæ ſint membra ejuſdem civitatis, non tamen omnia, quæ faciunt, expediunt, quatenus ſunt *membra reipublicæ*, ſed plura adhuc, & infinita ſunt negotia, quæ inter ſe *ut ſinguli* peragunt, quæ etiam, ſi in ſtatu naturali adhuc eſſent, licite inter ſe agere poſſent, quo pertinent varia commerciorum genera, aliaque. Equidem omnes civium actiones debent ſubordinatæ eſſe ſaluti reipublicæ, hoc ſcilicet ſenſu, ne contra *pacem civilem* aliquid tentetur, ſed tamen propterea omnia negotia non ſunt unius ejuſdem naturæ. Quædam enim neceſſarium reſpectum habent ad reipublicæ gubernationem, ſeu regimen publicum: quædam vero ab hoc reſpectu remotæ ſunt, & ubi cives non præciſe, *ut cives*, conſiderantur, ſed ut alii homines; & hactenus dicuntur privata negotia. Immo, etſi vel maxime a Principe talia fiunt, nihilominus tamen cum non fiunt a Principe, *qua tali*, huc referuntur, veluti ſi emit, ſi ſubditis aliquid locat, ſi privati ab eo aliquid conducunt, quia ſic conſideratur ut *paterfamilias*, & ita *negotia privata* peregiſſe dicitur. Quod de ſingulis dictum, idem applicari poſſet ad *corpora* in republica conſtituta, quatenus ut *privati* agunt. Hoc modo etiam *privatæ*, & *publicæ perſonæ* diſtinguuntur: hæ enim ita dicuntur, *quatenus ad ſtatum publicum adminiſtrandum concurrunt*, quæ tamen alio reſpectu, quatenus res ſuas domeſticas agunt, privatarum vicem tenent.

§. X. *Publicæ* vero dicuntur, quæ nexum imperantium, & parentium, regimenque civile, quæque ad conſervationem, & adminiſtrationem ſtatus civilis ſpectant, reſpiciunt, adeoque reipublicæ qua tali propriæ ſunt, nec extra rempublicam occurrunt.

* *Publica* differunt a privatis multis modis. I, *privata* negotia ſingulorum potiſſimum utilitatem *domeſticam* reſpiciunt: *publica* totius civitatis ſecuritatem, & conſervationem. II, illa ad *ſingulos* ſpectant, hæc ad *univerſam rempublicam*. III, illa magis *curam familiaris rei* tangunt, hæc vero *regimen publicum* concernunt. IV, ibi quilibet ſuæ utilitati renunciare poteſt, nemo vero publicæ: illa etiam extra imperium civile poſſunt peragi, ſaltem non habent neceſſariam connexionem cum ſtatu civili, nam emere, permutare, alienare &c. etiam in ſtatu naturali fieri poſſunt: ſed hæc tantum ſtatui civili propria, nec extra eum facile ſe ſe exſerunt.

* Quædam negotia *eſſentialiter* & *proxime* ad ſtatum publicum ſpectant, ſine quibus adminiſtratio fieri & ſubſiſtere nequit, *ut legiſlatio*, *judiciorum inſtitutio*, & *cu-*

officia ad juris civilis normam exigere debent .

§. II.

---

ra ſecuritatis internæ &c. quædam vero *paulo remotius* reipublicæ curam tangunt, nec adeo proxime ſtatum attingunt, ut *cura pauperum*, *imbecilliorum*, *publicorum*, *ſcholarum*, *inſtitutio optimarum artium &c.* *unde illa* κατ᾽ ἐξοχὴν *publica* dicuntur, quæ etiam imperans ſuæ curæ reſervare ſolet; hæc vero licet ſuo modo *publica* dici poſſent, quatenus reipublicæ intereſt, curam horum non deponere, & quatenus ad ſalutem totius reipublicæ ab imperante diriguntur, & inſtituuntur; nihilominus tamen etiam ſuo modo ad privata negotia referri poſſunt, quatenus nec privatis hæc cura interdicta. Unde nemini interdictum eſt, curam pauperum exercere, orphanotrophia exſtruere, vel noſocomia, ſuo ſcilicet ſumptu: ſic & ſcholas quilibet paterfamilias intra privatos parietes erigere poteſt: quatenus tamen hæc cura a Principe exercetur, in claſſem *publicorum negotiorum* referri debent, unde *publicam* quoque inde accipiunt *auctoritatem*.

§. XI. Satis itaque hæc negotia differunt *ab actionibus gentium inter ſe*; quæ nec *privatæ*, nec *publicæ* commode diu ſunt, cum inter ſe maneant in ſtatu naturali, & ſic omnes *reſpectus civiles* inter eas ceſſent.

* Solemne quidem ſcriptoribus eſſe ſolet, ut de *actionibus gentium* prædicare ſoleant, quod ſint publicæ; ſed ita dicuntur, quatenus non ſunt *clandeſtinæ*, cum *publicum* etiam *clandeſtino* opponatur. Deinde *publicæ* etiam dici poſſunt eædem actiones, quatenus per indirectum ipſam rempublicam reſpiciunt, ejuſque commodum vel promovent, vel confirmant. Cæterum ſi gentes inter ſe conſideratæ agunt, actiones illæ, cum nullum reſpectum regiminis, vel imperii involvant, magis *liberæ* dici poſſunt, quam *publicæ*, vel *privatæ*, qui termini neceſſarium reſpectum involvunt ad rempublicam. Non nego tamen, quod eadem negotia, quæ a gentibus peraguntur, ſi conſiderantur intuitu *ſecuritatis publicæ*, & ſic intra civitatem, ad publica negotia ſuo modo referri debeant, ſed hæc conſideratio tantum eſt intra pomæria reipublicæ; cum in conſideratione ad aliam gentem potius ex *jure libertatis* profluxerint. Immo ſi vel maxime gens alia concurrit ad ſtatus alterius gentis confirmationem, i. e. ad contundendos, vel extirpandos rebelles, tamen ne ſic quidem *publicum* hoc negotium dici poſſet, quia itidem hoc facit, non tamquam princeps alterius reipublicæ, cui cura regiminis eſſet commiſſa, ſed vel ex fœdere præcedente, aliove pacto. Quod ideo notandum eſt, ne *actiones gentium* temere trahantur ad *jus publicum*, quamvis Grotium promiſcue hæc inter ſe miſcuiſſe certum ſit.

§. XII. Cavendum præterea, ne facta *publica*, quatenus *occultis* opponuntur, cum actionibus publicis, privatis oppoſitis, confundamus, nam hoc ſenſu etiam *privata* negotia aliquando *publica* dicuntur.

* Hoc ſenſu etiam *privatæ* actiones poſſunt dici *publicæ*, h. e. notoriæ, quæ non ſunt factæ remotis arbitris. Unde natæ ſunt locutiones: *inter privatos: contrahi ſponſalia publica; publicam exercere tabernam; cauponem publicas officinas* habere; vulgatum eſt *in publicum prodire*, *publici juris librum facere*, *in publico vendere*, *publicare teſtamentum &c.* Alio ſenſu etiam res pluribus communes *publicæ* di.i ſolent. Sic in *uſu publico* aqua dicitur eſſe *l. 2 de fluminibus*. Immo, & quædam, quæ publicam auctoritatem, h. e. manifeſtam, & indubiam habent, publica dici ſolent, ut inſtrumenta *publica &c* quæ tamen omnia a publicis negotiis hactenus deſcriptis diſcernuntur.

§. XIII. Sicuti omnia negotia hominum legibus naturæ, pacem inculcantibus, diriguntur, ita æque dicendum eſt de negotiis in republica tum privatis, tum publicis; atque adeo jus naturæ eſt vel *publicum*, vel *privatum*. *Illud* dicitur, quod ſtatum *publicum*, in quavis civitate, *hoc* vero quod negotia *privata* hominum inter ſe dirigit.

* Jam ante ſuppoſitum eſt, jus naturæ non amittere vim ſuam, quicumque ſtatus ſtatu generaliſſimo humanitatis ſuperaddatur; nam manet hic ſemper fundamentum idem, cum exui, vel divelli *vinculum humani generis* non poſſit, ne quidem per *ſubjectionem*, & imperans maneat *homo*, atque ſic ex *vinculo humanitatis* etiam ſubditis obligatus ſit. Præterea omnis civitas conſiſtit arctiori quodam vinculo *imperantis*, &

fa-

§. II. Præterea jus aliud eſt divi- num, aliud humanum. Jus divinum dici-

parentium, ex quo varia ſingulorum officia diriguntur. Jam ſi abſtrahamus a legibus poſitivis humanis, non eſt alia lex, quæ dirigere poſſit illa officia, niſi lex naturæ. Neque mutatur jus naturæ, ſed quia ita *negotia* mutantur, novæ concluſiones inde emergunt, cum duplex negotiorum reſpectus in civitatibus occurrat.

§. XIV. De jure *privato* res clara eſt. Sed quoad leges publicas quidam dubitarunt, dum imperantem legibus naturalibus quoad ſubditos abſolverunt, & omnimodam ei libertatem adſcripſerunt, quo ipſo revera exlex judicatur. Quicumque enim libertime pro lubitu agere poteſt, nullis legum vinculis tenetur. Sed tales principem extra ſtatum humanitatis conſtituunt, immo finem civitatum, qui in pace eo ſecurius colenda, & per imperantes ſubditis præſtanda conſiſtere debebat, evertunt, cum potentiorem ubique hoſtem in principe habeant, cui reſiſtere nequeunt.

* Quod, ſi huic ſententiæ advocatus dandus eſt, ſubtiliorem vix invenire poſſum, quam ipſum Hobbeſium, qui *c.* 5 *de cive* huic ſententiæ favet. Subditis enim *ſimplicem*, & *abſolutam* inculcat obedientiam, quæcumque etiam præcepit imperans; huuc vero poteſtatem, ſeu jus abſolutum habere contendit: reſpectu ejus nemini proprium quicquam eſſe: hoc cuique proprium eſſe, qui ſibi retinere poteſt per leges, & potentiam ejus, cui ſummum imperium delatum, *c.* 6, §. 15. Prævidit jam Hobbeſius objectionem, quam poſt §. 13 *in notis* ſubjicit, ſcilicet civium conditionem ita miſeram eſſe, *ſic enim cogitant*, inquit, *rapiet*, *ſpoliabit*, *occidet*, *& tantum non ſpoliatum*, *& occiſum ſe quiſque putet*. Quid vero ad hæc Hobbeſius? reſpondet, *jure* quidem eum id facere, ſed non *juſte*; i. e. *non ſine violatione legum naturalium*, *& injuria in DEUM*: *deinde nec principem id facere præſumi*, *cum ſibi id non bonum videatur*. Verum ita jus principi tribuit, quod contra leges naturæ eſt, cum tamen ſupra dictum, omne jus eſſe coercendum *intra limites obligationis ad pacem humani generis*, immo nemini jus competere poſſe contra legis diſpoſitionem, cum ad hoc tantum quilibet jus habeat, quod leges non prohibuerunt. Uno verbo, dum principi *jus abſolutiſſimum* indulget, tollit *vinculum humani generis*, & ſic in effectu *jus naturæ publicum*, actiones principum regens, quoad maximam partem negat, vel tale ſubſtituit, quod in mera *violentia*, *potentia*, *& crudelitate* conſiſtit. At vero ita fruſtra coiviſſent homines in ſocietates civiles, cum *pacis*, *& tranquillitatis ſtudium* homines ex propria ejus ſententia induxerit, ut in civitates coaleſcerent, & tranquillitas in eo conſiſtat, ut ſecure ab omni violentia externa vivere poſſint. Hæc minime obtinetur, ſi *jus publicum univerſale* negamus. Si dicis: *Atqui principes tamen ita vivunt*, *nec eſt*, *qui eis dicere poſſit*, *cur ita facis? & ſic ſaltem reſpectu ſubditorum*, *qui illis reſiſtere nequeunt*, *jus habebunt*, *tale quid faciendi*, *quibus injuria non infertur*, *licet quando princeps contra officium egerit*, *Deum utique offendat*. Aſt non quid fiat, ſed quid fieri debeat, reſpiciendum; & ingenui Doctoris eſt, non ex factis jus metiri, ſed facta principum ſecundum jus ponderare. Qui docet, non debet principi ſub prætextu *juris* illa attribuere, quæ ſunt violentiæ, non juris effectus. Aliud eſt *doctorem agere*; aliud *deſcribere*, *quomodo principes quandoque agant*. Hi *facta mera* recenſent; illi, an juſte omnia acta ſint, oſtendunt. Subinde falſa quoque eſt conſequentia: *ſubditi non poſſunt reſiſtere principi*, *ergo non poteſt injuriam ſubditis inferre*; nam licet ſubditi juri reſiſtendi renuntiaverint, non tamen potuerunt principem abſolvere a *vinculo naturali*, propter quod ſubditis manet obligatus. Dum itaque contra hanc obligationem agit, injuriam ſubditis infert. In eundem cenſum quoque referri debet Adrianus Houtuyn in *politica generali*, ubi per varia capita abſolutiſſimam adſcribit poteſtatem imperanti, tum in *profanis*, tum in *ſacris*; & quidem quoad hæc fere conſpirat cum Hobbeſio, ne dicam, quod eum ſuperet. Conſtituit eundem legum divinarum, & naturalium interpretem, & quod fidei articulos determinare queat. Quamvis enim in §. 92 poteſtatem principis ſubjiciat legibus divi-

Digitized by Google

dicitur illud, quod Deus nobis edidit, vel inſtinctu (*b*) naturæ, vel tacito rationis (*c*) lumine hominum animis inſito, vel (*d*) voce, & ſcri-

divinis, & naturalibus, tamen cum ſtatim addat, utrum aliquid ſit juris naturæ, vel divini, vel eidem conveniat, vel repugnet? ipſum per legis interpretationem judicare, tollit omnem eo ipſo obligationem, & reſtrictionem poteſtatis ſolvit, cum omnia ſcita juris naturæ interpretatione ſua pervertere poſſit.

§. XV. Jam vero leges naturæ quoque *officium imperantium*, & *parentium* determinant, & pacem, tranquillitatemque ſubditorum imperantibus inculcant, cum ſubditi adhuc maneant homines, & vinculum humanitatis inter eoſdem ſalvum ſit, quod per reſpublicas magis confirmari, quam tolli debet.

§. XVI. Neque obſtat, quod ſubditi eo ipſo renunciaverint libertati ſuæ naturali; nam non potuere propterea imperantem abſolvere ab obligatione, qua erga homines alios lege naturæ adſtringitur.

* Supra jam monitum eſt, jus naturæ, quatenus *libertatem naturæ* denotat, diverſum eſſe a lege naturæ, quatenus *obligationem ad pacem in utilitatem totius humani generis* introductam denotat; illud eſſe renunciabile, non vero hoc. Hoc ſi applicetur ad civitates, certum eſt, renunciaſſe ſubditos *libertati naturali* in pluribus caſibus, vel ſaltem imperanti jus dediſſe, ut poſſit de *libertate civium* diſponere, in utilitatem reipublicæ, adeoque ſoli imperanti adhuc ſalvum, & illibatum eſſe *plenarium jus libertatis naturalis*. Verum ſicuti hoc in *ſtatu naturali* coercendum eſt intra limites obligationis ad pacem, ita multo magis in *ſtatu civili*. Hoc poſito, *jus publicum univerſale* oſtendere debet, quouſque jura imperantis ſe extendant, & in quantum ſubditis imperans adhuc ſit obligatus. Si objiciant: *atqui præcepta juris naturæ quoad ſubditos principem non obligant externe*; regero, hoc contingere non ob naturam actionum, & ita non *per ſe*, ſed *per accidens*. Scilicet *obligatio externa* deficere poteſt, tribus ex cauſis. I, propter naturam actionis, & ſic per ſe. II, propter defectum potentiæ ad jus ſuum perſequendum. Sic in ſtatu etiam naturali quilibet externe etiam obligatur ad rem meam ablatam mihi reſtituendam, licet alter ob defectum potentiæ alterum cogere non poſſit, ad quod tamen jus habebat. Denique III, propter renuntiationem *juris reſiſtendi*, quod alias in ſtatu naturali obtinuit, pacis communis gratia: ut tamen alterum a vinculo ſuo abſolvere noluerint. Hic itaque obligatio adfuit externa, ſed ex *accidenti* vim amittit propter *ſubjectionem*, quæ *renunciationem juris cogendi in eo continet*, quo ipſo tamen præcepta juris naturalis non tolluntur, neque a jure naturali ſeparanda ſunt, quæ utique ſeparari deberent, ſi *ſemper* in *omni caſu*, & in *omni ſubjecto*, immo, & quolibet ſtatu tantum interne obligarent. Quamvis itaque ſubditi jus ſuum erga principem exequi non poſſint, in hoc tamen nunquam conſenſiſſe dicendi ſunt, ut princeps juri naturali non ſit ſubjectus.

Conſule etiam Heinetium *de Jur. nat.*, & *gentium l. 1, c. 1*, §. 21.

(*b*) Jus naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit; nam jus iſtud non humani generis proprium, ſed omnium animalium, quæ terra, marique naſcuntur, avium quoque commune eſt. Hinc deſcendit maris, atque fœminæ conjugatio, quam nos matrimonium appellamus; hinc liberorum procreatio, hinc educatio: videmus enim cætera quoque animalia, feras etiam iſtius juris peritia cenſeri. *L. 1*, §. *Jus naturale*, *de Juſt.*, & *Jur.*

(*c*) E. g. Deum eſſe colendum, parentibus obediendum, nemini injuriam faciendam &c. *Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt; ejuſmodi legem non habentes ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum*. Ad Roman. II.

(*d*) Etſi Sacra Scriptura primum eſt, ac fundamentale legum Eccleſiaſticarum principium, extant tamen ſubſtantialia fidei ſancita, ſeu dogmata, quæ Sacram in Scripturam non redacta, ſed ſicuti viva voce Chriſti Legislatoris propoſita ſunt, ita apud poſteros fuere derivata, atque conſtanti, & perpetua obſervantia ad noſtram uſque ætatem pervenere; veluti de Canone S. Scripturæ, de Baptiſmo hæreticorum valido, de Sa-

ſcriptura (*e*) virorum Divino Spiritu afflatorum; quod ſi verſatur circa ritus, cærimonias, Politiam, mutabile; ſi circa fidem, & mores, perenne eſt, atque immutabile. Jus humanum eſt illud, quod Deus nobis tradidit per eos, per quos Eccleſiaſticæ, & Civiles procurantur res. Unde Jus humanum Eccleſiaſticum, & Jus humanum Civile. Utrumque dividitur in Publicum, & Privatum. Jus Eccleſiaſticum Publicum Eccleſiaſticæ Poteſtatis fines regit, difficillimum ſane, aleæque pleniſſimum. Quis enim inter Sacerdotium, & Imperium limites conſtituat? Quis inter Summum Pontificem, & Epiſcopos, atque cæteros Eccleſiæ Adminiſtros terminos figat? Quis denique Clericorum in Laicos imperium ſuo vero pede metiatur? Jus Civile Publicum illud eſt, quod reciproca ſummorum imperantium, & parentium jura regit, quod pacem, bellum, fœdera, vectigalia imperat. Cætera privati juris ſunto.

CA-

Sacramentis non iterandis &c. Traditiones non ſcriptæ evincuntur primo *Joan. c. XX*, 30, *XXI*, 25. *Act. I*, 3. *Ad Theſſ. II*, 2. *Ad Timoth. II*, 1. Secundo ex Actis Conciliorum, quæ hæreſes traditionis argumento profligarunt. Tertio ex Decretis Pontificum, qui pariter contra varias opiniones, & errores, veluti Victor in ſopienda de Paſchate celebrando controverſia, & Stephanus de hæreticis non rebaptizandis, ad traditionem provocarunt. Quarto denique ex monumentis SS. Patrum, qui unanimes doctrinæ ſuæ etiam traditionis fundamentum ſubſternunt. Eybel *l.* 2, *c.* 3.

(e) Sacra Scriptura gemino conſtat codice, veteri, & novo. Utriuſque hujus codicis libri quatuor formant claſſes. I, Legales. II, Hiſtoricos. III, Sapientiæ. IV, Propheticos. Vide Riegger *Inſt. Juriſp. Eccl. p.* 1, §. 2, & *diſſ. de. S. Scriptura*, *Jus Pontificium*. ubi cuncta de ſacro Codice neceſſaria ſcitu invenies. Id tantummodo adfero notandum, quod univerſim Scripturæ libri ſint, primo *Canonici*, ideſt ab Eccleſia in Sacrum Canonem relati, & quidem vel *Proto-Canonici*, qui ſemper, & ubique recepti erant, vel *Deutero-Canonici*, de quorum origine divina aliquando dubitabatur. Secundo, *Non Canonici*, videlicet ab Eccleſia in Canonem non relati, quorum duplex eſt genus; primum eorum, qui propterea dubii vocantur, quod adhuc genuini, nec ne ſint, dubitatur, veluti liber tertius, & quartus Eſdræ, liber tertius, & quartus Machabæorum: ſecundum reliquorum omnium, qui ut Apocryphi, id eſt falſo ſuppoſiti ab Eccleſia rejiciuntur. Conc. Carthag. III, anno 379, *can.* 47. Conc. Trid. *Seſſ.* 4. S. Aug. *l.* 2 *de Doct. Chriſtiana*, c. 8. Eybel *l.* 2, *c.* 2, apud quem Vid. Tab. ſeq.

CANON LIBRORUM XLV V. T.

Qui univerſim habent Capita 1074. Additis *Auctore*, *dialecto*, *numero Librorum & Capitum*, *ætate Mundi*, qua circiter conſcripti ſunt, ex Supputatione Clar. CALMETI; ſubjunctiſque *præcipuis Scriptoribus*, Illi inſuper Libri quos, *Protocanonicos* vocant, ad differentiam *Deuterocanonicorum*, aſteriſco notantur.

LEGALES.

MOyſes in Ægypto natus A. M. 2433. Vir Sanctiſſimus *dilectus Deo, & hominibus* Eccleſiaſtic. c. 45, v. 1, *in omni ſapientia Ægyptiorum eruditus* Actor. c. 7, v. 22, Dux, Pontifex, Doctor, Propheta, & Legiſlator populi Hebræi, denatus A. M. 2553, ultimis vitæ ſuæ annis, in deſertis Arabiæ, V libros ad populi ſui eruditionem, *de Hiſtoria Hebræorum, origine mundi, & omnium pene Gentium* condidit: qui nomine PENTATEUCHI veniunt, ſcil.

* GENESIS cap. 50. *Benedictus Pererius* S. J.

HISTORICI.

* LIBER JOSUE Græcis *Jeſu Nave* dictus cap. 24. Heb. ab ipſo Joſue in Hebræorum Principatu Moyſis ſucceſſore, qui tandem Iſraelitas in terram Canaan dnxit, mortuus anno mundi 2561, de propriis geſtis conſctiptus. *And. Maſius. Nicol. Serarius, & Jac. Bonfrerius* Societ. Jeſu.

* LIBER JUDICUM cap. 21. Hebr. a Samuele; verſus A. M. 2947 mortuo, conſcriptus. *Cardinalis Cajetanus & Franc. Lucas Brugenſis*.

* LIBER RUTH. cap. 4. Hebr. Hiſtoriam Ruth mulieris Moabitidis ſub aliquo Judicum actam complectens incerto auctore. *Sanctius Bonfrerius*.

* REGUM, Græcis REGNORUM, libri IV, quorum I, cap. 31. II, cap. 24. III, cap. 22. IV, cap. 25. Hebr. ab Eſdra ex variis Documentis collecti. *Sanctius Bonfrerius*. Duo priores libri Hebræis & Acatholicis nomine Samue-

SAPIENTIAL.

SALOMON filius David a ſuo patre A. M. 2990 in thronum Iſraeliticum collocatus, princeps initio regiminis ſui ſapientiſſimus, piiſſimus, & feliciſſimus. Mortuus A. M. 3029, reliquit poſt ſe:

* LIBRUM PROVERBIORUM alias *Parabolarum* cap. 31. Hebraice. *Jo. Lorinus, & Rudolphus Bainus Anglus*.

* ECCLESIASTEN cap. 12. Hebraice. *Joan. Pineda* S. J.

* CANTICUM CANTICORUM occaſione, ut creditur, nuptiarum a ſe cum filia Regis Ægyptii initarum compoſitum. Cap. 8. Hebr. *Caſpar. Sanctius, Martinus del Rio, J. B. Boſſuet*.

Nicol. Nonnenii Diſputat. Theol. inauguralis de canonica auctoritate hujus Cantici. Ultrajecti 1725. 4.

PROPHETICI.

* LIBER PSALMORUM CL maximam partem a Davide poſt mortuum Saulem ab A. M. 2956 ad 2990 in Iſrael dominante lingua hebraica conſcriptorum. *Thomas le Blanc S. J. Gilbert. Genebrardus, Jac. Benig. Boſſuet*. Optime ad uſum P *Jaroslaus a S. Alexio* e S. J.

* PROPHETIA ISAIÆ cap. 66. Hebraicæ. Iſaias incepit prophetare ſub Rege Judæ *Joadkamo*, tandem A. M. 3294 ſerra lignea diſſectus. *Franciſcus Forerius* Ordin. Præd. *Campegius Vitringa* Acatholicus Tom. II, fol. Leoward. 1714, & 20.

* PROPHETIA JEREMIÆ cap. 52, LAMENTATIONES EJUSDEM cap. 4, & ORATIO hebraice. Incepit prophetare 13 annorum puer A. M. 3370, mortuus circiter A. M. 3417. *Sanctius, & Joan. Lateburus* Ord. Min. S Fr. idem *Mich. Gislerius* Romanus prolixe. III Tom. Lugd. 1623.

LE-

LEGALES.	HISTORICI.	SAPIENTIAL.	PROPHETICI.
* EXODUS cap. 40. *Seb. Berradius* S. J.	lis, duo poſteriores titulo Regum indigitantur. * PARALIPOMENON libri II, quorum I, cap. 29. II, cap. 36. Hebr. Iterum Eſdra auctore, ſpicilegium præcedentium Scripturæ librorum ad initium Monarchiæ Perſicæ offerentes.		* PROPHETIA BARUCH cap. 6. Hebr. a Barucho Jeremiæ aſſecla & amanuenſi ſcripta: eodem olim Jeremiæ volumine comprehenſa, & ſub ejus nomine ſubintellecta. *Lelius Biſciola* S. J.
* LEVITICUS cap. 27. *Joan. Lorinus* S. J.	* ESDRÆ LIBRI II, quorum I, cap. 10 Eſdram; II, cap. 18 Nehemiam auctorem habet. Hebraice præter Epiſtolas lib. I, c. 4-7. & Edicta Regum occurrentia in lingua Originali Chaldaica inſerta. *Beda*, *Card. Cajetanus*, *C. Sanctius*.	LIBER SAPIENTIÆ cap. 19. Græce incerto auctore, ſed, quod ſufficit, divinitus inſpirato. *Petrus Nannius*, & *Cornel. Janſenius Epiſc. Gandavenſis*.	* PROPHETIA EZECHIELIS, qui A. M. 3410 incepit prophetare. Cap. 48. Hebr. *Sanctius*, *Hieron. Pradus* S. J. in 26 priora, & *Jo. Bapt. Villalpandus* in 2 poſteriora capita. * PROPHETIA DANIELIS *hiſtorico-Prophetica*, cap. 14. Hebr. præter c. 2, v. 4 uſque, & cum c. 7, quæ Chaldaicæ prodita ſunt.

Digitized by Google

LEGALES.

* LIBER NUMERI. cap. 36. *Lorinus*.

* LIBER DEUTERONOMII. cap. 34. *Franciſcus Titelmanus* Ord. S. Fr.

In totum Pentateuchum excellentiſſime omnium ſcripſit *Caſpar Sanctius*, ſeu *Sanchez*. S. J. vir a Catholicis æque ac a Proteſtantibus æſtimatus.

HISTORICI.

LIBER TOBIÆ. cap. 14, a Tobia Viro juſto Chaldaice de vita ſua capitibus 12 conſcriptus, cui duo capita filius ejus, duoſque ultimos verſiculos unus nepotum adjecit, aut certe Eſdras. Hodie ſolum Græce extat. *Frid. Nauſea Epiſcopus Vindobonenſis*, *Didacus Celada* S. J.

LIBER JUDITH cap. 16. Chaldaice incerto auctore. *Nauſea*, *Sanctius*, *Bern. de Montfaucon*.

* LIBER ESTHER cap. 16. Incerto auctore. *Sanctius*, *Celada*, *Leander a Murcia Capucin*.

* LIBER JOB. cap. 42, ſublimiſſima elegantiſſimaque Poeſi per modum Dialogi, ſalva hiſtoriæ veritate, incerto auctore deſcriptus, cujus verſionem fortaſſis hebræam Moyſes ad nos tranſmiſit. *Pineda*, *Sanctius*, *Philipp. Codurcus*, qui hunc librum *Iſaiæ* tribuit.

Franciſcus Vavaſor eum poetica metaphraſi ornavit.

SAPIENTIAL.

ECCLESIASTICUS Græcis Πανάρετος Cap. 51, ab Jeſu filio *Syrach* Hieroſolymitano primum ſub A. M. 3837 Syriace conſcriptus: ab ejus nepote, dein in gratiam Helleniſtarum, & Proſelytorum, ſub Ptolomæo Evergete II Græce verſus, ex qua ille verſione ad nos pervenit. *Jo. de Pinna*, & *J. B. Boſſuet*.

In hac claſſe recenſitos libros *quinque libros Salomonis* ab an-

PROPHETICI.

Daniel moritur circa A. M. 3467. *Sanctius*, *Pererius*, *R. Jachiades* cum notis *Conſt. l' Empereur* L. B. 1633. 4.

* PROPHET. OSEE Prophetarum antiquiſſimi A. M. 3194, celebris, cap. 14. Heb. *Jo. Philippeaux* S. J.

* PROPHET. JOEL. ſub regno Joſiæ A. M. 3381 prodita. cap. 3. Hebr. *Hugo de S. Victore*.

* PROPHET. AMOS a paſcendis bobus prophetæ, ſub regno Jeroboamii II, Oſeæ æqualis. cap. 9. Hebr. *Fr. Quinquarboreus*.

* PROPHET. ABDIÆ Jeremiæ coævi. v. 21.

* PROPHET. JONÆ ſub Jeroboamo II. c. 4. Hebr.

* PROPHET. MICHÆÆ contemporanei Iſaiæ. c. 7. H.

* PROPHET. NAHUM c. 3. Hebr. ſub A. M. 3294.

* PROPHET. HABACUC cap. 3. Hebr. ſub A. M. 3395.

* PROPHET. SOPHONIÆ cap. 3. He

LE-

LEGALES.	HISTORICI.	SAPIENTIAL.	PROPHETICI.
	MACHABÆORUM LIBRI II. Incertis auctoribus, quornm I, c. 16, Syriace. II, c. 15, Græce conſcriptus fnit. *Rhabanus Maurus* ad Ludovic. Regem. In I. *Joan. Erardi Fullonii* Leodienſis, S. J. 3 Voll. in fol. exſtant.	tiquis. Conciliis appellari compertum eſt.	br. ſub A. M. 3363. * PROPHET. AGGÆI cap. 2. Hebr. qui prophetare incipit A. M. 3484. *Fr. Vackenius* Acatholicus Lipſiæ. 1719. 4. * PROPHET. ZACHARIÆ ejuſdem temporis. c. 14. Hebr. * PROPHET. MALACHIÆ, qui ultimus omnium prophetavit. A. M. forte 3566. c. 4. Hebr. *Salam. van Till* Acatholicus Lugdun. B. 1707. In XII minores Prophetas videndus eſt *Caſpar Sanctius*, *Antonius Patronus* Neapoli T. II. 1743. fol.

CA-

CANON LIBRORUM XXVII N. T.

Qui univerſim habent Capi ta 260. Additis *Auctore*, *dialecto*, *numero Capitum*, *Anno Chriſti N.* quo circiter confecti ſunt, ſubjunctiſque *Præcipuis Scriptoribus*, qui in eos commentati ſunt. Illi præterea Libri quos *Protocanonicos* vocant, ad differentiam *Deuterocanonicorum*, aſteriſco notantur.

LEGALES.

EVangelia IV, quorum

I. * SECUNDUM MATTHÆUM cap. 28, a S. *Matthæo* ab Officio Publicanorum a J. Ch. in Apoſtolum A. Ch. 34 avocato, Hieroſolymæ, Syriace, ad inſtructionem Judæorum converſorum, A. Ch. 58 conſcriptum, antequam Apoſtoli, ad extendendum Evangelium per univerſum orbem, ab invicem ſepararentur. Ejus verſio Græca, originali fere coæva ad nos pervenit.

II. * SECUNDUM MARCUM cap. 16, a *S. Marco* Romæ, Græce ad preces Fidelium ibidem degentium, verſus An. Ch. 49 conſcriptum ex relatione S. Petri, cum ipſe non eſſet Apoſtolus, ſed tantum *unus ex Apoſtolorum diſcipulis*.

HISTORICI.

SANCTUS LUCAS Antiochia, celebri Syriæ civitate oriundus, ex Ethnico Chriſtianus, comes aſſiduus S. Pauli, præter Evangelium ſuum univerſalem Chriſti geſtorum hiſtoriam complectens, particulari etiam libello *Eccleſiæ primordia*, *Apoſtolorum hiſtoriam*, *naſcentiſque religionis noſtræ fata* executus eſt, Græco ſermone longe nitidiori, quam cæteri auctores N. T. uſi ſint. Inſcribitur iſte libellus

* ACTA APOSTOLORUM, in quo proſequitur capitibus XXVIII hiſtoriam ab aſcenſione Chriſti, ſcilicet An. Chr. 36, ad annum Neronis V, quando Paulus Romæ exacto vinculorum biennio libertati reſtitutus eſt, ſcilicet ad An. Chr. 64, Æræ vulgaris

SAPIENTIAL.

EPiſtolæ BEATI PAULI Apoſtoli, Græce omnes

I. AD ROMANOS cap. 16, ſcripta Corintho, An. Chr. 61. *Fr. Toletus* S. J.

II. Duæ AD CORINTHIOS, quarum I, cap. 16, Epheſi A. C. 59. II, cap. 13, An. C. 60 in Macedonia ſcripta.

III. * AD GALATAS, ſeu Gallo-græcos in Aſia degentes cap. 6. Epheſi A. C 58 ſcripta.

IV. * AD EPHESIOS cap. 6, ſcripta Romæ ex vinculis Anno Chriſti 68. *Joan. Jac. Quandtii* diſſ. contra Milium de quæſtione, an Epiſt. ad Epheſios a Paulo Epheſiis an vero Laodicenis fuerit inſcripta *Regiomonii in Pruſſia* 1712. 4.

V. * AD PHILIPPENSES cap. 4. Romæ ex vinculis A. C. 65.

PROPHETICI.

SANCTUS JOANNES natus in Galilæa, profeſſione Piſcator, una cum fratre ſuo JACOBO, cui *Major* cognomen, ad litus maris *Geneſaret* reficiendis in cymba retibus intentus a Chriſto ad Apoſtolatum vocatus, Salvatori noſtro ante alios dilectus, poſtquam complures in minore Aſia Eccleſias inſtituiſſet, atque ſæviente altera a Domitiano excitata in Eccleſiam perſecutione Epheſo, ubi commorari ſolitus erat, Romam vinctus miſſus eſſet, ibi in ferventis olei dolium injectus eſt.

Quum inde illæſus exiiſſet, in *Pathmos* Ægæi maris inſulam relegatus, futuram Eccleſiæ univerſæ faciem contemplari meruit, quam ille nobis viſionem reliquit ſanctiſſimo libro, qui dicitur

L E-

LEGALES.	HISTORICI.	SAPIENTIAL.	PROPHETICI.
III. * SECUNDUM LUCAM cap. 24, a S. *Luca Apoſtolorum diſcipulo*, ante converſionem ſuam Medico, Græce A. Ch. 56, ex relatione Chriſti Apoſtolorum diligenter compoſitum. IV. * SECUNDUM JOANNEM cap. 21, a S. *Joanne* Apoſtolo, Jacobi Majoris fratre, Epheſi, Græce ad preces Epiſcoporum, & aliorum fidelium Aſiæ, contra Cerinthum, & Ebionem Chriſto Divinitatem abnegantes, circa An. Ch. *96* emiſſum.	*61*, ita ut in V quaſi partes ſecari queat: quarum I. c. 1.-5. uſque ad S. Stephani acta. II. c. 6.-8. ad converſionem Sauli. III. c. 9.-14. ad Concilium primum Hieroſolymitanum excurrit. Pars IV. c. 15.-26, reliquam Pauli in Aſia prædicationem. Denique V. cap. 27.-28, ejuſdem iter	VI. * AD COLOSSENSES cap. 4. ibid. eod. anno. VII. * Duæ AD THESSALONICENSES, quarum I, cap. 5, Corinth. A. C. 56. II, c. 3, aliquot menſes poſt primam ibid. ſcripta. VIII. * Duæ AD TIMOTHEUM, quarum I, cap. 6, ex Macedonia circa A. Ch. 67. II, cap. 4. Romæ in carceribus, ultimo vitæ anno & An. Ch. 68, perſcripta. IX. * AD TITUM cap. 3. Nicopoli in Epiro An. 67. X. * AD PHILEMONEM v. 25. Romæ in vinculis.	APOCALYPSIS XXII. Græce circa A. C. 94, & 96, ſcripta. Ejus tribus primis capitibus inſtruit, corripitque ſeptem Epiſcopos, & Eccleſias Aſiæ. Quarto cap. proponit librum VII Sigillis ſignatum, quæ ſeqq. ſex cap. referuntur: reſeratis ſigillis c. 11, 12, ipſa libri contenta enarrat; ſcil. perſecutionem Eccleſiæ per *Antichriſtum*, *Henoch* & *Elia* præ-

LEGALES.	HISTORICI.	SAPIENTIAL.	PROPHETICI.
In omnia IV Evangelia videndi: *Nicolai Toinardi* Harmonia Evangel. græco-latina, *Pauli Pezroni* Ord. Ciſtercienſ. Hiſt. Evang. Judæorum, & Romanorum hiſtoriis illuſtrata, *Bernard. Lamii* Concordia Evang. *Cornel. Janſenius* Ep. Gandavenſis, *Fr. Lucas Burgenſis*, *Alphonſi Salmeron* unius e decem primis PP. S. J. opera in totum N. T. Coloniæ Agripp. Tomis XVI. f. 1603, 1604, prodiere, quorum priores XI in Evangelia, duodecimus in Act. Ap. & 4 ultimi in Epp. & Apocalypſin.	Romam verſus complectitur. In actus Apoſtolorum utiliſſima addidit Scholia *Joannes Gagnæus* ſeu *Gagnay*, item in eos videndi *Joan. Lorinus*, *Caſp. Sanctius*, *Joan. Ferus*, *Ben. Pererius*. Actuum Apoſtolorum Capita ex recenſione PAMPHILI MARTYRIS invenies in Opp. *Hippolyti* Epiſcopi & Martyris, S. IRENÆI diſcipuli edit. *J. A. Fabricii* Tom. II, p. 205.	XI. * AD HEBRÆOS, cap. 13. in Italia An. Chr. 66. *Ludovicus Tena* Epiſcopus Dostoſanus. In omnes Pauli Epiſt. *Bernardinus Pecquigny*. Epiſt. Catholicæ, Græcæ omnes. I. B. JACOBI Apoſtoli cap. 5. incerto anno. II. Duæ B. PETRI quarum PRIMA cap. 5. Romæ A. C. 48. SECUNDA cap. 3. ibid. A. Ch. 68. III. Tres B. JOANNIS Apoſtoli, quarum * PRIMA cap. 5. SECUNDA. v. 13. TERTIA v. 14. incerto loco, & tempore datæ. IV. B. JUDÆ Apoſtoli conſobrini SALVATORIS v. 25. poſt mortem S. Petri ſcripta. In has *Salmeron*. *Lorinus*, *Joan. Priceus*.	dicationem, Martyrium & reſurrectionem, ſeptem plagas noviſſimas, ſtragem *Gog*, & *Magog*, *Antichriſti* & complicum illius interitum, univerſi excidium, univerſale Judicium, & gloriam Beatorum. In hunc librum commentati ſunt *Daniel Hervæus*, *J. B. Boſſuet*, *Lud. de Alcazar*, *Elias Dupin*.

QU.

Q U. I I.

Quis habet Jus legum ferendarum?

§. I. Legum ferendarum poteſtatem ſuo jure ille unus habet, qui vitam, cæteraque omnia largitus nobis eſt præpotens Deus, iique uni, quibus a Deo hæc facultas facta fuit; cujuſmodi ſunt Reſpublica in rebus profanis, Eccleſia in rebus ſacris. (Vid. infra *quæſt.* VII, §. 2, ubi, quouſque ſeſe extendat Eccleſiæ poteſtas in Canonibus ferendis, explicatur.) Nam cum Deus hominem ad ſocietatem finxerit (*a*), cum vero nulla

(a) Ne a lectore noſtro deſiderentur aliorum etiam hac de re ſententiæ, habe quid ſentiat Heinetius. Hein. *J. nat. & gent. l.* 2, *c.* 6, §. 100, *ſeqq.*

§. I. Quamvis ſocietates, quas adhuc deſcripſimus, ſufficere potuiſſe videantur hominibus ad vitam bene, beateque tranſigendam; fuit tamen hominibus ratio conſultiſſima, cur in maximas illas ſocietates, quas Civitates, vel Reſpublicas vocamus, coaleſcere mallent, conſenſuque tam communi hunc ſtatum civilem præferrent naturali, ut vix ullam hodie reperias gentem tam barbaram, apud quam non aliquod ſaltem civitatis, vel reipublicæ ſimulacrum reperias.

* Teſtes ſunt ii, qui terras olim ignotas tum Septentrionales, tum Americanas luſtrarunt, & pleraſque in iis gentes vel Regi cuidam parere, vel communi conſilio de negotiis publicis decernere, animadverterunt. Quæ enim quidam auctores de Caſris, populiſque in monte Caucaſo habitantibus, immo & inſulanis quibuſdam Americanis narrant, (Vid. Hert. *Elem. prud. civ. l.* 1, p. 45; Becmann. *Hiſtor. geog.* 9, 8.) ea ita ſunt comparata, ut parum explorata retuliſſe videantur, nulla ibi imperia eſſe ſuſpicati, ubi non viderent palaria regia, ſatellitia, aulæque ſplendorem. Sane Caſros Petrus Kolbius, qui diutius in illo Africæ angulo commoratus eſt, deſcriptos eſſe ait in 17 nationes, quarum ſingulis præſit princeps, quem *Kouqui* vocent, quemadmodum ſingulis pagis, quos *Kralle* adpellitant, aliquis præfici ſoleat, quem penes & jus ſit delinquentes puniendi. Addit, de negotiis publicis omnes pagorum præfectos conſulere in medium, præſide principe nationis, qui & exercitui præeſſe ſoleat. Vereor, ne æque falſa ſint, quæ de Aboriginibus, & Gætulis refert Salluſt. *Catil. Cap.* 4, & *Jugurth. Cap.* 18, de Numidis Strabo *Geog. Lib.* 17, pag. 1191, edit. nov. de Bebriciis Valer. Flacc. *Argonaut. lib.* 4, *v.* 102, de Troglodytis Plin. *Hiſt. nat.* 5, 8, de Siculis denique Homer. *Odyſſ. lib. decimo*, *v.* 112, ubi, & ſtatum illum naturalem ita elegantiſſime deſcribit:

Nec fora conciliis fervent nec judice: tantum
Antra colunt umbroſa: altiſque in montibus ædes,
Quiſquis ſuos regit uxorem, natoſque, nec ulli
In commune vacat ſocias extendere curas.

§. II. Quamvis vero permulti ſint, qui de civitatum, & rerumpublicarum origine ſoliciti, rerum plurium indigentiam homines ad ſocietates civiles ineundas impuliſſe cenſeant, (Plato *de rep. lib.* 2.) vel ideo tamen id minus opinabile eſt: primo, quod civitatis veſtigium jam *Geneſ.* IV, 17 exſtat, quum nondum ea hominum multitudo impleſſet mundum, ut magna adeo eſſe potuerit rerum neceſſariarum indigentia.

Digitized by Google

la ſocietas conſiſtere ſine legibus poſſit; cumque leges nec eſſe, nec intelligi ulla ratione queant, niſi ſit, qui imperet, imperiumque detrectantes coerceat,

Deinde, quod nihil obſtitit, quo minus, & extra civitates locus eſſet commerciis. Denique, quod multo major rerum omnium indigentia fuit, ex quo, inſtitutis civitatibus, luxus, & libido gliſcere cœpit.

* Sic Abrahamum, Iſaacum, Jacobum, quos aliquamdiu extra ſocietatem vixiſſe diximus, quamvis non niſi agriculturæ, & rei pecuariæ darent operam, commode tamen, & ſuaviter vixiſſe, maximaſque opes adquiſiviſſe, nullaque re indiguiſſe, animmadvertimus. (*Geneſ* XXIV, 35, XXXIII, 11.) Et ſane quum ſatis mature familiæ etiam ſegreges agros colere, vites plantare, quin & aurum, argentumve noſſe, arteſque utiliſſimas invenire cœpetint, (*Geneſ.* XIII, 2, XXIV, 35.) quid deſiderare ultra potuiſſent magnopere homines, etiam extra civitates viventes, ſi luxus abfuiſſet?

§. III. Deinde, elegantia vitæ morumque cultus homines priſcæ frugalitatis vix potuit ſubigere, ut libertati naturali ſtatum civilem præferrent. Præterquam enim, quod illa morum elegantia plerumque vanitatem ſapit, & adfectatum adulandi ſtudium fere pro morum cultu venditatur; nihil etiam impedit, quo minus & homines, in ſtatu naturali viventes, & rationem excolere, & morem ad elegantiam componere poſſint. Quin exempla Abrahami, Iſaaci, & Jacobi, qui cum familiis ſuis ſuas ſibi res ſolis habebant, nec in ſocietarem civilem coaluerant, denuo docent, & in naturali ſtatu viventes homines omnem barbariem deterſiſſe moribus, & decori fuiſſe obſervantiſſimos.

* Argumento eſſe poteſt morata Abrahami oratio ad Melchiſedechum, *Geneſ. XIV*, 22, *ſeq.* ejuſdem inſignis humanitas in excipiendis hoſpitibus, *Geneſ. XVIII*, 2, *ſequ.* colloquium ejuſdem plane inſigne cum filiis Chethi, *Geneſ. XXIII*, 7, *ſeq.* Quin, & ſervos ita inſtituiſſe Abrahamum, ut decori, morumque elegantiæ eſſent ſtudioſiſſimi, vel Eleazaris legatio ad Nachorem probat, *Geneſ. XXIV*, 22, *& ſeq.* Nec barbarorum hominum eſt ille Jacobi, ex Meſopotamia redeuntis, cum Eſau congreſſus, quando fratres inter ſe veluti certabant non modo verbis humaniſſimis, ſed & donis, aliiſque amoris ſignificationibus. Si porro verum eſt, quod tradit Joſephus *Antiqu. Jud.* 1, 9, Abrahamum fuiſſe non modo arithmetices, verum etiam *ſideralis ſcientiæ peritum*, nec non quod alii addunt ὀνειρο-κριτικὴν in familia ejus magnopere excultam, ac ad ſummam pœne perfectionem perductam eſſe: Vid. Svid. voce Ἀβραάμ, Juſtinum *Hiſtor.* 36, 2; nemo dubitaverit, quin artium, ac ſcientiarum culturæ etiam in ſtatu naturali fuerit locus, neque ideo in civitates fuerit diſcedendum.

§. IV. Tales, & reliquæ cauſæ ſunt, ob quas in civitates coaluiſſe homines exiſtimant. Nam quod alii juſtitiæ fruendæ cauſſa, Heſiod. *Theogon.* v. 87: alii *τὰ συμφέροντος χάριν utilitatis cauſa*, Ariſtot. *Ethic.* 8, 11: alii denique veluti idem Ariſtot. 1, 1, *&* 2, incitante natura, conſtitutas eſſe civitates exiſtimant; id omne ita comparatum eſſe arbitramur, ut quidem aliquid ex vero trahat, nec tamen [illegible] impuliſſe videatur homines, ad ſtatum libertatis, æqualitatiſque cum civili commutandum.

* Quid enim obſtitiſſet, quo minus, & patresfamilias ſegreges jus dicerent familiis? Deinde cur non ad utilitatem ſuffeciſſe dicamus ſocietates ſimpliciores, maxime quum liberum cuique eſſet adquirere quidque vellet, & contra plane ceſſarent vectigalia, tributa, aliaque munera perſonalia, ac patrimonialia, quæ nunc ſæpe civium facultates exhauriunt? Et ſane ſi natura a ſolitudine abhorret, eumque ſtatum tamquam miſerrimum depinxit Puſendorfius: an Abrahamum vixiſſe in ſolitudine credimus, quem præter uxorem, pellicem, & utriuſque liberos tam numeroſa ſervorum caterva ſtipabat, ut trecentos, & octodecim vernas armatos in aciem educere poſſet? *Geneſ. XIV*, 13. Sane, ſi homines natura feruntur in ſocietatem, non illico feruntur in ſocietates illas maximas, quas multa habere, a quibus natura hominis quam maxime abhorret, ex inſtituto docuit Puſendorfius *Jur. nat. & gent.* 7, 1, 4. Verum tamen eſt, in ſtatu civili, & juſtitiam rectiſſime adminiſtrari, & eum ad publicam, privatamque utilitatem, ſi bene, ac pruden-

ceat, patet Regum timendorum in proprios greges imperium divinitus eſſe conſtitutum. Hinc illud Pauli: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita*.

---

denter ſit inſtitutus, permultum conducere, & hunc naturæ hominis quam maxime eſſe conſentaneum. Sed hæc conſequi magis hunc ſtatum dixeris, quam ut ad cauſas προκαταρκτικὰς referri poſſint.

§. V. Quare ſi rem omnem paullo accuratius, adhibita in conſilium ratione, conſideres; ii demum rem acu tetigiſſe videntur, qui *VIM* improborum, & originem, & occaſionem conſtituendis civitatibus dediſſe ſtatuunt. Quum enim in ſtatu naturali omnes ſint æquales, ac liberrimi, & ea tamen ſit hominum improborum indoles, ut alios dominari, eoſque ſub jugum mittere, rebuſque ſpoliare, mirifice cupiant: I, fieri profecto non potuit, quin plures patresfamilias, ejuſdem ingenii viros unirent, alioſque ſibi obnoxios redderent. Quumque magna ſocietas non poſſit non eſſe inæqualis, & rectoria; conſequens eſt II, ut illa latronum turba ſibi ducem elegerit, certamque ei formam imperii præſcripſerit; atque inde III, nata ſit Societas Civilis, vel Reſpublica; quippe quæ nihil aliud eſt, quam inſignis hominum multitudo, nulli alii mortalium obnoxia, & ſub communi imperante ſecuritatis ſuæ cauſa certis legibus conſociata.

* Ita ipſa recta ratio nos ad civitatum originem inveniendam veluti manuducit. Sed ei maximum omnino pondus accedit ex antiquiſſima hiſtoria, quam e ſacris litteris, tamquam ex limpidiſſimo fonte, hauriendam eſſe inter omnes conſtat. Sane enim ante diluvium non בני אלהים *filios Dei* uti vocamus *Geneſ. VI.*, 1, ſed Caini poſteros primos civitatem condidiſſe, ſatis manifeſtum eſt ex *Geneſ. III*, 17. Et ſi vel maxime largiamur Jo: Clerico *Comment.* p. 40, *tenuem* hanc fuiſſe *caſarum collectionem*, *maceria forte*, *aut ſepe viridi cinctam*, (quod tamen non adeo certum, & exploratum eſt) multarum tamen familiarum ſocietas ſine qualicunque civili regimine intelligi vix poteſt. Deinde poſt diluvium primus Chuſi filius, Nimrodus, *in terris potens eſſe*, regnumque Babyloniæ condere, id eſt, alios opprimere, & ut imperata facerent, cogere cœpit, *Geneſ. X*, 8, *ſequ.*, nec antiquioris regni apud Moſen ſit mentio, quum tamen aliquot ſæculis poſt, Abrahami temporibus, plurium regum, ac dynaſtarum nomina, ac res geſtæ occurrant. Et quis dubitet, quin principio rerum ex violenta illa hominum oppreſſione natæ ſint civitates, & reſpublicæ, quum id multo poſt ſæpiſſime contigerit? Sane enim occaſione latrociniorum potentiſſima regna nata eſſe, petitis ex omni hiſtoria exemplis, ex inſtituto demonſtravit Hertius *Elem. prud. civ.* 1, 3, 4, *p.* 77, *ſequ.*

§. VI. Tot ergo conglobatorum veluti hominum vim metuentibus etiam juſtiſſimis patribusfamilias non aliud occurrere potuit remedium, quam ut vim vi repellerent. Quumque, ubi pauciores non ſufficiunt fini obtinendo, ipſa neceſſitas, hominumque malitia homines in ſocietates coaleſcere cogat: conſequens eſt, ut & probos, & juſtos patresfamilias, improborum metu, vires jungere, & ſub communi imperio certis legibus conſociari, adeoque in ſocietatem civilem, vel rempublicam coaleſcere oportuerit. Ex quo porro colligimus, in ſtatu integritatis nullas futuras fuiſſe reſpublicas, adeoque nugas agere, qui vel tales futuras fuiſſe, tamquam ex tripode pronunciarunt, (vid. Becmann. *meditat. pol.* 11, 5, *vel* 8.) & ſtatum illum integritatis, tamquam principium juris naturæ, & gentium obtrudere eruditis conati ſunt.

* Facile ergo jam tranſigent, qui cauſam civitatum dicunt eſſe vim, & metum, uti Bodin. *de rep.* 1, 6, 2, 6, Hobbeſ. *de cive* I, nec non qui, ut ſua tenerent, homines civitates conſtituiſſe contendunt, veluti Cicero *de offic.* 2, 21, qui denique infirmitatem familiarum ſegregum homines putant ſubegiſſe, ut libertatem illam naturalem cum ſtatu civili permutarent, quod in mentem venit Grotio *de jure belli*, *&* *pacis*, *proleg.* §. 19, *&* *Lib. I*, *Cap.* 4, §. 7. Omnia enim hæc licet verbis videantur diſcrepare, eodem tamen redeunt, homineſque metu hominum, & ſui tuendi cauſa, civitates conſtituiſſe ſatis perſpicue oſtendunt.

§. VII. Itaque duplex eſt civitatum origo. Aliæ enim ad vim aliis inferendam,

dita eſt, neque enim ſine cauſa gladium portat: illud Petri: *Subditi eſtote omni creaturæ propter Deum, ſive Regi tamquam præcellenti, ſive ducibus tamquam ab eo miſſis.*

§. II. Ad res ſacras quod attinet, hæc auctoritas Eccleſiæ divinitus tributa eſt, cum Jeſus Dei Filius Petro Apoſtolo curam totius Eccleſiæ tradidit his verbis: *Paſce oves meas*: tunc enim Petrum Pontificem Summum, totiuſque Eccleſiæ, & ipſorummet, quos ſuæ operæ Vicarios jam delegerat, Apoſtolorum Caput conſtituit; & quem ipſi, ejuſque ſucceſſoribus ante mortem promiſerat in Univerſa Eccleſia Primatum verbis illis: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claves Regni Cælorum:* ratum, atque perpetuum fecit. (Vid. infra *Quæſt. IV.*) Quorum vero eſt legum condendarum, illorum etiam eſt interpretandarum, molliendarum, immutandarum, laxandarum, tollendarum; & quidquid virium hac in re conſuetudini ineſt, tacito id Legislatorum conſenſui tribuendum eſt.

QU.

opprimendoſque innocentes; aliæ ad vim vi repellendam, civeſque defendendos coaluerunt. Illarum finis injuſtiſſimus; harum juſtus eſt. Unde illas rectius Latronum Cœtum; has Juſtas Reſpublicas dixeris. Sed quemadmodum ſæpe contigit, ut quarum rerum vitioſa origo eſt, eæ deinde, animadverſo errore, emendentur; & contra, quæ recte ſe habent, paullatim in pejus ruant: ita & fieri poteſt, ut latronum cœtus, poſito illo alios opprimendi conſilio, in juſtas reſpublicas; hæ vero, relicta poſt tergum humanitate, in latronum cœtus abeant: attamen & in illis, & in his, ratione civium, finis idem ſit, puta, eorum ſecuritas.

* Sic, quamvis piraticæ illæ Afrorum reſpublicæ magis ad opprimendos, ſpoliandoſque alios, quam ad ſolam mutuam defenſionem ſint comparatæ, & eatenus parum a latronum cœtibus differant; tamen æque ſecuritatem civium, tamquam finem, ſibi ponunt ob oculos, ac aliæ juſtæ reſpublicæ; ac proinde non modo quævis præſidia ſibi adverſus exterorum vim circumponunt, ſed & læſis jus dicunt rigidiſſime, pœniſque acrioribus efficere conantur,

Ne vaga proſiliat frenis natura remotis.

Itaque communis quidem hic finis eſt omnium rempublicarum, ſed ita, ut priores, ſi illum finem obtineant, jus, ac virtutem parum curent; hæ ideo finem illum intendant, ut utroque bono ſine impedimento fruantur, vel uti rem exprimit Apoſtolus, ἵνα ὑπὸ βασιλέων, ϗ πάντων τῶν ἐξ ὑπεροχῇ ὄντων ἤρεμον, καὶ ἡσύχιον βίον διάγωσιν ἐν πάσι εὐσεβείᾳ, ϗ σεμνότητι, *ut ſub regibus, & omnibus in eminentia conſtitutis, tranquillam, & quietam vitam ducant cum omni pietate, & honeſtate. I Tim. II, 2.*

Conſule etiam Boehm. *in Jus Pub. Un. l. 1, c. 1.*

QU. III.

Leges indigent ne promulgatione? & qua?

§. I. TRitum eſt Juriſconſultorum adagium: *Leges inſtituuntur cum promulgantur*. At qua promulgatione opus eſt? Ea certe (*a*), qua certiores cives fieri poſſint. Ad leges civiles quod attinet, Juſtinianea Novella *66* cautum eſt, ut in ſingulis edantur provinciis. Quod pertinet autem ad Sacros Canones, ſub Judice lis eſt (*b*). Cum Hieroſolymis concio habita

(a) Non apparet de ratione legis eſſe, præveniendo omne jus propoſitum, ut ejus promulgatio certo, ac determinato ritu fiat, aut certis, & determinatis locis lex publice affigatur, vel proclametur, ſed talis in genere promulgatio ſufficere creditur, vi cujus ipſa lex iis, quibus fertur, ſit ſufficienter propoſita, ut facile hac publica propoſitione, ſeu promulgatione in notiria Univerſitatis, ſeu Populi, cui fertur, venire queat. Id non obſcure ſignificant Imperatores. *lib. 9*, *c. de legibus*, dum dicunt: *Sacratiſſimas leges ab omnibus intelligi debere*, (ſcilicet per promulgationem) *ut univerſi præſcripto earum manifeſtius cognito, prohibita declinent, permiſſa ſectentur*. Itaque de ratione legis eſt, ut ejus publicatio in ejuſmodis locis, atque eo temporis intervallo duratione fiat, ut per hanc promulgationem moraliter univerſi quibus lex fertur, ejus notitiam vigore hujus promulgationis accipere queant. Van-Eſpen. *Tract. de Promulg. leg. Eccl. p. 1, c. 1*, §. 2.

(b) Nihil apud priſtinos Eccleſiaſticos Auctores legitur de ſpeciali aliqua Publicationis forma, quam Romani Epiſcopi in promulgandis ſuis Decretis ſervarint. Quo vero tempore Eccleſia Romana cœperit ſpecialem publicationis formam hodie uſitatam aſſumere, incertum eſt. Hoc conſtat, quod tandem invaluerit publicationis modus per affixionem Decretorum, ſeu Bullarum in locis quibuſdam poblicis Urbis Romæ. Decreta quippe Romana, ſive immediate a Pontifice, ſive a Congregatione Cardinalium in modum legis concepta conſuevere per Curſorem Apoſtolicum affigi, & publicari ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Eccleſiæ Lateranenſis, vel in acie campi Floræ, aliiſque locis ſolitis, uti ad calcem Decretorum, & Bullarum, quarum facta eſt publicatio, paſſim exprimitur. Si autem Decreta dumtaxat concernant certum Tribunal, tunc publicatio fieri conſuevit in illo ipſo Tribunali, ut per eam ad notitiam deveniant eorum ad quos Decreta illa ſpectant. Hac forma publicari conſueverunt a ſingulis Pontificibus Regulæ Cancellariæ in ipſa Cancellaria per unum ex RR. PP. DD. majoris Præſidentiæ Abbreviatoribus, eo quod hæ regulæ, ſive ordinationes primitus ad directionem Cancellariæ fuerint ordinatæ, & principaliter ad hoc Tribunal pertineant. Similiter ſi Decreta ſpectant particulare aliquod Corpus, aut Inſtitutum, vel Religioſorum Ordinem, conſueverunt ea dirigi ad Superiores, ſive Directores iſtius Corporis, Inſtituti, vel Ordinis, ut hi ea notificent omnibus, quorum illa ſcire intereſt. Van-Eſpen. *l. c. cap. 3*. De lege nova a Summo Pontifice lata, utrum ea obliget ſtatim, an poſt duos menſes juxta Auth. *Ut factæ novæ conſtitutiones*, quæri ſolet. Negant communiter Doctores. Pontifex in modo ferendi legem ſuam, & obligationem inducendi non acceptavit Auth. *Ut novæ conſtitutiones* quoad primam partem, ſcilicet quoad publicationem faciendam in qualibet Provincia. Ergo neque quoad ſecundam, nempe duorum menſium: quia hæc acceptatio neque probatur aliquo textu Juris Canonici, quo Pontifices declarent, velle ſe adhibere leges civiles pro mo-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

bita fuit anno Ch. 51, & quæſtio de circumciſione dirempta, lexque de *ſuffocatis*, & *ſanguine* lata Act. XV, ſelecti fuerunt Judas cognomine Barſabas, & Silas, qui una cum Paulo, & Barnaba Antiochiam, ubi quæſtio illa exarſerat, cum mandatis Concilii proficiſcerentur. Siricius Summus Pontifex, qui ſedit ſæculo IV exeunte, litem ita ſolvere videtur; ſatis eſſe Conſtitutiones in urbe editas eſſe, ſed ſatius in Provinciis: *Quamquam* (ait ille) *Statuta Sedis Apoſtolicæ nulli Sacerdotum Domini ignorare ſit liberum; utilius tamen erit ſi in univerſorum Fratrum noſtrorum notitiam perferantur*. Concilium Lateranenſe Conſtitutionem de *Medicis*, & Concilium Tridentinum de *Matrimoniis clandeſtinis* Decretum in ſingulis Provinciis edi voluerunt, quæ duæ ſane exceptiones contrariam regulam firmare videntur. Ideo fortaſſe peculiaris promulgationis forma horum duorum Canonum decreta fuit, quod ad Laicos ii pertinerent, quibus non, uti Clericis, præceptum eſt, ut Canonum, legumque Eccleſiaſticarum cognitionem ſibi pariant.

§. II. Hinc oritur diſcrimen inter leges civiles, & Eccleſiaſticas. Nam cum leges civiles vim ſuam in Laicos etiam exerant, quorum omnium non eſt legum ſtudio inſudare, opus eſt, ut in ſingulis locis edantur; quod minime dicendum de Clericis, qui omnium Canonum cognitionem ex inſtituto ſibi debent comparare. Adde difficultates maximas promulgandi Canones in ſingulis Provinciis, tum propter immenſos terrarum tractus, quos complectitur Eccleſia, tum propter vim, quæ hujuſmodi promulgationibus præcipue ab Religione extorribus afferri ſolet, ita ut longe facilius ſit, Clericos earum Conſtitutionum, quæ Romæ eduntur, cognitionem capere, quam Summum Pontificem eas tam longa, tam difficili, tam impedita promulgatione rogare.

QU.

modo ferendi, vel obligandi Eccleſiam per ſuas leges, neque probatur conſuetudine, ut fidem ſuam interponunt graves Auctores, & ſpecialiter Vaſquez, & Navarrus, qui docent, de conſuetudine, & ſtilo in urbe ſervari, ut Conſtitutionum Apoſtolicarum tranſgreſſores, ante duos menſes a promulgatione puniantur, non ſolum qui probantur ſciviſſe promulgationem, ſed etiam qui non potuit illam ignoraſſe. Quod autem hanc conſuetudinem aliqui Navarrum ſequuti reſtringendam putent ad forum tantum exterius, & Urbicolas, ſeu incolas Romæ, profecto tamquam naturæ repugnans probari non poteſt. Eccleſia enim non punit niſi propter delictum aut verum, aut præſumptum. Sed neutrum adeſſet hoc caſu. Non verum, quia ubi non datur vera tranſgreſſio legis, non poteſt dari verum delictum. Sed antequam obliget lex, non datur vera tranſgreſſio. Ergo. Sed neque præſumptum invenitur delictum: nam certo ponitur non conſtare, nondum eſſe elapſum tempus duorum menſium. Ergo ſi ſciens legem judicatur ut tranſgreſſor, ex nulla præſumptione judicatur, ſed ex certa probatione delicti. Unde conſuetudo ita tranſgreſſores puniendi aperte ſupponit legem obligare Romæ ante duos menſes, quæ ſuppoſitio utpote in voluntate Pontificis modum, & ſtilum Curiæ Romanæ non ignorantis fundatur. Altera vero reſtrictio facta ad Urbicolas, quæ aſſeritur a Navarro non ſimpliciter, ſed ſub particula, *fortaſſe*, non probatur, neque apparet Suarezio eſſe veriſimilis; nec immerito, ſi opinionem hanc rite ponderemus. Soll. *de Legibus part.* 1, §. 2, *n.* 47.

QU. IV.

Leges pendent ne ex populi conſenſu?

§. I. CUM ea humanarum legum ratio ſit, ut populorum moribus, regionum conſuetudinibus, temporum converſionibus præclare inſidere debeant, cumque non eadem ſit locorum omnium indoles, non iidem cunctorum hominum mores, non eædem ubique conſuetudines, proindeque una eademque lex non omnibus Provinciis apte hærere poſſit (*a*), quis non videt populorum conſenſui hac in re plurimum tribuendum eſſe, utpote illi, qui legum neceſſitatis, utilitatiſque optimus teſtis eſt? Hinc Tullius: *Diſſimilitudo Civitatum varietatem juris habet maximam*.

§. II. Quod ſi id de legibus prudenter dictum fuit, quanto magis de (*b*) Canonibus dicendum erit, qui univerſæ Eccleſiæ deſcribuntur, cum fieri minime poſſit, ut Legislator tot, tamque inter ſe diſſitarum provinciarum mores, ingenia, atque inſtituta cognoſcat? Præterea exiſtimandum non eſt, eam poteſtatem uni homini, quantumvis ſummo, at in externa Eccleſiarum diſciplina moderanda ſemper homini, divinitus eſſe tributam, ut ſi collibitum fuerit, Eccleſiaſticam rem ſuis valeat juſſionibus ſus deque vertere. Ne igitur adverſus Pontificum longius evagantium vim ſuo clypeo careat Eccleſia, maximam vim in populorum interceſſione poſitam eſſe ſtatuamus oportet. Hinc prudentiſſimum illud omnium fere Rerumpublicarum (*c*) conſilium, ne ullæ

(a) Cum infinita ſit morum varietas, & unaquæque pene provincia ſuis particularibus ſtatutis, conſuetudinibus, legibuſque, & privilegiis regatur, difficile eſt, ut lex generalis a Principe ſupremo lata congruat provinciis, & populis omnibus, & non aliquando in publica commoda impingat. Cui rei vix aliter occurri poteſt, quam ſi de his, quæ incidunt, admoneant Legislatorem ii, quibus particularem per provincias promulgationem Princeps delegavit, qui deinde legem temperet, ut e re eſſe viderit. Van-Eſpen. *l. cit. c.* 2.

(b) Nam eo ipſo, quod lex univerſaliter fertur, facile accidere poteſt, ne congruat moribus, aut diſpoſitionibus gentium omnium pro quibus fertur, quod maxime contingere poteſt in legibus Canonicis, & Pontificiis, quæ pro univerſali Eccleſia feruntur. Eccleſia quippe complectitur varia Regna, & Provincias habentes varios ritus, & modos vivendi, unde licet talis lex regulariter loquendo non ſit diſconveniens vel nimis dura pro univerſali Eccleſia; idcirco licet reſpectu totius locum non habeat ſupplicatio, nihilominus uni, vel alteri Regno, aut Provinciæ poteſt eſſe nimis diſſentiens a moribus ejuſdem. Salgaldo *in Tract. de Supplic. ad Sanct. p.* 1, *cap.* 2, *ſect.* 4, *n.* 151.

(c) Apparet non tantum in Hiſpania, ſed & in Flandria, & apud Gallos exequutionem, & publicationem Diplomatum Curiæ Romanæ ſuſpendi, quouſque apud ſuprema Regis Auditoria recognita fuerint. Covaruvias *pract. qq. c.* 35, *n.* 4.

Apud Gallos nullam Legem Pontificiam, aut Reſcriptum Curiæ Romanæ publicari, aut executioni mandari poſſe, niſi prius in ſupremo Regis Auditorio examinata fuerint, & probata, notius eſt, quam ut probari debeat, probaturque hic uſus integro

ullæ Eccleſiaſticæ ſanctiones edantur, (*d*) ſenatu inconſulto; qua una providentia res omnes tum ſacræ, tum profanæ in tuto poſitæ ſunt.

Cum vero Summi Pontifices, non ſolum Eccleſiarum diſciplinam, verum etiam omnium Chriſtianorum fidem, & vitam ſuis Canonibus ſanciant, & regant, cumque Fidei & vitæ Chriſtianæ regula una, eademque ubique eſſe debeat, hinc hujuſmodi Canones, licet plures Eccleſias, plures provincias, plures populos interceſſores habeant, firmi, ratique erunt, ſolaque omnium, vel pene omnium una Eccleſiarum conſpiratio adverſus hujuſce generis Canones eſſet valitura; (Vid. ea, quæ dicemus in Op. qu. V.) quod quidem

---

c. 10 inter probationes Libertatum Eccleſiæ Gallicanæ, ubi etiam vetuſta admodum hujus uſus praxeos proferuntur exempla. Hunc quoque uſum jampridem viguiſſe apud Germanos probant ea, quæ referuntur in additione ad n. 54, *c.* 7 probationum Libertatum Eccleſiæ Gallicanæ. Refert Auguſtinus Manuel eques Ordinis Chriſti *in Hiſtoria Joannis II, Luſitaniæ Regis*, *l.* 4, quod Luſitania hunc uſum, & morem tenuerit tenaciſſime ſemper, ut Regni Cancellarius cum Secretario non Bullas tantum Pontificias, ſed mandata omnia Eccleſiaſtica cognoſceret, neque ante finerentur effectum ſortiri, quam ex ſubſcriptione Secretarii liqueret nullum præjudicium fieri Regiæ auctoritati. De hoc placiti uſu vigente in Ducatu Britanniæ teſtis eſt Argentreus *l.* 2 *Hiſt. cap.* 14. In Sabaudia ab antiquo hunc placiti uſum fuiſſe ſufficienter probatur ex deciſione Senatus Sabaudici relata ab Antonio Fabro in ſuo *Codice l.* 7, *t. de Appell. ab abuſu*, qui ibidem refert, cenſuiſſe Senatum, recte poſſe appellari ab exequutione Brevis Apoſtolici, quamvis æquiſſimi, hoc ſolo titulo, quod inconſulto Senatu facta ſit Publicatio, ne Principis juriſdictio impune contempta videatur. In regno Neapolitano, quamvis nexu feudali Sedi Apoſtolicæ obnoxio, hunc uſum probat vel ſola illa Pragmatica data 30 Auguſti 1561, qua declaratur, clauſulam litteris Curiæ Romanæ inſertam, *quod ſola publicatio Romæ facta ſufficiat*, habendam eſſe pro clauſula nullius effectus. Conſtat inſuper Regni illius conſuetudinem jam pridem fuiſſe, ut ſine aſſenſu eorum, qui ſupremæ juriſdictioni præſunt, ſeu uti loquuntur, ſine *Regio exequatur*, nulla Reſcripta, aut Bullæ Romanæ admittantur. Hanc omnium pene Regnorum in hunc placiti uſum conſonantiam deducit, citatis omnium gentium auctoribus Franciſcus Salgaldo *in Tract. de Supplicat. ad Sanctiſſimum p.* 1, *c.* 2, ubi *nu.* 37 allegat Marium Cutelli Siciliæ Senatorem, qui ponit praxem, & ſtilum Regni Siciliæ in examinandis omnibus Litteris a Sede Apoſtolica emanantibus. Quapropter non immerito hunc uſum placiti adſcribendum cenſent paſſim Pragmatici juri gentium, utpote apud omnes paſſim gentes, ex juris naturalis inſtinctu probatum. V. Van-Eſpen. *Tract. de Promulg. leg. Eccl. p.* 2, §. 1, *& ſeq.*

(d) Card. de Luc. *in Theat. Ver. & Juſt. Tom. XV, l.* 15, *p.* 2, *Relat. Rom. Cur. For. Diſc. II*, 5, 36. Qui praxim, vel obſervantiam Principum ſæcularium non permittendi executionem litterarum aliarumque Proviſionum Apoſtolicarum abſque ipſorum ſcientia, & conſenſu defendunt, id non referunt negationi Territorii, quodque Papa indigeat communicatione aliqua Juriſdictionis, ac Poteſtatis Principis ſæcularis in cauſis Eccleſiaſticis, ac ſpiritualibus, ſed id referunt cuidam extrajudiciali notitiæ de facto, quam expedit habere de omnibus iis, quæ in proprio dominio, vel principatu contingunt, ne ſub hoc pallio, vel prætextu publicæ quieti principatus, ac Reipublicæ regimini, & juribus præjudicia generentur, & ſic per quamdam ſpeciem notitiæ extrajudicialis de facto, ad inſtar illius cognitionis, quam pro aliquarum Regionum ſtilis judices ſæculares habere ſolent de Clericatu, vel de Uſura, ſive de matrimonio, ut nudi facti, non autem juris, ac pro ſola temporalitate, ſeu effectibus temporalibus, qui incidenter, & conſecutive inde reſultant. Quinimmo in aliquibus Principatibus, qui per Principem abſentem reguntur per Vicarios, alioſque Magiſtratus, ut in Italia docet praxis Regnorum Siciliæ, Neapolis, & Sardiniæ, & Du-

dem hactenus nunquam (*e*) evenit, nec eventurum erit (*f*).

QU,

Ducatus Mediolani, etiam litteræ, ac proviſiones ipſiuſmet Regis, executioni non demandantur, niſi prævia hac notitia, & conſenſu, qui ſub *executoriationis* termino explicari ſolet. Atque in ipſomet Statu Eccleſiaſtico in illis provinciis, quæ per Cardinales Legatos reguntur, idem praxis docere videtur.

(e) Sancti Petri adnitente præſidio hæc Apoſtolica ejus Eccleſia *nunquam* a via veritatis in qualibet erroris parte deflexa eſt; cujus auctoritatem, utpote Apoſtolorum omnium Principis, *ſemper omnis Catholica Chriſti Eccleſia, & univerſales Synodi amplexæ*, per quam, & probatiſſima Eccleſiæ lumina claruerunt, & Sancti quidem Doctores venerati, atque ſecuti ſunt; *Heretici autem falſis criminationibus, ac derogationum odiis inſecuti*. Hæc eſt vera fidei regula, quam & in proſperis, & in adverſis vivaciter tenuit, & defendit ſpiritualis mater veſtra tranquilliſſimi imperii, Apoſtolica Chriſti Eccleſia, *quæ per Dei omnipotentis gratiam a tramite Apoſtolicæ traditionis numquam erraſſe probabitur, nec hæreticis pravitatibus depravata ſuccubuit*; ſed ut ab exordio fidei Chriſtianæ percepit ab auctoribus ſuis Apoſtolorum Chriſti principibus illibata fine tenus permanet ſecundum divinam pollicitationem &c. S. Agatho (anno 680.) *in epiſt. ad Conſtantinum Pogonatum*, quæ lecta fuit in Concilio Conſtantinopolitano III, Œcumenico VI, atque omnium Patrum conſenſione probata, atque in Actione 4 ejuſdem Concilii conſuta.

(f) Quia diſciplina varia eſt pro locorum, & temporum ratione, ac fieri poteſt, ut aliqua Conſtitutio, licet pleriſque orbis Chriſtiani Diœceſibus utilis, alicui tamen provinciæ, aut peculiari Diœceſi minus opportuna dignoſcatur; idcirco operæ pretium duximus hic explicare, qua ratione ſe gerere debeant Epiſcopi, qui aliquam Pontificiam Conſtitutionem Diœceſis ſuæ rebus minime conducere arbitrantur, ne debito erga ſummos Pontifices, & Apoſtolicam Sedem obſequio deſint. Non hic agimus de peculiaribus Reſcriptis, aut Mandatis, in quorum conceſſione, ſive expeditione nihil facilius eſt, quam ut aliquando

Jus Pontificium.

Pontifices decipiantur, vel falſa rerum enarratione, vel occultatione alicujus veritatis, quam ſi notam habuiſſent, nunquam ea conceſſiſſent, aut mandaſſent, quæ alicujus vitii arguuntur. Verum in hiſce caſibus, quidquid ab eis per ſubreptionem, aut per obreptionem impetratum eſt, ipſi haud inviti abrogant; uti apparet ex c. *ſuper litteris, de Reſcriptis*, nec ullo modo ægre ferunt, ſi exequutores, quibus mandatum commiſſum, exequutionem ſuſpendant; atque interim accuratas rei mittant notitias, quibus certiorem reddant Pontificem, cur illius mandatum non duxerint exequendum. C. *Si quando de Reſcriptis*. C. *cum teneamur de Præb.* Multo minus hic agitur de Pontificiis Conſtitutionibus dogmaticis, quæ ad fidem pertinent, cum in his irreformabile ſit Romani Pontificis judicium. Agitur itaque de Conſtitutionibus ad diſciplinam pertinentibus; at non ad illam, quæ ſacros reſpicit ritus, cæremonias, ſacramenta, Clericorum vitam: namque iſthæc omnia a Pontificia pariter auctoritate omnino pendent; ideoque Apoſtolicæ Sedis Decreta, quæ circa ea prodire contingat, inferiorum judicio, & cenſuræ nullo modo ſubjecta eſſe debent: ut ipſe etiam Petrus de Marca recte perpendit *de Concord. Sacer. & Imp. l. 2, c. 7, num.* 8: ſed alia extat Eccleſiaſticæ diſciplinæ pars, de qua aliquando a Romanis Pontificibus generaliter ſtatuitur. Verum nonnunquam experientia demonſtrat, aliquod ex hujuſmodi generalibus ſtatutis, licet pleriſque Provinciis, ac Diœceſibus utile, atque proficuum, alicui tamen Provinciæ, aut Diœceſi opportunum non eſſe: id quod Legiſlatori compertum non erat, cum ipſe peculiares locorum res, atque rationes perſpectas habere nequeat; quemadmodum fatetur Pontifex *in* C. 1, *de Conſt. in 6.* In his itaque rerum circumſtantiis Epiſcopus intelligens, Apoſtolicæ Sedis legem in Diœceſi ſua noxium aliquem effectum producere poſſe, non modo ſuas Romano Pontifici rationes repræſentare non prohibetur, quin potius ad id omnino tenetur. Neque Romani Pontifices unquam renuerunt inferiorum rationibus aurem præbere, & quoties has ſatis validas eſſe agnoverunt, minime recuſarunt, aliquas Provincias, aut

Digitized by Google

QU. V.

Quid, & quotuplex eſt jus non ſcriptum?

§. I. NOta eſt, atque Juriſperitorum omnium ſermone celebrata juris illa diviſio inter *jus ſcriptum*, ac *non ſcriptum*. Juverit hac de re celeberrimum Baſilii locum in medium afferre, in quem ſi heterodoxi, qui Divinas, Eccleſiaſticaſque Traditiones, cane pejus & angue oderunt, oculos illos ſuos emiſſitios, omni partium ſtudio vacuos intenderent, ſectæ ſuæ nuntium profecto remitterent.

Dogmatum, & inſtitutionum, quæ in Eccleſia prædicantur, quædam habemus e doctrina ſcriptorum prodita, quædam rurſus ex Apoſtolorum traditione in myſterio, ideſt in occulto tradita recepimus, nec his quiſquam contradicit, quiſquis ſane vel leviter expertus eſt, quæ ſint jura Eccleſiaſtica. Nam ſi conſuetudines, quæ ſcripto prodita non ſunt, tamquam non multum habentes momenti, conemur rejicere, imprudentes & ea damnabimus, quæ in Evangelio neceſſaria ad ſalutem habentur, immo potius ipſam fidei prædicationem ad nudum nomen contrahemus. Quod genus eſt, ut ejus, quod primum eſt, & vulgatiſſimum primo loco commemorem, ut ſigno Crucis eos, qui ſpem collocarunt in Chriſtum, ſignemus, quis ſcripto docuit? ut ad orientem precemur, quæ nos docuit Scriptura? invocationis verba, cum conficitur panis Euchariſtiæ, & poculum benedictionis, quis Sanctorum in ſcripto nobis reliquit? Nec enim his contenti ſumus, quæ commemorat Apoſtolus, aut Evangelium, verum alia quoque, & ante, & poſt dicimus tamquam multum habentia momenti ad myſterium, quæ ex traditione citra Scripturam accepimus. Conſecramus autem aquam baptiſmatis, & oleum unctionis, præterea ipſum, qui Baptiſmum accipit, ex quibus ſcriptis, nonne a tacita, ſecretaque traditione? Ipſam porro olei inunctionem, quis ſermo ſcripto proditus docuit? Jam ter immergi hominem, unde eſt traditum? Reliqua item, quæ fiunt in Baptiſmo, veluti renuntiare Satanæ, & Angelis ejus, ex qua ſcriptura habemus? Nonne ex minime ſcripta, ſed ſolum tradita doctrina, quam Patres noſtri in ſilentio, quod curioſos, & otioſos ſubmovet, ſervarunt? Pulchre illi quidem, nimirum docti arcanorum venerationem ſilentio conſervari.

§. II. Hæc Baſilius Magnus (a), ex quibus tres Eccleſiaſtici juris ſpecies necti poſſe videntur (b), de ſcripto

Diœceſes a generalium Conſtitutionum ſuarum lege, quoad diſciplinæ genus illud, de quo nunc agimus, eximere. Aliquando etiam legum ipſarum rigorem generaliter moderantes, pœnas adverſus illarum tranſgreſſores minuerunt. Benedictus XIV *de Syn. Diœceſ. l. 9, c. 8.*

(a) *L. de Spiritu Sancto, c. 27, rel. in can. 5, diſt. 11.*

(b) Apparet ex hoc loco, Baſilium tres juris Eccleſiaſtici ſpecies inter ſe diſtinguere. I, Conſtitutiones Eccleſiaſticas ſcriptas. II, traditas. III, conſuetudine roboratas, quæ duæ poſteriores ſpecies ad jus non ſcriptum

Digitized by Google

pto dictæ; ore vel exemplo ipſo traditæ; conſuetudine tandem invectæ; quibus reſpondent Canones, ſeu Leges; Traditiones, ſeu obſervantiæ; denique Conſuetudines.

§. III. Inter leges, & obſervantias illud ferme intereſt, quod leges prius ſcriptæ, quam utentium moribus firmatæ, obſervantiæ autem e contra (c). Verum, ut rem hanc bono in lumi-

ptum referri debent. Originem hujus diſtinctionis paullo accuratius evulventibus conſtabit, eamdem hic quoque eſſe allegandam, quæ in rebus publicis leges ſcriptas, & non ſcriptas introduxit, de qua plenius erudite diſſerit Thomaſius *de contentione morum cum jure ſcripto*, §. 6, *& ſequ.* Res huc redit, mores in ſingulis rebuſpublicis eſſe antiquiores legibus ſcriptis, quæ ſerius ſolent conſtitui, quando corruptio gravior occupat Rempublicam. Quamdiu homines in vita ſimplici conſiſtunt, ad exemplum antiquorum Germanorum, plus apud eos valent boni mores, quam apud alios ſcriptæ leges; & cum prima Rerumpublicarum origo ſimplex fuerit, ſecundum mores, & obſervantiam judicatum fuiſſe probabile eſt. Aſt ubi ſimplicitas deſiit, ac vis homines inceſſit, neceſſitas tandem genus humanum ad leges ſcribendas coegit. Quod ſi hæc doctrina ad ſtatum Eccleſiæ primitivæ incorruptum applicatur, hiſtoriæ Eccleſiaſticæ fides aperte teſtatur, pauciſſima inſtituta Eccleſiaſtica fuiſſe ſcripta, pleraque moribus antiquiſſimis deberi, & ad Obſervantias Eccleſiaſticas referenda eſſe. Conſule Boehmerum *in Jure Eccl. Proteſt. l.* 1, *t.* 5.

(c) Quod obſervantiam Eccleſiaſticam circa *tradita Jura*, & ſtatuta concernit, facile conſtat, traditionis naturam potiſſimum in eo conſiſtere, ut per hanc *perpetuam relationem* apud poſteros conſervetur memoria inſtituti alicujus antiquiſſimi de manu in manum quaſi ad poſteros derivati, adeoque non tam inducit jus novum, quam jus antiquum præſupponit quod conſervat; diſtinguitur a Scriptura; unde Tertullianus *de corona militis c.* 3, ait: *Legem poſtulas, Scripturam nullam invenies: traditio tibi prætenditur auctrix.* Antequam ratio ſcribendi cognita eſſet, quam plerique ad tempora Moyſis rejiciunt, inſtituta, & facta antiqua per traditiones conſervanda erant; immo cum apud Germanos paullo ſerius leges, & facta ſcripturæ mandari cœperint, non alia conſervandi harum rerum memoriam potuit eſſe ratio, quam per traditionem. Ex hoc etiam factum, ut rariores leges ſtatum publicum concernentes ſcriptæ reperiantur; maxima vero pars earum ex antiqua obſervantia deducenda ſit, quemadmodum in A. B. non raro ad illas provocatur. Sic enim in *c.* 28, §. 6, conceptis dicitur verbis: *Invenimus etiam ex clariſſimis relationibus, & traditionibus antiquorum, Illud a tempore, cujus contrarii non habetur memoria, per eos, qui nos præceſſerunt, feliciter, eſſe jugiter obſervatum &c.* Id quod Jo. Georg. de Kulpis *diſſert. de obſervantia imperiali* plenius illuſtrat. Illud ipſum quoque in Eccleſiaſtica obſervantia deprehendi multa ſane teſtimonia Scriptorum Eccleſiaſticorum demonſtrant, qui pro obſervantiæ Eccleſiaſticæ fundamento adſtruendo communiter provocare ſolent ad antiquas traditiones. Prodeat Socrates *l.* 5 *Hiſt. Eccl. c.* 21; Nicephorus *l.* 12 *H. E. c.* 43; Innocentius I *in ep. ad Decentium Eugubinum*, & *in ep. ad Victricium Rhotomagenſem*; & tandem Hieronymus *adverſus Luciferianos*, ubi ait: *An neſcis etiam hunc eſſe Eccleſiæ morem, ut baptizatis poſtea manus imponantur, & ita invocetur Spiritus Sanctus? Exigis ubi ſcriptum eſt? In Actibus Apoſtolorum. Etiamſi auctoritas Scripturæ non ſubeſſet, totius orbis in hac parte conſenſus inſtar præcepti obtineret. Nam & multa, quæ per traditionem in Eccleſia obſervantur, auctoritatem ſibi Scripturæ legis uſurparunt, veluti in lavacro ter mergitare.* In primis autem, quæ per omnes Eccleſias æqualiter obſervata, præcepto ſcripto tamen non reperiebantur diſpoſita, per traditionem ab Apoſtolico inſtituto promanaſſe credebantur; qua de re Auguſtinus paſſim loquitur. Sic enim *l.* 4 *de Baptiſmo c.* 24, hanc regulam, quam Petrus de Marca *de C. S. & I. l* 6, *c.* 1, §. 7, in fine graviſſime commendat, fundamenti loco ponit: *Quod univerſa tenet Eccleſia, nec Conciliis inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, nonniſi Auctoritate Apoſtolica* in-

Digitized by Google

lumine collocemus, animadvertas velim, obſervantias in ſingulis Rebuspublicis eſſe antiquiores legibus ſcriptis, quæ ſerius ferri ſolent, & niſi ubi gravior aliquis morbus rem publicam occuparit; unde illud: *Plurimæ leges, corruptiſſima Reſpublica.*

§. IV. Primis Eccleſiæ temporibus una obſervantia (*d*) res Chriſtiana ſtabat, atque ad id, quod ab Apoſtolis traditum erat, primævi Chriſtiani ſuas omnes actiones explorabant, omnemque vivendi rationem exigebant, Evangelio nondum ſcripto. Nam Chriſtus litteram ſcripſit nullam (*e*), quæ geſta, & doctrinam ſuam poſteris traderet, atque explicaret, neque Apoſtolos legis ſuæ ſcriptores, ſed præcones eſſe juſſit. Octo jam, & amplius anni ab Chriſti ad Cœlum adſcenſu effluxerant, & Chriſti doctrina ubique diſſeminari cœpta erat, cum Matthæus Judæorum precibus permotus (*f*) ad conſcribendum Evangelium ani-

---

inſtitutum rectiſſime creditur. Idem inculcat Auguſtinus *l. 2 de Bapt. c. 7. Quam conſuetudinem* (inquit) *credo ex Apoſtolica traditione venientem, ſicut multa non inveniuntur in libris eorum, neque in Conciliis poſteriorum, & tamen quia per Univerſum creduntur, nonniſi ab ipſis tradita, & commendata creduntur*. Atque hoc intuitu Imperatores in *l. 2 Cod. Theod. Ne Sanct. Bapt. iteret.* ita diſponunt: *Nil aliud præcipi volumus, quam quod Evangeliorum, & Apoſtolorum fides, & traditio incorrupta ſervat*. Boehmerus *l. cit.*

(d) Boſſuet *expoſit. doctrinæ Chriſtianæ c. 18.* „ Avendo Gesù Criſto fondata la
„ ſua Chieſa ſopra la Predicazione, la pa-
„ rola non ſcritta è ſtata la prima regola
„ del Criſtianeſimo; e quando le Scritture
„ del nuovo Teſtamento ſono ſtate aggiun-
„ te, non perciò ha perduta la ſua au-
„ torità; il che ci fa ricevere con ugual
„ venerazione tutto quello, che ci hanno
„ inſegnato gli Apoſtoli a viva voce, o in
„ iſcritto, ſecondo che lo ſteſſo S. Paolo
„ eſpreſſamente ha dichiarato. E il contraſ-
„ ſegno certo, che una Dottrina venga da-
„ gli Apoſtoli, è, quando venga abbraccia-
„ ta da tutte le Chieſe Criſtiane, ſenza
„ che ſe ne poſſa moſtrare il principio.
„ Noi non poſſiamo far di meno di non
„ ricevere con ſommeſſione dovuta all' au-
„ torità divina tutto ciò, che è in queſta
„ forma ſtabilito; e ſiamo perſuaſi, che
„ quei della Religione Preteſa-Riformata,
„ che non ſon oſtinati, hanno dentro il
„ cuore queſto medeſimo principio, non eſ-
„ ſendo credibile, che una dottrina ricevu-
„ ta ſino dal principio della Chieſa abbia
„ altra origine, che dagli Apoſtoli. Quin-
„ di meravigliarſi non debbono gli Avver-
„ ſarj, ſe noi eſſendo ſolleciti di raccorre
„ tutto ciò, che ci hanno laſciato i noſtri
„ Padri, conſerviamo il depoſito tanto del-
„ la Tradizione, come della Scrittura. "

(e) S. Auguſtinus *l. 1 de conſenſu Evangeliſtarum c. 7, §. 11. Sed illud prius diſcutiendum eſt* (inquit), *quod ſolet nonnullos movere, cur ipſe Dominus nihil ſcripſerit, ut aliis de illo ſcribentibus neceſſe ſit credere*. C. 9, & 10, alia in hanc rem ſubjungit, quæ vide apud D. Thomam *3 part. q. 42, art. 5.*

Joannes Evangeliſta narrans hiſtoriam mulieris adulteræ memorat, Chriſtum bis ſcripſiſſe in terra: *Jeſus autem inclinans ſe deorſum digito ſcribebat in terra:* & paucis interjectis: *Iterum ſe inclinans ſcribebat in terra*. S. Hieronymus *l. 2 contra Pelagianos c. 6*, exiſtimat, ſcripſiſſe eorum, qui accuſabant, & omnium peccata mortalium, ſecundum quod ſcriptum eſt in Propheta: *Relinquentes autem te in terra ſcribentur*. S. Ambroſius *Ep. 26, §. 13*, cenſet, ſcripſiſſe verba hæc: *Feſtucam, quæ eſt in oculo fratris tui vides, trabem autem, quæ eſt in oculo tuo, non vides*. Sed alii alia opinantur.

D. Hieronym. c. 44 *Ezech.* affirmat: *Salvatorem nullum volumen doctrinæ ſuæ proprium dereliquiſſe, quod in pleriſque Apocryphorum deliramenta confingunt*. V. Sand. *in Hiſt. Familiæ ſacræ, pag. 302.*

(f) Matthæus omnium primus Evangelium ſcribere aggreſſus eſt. (S. Epiphan. *Hær.* 51, §. 4.) Nam cum Hebræis primum prædicaſſet, inde ad alias quo-
que

Digitized by Google

animum impulit; jamque plurimas barbaras regiones Chriſtiana Religio pervaſerat, cum Marcus, Lucas, Joannes ſua Evangelia (g) litterarum monumentis commendarunt, quos quidem ad annum Chriſti 45, 56, 95, Evangeliorum ſuorum ſcriptionem diſtuliſſe cenſent eruditi; ut proinde vere affirmare poſſimus, non Evangelicæ legis obſervantiam Evangeliorum ſcripturas, ſed Evangeliorum ſcripturas Evangelicæ legis obſervantiam eſſe conſequutas. (h) Quæ ſane omnia declarant, legem Chriſti non eſſe legem ſcriptam, uti Moyſis, cujus leges, antequam ulla promulgatione latæ eſſent, in lapideas tabulas inciſæ fuerunt; ſed eſſe legem traditam, eamque in Eccleſiæ Chriſti ſponſæ gremio depoſitam, ejus fidei, tutelæ, ac curæ concreditam, quæ eodem, quo Prophetæ, Apoſtoli, Evangeliſtæ, divino afflatu ſemper inſtincta, (i) verita-

que gentes profecturus, Evangelium ſuum patrio ſermone conſcribens, id, quod præſentiæ ſuæ adhuc ſupereſſe videbatur, ſcripto illis, quos relinquebat, ſupplevit. (Euſeb. *l.* 3 *H.E. c.* 24.) Itaque cum annum, quo Apoſtoli provincias ſortiti ſunt, certum affirmare diſſenſione Chronologorum non liceat; annus etiam, quo Evangelium a Matthæo ſcriptum eſt, in incerto relinquitur. Hæc enim quæſtio quaſi ſtirps eſt illius quæſtionis. Nonnulli igitur anno Chriſti 36, quidam 41, alii 48, aut 49, id factum arbitrantur. Contraria his videtur dicere Irenæus *l.* 3 *adverſus hæreſes c.* 1, ubi docet, Matthæum compoſuiſſe Evangelium pro Judæis eodem tempore, quo *Petrus*, *& Paulus Romæ Evangelizabant*. Verum aut huic Irenæi ſententiæ ſtandum non eſt, aut aliorum omnium teſtimonia rejicienda, atque adeo ipſius Irenæi, ut recte viſum eſt Baronio *ad an.* 41, §. 14. Non enim eſſet recenſendus ante cæteros Evangeliſtas, quod etiam Irenæus facit, ſi ad id uſque temporis Evangelii ſui ſcriptionem diſtuliſſet. V. Sand. *H. A. pag.* 231.

D. Marcum vivo Petro ſcripſiſſe Evangelium teſtes ſunt ex veteribus haud pauci, inter quos Auguſtinus *de Conſ. Evang. l.* 4, *c.* 8. Petro, & Paulo in Cœlum jam receptis ſcripſiſſe, unus tradit Irenæus *l.* 3 *adverſus Hæreſ. c.* 1. Ego primis magis aſſentiens anno Chriſti 43, ſeu potius 45, ſcriptum a D. Marco Evangelium exiſtimo, & quidem Græce, non latine. Sand. *H. A. pag.* 227.

(g) Lucas, ut ait S. Gaudentius Brixiæ Epiſcopus *ſerm.* 17, *& Evangelii librum, & Actus Apoſtolorum miranda examinatione conſcripſit*, Græco uſus ſermone, cujus erat peritiſſimus. Ad Evangelium quod attinet, poſt Matthæum, & Marcum ſcripſiſſe, veteres, recenteſque conſentiunt; nec ipſis heterodoxis probantur ii, qui Lucam Evangeliſtis omnibus præponere non dubitarunt. Ea enim litteris prodidit, quæ a D. Paulo, & a cæteris Apoſtolis acceperat, & quidem eo tempore, ut ait Auguſtinus, *l. c.*, quo non ſolum ab Eccleſia Chriſti, verum etiam ab ipſis adhuc in carne manentibus Apoſtolis probari potuerunt, anno Chriſti circiter tertio, vel ſexto ſupra quinquageſimum. Sand. *H. A. pag.* 343.

S. Giovanni uſcito fuori dell' olio bollente fu relegato nell' Iſola di Patmos, dove ſcriſſe la ſua Apocaliſſi. Un pò dopo ſcriſſe il ſuo Vangelo in età di 90 anni, di G. C. 95. Boſſuet *diſcorſo ſopra la ſtoria univerſale*, *all' anno di G. C.* 95.

(h) Ne te hoc, quod ſacras litteras primum principium diximus, turbet, ſcito non eas priores tempore, atque ideo potiores a nobis judicari. Novimus enim, præcepta Chriſti, antequam ſcripta eſſent, ipſa propagatione, atque traditione fuiſſe cognita. Sed poſita revelatione, eaque maximam partem in Scripturam ſacram reducta, eamdem ante alia omnia, ut fundamentum voluntatis Divinæ a nobis inſpici poſſe, & debere in propatulo eſt. V. Eibel. *in Introd. Jur. Eccl. Cathol. T. I*, *l.* 2, *c.* 2, §. 13, *N.* (*b*).

(i) Etſi autem Sacra Scriptura primum eſt, ac fundamentale legum Eccleſiaſticarum principium, extant tamen ſubſtantialia fidei ſancita, ſeu dogmata, quæ Sacram in Scripturam non redacta, ſed ſicuti viva voce Chriſti Legiſlatoris propoſita ſunt, ita ad poſteros fuere derivata, atque conſtanti, &

ritates divinitus evulgatas, veramque Dei legem, & fallere, & falli neſcia ante oculos nobis ſiſtit, ejus ſenſum aperit, ad eamque amplectendam, & in ſinu gerendam ſuavi incitamento noſmet invitare nunquam non ceſſat.

§. V. Quare videant hæretici, quo in loco eorum res ſint, qui in lege tradita legem ſcriptam requirunt, qui ſacras litteras tam ſancte colunt, (*k*) Eccleſiæ vero oracula tam ſuperbe deſpiciunt, nec ſentiunt, earum ipſarum litterarum ſacrarum, quas ipſi

& perpetua obſervantia ad noſtram uſque memoriam pervenere. Hujuſmodi ſane traditiones, quæ ad fidei noſtræ capita conſerunt, Eccleſia ſumma ſemper cum ſollicitudine, & cautela genuinas cuſtodivit, atque ſimul divino adſiſtente veritatis Spiritu nos de iiſdem reddidit quam certiſſimos. Ipſum igitur Eccleſiæ judicium omnem hac in parte quæſtionem ſacti non excludere non poteſt. Id autem advertas velim, traditiones non omnes divinas eſſe. Quamvis enim leges ipſam Religionem noſtram fundantes legislator alius niſi Deus, & Dei filius dare non poterat, idem tamen Dei filius, Apoſtolis, eorumque in Eccleſia ſucceſſoribus ea, quæ ad diſciplinam pertinent, quæque varie pro varietate adjunctorum accidere poſſunt, legibus determinanda, immo ſumma quoque fidei noſtræ capita ſancitis, quæ interpretentur, aut urgeant, munienda reliquit. Quo igitur factum eſt, ut per ejuſmodi leges ab Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus latas præter Divinam, etiam Apoſtolicam, & Eccleſiaſticam traditionem ſimus conſequuti. Patet igitur traditionem eſſe vel divinam uti veteris, & novi teſtamenti, vel humanam uti Apoſtolica, & Eccleſiaſtica, vel univerſalem, quæ omnem Eccleſiam Chriſtianam reſpicit, vel particularem, quæ unam, alteramve tantum Eccleſiam particularem ſpectat, vel dogmaticam, vel diſciplinarem, vel conſtitutivam, vel interpretativam, vel genuinam, de qua ex infallibili Eccleſiæ judicio certi reddimur, vel piam, quæ conſiſtit in opinionibus apud populum ab antiquo inolitis circa res in Religionem externam influentes, vel vulgarem, quæ in rebus nulla auctoritate, & nullo idoneo teſtimonio munitis ſuperſtitioſas credulitates fovet. Conſ. de Riegger *Inſt. Juriſpr. Eccl. p. I, S.* 1, *c.* 1, §. 283, *& ſequ.* Non parvi refert, traditionem divinam ab humana diſcernere. Etenim I, divina dogmatica; humana diſciplinaris eſt. II, Illa hoc ipſo perpetuam, atque neceſſario univerſalem, hæc vero mutabilem, & non ſemper univerſalem obligationem inducit. Neque in diſtinguendis ita traditionibus tantum oneris cui fidelium impoſitum eſt. Cuivis ſcilicet I, ipſa traditionis materia, vel II, temporis ratio, vel III, SS. Patrum teſtimonium, vel IV, illa, quæ quemvis tutiſſimum reddit, & in omni ambiguitate neceſſario conſulenda eſt, infallibilis Eccleſiæ deciſio rem omnem hac in parte expeditam facit. Denique etiam cave, ne traditionem I, cum iis, quæ ſubinde adſcito traditionis nomine veniunt: II, cum conſuetudine: III, cum moribus confundas: porro IV, ne quibuſcumque, quæ viva Chriſti, Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum voce prolata, & ad nos uſque derivata ſunt, etſi ea non ut dogmatica, vel ut præcepta prolata eſſe conſtet, legis rigorem ineſſe exiſtimes. Nam ut traditio obligationem, & jus conſtituat, præter ſuper recenſitos genuinos traditionis characteres, etiam vel ut dogma, vel ut præceptum propoſita eſſe debet. Vid. Eibel. *Introd. in Jus Eccl. Cath. T.* 1, *l.* 2, *c.* 3.

(k) Præter Sacram Scripturam, ſeu verbum Dei ſcriptum, admittendæ, & obſervandæ ſunt traditiones Apoſtolico-Divinæ, ſeu verbum Dei non ſcriptum. Et ratio eſt, quia verbum Dei ſcriptum non habet, quod ſit infallibilis Dei regula ex eo, quod ſcriptum ſit, ſed ex eo, quod a Deo procedat. Sed æque procedit a Deo verbum Dei non ſcriptum, ac ſcriptum. Ergo &c. Scriptura enim confert ad memoriæ commoditatem, non vero ad rei veritatem. Unde Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 4: *Sacroſancta Synodus Traditiones, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tamquam vel oretenus a Chriſto, vel a Spiritu Sancto dictatas, & continua ſucceſſione in Eccleſia Catholica conſervatas, pari pietatis affectu, ac reverentia ſuſcipit, & veneratur.* II ad Theſſaloni-

pſi tantopere ſe adamare profitentur, vadem, teſtem, interpretem, cuſtodem unam eſſe Eccleſiam (*l*).

§. VI. Jam vero cum, uti in aliis Rebuspublicis, ita etiam in Eccleſia plurimi exorti ſint, qui ab more majorum, ab antiqua inſtitutione, ab eo denique, quod a Patribus traditum erat, deſciſcentes rem Chriſtianam affligerent; neceſſe fuit, ut leges, ſeu canones conſtituerentur, quorum auctoritate eorum in primis coerceretur audacia, quibuſque alii omnes in poſterum uterentur tamquam actionum ſuarum perpendiculis, normis, ac regulis, iique in membranis ſcriberentur, atque in publicis codicibus figerentur.

§. VII. Ad obſervantias, & Leges, de quibus diximus, acceſſerunt etiam Conſuetudines ab ipſis legibus aliquando alienæ, hominum, vel Eccleſiarum moribus invectæ, quæ dummodo a divino naturæque jure, nec a primariis Eccleſiæ inſtitutis, quæ quaſi ſedes habentur, ac fundamenta noſtræ Religionis, non abhorreant, nec peccandi licentiam alant, ac foveant, eodem pe-ne

---

nicenſes 2: *Tenete traditiones, quas didiciſtis, ſive per ſermonem, ſive per Epiſtolam noſtram*. In quem locum Chryſoſtomus: *Hinc patet, quod non omnia per Epiſtolam tradiderit, ſed multa etiam ſine litteris: eadem vero fide digna ſunt tam illa, quam iſta*. Traditiones pure Apoſtolicæ, & pure Eccleſiaſticæ, quamvis, ut de ſe patet, non habeant parem cum Traditionibus Divinis, ſeu Apoſtolico-Divinis auctoritatem, nihilominus ſunt ab omnibus obſervandæ, ſi ſint univerſales. Ita Conc. Colon. II, *p.* 9, *c.* 1, *rel. in Can. Si quis omnem* 2, *cauſ.* 1, *q.* 7. Unde S. Auguſtinus *Ep.* 118, *c.* 5. *Si quid horum tota per orbem frequentat Eccleſia, quin ita faciendum ſit, diſputare inſolentiſſimæ inſaniæ eſt. Immo tales traditiones violans anathema ſit*. V. Luc. Fer, Biblioth. V. *Traditiones*.

(l) Boſſuet *l. cit. cap.* 19. „ Eſſendo la „ Chieſa ſtabilita da Dio per eſſere cuſtode „ delle Scritture, e della Tradizione, noi „ riceviamo dalle ſue mani le Scritture Ca„ noniche, e che che dicano i noſtri av„ verſari, crediamo eſſer principalmente l' „ autorità di lei, che determina doverſi ri„ verire come libri Divini il Cantico de' „ Cantici, che ha sì pochi contraſſegni ſen„ ſibili di Profetica Iſpirazione, l' Epiſtola „ di S. Giacomo rifiutata da Lutero, e „ quella di S. Giuda, che potrebbe ſembrar „ ſoſpetta, per ragione di alcuni libri apo„ crifi, che vi ſono allegati: in fine non „ può eſſer ſe non per queſta autorità, che „ ſi riceva tutto il corpo delle Scritture „ Sacre, che i Criſtiani aſcoltano come di„ vine, anche prima che la lettura fatto „ lor abbia in queſti libri ſentir lo Spirito „ Santo di Dio. Eſſendo noi dunque inſe„ parabilmente legati, come ſiamo, alla „ Santa autorità della Chieſa per mezzo „ delle Scritture, che riceviamo dalla ſua „ mano, apprendiamo ancora da eſſa la „ Tradizione, e per mezzo della Tradizio„ ne il vero ſenſo delle Scritture. Quindi „ è, che la Chieſa profeſſa di non dire ve„ runa coſa da ſe medeſima, e di nulla in„ ventar di nuovo nella Dottrina: ella non „ ha che ſeguir, e dichiarar la rivelazione „ Divina colla direzione interiore dello Spi„ rito Santo, che per Maeſtro l' è ſtato „ dato. Che lo Spirito Santo ſi ſpieghi per „ eſſa, lo dà a divedere la diſputa, che „ ſopra il ſoggetto delle cerimonie della „ legge nacque fin dal tempo dei medeſimi „ Apoſtoli; e dalla maniera, come fu de„ ciſa: i loro Atti hanno inſegnato a tutti „ i ſecoli ſuſſeguenti, con quale autorità ſi „ debbano terminare tutte le altre. Così „ finchè vi ſaranno diſpute, che divideran„ no i fedeli, la Chieſa interporrà la ſua „ autorità, ed i Paſtori congregati diranno „ cogli Apoſtoli: *Viſum eſt Spiritui San„ cto, & nobis*: e quando ella avrà parla„ to, s' iſtruiranno i ſuoi figliuoli, che eſa„ minar non debbano di nuovo gli Artico„ li, che ſaranno ſtati reſoluti, ma umil„ mente ricevere le ſue definizioni. Nel „ che ſeguiraſſi l' eſempio di S. Paolo, e „ di Sila, che a' fedeli recarono queſto pri„ mo giudicio degli Apoſtoli; e loro non „ ſolo non permettevano una nuova diſcuſ„ ſio-

ne jure gaudent (*m*), quo leges ipſæ.

§. VIII. Illud vero inter leges, ac conſuetudinem diſcrimen intercedere autumo, quod in lege habes primum Principis voluntatem, tum populi conſenſum; in conſuetudine vero primum populi voluntatem, deinde Principis aſſenſum. Quo autem tempore opus ſit, quibuſque præſidiis munita eſſe debeat conſuetudo, ut legis vim præ ſe ferat, conſule Juriſconſultos, qui multas cantilenas auribus tuis inſuſurrabunt. Ego uno te expediam verbo: Eo tempore, iiſque conditionibus ſepta ſit, ac conglaciata neceſſe eſt, ex qui-

„ ſione della coſa già definita, ma paſſava-
„ no per le Città inſegnando loro oſſervar
„ le ordinazioni Apoſtoliche. “ *Act.* XVI.

(*m*) Ut rata, & valida ſit Conſuetudo requiritur primo, ut ſit rationabilis, ſeu ratione nitatur; nam aliquando non conſuetudo, ſed abuſus, & corruptela eſt. At quænam, inquis, cenſenda eſt conſuetudo rationabilis, quænam irrationabilis? Sic in genere ſtatuas: Conſuetudo irrationabilis eſt, quæ repugnat juri naturali, & divino, quæ peccandi occaſionem præbet, quæ Eccleſiæ, vel communi utilitati Reipublicæ eſt perniciosa, quæ demum a Canonibus reprobatur, & declaratur irrationabilis. Hinc in *c.* 5, *de Conſ.* dicitur irrationabilis Conſuetudo, per quam rumpitur nervus diſciplinæ Eccleſiaſticæ; item *in cap.* 1, 3, 5, *de Conſ.* dicitur irrationabilis, qua adtentatur contra libertatem, immunitatemque Eccleſiaſticam. Secundo requiritur uſus longævus, qui conſiſtit in moribus populi voluntariis, (nam ubi eſt coactio ibi non eſt conſenſus) uniformibus, & diuturnis, h. e. protractis ad tempus a lege præſcriptum. At definire, quodnam ſit tempus hoc a lege præſcriptum in tanta opinionum varietate hoc opus, hic labor eſt; dicemus hic, quod nobis videtur probabilius. Quamquam ut id melius intelligatur, præmittamus oportet, conſuetudinem, aliam eſſe ſecundum jus, aliam præter jus, aliam contra jus. Conſuetudo ſecundum jus eſt, quæ legem interpretatur, & in executionem deducit; de hac ſpecie conſuetudinis dicitur in *c.* 8, *de Conſ. Conſuetudo eſt optima legum interpres.* Conſuetudo præter jus illa eſt, quæ aliquid novi conſtituit, quod in jure nondum ſit definitum. De hac dicitur in *l. de quibus, D. de leg. Conſuetudo eſt altera lex.* Conſuetudo demum contra legem eſt illa, quæ legem ſcriptam, vel non ſcriptam antecedentem juſta de cauſa tollit, & abrogat; de qua *in c. ultim. de Conſ.* dicitur: *Conſuetudo legem tollit.* His præmiſſis veniamus ad quæſtionem. Ad inducendam conſuetudinem ſecundum jus, h. e. legis interpretativam, nullum eſt certum tempus; ſatis eſt ea actuum frequentia, ut dici poſſit ad praxim deducta. Ad inducendam conſuetudinem præter jus ſufficit longum tempus ex præſcripto Juris Civilis, & Canonici: in *l. autem ſuper longi, C. de Præſcriptionibus longi temporis*, longum tempus eſt ſpatium decem annorum. Tandem ad inducendam conſuetudinem contra jus diſtinguendum eſt, vel inducitur ſciente, & tollerante legiſlatore, vel eo ignorante (nam ſi contradicat nunquam poterit induci). Si legiſlatore ſciente, & tollerante, ſufficiunt tot actus, ex quibus vir prudens probabiliter conjiciat legiſlatorem connivere in violationem ſuæ legis, itaque legem ipſam ex connivventia revocare. Si legiſlatore ignorante, probabiliter ſufficit decennium ex eadem ratione, qua ſupra. Generalis igitur hæc eſto regula: ut plurimum ſufficere decennium ad conſuetudinem, appoſitis tamen hiſce exceptionibus. Prima, ſi nova conſuetudo contineat præjudicium alterius, maxime vero Eccleſiæ, illa non inducitur niſi longiſſimo præſcriptionis tempore, h. e. 40, vel 100 annorum. Secunda, ſi conſuetudo introducenda ſit contra legem habentem clauſulam, *nulla in contrarium admittenda conſuetudine*, vel ſimile; hæc quoque non inducitur niſi tempore immemorabili. Tertio, requiritur conſenſus Principis; hic enim ſolus habet facultatem condendarum legum. Ergo, ut conſuetudo vim legis obtineat, Princeps in eam conſentiat oportet. Sed nota, Principem conſentire poſſe tripliciter, vel expreſſe, cum e. g. expreſſis verbis declarat ſe conſuetudinem probare; vel tacite, cum ſcilicet novit, conſuetudinem introduci, eamque tolerat, nec ſeſe

quibus facile conjici poſſit non ſolum Populi, verum etiam Principis voluntate fuiſſe firmatam. Nam hæc duo omnimodam legibus vim tribuunt, & firmitatem, ut proinde veriſſima illa Juriſprudentum vox habeatur & ſit: *Leges inſtituuntur cum promulgantur; firmantur, cum moribus utentium comprobantur.*

QU. VI.

Quinam ſunt Libri, quibus continetur Jus ſcriptum, tum Eccleſiaſticum, tum Civile?

§. I. JUris Canonici Corpus in ſex præcipue volumina diviſum eſſe conſtat. Ac primas quidem Gratiani Decretum ſibi vendicat, utpote aliis antiquius, ac prius; ſequuntur Decretales Gregorii IX; accedit VI Decretalium a Bonifacio VIII in lucem editus; Clementinæ Conſtitutiones; Joannis XXII Extravagantes; atque Communes ſubſequuntur. De ſingulis dicendum eſt.

§. II. Decretum eſt collectio priſcorum Canonum, quibus ſæculo XI utebatur Eccleſia. Collectionem hanc concinnavit pro modulo ſuo Gratianus Patria Clauſinus, profeſſione Monachus Benedictinus, eamque, dum Bononiæ in Monaſterio ſui Ordinis S. Felicis degeret, evulgavit ad annum Chriſti 1150.

§. III. Opus hoc, quod etiam nunc nævis ſuis non caret, multo pluribus ſcatuit erroribus, cum primum lucem aſpexit. Quæ enim in illud derivaverat Gratianus, non ex ipſis fontibus, ſed ex priorum (Priores collectiones una cum aliis omnibus Vide in tabulis, quæ hic majoris claritatis gratia tibi intexuntur) collectionum rivulis hauſerat. Conſtat enim inter eruditos, (excepta compilatione, quam Dionyſius Exiguus circa annum 530 Romæ concinnavit, inſertis in eam præter Canones plurium Conciliorum, ſive Generalium, ſive Provincialium, etiam Decretalibus epiſtolis Pontificum Romanorum jam inde a Siricio, qui anno 398 obiit, uſque ad Anaſtaſium, qui defunctus eſt anno 498.) reliquas omnes inſecutis exaratas temporibus ſuſpectis laborare Decretalibus, (Vide Berardum ad Gratiani Canones P. I, in Præfat. ad univerſum opus, qui rem omnem exhaurit) quod vertendum culpæ Iſidori Mercatoris, qui circa annum 890 ex Hiſpania per Occidentem no-

ſeſe opponit; vel demum legaliter, quatenus conſentire ſolet in omnes conſuetudines rationabiles, legitimeque præſcriptas. Hanc quoque poſtremam conſenſus ſpeciem (nam de duabus primis dubitare nefas eſt) ſufficere ad conſuetudinem legitime introducendam ex eo patet, quia ſunt conſuetudines rationabiles, & quidem prorſus validæ, quamvis Pontifex confiteatur ſe ignorare *in c. 1, de Conſ. in 6.* In has igitur nunquam tacite, neque expreſſe Pontifex conſenſit, nam nihil volitum quin præcognitum; conſenſit tamen legaliter, ſeu juridice, ideoque illæ ratæ habentur, & ſunt.

novam Collectionem Canonum diſſeminavit, in qua ingentem nobis obtruſit numerum ſuſpectarum Epiſtolarum Decretalium a Pontificibus quatuor primorum ſæculorum ſcriptarum, inde a Clemente uſque ad Siricium, a quo auſpicatus erat Dionyſius.

§. IV. Iſidorum Ducem ſecuti ſunt, qui eamdem poſtea compilandorum Canonum provinciam ſibi depopoſcerant, Regino Abbas, qui vixit anno 900, Burchardus Epiſcopus Wormatienſis anno 1000, Ivo Carnotenſis anno 1100, Gratianus denique circa annum 1150.

§. V. Hoc Gratiani Decretum anno 9 Pontificatus Gregorii, qui fuit Chriſti 1580, emendatum prodiit Romanorum correctorum opera, non adeo tamen numeris omnibus abſolutum, ut non poſterorum curis aliquid laboris relictum ſit; unde factum eſt, ut Gratiani Decretum nulla adhuc auctoritate munitum ſit, eaque, quæ in eo continentur, non majore pollent vi, quam antea pollebant.

§. VI. Quia vero poſt editum Gratiani Decretum novæ ſubinde a ſequentibus Pontificibus latæ ſunt Conſtitutiones, ideo neceſſarium viſum eſt novas apparari Decretalium Compilationes. Prima eſt Bernardi Circa Præpoſiti Papienſis anno 1190, in qua & nonnulla ex veteribus Conciliis, & Pontificibus a Gratiano prætermiſſa, & alia Alexandri III, Lucii III, Urbani III, Clementis III Reſcripta continentur. Secunda eſt Joannis Valenſis anno 1202, in qua adduntur Reſcripta Cœleſtini III. Tertiam debemus Petro Beneventano, qui ex innumeris pene Conſtitutionibus editis intra ſpatium 18 annorum, ab anno ſcilicet 1198 ad annum 1216 a Juriſperitiſſimo Innocentio III, eas in unum volumen compegit, quæ annorum duodecim priorum ſunt. Hujus Collectionis id peculiare eſt, quod cum præcedentes a privatis hominibus privato conſilio ductis ſint exaratæ, hæc omnium prima, & Pontificio juſſu ſuſcepta, & publica deinde auctoritate donata fuerit. Quarta anonymum habet Auctorem; continet autem Conſtitutiones poſt annum Pontificatus 12 latas a modo laudato Innocentio III; cujus præcepto, & ipſa confecta eſt. Quinta dicitur Honorii III, qui ſuarum, & ipſe Conſtitutionum volumen vulgavit. Hæc indicaſſe in præſentia ſufficiat.

§. VII. Nam quæ compilatio titulum præſefert Decretalium Gregorii IX, qui ſucceſſit Honorio III, ſeditque ab anno 1227 uſque ad annum 1248, vir divini, humanique juris callentiſſimus id egregii conſilii cœpit, ut quæ in anterioribus quinque Collectionibus continebantur, rurſus quæ vagabantur ſeorſim, demum quæ ipſe tempore ſui Pontificatus ſanxerat, in unum omnia volumen, reſecatis minus neceſſariis, redigerentur, opera, & induſtria uſus S. Raymundi de Pennafort.

§. VIII. Poſt Gregorium IX octo Pontifices Romæ ſederunt, poſtea Bonifacius VIII, cujus juſſu a viris doctis in unum digeſtæ librum ſunt Decretales tum laudati Bonifacii, tum aliorum 8 poſt Gregorium IX Pontificum, immo & quæ, abſoluta a Raymundo Compilatione, ab ipſo Gregorio IX editæ fuerant, demum & nonnulla Decreta Conciliorum duorum Lugdunenſium. Data eſt Collectio hæc anno Pontificatus 4 Bonifacii VIII, cui Pontificia dignitas delata eſt anno 1294. Collectionem hanc ipſe Auctor *Sexti* nomine donavit, quod voluerit illum adjungi quinque libris Collectionis Gregorianæ.

§. IX. Poſt Bonifacium, de quo hactenus, ad ſummum Sacerdotium evectus eſt Benedictus XI, poſt hunc Clemens V, a quo Clementinæ, h. e. partim Conſtitutiones Concilii Vienneſis

a Cle-

a Clemente celebrati anno 1311, partim Epiſtolæ Decretales ſeu ante, ſeu poſt dictum Concilium ab ipſo datæ, & in unum collectæ, non tamen, fato impediente, promulgatæ. Id ſiquidem præſtitit proximus ejus ſucceſſor Joannes XXII anno ſecundo ſui Pontificatus, qui initium habuit anno 1316. Immo anno Pontificatus ſui nono latis a Clemente Conſtitutionibus nonnullas ex ſuis, viginti ſcilicet, addidit, & circa annum 1325 promulgavit. His conſtat adhuc nomen Extravagantium, quod antea commune erat omnibus Pontificii juris Conſtitutionibus poſt Decretum Gratiani compoſitis, eo quod vagabantur extra Corpus illius Juris, quod tunc temporis receptum erat.

§. X. Extravagantes pariter dictæ ſunt, hodieque, licet in corpus Juris Canonici translatæ, dicuntur, non tamen Extravagantes ſimpliciter, quemadmodum præcedentes, ſed addito nomine, *Communes*, eo quod non unius Romani Pontificis ſint, quemadmodum Extravagantes Joannis XXII, ſed compluriun, qui ante vel poſt prædictum Joannem ſederunt per annos pluſquam ducentos, ſcilicet ab Urbano IV, renuntiato anno 1261, uſque ad Sixtum IV, a quo data eſt Decretalis anni 1483 *rel. in c. 20, de Reliq. & Ven. Sanct.* Collectio hæc non auctoritate Pontificia, ſed privati hominis ſtudio concinnata creditur paullo poſt annum 1484.

§. XI. Atque hæc eſt ſumma librorum Juris Pontificii, quibus hodie in foro, ſcholiſque utimur (*a*). Quamvis enim poſt ſextam, & ultimam Collectionem Extravagantium Communium plures ab inſequutis Pontificibus

(a) Quicumque perhibeantor Canones, qoæcumque eorumdem collectiones, etiamſi receptæ eſſe noſcantur, ſola ſui exiſtentia, ſola quæ in complexu contigit, receptione, tantam ſane nobis uondom auctoritatem faciont, ut tam generali obtutu eorum, quæ continent, quam ſpeciali pro civilium legum concurſu adhibenda cautione ſecuris oobis liceat ſoperſedere. Oportet enim materias, quæ in Canonibus, eoruioque Collectionibus continentur, ſpectare, eaſque diſtiuguere io Spirituales, & Temporales: Spirituales ſunt vel Dogmaticæ, atque has profecto ex receptione obligare dicere nou poſſumus, utpore cum promulgationem quidem deſiderent, nullatenus vero a fidelium dependeant receptione; vel ſunt diſciplinares, quæ qoidem pariter receptione haudquaquam indigent eo in ſenſu, qoaſi eas Prioceps, aut Epiſcopi rejicere, vel iiſdem vim legalem triboere pro lubitu poſſent. Enimvero oou aliud Principibus, & Epiſcopis jus eſt, qoam inſpicieodi, num lex Eccleſiaſtica vere talis adſit, quæ ſcilicet, neque rerumpublicarum ſaluti, & juribus Principum, neque particulari etiam Eccleſiæ præjudicare poteſt; atque ad hujuſmodi legis Eccleſiaſticæ promulgationem non impediendam tam Principes, quam Epiſcopos io conſcientia eſſe obligatos, ut adeo ad ipſam ejuſdem promulgationem, & obligandi vim, oec quidem ut caoſa ſocia, vel minimum concurrant, ac tota illa ſua inſpectione nil aliud, niſi id, qood lex Eccleſiaſtica non eſſe poſſe ex rationis, & revelationis dictamine inooteſcit, queant removere. Temporales ſunt vel poblicæ, atque iſtæ, ſi cum jure publico univerſali, vel fundamentalibus Regnorum legibus conſpirent, etiam inde, non vero a Canonibus ſuam obligandi vim habent. Si vero univerſali, particularive Juri publico adverſeotor, incaſſum ejuſmodi Canones ultra ſuos limites adverſari novimus; vel ſunt privatæ, atque hæ pariter, quia propria Eccleſiæ poteſtas oon ad temporales privatorom cauſas ſeſe extendit, & ſi aliquæ receptæ ſiot, tamen non ut Canones, ſed ut leges Principum nos obligant; quemadmodom reſponſa prudentum, etſi recepta, & adoptata ſint, non tamen ut reſponſa prudentum, ſed ot Conſtitutiones ipſius Juſtiniani vi legali pollent. Unde quid aliod concludemus, quam Canones, qui quidem

E 2 in

Digitized by Google

ribus latæ ſint Decretales ſub titulo Bullarum, quamvis celebrata tria Concilia generalia Florentinum, Lateranenſe V, & Tridentinum, præter Provincialia bene multa, nihil tamen ex iis Juris Corpori additum fuit. Seorſim igitur a Canonici Juris Corpore habemus indicata Concilia, Bullarium Magnum, Bullarium Benedicti XIV, uti & alias Bullas, quæ identidem a Summis Pontificibus eduntur, tandem Regulas Cancellariæ Apoſtolicæ, Declarationes S. Congregationum Cardinalium, ac Deciſiones Rotæ Romanæ, de quibus agemus ſuo loco; interim gradum faciamus ad Libros Juris Civilis.

§. XII. Libri, quibus continetur Jus Civile Commune, ſunt: Primo, Inſtitutiones. II, Digeſta. III, Codex. IV, Authenticum, ſeu Novellæ, quibus additur Feudum, ſeu libri Feudorum duo.

§. XIII. Inſtitutiones ſunt quoddam veluti compendium legum, quod, quia Civilis Juriſprudentiæ elementa exhibet, auctoritate Juſtiniani Imperatoris ſenioris, qui Imperator a Juriſperitis per Antonomaſiam conſalutatur, ex Digeſtis, & Codice Juſtinianeo antiquo, aliiſque antiquioribus Conſtitutionibus conflatum eſt, ac in quatuor libros certis titulis, & paragraphis diſtinctos diviſum.

§. XIV. Digeſta, quæ etiam alio nomine Pandectæ vocantur, quia Imperator omnia veterum Juriſconſultorum reſponſa, quibus auctoritatem juris tribuit, in 50 libros digeſſit, in tria volumina diſpertiuntur. Primum vocatur Digeſtum vetus, conſtatque 24 libris. Secundum Digeſtum Infortiatum, forte ita dictum, quod leges de teſtamentis, & ultimis voluntatibus, quæ fortiſſimæ ſunt, contineat, vel quod in illo de fortuitis ſucceſſionibus agatur, complectiturque libros 14. Tertium Digeſtum novum nuncupatur, quod duodecim libris abſolvitur.

§. XV. Codex, quem ex triplici antiquiore Codice, Gregoriano ſcilicet, Ermogeniano, & Theodoſiano concinnavit Juſtinianus, quædam ex illis expungens, quædam de ſuo, ſuorumque Prædeceſſorum inſerens; duodecim libros complectitur. Quibuſdam titulis hujuſce Codicis aſſutæ cernuntur nonnullæ Conſtitutiones Imperatoriæ in Epitomem redactæ, quæ Authenticarum nomine donantur, quæ quidem Authenticæ tunc ſolum legum vi pollebunt, cum ſuis exemplaribus ex æquo reſponderint.

§. XVI. Authenticum, ſeu Novellas mavis appellare, continet novem Authenticas Collationes. Vocantur hæ Conſtitutiones Novellæ, ſeu Jus Noviſſimum, quod eæ e Juſtiniano poſt Codicem prodierint.

§. XVII. Feudum, ſeu liber, vel potius duo Feudorum libri conſuetudines continent Feudales partim ex obſervationibus, quas initio nullo ſervato ordine collegerunt duo Conſules Mediolanenſes Gerardus Niger, & Obertus de Orto, partim ex Conſtitutionibus quibuſdam Imperatorum Conradi II, Enrici II, Friderici I, depromptas. Poſt hos duos libros ſubjungitur alius, qui vocatur quintus de feudis, qui omnes vim

in temporali privatorum cauſa decidunt, veluti non unquam aliter ac leges Principum valebant, ita poſterioribus Principum legibus, & nationum, locorumque ſtatutis, ſi quæ in contrarium hic, & illic obtineant, eſſe abrogatos, ſeu quod idem eſt, hos Canones tantum ſalvis Principum poſterioribus legibus, atque particularibus locorum ſtatutis valere? V. Eibel. *l. c. l.* 3, *c.* 5.

vim juris præſeferunt, exceptis iis textibus, qui poſt libri ſecundi titulum quinquageſimum octavum uſque ad librum quintum extant; hi enim additi ſunt a Cujacio, & aliis Juriſconſultis Papienſibus juris condendi poteſtate deſtitutis, niſi & his auctoritatem tribuat uſus, & conſuetudo.

§. XVIII. Placuit hic exhibere etiam juris Civilis Communis corpus, cum in Jure Canonico ſuus locus ſit etiam Juri Civili (*b*) juxta illud, quod habetur in c. 1 de novi operis nuncup. *Sicut leges non dedignantur Sacros Canones imitari, ita Sacrorum ſtatuta Canonum Principum Conſtitutionibus adjuvantur;*

COL-

(b) Genuinas, quæ in Canonum, & legum collisione ſecundum utriuſque poteſtatis diſtinctionem obſervari debent, has regulas accipe. I, Si Canon colliditur cum lege, & jus quidem utrumque ſit clarum; in cauſa Eccleſiaſtica Canon; in Civili lex vim ſuam pro utroque foro ita exerit, ut & profanus Judex in ſuo foro nil contra cauſam Spiritualem attentando Canonem revereri, & ſuo quoque in foro Judex Eccleſiaſticus, aut nullatenus ſe civilibus immiſcendo, aut ſi ex privilegio id ipſi competit, ſecundum voluntatem ſummorum Imperantium judicando legem venerari debeat. II, Si Jus Canonicum in cauſa temporali clarum, Civile in eadem cauſa obſcurum eſt, tum etiam in hac cauſa civili Jus Canonicum clarum eatenus ſequi licebit, quatenus non poſteriores Imperantium leges, aut locorum particularia ſtatuta obſtant. His enim non obſtantibus etiam in cauſa Civili Jus Canonicum tanquam legem eorum, qui id recepere, Principum ſpectare debemus. III, Si Jus Civile Romanum collidatur cum Jure Canonico in materia Civili; denuo niſi contrario extent poſteriores Principum leges, vel conſuetudines, Jus Canonicum prævalere arbitror. Atque hoc quidem ideo, quia quatenus Imperantes in civilibus recepere Jus Canonicum, eatenus hoc ipſo nobis civilem Jure Romano poſteriorem condiderunt. Eibel *l. c.* Vid. etiam Schmalzgruerber *Jur. Eccl. Diſſ. prel.* §. 11.

COLLECTIONES

Juris Eccleſiaſtici majoris nominis, quæ adornatæ ſunt.

In Eccleſia Orientali.

	Tempus.	*Auctor.*	*Materia.*	*Forma.*	*Inſcriptio.*	*Editio.*
I.	Poſt Concilium Conſtantinopolitanum I, circa An. 385.	Ab aliis SABINUS Macedoniorum Epiſcopus, ab aliis STEPHANUS Epiſcopus Epheſinus fuiſſe creditur.	CANONES CLXV, id eſt, Concilii Nicæni Can. XX. Ancyrani C.XXIV. Neocæſarienſis Canon. XIV. Gangrenſis C. XX. Antiocheni C.XXV. Laodiceni C. LIX. Conſtantinop. Can. III.	CANONES una numerorum catena cohærent.	CONSEQUENTIA CANONUM ita Concil. Eph. Act. II.	OPERA ET STUDIO *Chriſtoph. Juſtelli*, Pariſiis Anno 1610, & iterum *Henr. Juſtelli* & *Guil. Voelli* in Biblioth. Jur. Can. Ver. Tom. I, Pag. 5, Pariſ. An. 1661.
II.	Statim poſt Concilium Chalcedonenſe An. 451.	STEPHANUS Epiſcopus Epheſinus.	CANONES XLII, nempe Concilii Conſtantinop. reliqui Can. IV, Epheſini Can. VIII, Chalcedonenſis Can. XXIX, & vel Laodiceni, vel Antiocheni Can. I.	Itidem continnata numerorum ſerie.	Hæc priori juncta vulgo ſub nomine CODICIS UNIVERSÆ Eccleſiæ venit.	In Cit. Bibliothec. Tom.I, pag. 56.
III.	Circa medinm Sæculi ſexti.	Joannes *Scholaſticus* Presb. Antiochenus, & poſtea Patriarcha Conſtantinopolir. aliis THEODORETUS Epiſcopus Cyri, vel THEORIUS Abbas.	Tituli L, in quibus exhibentur CANONES. Id eſt Apoſt. LXXXV. Conc. Nicæni Can. XX. Ancyrani Ca.XXV. Neocæſa. Can.XIV. Sardic. Can. XXI. Gangren. Can. XX. Antioch.Can.XXV. Laod. Can. LIX. Conſtant. Can. VI. Epheſ. Can. VII. Chalc. Can.XXVII. Ex tribus Epiſt. Canonic. & Baſilii Can. LXVIII.	In hac collectione neglecto temporis & numerorum ordine prædicti CANONES ad eandem materiam pertinentes inveniuntur.	COLLECTIO CANONUM.	In Cit. Bibliothec. T. II, pag. 499.

Digitized by Google

	Tempus.	*Auctor.*	*Materia.*	*Forma.*	*Inſcriptio.*	*Editio.*
IV.	Circa Ann. *692*, quo Synodus Trullana celebrata.	INCERTUS.	Præter Canones Apoſtolorum, Nicænos, alioſque prioribus Collectionibus inſertos, acceſſerunt Carthaginenſium Synodorum Codex. Et Canones Synodi Conſtantinop. ſub Nectario habitæ, & plurimorum SS. Patrum.	Temporis ut videtur ratio habita.	Hæc cum appendice, quæ ſequitur.	Separatim edita non invenitur, Codicem autem Africanum edidit *Chriſtoph. Juſtellus* An. 1614, & extat denuo in dicta Bibliothec.
V. Appendix Prioris.	Poſt celebratum Concil. Nicænum II, id eſt circa Ann. 787.	INCERTUS.	Præfatis morum regulis adnexi ſunt Canones XXII Concil. Nicæni II.	Eadem, quæ in priori Collectione.	CODEX ECCLESIÆ ORIENTALIS inſcribitur.	A. Jo. Tilio Engoliſmenſi Pariſ. 1540, & iterum additis notis *Zonaræ* & *Balſamonis* ab Elia Ehingero, Witteb. 1614.
VI.	Circa Ann. 880.	PHOTIUS Patriarcha Conſtantinopolitanus.	Præter conciliorum & SS. Patrum Canones prioribus Collectionibus intextos, acceſſerunt duarum Pſeudo-- Synodorum An. 861, & 879, ſub Photio habitarum Canones, illius XVII, hujus III. Et *Theophili Alexii*, & *Tharaſii* Conſtantinop. Scripta.	Habito temporis ordine; ita tamen, ut omnes Synodi generales, particularibus præpoſitæ fuerint.		Addiderunt notas *Joan. Zonaras*, *Alex. Ariſtinus*, & *Theod. Balſamon.* Edita per Quintinum. Et Cum notis Balſamonis per Gentianum Hervetum.

COL.

In Eccleſia Occidentali.

	Tempus.	*Auctor.*	*Materia.*	*Forma:*	*Inſcriptio.*	*Editio.*
I.	Sæc. V, poſt Concilium Chalcedonenſe.	INCERTUS.	Primæ Collectioni Græcorum in Latinum verſæ intexebantur Canones Conciliorum Sardicenſis, & Chalcedonenſis.	Eadem, quæ in prima Collectione Græca, Canones autem Sardicenſes poſt Concil. Nicænum, Chalcedonenſes poſt Conſtantinopolitan. collocati.	Priſca Canonum editio Latina.	A *Chriſt. Juſtello*, & in Bibl. Jur. Can. Vet. Juſtelli & Voelli T. I, pag. 275.
II.	Sæculo VI.	DIONYSIUS EXIGUUS Abbas Romanus, natione Scytha.	Novæ prioris verſionis Collectioni adjecti Canones Apoſtolorum L, Concilii Sardicenſis XXI, & Synod. Africanarum CXXXVIII.	Eadem, quæ in priori; præpoſiti tamen Canones Apoſtolorum, & in fine Canones Concilii Sardicenſis, & Africani collocati.	COLLECTIO CAnonum Eccleſiaſticorum. Sive CODEX Canonum vetus Eccleſiæ Romanæ.	Biblioth. J. C. T. I, pag. 101.
III.	Paullo poſt editam priorem Collectionem.	IDEM.	Collectæ Decretales Pontificum, Epiſtolæ Siricii XV, Innocentii LVII, Zoſimi IV, Bonifacii IV, Cæleſtini XXII, Leonis XLIX, Gelaſii XXVII, Anaſtaſii VIII.	Servata temporum ratio.	Collectio Decretorum Pontificum Romanorum.	A *Chriſt. Juſtello*. An. 1643, & in cit. Bibl. J. Canon. T. I.
IV. Primæ Dionyſianæ appendix.	Circa initium Sæculi VIII.	INCERTUS.	Decreta SS. Pontificum Hilarii, Simplicii, Felicis, Symmachi, Hormiſdæ, Gregorii Junioris.	Non abſimilis priori, appendix eſt ad priorem Dionyſii Collectionem.	COLLECTIO Decretorum Pontificum Romanorum.	In cit. Bibl. T. cit. pag. 249.

Tem-

	Tempus.	*Auctor.*	*Materia.*	*Forma.*	*Inſcriptio.*	*Editio.*
V.	Sæc. VII.	S. ISIDORUS Epiſcopus Hiſpalenſis.	Superioribus additi Canones Concil. Epheſini, & Synodi particul. Conſtantinop. omnes VIII, Diœceſium African. & XVII Conciliorum Gallicanorum, & XV Hiſpanicorum Canones. Decreta PP. Damaſi, Felicis, Vigilii, & Gregorii M. omiſſis tamen Can. Apoſtolicis.	Eadem, quæ in Dionyſiana.	CORPUS ſive COLLECTIO Canonum.	Hactenus non edita, a nonnullis viris doctis in variis Bibliothecis inſpecta.
VI.	Sæc. VIII ad finem vergente.	Sub nomine ISIDORI, qui promiſcue peccator, vel mercator dicitur.	Adjecta prioribus ſunt ſpuria Pontificum SIRICIUM antecedentium Decreta, & nonnullorum etiam poſteriorum cum Canonibus Apoſtolorum, aliiſque.	A priori non diverſa, præpoſiti ſunt Canones Apoſtolorum, & ſuppoſititiæ Epiſtolæ Pontificum ſuis locis habita temporum ratione inſertæ.	COLLECTIO Conciliorum, & Decretalium.	Tota Collectio hucuſque lucem non vidit; falſas autem Decretales ſingulari cura excuſſerunt David Blondellus in Pſeudo-Iſidor. & Petrus Couſtantius in præfat. ad Collect. Epiſt. Decret.

COLLECTIONES

Juris Eccleſiaſtici majoris nominis, quæ adornatæ ſunt.

In Eccleſia Orientali.

	Tempus.	*Auctor.*	*Materia.*	*Forma.*	*Inſcriptio.*	*Editio.*
I.	Poſt An. 574.	JOANNES Scholaſticus Patriarcha Conſtantinopolitanus.	Tituli L, in quibus ſententiæ exCanonibus extractæ exhibentur, ſubjectis legibus Romanis ad eamdem rem pertinentibus.	Nullo temporis ordine ſervato Canones compendio deſcribuntur, legum autem Civilium tenore integro appoſito.	NOMOCANON, ſeu collatio Canonum, & legum Civilium.	A *Voello* & *Juſtello* in Bibl. Jur. Can. Vet. T. II, pag. 903. Extat autem hic Nomocanon MS. in Bibliothecis Vaticana, Bodlejana,& Cæſarea Vindobonenſi.
II.	Circa An. 883.	PHOTIUS Patriarcha Conſtantinopolitanus.	Tit. XIV, qui iterum in capita ſubdividuntur, quibus ſummaria ejuſdem argumenti Canonnm, & legum ex corpore Jutis Juſtinianei collatio inſtituitur.	Ubique accurate indicantur fontes, & loci, ex quibus Canones, & leges Civiles fuere deſnmptæ, omiſſo tamen harum contextu integro.	NOMOCANON.	Acceſſere ad hanc Collectionem Arſenii, & Zonaræ notæ, & Commentarius Theod. Balſamonis A. 1170. Prodiit autem deinde & verſio hujus Collectionis cum Commentario Balſamonis per *Gentianum Hervetum* Pariſ. 1561, Baſil. ſequenti anno per *Henr. Agylæum*, per *Juſtellum* 1615, & 1630, tandem plenius relata in Tom. II Bibl. Jur. Can. Vet. Voelli, & Juſtelli p. 785.
III.	An. 1071.	MICHAEL PSELLUS Præceptor, & Conſiliar. Michael. Dnc. Imp.	Partes II de Fide Chriſtiana, & diſciplina.	In verſus Jambicos redacta.	SYNOPSIS CANONUM.	Curante *Franc. Boſſueto* Epiſcop. Mnntis Peſſulanâ Anno 1632.
IV.	Circa An. 1130.	ALEXIUS ARISTUS Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diaconus.	Exhibet hæc Collectio breviſſime omnia illa, quæ Veteri Codici Canonnm inſerta erant.	Index eſt, ſeu Breviarium, Veteris Codicis Canonum ſervato ordine Conciliorum, non tamen ſervata conſequentia numerorum.	SYNOPSIS CANONUM.	In ſæpius cit. Bibl. Jur. Can. Vet. T. II, pag. 673.

Tem-

Digitized by Google

	Tempus.	*Auctor.*	*Materia.*	*Forma.*	*Inſcriptio.*	*Editio.*
V.	Circa medium Sæc. XII.	SIMEON Magiſter, & Logotheta.	Concinnata fuit hæc Collectio ex illa ſuperius memorata Jo. Scholaſtici Collectione additis inſuper Trullenſibus, & Carthaginenſibus Canonibus.	Concilia Œcumenica omnibus aliis localibus præpoſita, mutato tamen numerorum ordine, quem Jo. Schol. digerendis Canonibus in ſua Collectione adhibuit.	EPITOME CANONUM.	In cit. Bibl. Tom. II, pag. 710.
VI.	Circa finem Sæc. XII.	THEOD. BALSAMON.	Conſtitutiones Eccleſiaſticæ ex Digeſtis, Codice, & Novellis extractæ.	Conſtat hæc Collectio tribus libris in ſuos titulos diviſis, ſubnexis ſingulorum titulorum Paratitlis.	COLLECTIO conſtitutionum Eccleſiaſticarum. Aliis PARATITL.	Cura *Joan. Leunclavii* Francfort. 1593, 8, & *Chriſt. Juſtelli*, & deinde in Bibl. Jur. Can. Tom. II, pag. 1217.
VII.	Circa An. 1252.	ARSENIUS Monachus, & deinde Patriarcha Conſtantinopolitanus.	Capita CLXI, quibus leges Civiles, & regulæ Eccleſiaſticæ ex SS. Patribus, aliiſque Græcis Doctoribus continentur.	In his capitibus congrua materiarum diſpoſitio obſervata.	SYNOPSIS Divinorum Canonum, ſive ut ipſe Auctor loquitur: NOMOC.	In cit. Bibl. Tom. II, pag. 749.
VIII	Circa An. 1335.	MATTHÆUS BLASTARES Hieromonachus.	Tituli XX, in quibus Canones Conciliorum, & Decreta Patrum referuntur.	Collectio hæc juxta ordinem Alphabeti digeſta Canonum ſenſum, non verba exprimit.	SYNTAGMA rerum, quæ in ſacris Canonibus comprehenduntur.	Curante *Jo. Beveregio* in magno Synodico, ſeu Pandectis Canonum . 770. Multi autem hujus Collectionis latent in Biblioth. Codices MSS.
IX.	Circa An. 1345.	CONSTANTINUS Harmenopulus Præfectus Theſſalonicæ.	Sectionibus VI omnia illa continentur, quæ in Collectione Photii occurrunt, additis præter veterum Patrum Decreta, Nicolai, & Nicephori Patriarch. Conſtantinopol. Decretis.	Sectionum quælibet dividitur in titulos, quibus ſubjiciuntur Canones, ſcholiis paſſim illuſtrati.	EPITOME Divinorum, Sacrorumque Canonum.	In *M. rquar. Freheri* Jure Græco-Romano Ann. 1596.

In Eccleſia Occidentali.

	Tempus.	Auctor.	Materia.	Forma.	Inſcriptio.	Editio.
I.	Circa An. 547.	FULGENTIUS FERANDUS Eccleſiæ Carthaginenſis Diaconus.	Capitula CCXXXIII, in quibus Canones fere omnes præter Chalcedonenſes, ex priſca verſione latina excerpti inveniuntur, adjectis etiam Canonibus Conciliorum Zellenſis, Suffetulenſis, Septimunicenſis, Macrianenſis, Mazaranenſis, Theniatani, & Tuſdritani.	Servatus materiarum, non autem temporis ordo.	BREVIATIO Canonum Eccleſiaſticorum.	Curante *Petro Pithœo* Pariſ. 1588, deinde & a *Chriſt. Juſtello* 1628, *Antonio Dadino Alteſſera* 1620, *Petro Franc. Chiffletio* 1649. Tandem in Bibl. Jur. Can. Vet. *Juſtell. & Voel.* T. I, p. 438.
II.	Circa An. 572.	MARTINUS Abbas Dumienſis, poſtea Epiſcopus Braccarenſis.	Capitula LXXXIV, in quibus Canones Orientales tranſlati de Græco in Latinum, & nonnulli alii Conciliorum Hiſpanicorum, Toletani præſertim, & Braccarenſis continentur.	Digeſti autem ſunt hi Canones ad certas materias.	LIBER CAPITULORUM ex Orientalium Synodis, ſive COLLECTIO CANONUM Orientalium.	In cit. Bibl. Jur. Can. Vet. To. I, Append. p. 7, cum marginalibus notis *J. Doujatii*.
III.	Circa An. 690.	CRESCONIUS Epiſcopus Africanus.	Duæ collectiones a Creſconio editæ habentur: in priori ad CCC capita concordes Canones Conciliorum, & Conſtitutiones Pontificum referuntur, in altera Canones ipſi, & Decreta eodem ordine per capita CCC deſcripta exhibentur.	Canones non juxta ordinem Conciliorum, & Canonum conſequentiam, ſed juxta rerum, ſeu materiarum rationem diſpoſiti.	I. BREVIARIUM Canonum. II. CONCORDIA, ſeu liber Canonum.	Edit. Breviarii cura *Petri Pithœi* cum Fulgentio 1588, & *1609*, ac *Chriſt. Juſtell.* 1628, &c. Tandem in Bibl. Jur. Can. To. I, p. 458, & ejuſdem concordia Canonum ibid. in Appendice p. 33, 112.
IV.	Circa An. 745.	S. BONIFACIUS Germanorum Apoſtolus.	Canones XXXVI ex Canonibus Apoſtolorum & Conciliorum Antiocheni, Laodicenſis, Nicæni, & Capitularibus Regum Francorum excerpti.	Canones ad certas materias Eccleſiaſticas revocantur.	COLLECTIO STATUTORUM Eccleſiaſticorum.	In *D' Acherii* Spicilegii Tom. IX.

Tom.

Digitized by Google

	Tempus.	*Auctor.*	*Materia.*	*Forma.*	*Inſcriptio.*	*Editio.*
V.	Circa An. 785.	HADRIANUS I PONTIFEX hanc Collectionem Angilramo, vel Ingilramo obtulit.	Capitula LXXX præcipue ad Epiſcoporum judicia pertinentia, ex Græcis, & Latinis Canonibus, ac Decretis Pontificum collecta ſunt.	Ubique materiarum ordo ſervatus.	COLLECTIO CAPITULORUM.	In *Coleti* Concil. Tom. VIII, col. 597, ſeq. & *Harduin.* Concil. Tom. III, col. 2061.
VI.	Ad finem Sæc. IX, vel primis Sæc. X annis.	REGINO Monachus, poſtea Abbas Prumienſis.	Libri II in DCCCLXXXVIII capita diviſi, in quibus Canones ex Conciliorum, Pontificumque Canonibus eruti additis SS. Patrum ſententiis legumque Civilium textibus leguntur.	Hi Canones ad certum ſyſtema redacti ſunt.	DE DISCIPLINIS ECCLESIASTICIS, & RELIGIONE CHRISTI.	Cura *Joach. Hildebrandi* Helm. 1659, deinde cum variis additionibus curante *Steph. Baluzio* 1671.
VII.	Circa An. 1020.	BURCHARDUS Epiſcopus Wormatienſis.	Libri XX in plura capita diviſi, Canones præcipue ex Concil. Franc. Orient. & Occident. exhibentia.	Eadem, quæ in priori Collectione, capita ſcilicet variam rei Eccleſiaſticæ materiam certas in claſſes diſtributam, adjunctis Canonibus complectuntur.	MAGNUM CANONUM VOLUMEN.	Coloniæ 1648, & Pariſ. 1549.
VIII	Ad finem ejuſdem Sæc. XI.	ANSELMUS Epiſcopus Lucenſis.	Libri XIII Canones Conciliorum & ſententias SS. Patrum comprehendentes.	Compendioſa eſt hæc Collectio, & ordo prioribus non abſimilis ſervatus.	COLLECTIO CANONUM.	Hucuſque lucem non vidit, latet autem Manuſcripta in variis Bibliothecis.
IX.	Circa idem tempus.	DEUSDEDIT Presbyter Cardinalis.	Libri IV in Capitula diſtributi, & ex *variis SS. Patrum, & Chriſt. Principum auctoritatibus congeſti.*	Eadem, quam priores Auctor tenuit.	COLLECTIO, ſive LIBER CANONUM.	Item nulla extat.

	Tempus.	Auctor.	Materia.	Forma.	Inſcriptio.	Editio.
X, & XI.	Poſtremis Sæcul. XI, vel certe primis Sæculi ſequ. annis.	IVO Epiſcopus Carnotenſis.	Prioris Canones partim ex Epiſtolis Rom. Pont. partim ex geſtis Concil. partim ex Tractatibus S S. Patrum, partim ex Conſtitut. Princip. deſumpti. Alterius eadem eſt materia, quæ in priori.	I. Dividitur in XVII partes, ſive libros, qui iterum in Capitula ſubdividuntur. II. Diverſus eſt ordo, & fere hæc Collectio nihil aliud eſt, quam ſuperioris compendium.	I. DECRETUM CANONUM, ſive EXCERPTIONES regularum Eccleſiaſticarum. II. PARNORMIA, ſive PANNOMIA.	Decretum editum Lovanii 1561, opera *Joan. Molinæi*, & accuratius *Jo. Fronto* Pariſ. 1641. Panormia vulgata a *Sebaſt. Brant.* Baſil. 1499, & a *Melch. a Voſmediano* Loven. 1551.

QV.

QU. VII.

Quid ſentis de Iſidoriana Decretalium Compilatione?

§. I. NUllum unquam opus in lucem prodiit, in quod orthodoxi, heterodoxique omnes manu veluti facta adeo genuinam fregerint, viruſque ſuum tantopere evomuerint, quam in Iſidori Decretales. Nam ut antiquiores (vide Epiſtolam Card. Deusdedit ad Victorem III, quam ediderunt Ballerini *in Append. ad S. Leonem p.* 4, *c.* 14.) criticos miſſos faciamus, qui in Iſidorum cenſoriam virgulam diſtrinxerunt, Petrus Comeſtor ſæculo XII, (*In Hiſt. Schol. ad Act. Apoſtol.*) atque ſæculo XV Gobellinus, (*In Comodromio Act. 6, c.* 7.) Cardinalis Cuſanus, (*De Conc. Cath. l.* 3, *c.* 2.) Enricus Kalteiſenius (In tractatu: *An Imperium ſit unquam a Romanis ad Græcos translatum:* laudato a Blondello, c. 18 Prolegom.) Iſidorum de falſi crimine poſtularunt, ut proinde dicendum ſit, Claudium Fleury (*Hiſt. Eccl. l.* 44, *n.* 22.) palpaſſe Proteſtantibus, cum eos omnium primos Iſidorum ad cenſorium tribunal rapuiſſe pronuntiavit.

§. II. Proteſtantes, eorumque ſimiolos amariore felle reſperſiſſe, mordaciore ſale defricuiſſe, atque acriore aceto Iſidori cineres, & oſſa perfudiſſe non negaverim; at Catholicos omnium primos Iſidorianis Decretalibus diem dixiſſe, nemo auſit inficiari. Quare jure, ac merito Sirmondus ait, Blondellum in ventoſo ſuo Opere, cui titulus *Pſeudo-Iſidorus*, & Turrianus vapulantes actum egiſſe, & Leoni mortuo inſultaſſe.

§. III. Sed ſi vera fateri volumus, Critici flagello nimis horribili Iſidoriana terga domuerunt non hercle digna ſupplicio tanto: Nam non ad confuendas fallacias, non ad dolos conglutinandos, ſed ad Juris Eccleſiaſtici notitiam locupletandam, ad Chriſtianas antiquitates illuſtrandas Iſidorus (aut quisquis ille fuerit) eas Decretales vetuſtate, ac oblivione obrutas maximo labore, ingentibus curis ex tenebris eruit, erutaſque liberiore fortaſſe licentia in apricum protulit, atque in hominum conſpectum produxit. Qua in re ſi non ingenium, Iſidori certe diligentia laudanda eſt.

§. IV. Noto notius eſt, quam atrox, quam crudele bellum tribus prioribus ſæculis teterrimi tyranni non ſolum Chriſtianis hominibus, verum etiam eorum Scriptis intulerint, quantumque non modo Chriſtianæ fidei athletis, ſed Chriſtianis etiam libris exitium, ac flammas pararint (*a*). In hoc furiarum bacchantium æſtu quas clades Eccleſiarum ſcrinia perpeſſa ſint, nemo non videt. Ea igitur tempeſtate

(a) Maxima rerum ſcriptarum pars in decem annorum bello a Diocletiano adverſus Chriſtianos geſto igne deleta eſt. Conquirebantur enim ea tempeſtate juſſu Imperatorum omnes libri, chartæque Chriſtianorum, & in ignem conjiciebantur. Moshem. *H. E. l.* 1, *c.* 5, §. 11.

te primorum Romanorum Pontificum pleræque Epiſtolæ (nam plures ſcriptas fuiſſe quis dubitet?) interciderunt. Sed non ita eas intercidiſſe exiſtimandum eſt, ut non aliquæ earum tabulæ disjectæque reliquiæ ex his procellarum fluctibus, naufragioque enatarint.

§. V. Iſidorus igitur, qui Canonum Decretaliumque (*b*) compilandarum ſibi provinciam depopoſcerat, cum vide-

(b) Ex ipſa Iſidorianæ Collectionis Præfatione diſcimus, eam Collectionem poſt annum 685 adornatam fuiſſe. Nam cum Auctor memoret Concilium Conſtantinopolitanum temporibus Agathonis Papæ, & Conſtantini Imperatoris habitum, aperte declarat, Conſtantinum Imperatorem, qui anno ſexcenteſimo octogeſimo quinto obiit, jam tum fuiſſe defunctum. Quinimmo cum de Canonibus, qui Apoſtolorum vulgo dicuntur, verba facit: *Eorum* (inquit) *ſententias Sancti Patres ſynodali auctoritate roboraverunt, & inter Canonicas poſuerunt Conſtitutiones;* verbis iſtis auctor plane ſignificat, Collectionem factam fuiſſe poſt Stephani III Romanam ſynodum, quæ habita fuit anno ſeptingenteſimo ſexageſimo nono, nulla enim antea extat ſynodus, in qua Apoſtolorum Canones recepti fuerint. At ſi quis priſcorum Pontificum Epiſtolas, quæ collectione iſta continentur, percurrerit, inveniet in eis ſententias multas totidem verbis ſumptas ex Scriptoribus non ſolum quarti, & quinti, ſed ſexti etiam, ſeptimi, immo octavi ſæculi: nam Epiſtolarum auctor quædam in illis inſeruit ex Epiſtolis celebris Abatiſſæ Eangyth ad Sanctum Bonifacium Epiſcopum Moguntinum datis poſt annum 720, & ex Epiſtola ejuſdem Sancti Bonifacii ad Ethelbaldum Marciorum Regem anno 745 ſcripta. Item ex Romana ſynodo ſub S. Gregorio II, anno 721, habita, ac denique ex Synodo Pariſienſi VI anno 829 coacta. Poſt hunc itaque annum illas ſcriptas fuiſſe oportet. Sed tamen S. Leonis IV ætate, qui vita functus eſt anno 847, nondum prodierant, aut ſaltem vulgatæ non fuerant. Nam S. Leo in litteris ad Britanniæ Epiſcopos deceſſorum ſuorum Decretales Epiſtolas recenſens, quibus in dirimendis Eccleſiaſticis controverſiis tunc utebantur, Decretales illas Epiſtolas priſcorum Pontificum tacitus prætermiſit, & a Siricii Decretalibus epiſtolis exorſus eſt. Paullo poſt tamen eodem ſæculo lucem aſpexerunt; ut, ſi quis dixerit eas medio ſæculo nono fuiſſe conſcriptas, rem acu tangere mihi videatur.

Ex Summis Pontificibus, qui poſt S. Petrum tribus prioribus Eccleſiæ ſæculis Romanam Sedem tenuerunt, ſicuti nonnullos Epiſtolas multas dediſſe; ita a ſingulis non ſingulas ſolum, ſed plures etiam ſcriptas fuiſſe veroſimile eſt. S. Victoris I Epiſtolæ ſuper controverſia celebrandi Paſcha indicantur ab Euſebio *l.* 5, *c.* 23. Præter tres S. Cornelii Epiſtolas, quæ etiam nunc extant, aliarum Sanctus ipſe Cornelius meminit, aliarum itidem mentionem fecit S. Cyprianus; aliæ denique ejuſdem Sancti Pontificis litteræ memorantur a S. Hieronymo *l. de viris illuſtribus c.* 76, & ab Euſebio *l.* 6, *c.* 46. S. Soteris Epiſtolam ad Corinthios memorat S. Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus apud Euſebium *l.* 4, *c.* 23, S. Fabiani litteras S. Cyprianus *Epiſtola* 55, & *Epiſtola* 67 litteras S. Lucii. Non mediocriter tamen dolendum eſt tot, & tanta, & tam antiqua atque ad fidem, & diſciplinam utilia monumenta periiſſe, ut ex omnibus Pontificibus trium ſæculorum quatuor ſolæ ſuperſint Epiſtolæ, cæterarum vero quatuor fragmenta dumtaxat, videlicet S. Clementis I Epiſtola ad Corinthios ab antiquis Patribus Irenæo, Clemente Alexandrino, Origene, Euſebio, Epiphanio, Hieronymo non ſolum memorata, ſed laudibus etiam celebrata; quæ ſuperiore ſæculo inventa eſt in Codice a Thecla nobili Ægyptia ſæculo quarto, ut creditur, ſcripto, quem Cyrillus Lucaris Patriarcha Conſtantinopolitanus dono dedit Carolo I Anglorum Regi, eamque Patricius Junius latine redditam vulgavit anno 1633. S. Cornelii Epiſtolæ tres, quarum duæ ſcriptæ ſunt ad S. Cyprianum, & inter cujus Epiſtolas extant; tertia vero ad Fabianum Antiochenum Epiſcopum ſcripta refertur ab Euſebio *l.* 6, *c.* 43. S. Stephani I fragmenta Epiſtolarum duo, quorum alterum refertur a S. Dionyſio Epiſcopo Alexandrino apud Euſebium *l.* 7, *c.* 5, alterum vero extat apud S. Cyprianum *Epiſtola* 74 erutum ex litteris, quas ad ipſum S. Stephanus dedit. S. Dionyſii fragmentum ex ejus Epiſtola adverſus

videret in aliis omnibus Collectionibus immanes hiare lacunas, de hiſce ex-

ſus Sabellianos, quod refertur a S. Athanaſio in *Epiſtola de Decretis Nicænæ Synodi*; S. Felicis I fragmentum ex ejus *Epiſtola ad Maximum Alexandrinum Epiſcopum*, quod inter Sanctorum Patrum teſtimonia laudatur in act. I Concilii Epheſini Œcumenici, quæ ſane ſunt Epiſtolæ, & Epiſtolarum fragmenta, quæ ſuperſunt ex omnibus Epiſtolis Summorum Pontificum trium priorum ſæculorum; ut ſi quis in Epiſtolas alias inciderit præter iſtas a nobis memoratas, quæ nomina præferant Summorum Pontificum, qui tribus prioribus Eccleſiæ ſæculis vixerunt, is ſtatim intelligat ejuſmodi Epiſtolas ſuppoſitas eſſe.

Quod vero pertinet ad ſæculum IV uſque ad S. Siricium, h. e. uſque ad annum 385, Summ. Pontificum Marcelli, Euſebii, Melchiadis, Sylveſtri, & Marci nulla prorſus nobis Epiſtola ſuppetit, quamvis a ſingulis aliquas ſaltem ſcriptas fuiſſe credibile eſt. Profecto vel Ariana hæreſis, & Nicæna Synodus ejus cauſa coacta occaſionem S. Sylveſtro plures ſcribendi litteras præbere debuit; & cum Liberius in Epiſtola ad Conſtantinum litteras memoret, quas S. Alexander Epiſcopus Alexandrinus ad S. Sylveſtrum de Arii hæreſi ſcripſit, quis non credat S. Sylveſtrum & Alexandro reſpondiſſe, & ad Eccleſias alias etiam ſuper hac re ſcripſiſſe? Attamen deperditæ ſunt omnes; ita ut trium dumtaxat Romanorum Pontificum ſæculi IV ante Siricium, h. e. ante annum 385, aliquæ extant Epiſtolæ, nimirum S. Julii Epiſtolæ duæ, quarum alteram ad Euſebianos dedit, alteram vero ad Clerum, & Populum Alexandrinum: illam nobis Athanaſius deſcripſit in Apologia contra Arianos; hanc vero habet Socrates *l.* 2, *c.* 23, & ex eo latinam nobis illam reddidit Epiphanius Scholaſticus *Hiſt. tripartitæ l.* 47, *c.* 29. Liberii Epiſtolæ duodecim, ex quibus ſeptem inter S. Hilarii fragmenta extant, nimirum ad Oſium Cordubenſem Epiſcopum, ad Conſtantium Imperatorem, ad Orientales, ad Urſacium & Valentem, ad Vincentium Epiſcopum Capuanum, ad Italiæ Epiſcopos, & ad Cæcilianum Epiſcopum Spoletanum, quam tamen tantulam nobis S. Hilarius tranſmiſit: quattuor ad Euſebium Epiſcopum Vercellenſem a Liberio datas Epiſtolas edidit Car-

Jus Pontificium.

dinalis Baronius ex Vercellenſis Eccleſiæ tabulario: duodecimam vero ad Orientis Epiſcopos ſcriptam refert Socrates *l.* 4, *c.* 12. In quibus Epiſtolis ſæpe Liberius memorat alias, quas ipſe ſcripſit Epiſtolas, quæ interierunt; quemadmodum & illa Decretalis Epiſtola per provincias a Liberio miſſa, & a S. Hilario commendata *in Epiſtola ad Himerium Epiſcopum Tarraconenſem*; S. Damaſi Epiſtolæ octo; ex quibus quatuor edidit Lucas Holſtenius *in Collectione Romana bipartita*: nimirum ad Orientales, ad Paulinum Epiſcopum Antiochenum, duas vero ad Acholium Epiſcopum Theſſalonicenſem, duæ ad S. Hieronymum, quæ extant etiam in veteribus libris inter S. Hieronymi Epiſtolas; duæ denique, quas ex Theodoreto græcas, ex Epiphanio autem latinas accepimus, alteram videlicet ad Epiſcopos Illyrici apud Theodoretum *l.* 2, *c.* 22, & apud Epiphanium Scholaſticum *l.* 5, *c.* 29: alteram contra Apollinarium & Timotheum a S. Damaſo ſcriptam apud Theodoretum *l.* 5, *c.* 10, & apud Epiphanium Scholaſticum *l.* 9, *c.* 15. Aliæ multæ Damaſi Epiſtolæ, quibus Orientis, atque Occidentis conſultationibus S. Pontifex reſpondit, & in quibus conſcribendis S. Hieronymo, ut ipſe narrat *in Epiſtola* 23, uſus eſt, interciderunt. Itaque Epiſtolæ omnes, quæ Pontificibus Summis ſæculi IV, ante S. Siricium, vel ante annum 385, adſcribuntur, exceptis iis, quas nos indicavimus, ab iis abjudicandæ ſunt.

Suppoſitarum Epiſtolarum duo genera ſunt. Alterum earum, quas unus, & ſolus Architectus fabricatus eſt, quæ Epiſtolæ Iſidorianæ vulgo dici ſolent; propterea quod earum parens Iſidorus Mercator fuit; alterum vero genus Epiſtolas illas complectitur, quæ a variis, diverſiſque Scriptoribus ignotis tamen prodierunt. Generis hujus Epiſtolæ octodecim extant; videlicet S. Clementis I Epiſtola ſecunda ad Corinthios; altera Clementis ejuſdem ad Jacobum fratrem Domini; S. Pii I Epiſtolæ duæ ad Juſtum Epiſcopum Viennenſem; (harum alteram genuinam eſſe adverſus Tillemontium, & alios tuetur docte, & erudite Juſtus Fontaninus *c.* 4 *Hiſt. litterariæ Aquilejenſis pag.* 82.) Sancti Eleutherii Epiſtola ad Lu-

G cium

explendis cogitavit, non pluſculum negotii ea in re eſſe ratus, quam ſi, quas poſſet ipſe provincias luſtraret, Eccleſiarum ſcrinia, ſinus, latebra-

cium Britanniæ Regem; Sancti Victoris I duæ itidem Epiſtolæ, quarum altera Deſiderio, altera Paracodæ Epiſcopis Viennenſibus datæ fuiſſe feruntur; S. Cornelii Epiſtolæ duæ, altera ad Lupicinum, altera ad S. Cyprianum; S. Silveſtri Epiſtolæ duæ, quarum altera, quæ ad univerſos Epiſcopos Gallos data fuiſſe dicitur *de formatis ab Epiſcopo Viennenſi accipiendis*, eſt ipſa Epiſtola S. Zoſimi ad Gallos Epiſcopos, ſed peſſime interpolata, altera ad Nicænæ Synodi Patres data; S. Julii I Epiſtolæ duæ, quarum altera ad Dionyſium quemdam inſcripta eſt, altera ad Proſdocimum ſcripta eſſe dicitur; Liberii Epiſtolæ duæ, altera ad Orientales, altera ad S. Athanaſium; S. Innocentii I Epiſtolæ duæ ad Arcadium Imperatorem; S. Zoſimi Epiſtola una ad Simplicium Epiſcopum Viennenſem.

Præter haſce octodecim indicatas Epiſtolas, quæ Summis Pontificibus ſuppoſitæ fuerunt, aliæ multæ extant Decretales Epiſtolæ, ſeptem ſcilicet, & nonaginta nominibus Summorum Pontificum a S. Clemente uſque ad S. Gregorium Magnum inſcriptæ, quæ ab uno, & ſolo parente Iſidoro prodierunt omnes; videlicet S. Clementis I Epiſtolæ quinque, quarum prima eſt additamentum ad Epiſtolam ſuppoſitam S. Clementi ad Jacobum fratrem Domini; ſecunda itidem ad eundem Jacobum; tertia ad omnes Epiſcopos, Presbyteros &c., quarta ad Julium, & Julianum diſcipulos ſuos; quinta denique ad Hieroſolymis habitantes; S. Anacleti Epiſtolæ tres, prima ad omnes Epiſcopos, ſecunda ad Epiſcopos Italiæ, tertia ad Epiſcopos omnes; S. Evariſti Epiſtolæ duæ, prior ad Africanos Epiſcopos, altera ad Epiſcopos Ægypti; S. Alexandri I Epiſtolæ tres, prima ad omnes orthodoxos, ſecunda, & tertia ad omnes Epiſcopos; S. Xyſti I Epiſtolæ duæ, prior ad omnes Chriſtianos, altera ad omnes Epiſcopos; S. Teleſphori Epiſtola una ad omnes Chriſtianos; S. Hygini Epiſtolæ duæ, prior ad omnes Chriſtianos, altera ad Athenienſes; S. Pii I Epiſtolæ duæ, prior ad omnes Chriſtianos, altera ad Italos; S. Aniceti Epiſtola una ad Galliæ Epiſcopos; S. Soteris Epiſtolæ duæ, prior ad Campaniæ Epiſcopos, altera ad Epiſcopos Italiæ; S. Eleutherii Epiſtola una ad Galliæ provincias; S. Victoris I Epiſtolæ duæ, prior ad Theophilum Epiſcopum Alexandrinum, altera ad Epiſcopos Africanos; S. Zephirini Epiſtolæ duæ, prior ad Siciliæ Epiſcopos, altera ad Epiſcopos Ægypti; S. Callixti I Epiſtolæ duæ, prior ad Benedictum Epiſcopum, altera ad Epiſcopos Gallos; S. Urbani I Epiſtola una ad omnes Chriſtianos; S. Pontiani Epiſtolæ duæ, prior ad Felicem Succribonum, altera ad omnes Chriſtianos; S. Anteri Epiſtola una ad Epiſcopos provinciarum Bæticæ, atque Toletanæ; S. Fabiani Epiſtolæ tres, prima ad omnes Epiſcopos, ſecunda ad Epiſcopos Orientales, tertia ad Hilarium Epiſcopum; S. Cornelii Epiſtolæ duæ, prior ad omnes Epiſcopos, altera ad Ruſticum Epiſcopum; S. Lucii I Epiſtola una ad Galliæ, atque Hiſpaniæ Epiſcopos; S. Stephani I Epiſtolæ duæ, prior ad Hilarium Epiſcopum, altera ad Epiſcopos omnes; S. Xyſti II Epiſtolæ duæ, prior ad Gratum Epiſcopum, altera ad Epiſcopos Hiſpaniæ; S. Dionyſii Epiſtolæ duæ, prior ad Urbanum Præfectum, altera ad Severum Epiſcopum; S. Felicis I Epiſtolæ tres, prima ad Paternum Epiſcopum, ſecunda ad Epiſcopos Galliæ, tertia ad Benignum Epiſcopum; S. Eutychiani Epiſtolæ duæ, prior ad Epiſcopos Bæticæ provinciæ, altera ad Siciliæ Epiſcopos; S. Caji Epiſtola una ad Felicem Epiſcopum; S. Marcellini Epiſtolæ duæ, prior ad Salomonem Epiſcopum, altera ad Epiſcopos Orientales.

Epiſtolas itaque quatuor, atque quinquaginta Iſidorus Mercator affinxit Pontificibus Summis trium priorum ſæculorum. Quarti vero ſæculi, quæ ſequuntur Epiſtolæ ab eo prodierunt; S. Marcelli I Epiſtolæ duæ, prior ad Epiſcopos Antiochenæ provinciæ, altera ad Maxentium tyrannum; S. Euſebii Epiſtolæ tres, prima ad Epiſcopos Galliæ, ſecunda ad Ægyptios, tertia ad Epiſcopos Tuſciæ, & Campaniæ; S. Melchiadis Epiſtolæ duæ, prior ad Hiſpaniæ Epiſcopos, altera de primitiva Eccleſia, & de Conſtantini erga eam munificentia; S. Marci Epiſtola una, qua reſpondet S. Athanaſio, aliiſque Epiſcopis Ægyptiis poſtulantibus exemplum Canonum Nicænorum; S. Julii I Epiſtolæ duæ ad Orientales Epiſcopos; Liberii Epiſtolæ duæ, prior ad omnes Epiſco-

braſque omnes pertentaret, nullamque rimulam relinqueret, in qua corroſos Codices, ſemeſas membranulas, abraſas chartulas expiſcaretur. (c) Ita ſane juvat ſuſpicari.

§. VI. Verum cum in plurimas difficultates incidiſſet, ac tabulas vetuſtate deletas, locos obliteratos, litterarum notas obſcuriſſimas offendiſſet, ipſe Marte ſuo diſciſſas haſce, ut ita dicam, veſtes reſarcire, mutilatos artus reſtituere, vulnera reficere, & ſeſquialtera, ac ſeſquitertia intervalla modo divinando, modo conjiciendo, modo ſuis, modo aliorum mercibus refercire conatus eſt.

§. VII. In tanta rerum obſcuritate tot, tantiſque obſtructa difficultatibus eſſet ſane, cur miraremur, ſi Iſidorus homo ſane laboris patientiſſimus, & bonarum litterarum, at Criticæ artis ope deſtitutus, non in plurimos errores incurriſſet. Si igitur in Iſidorianis Decretalibus Chronologia nutat, ſi frons vacillat, ſi lingua titubat, ſi non ſuus vultui, non ori color, ſi pallium, ſi amictus, quo publicæ lucis periculum ſubire ex juſſæ ſunt, non germanam olent antiquitatem; dummodo tamen earum medulla, ac ſuccus genuinus ſit, cur eas viperino cautius ſanguine vitandas eſſe edicis?

§. VIII. Optandum ſane eſſet, ut Iſidorus eas Decretales laceras, conſciſſas, diſcerptaſque, cujuſmodi fors illi objecerat (d), poſteritati ſtitiſſet, atque

---

ſcopos, altera ad Athanaſium, & Epiſcopos Ægyptios; Felici II Epiſtolæ duæ, prior eſt ad Alexandrinam Synodum Reſcriptum, altera vero ad omnes Epiſcopos; S. Damaſi Epiſtolæ quinque, prima ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem, ſecunda ad S. Hieronymum, quæ incipit, *dum multa*; tertia ad Stephanum Archiepiſcopum, quarta ad Epiſcopos omnes de Chorepiſcopis, quinta denique ad Italiæ Epiſcopos, de non accipiendis ſcriptis Accuſationibus; S. Anaſtaſii I Epiſtolæ duæ, prior ad Germaniæ, & Burgundiæ Epiſcopos, altera ad Nerianum. Summis Pontificibus ſæculi quarti viginti cum altera Iſidorus Mercator attribuit.

Sæculi autem quinti tres dumtaxat Epiſtolas ipſe procudit, ſcilicet S. Innocentii I Epiſtolam unam ad Aurelium Carthaginenſem Epiſcopum, quæ eſt ordine duodecima Tomo III Conciliorum; S. Xyſti III Epiſtolam unam ad Orientales Epiſcopos, & eſt ordine tertia Tomo IV Conciliorum; S. Leonis Epiſtolam unam ad Germanos Epiſcopos, & Gallos de Chorepiſcopis, & eſt Epiſtola ordine octogeſima ſecunda Tomo IV Conciliorum. Sexti ſæculi denique Romanis Pontificibus, quæ ſubijciuntur Epiſtolæ ab eodem Mercatore vulgatæ ſunt; nimirum S. Joannis I Epiſtolæ duæ, prior ad Zachariam Archiepiſcopum, altera ad Epiſcopos Italiæ; S. Felicis III Epiſtolæ duæ, prior ad omnes Epiſcopos, altera ad Sabinam: hunc tamen Felicem IV Iſidorus appellavit; Bonifacii II Epiſtola una ad Eulalium Epiſcopum Alexandrinum; Joannis II Epiſtola una ad Valerium Epiſcopum; S. Agapeti I Epiſtola una ad Anthimum Epiſcopum Conſtantinopolitanum; S. Silverii Epiſtolæ duæ, prior ad Vigilium Pſeudo-Papam, altera ad Amatorem Epiſcopum; Vigilii Epiſtola una ad Ætherium, ſive ad Eleutherium; Pelagii I Epiſtola una ad Vigilium Epiſcopum; Joannis III Epiſtola una ad Epiſcopos Germaniæ, & Galliæ; Benedicti I Epiſtola una ad David Epiſcopum; Pelagii II Epiſtolæ quatuor, prima ad Benignum Archiepiſcopum, ſecunda ad Epiſcopos Italiæ, tertia ad Joannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum, quarta denique ad Epiſcopos Germaniæ, & Galliæ; S. Gregorii Epiſtolæ duæ, altera videlicet ad felicem Meſſanenſem Epiſcopum, altera eſt additamentum ad Epiſtolam ad Secundinum. Joannes Baptiſta Bartoli *Inſt. Canon.*

(c) Iſidor. *in Præfat.* Deinde quarumdam Epiſtolarum Decreta virorum Apoſtolicorum interſeruimus, id eſt Clementis, Anacleti, Evariſti, & cæterorum Apoſtolicorum, *quas potuimus hactenus reperire*, Epiſtolas uſque ad S. Sylveſtrum Papam.

(d) Zacharias nuperrimis annis in lucem edi-

que in poſterorum exiſtimantium arbitrium eas venire ſiviſſet; ſed interim quod Iſidoriani nævi, quod maculæ, quod nebulæ aliquæ illarum Decretalium faciem, coloremque inobſcurarint, earum vero animam, & ſpiritum nullatenus infuſcarint, quid in eas tamquam obſcœnus vultur in putrefacta cadavera mordacem linguam infigis?

§. IX. Hoccine igitur eſt illud Iſidori crimen, tam grave, tam nefarium, quod nulla ſatis digna Ecatombe expiari poſſe videtur? Hoccine eſt illud facinus, cujus cauſa omnia jura Eccleſiæ Romanæ vexes, illius ſplendorem denigres, auctoritatem eleves, poteſtatem minuas, ſanctitatem proſcindas, omnes denique divinas, humanaſque leges, modo in Iſidorianam Collectionem involaverint, crimineris?

§. X. Danda igitur opera eſt, ut hunc errorem, qui in plurimorum mentibus jampridem conſedit, evellamus; atque cortice, putamine, integumentis, atque involucris, quibus eæ Decretales obductæ ſunt, effractis, detractiſque, atque a nobis rejectis, & repudiatis, earum animæ, ac ſpiritui ſalvam rem eſſe jubeamus.

§. XI. Sed factum bene, quod Blondellus ipſe infenſiſſimus Romanæ Eccleſiæ hoſtis, Iſidorique maſtix immaniſſimus clypeum nobis ſuppeditat, quo ea ipſa tela, quæ in nos conjicit, atque immittit, retundere ac in ipſum retorquere poſſimus. Nam ille, ut evincat, Iſidori Decretales eſſe adulterinas, locos ipſos nobis indicat, unde illæ Decretales effoſſæ, exſectæque fuerunt, eaſque ex ſententiis, & verbis Legum, Canonum, & Sanctorum Patrum, qui quarto, & quinto ſæculo vixerunt, conſutas eſſe oſtendit.

§. XII. At, Blondelle mi, hæc diſciplina quarti, & quinti ſæculi, quæ Iſidori Decretalibus, ſicuti Echo conſonat, & tam præclare cum iis concinit, ut eadem ipſiſſima verba, ipſiſſimæ ſententiæ, tam apte inſideant, hæreantque, unde decerpta eſt, unde exſucta? Unde expreſſa, expromtaque fuit? Nonne Patres, legislatoreſque Eccleſiæ IV, & V ſæculi cum leges ſuas rogabant, in veterem Eccleſiæ formam, tamquam in ſpeculum intuebantur, atque ex ea Canones elicere, decreta exſculpere ſemper curarunt? Neque vero in Eccleſia leges latæ, niſi ubi a priſtinis inſtitutis deſcitum eſt, (Vid. ea, quæ ſuperius diximus Qu. V. Vid. etiam inferius quæſt. VII de J. P.) neque niſi ad veterem diſciplinam inſtaurandam latæ. Unde igitur Concilia, Patres quarti, & quinti ſæculi eam, quam ſuis legibus, ſcriptiſque expreſſam relinquerunt, diſciplinam hauſerant, combiberantque, niſi ex ſuperiorum temporum diſciplina, quam collabentem reſtituere conabantur? Vigebat igitur tribus prioribus ſæculis ea Eccleſiæ diſciplina, quam Iſidorianæ præ ſe ferunt Decretales; & licet tibi dem, illarum Decretalium verba, ſententiolas, dictionem, ſcriptionemque Iſidorianam eſſe; definitionem tamen, ſententiam, conſilium, ac mentem primorum Pontificum legitimos fœtus eſſe mihi largiaris oportet.

§. XIII.

---

edidit Codicem Decretalium erutum e tabulario Eccleſiæ Veronenſis, in quo Decretalium eorum Pontificum, qui vixerunt ante Siricium, Summarium tantum conſpicitur, eorum autem Pontificum, qui floruerunt poſt Siricium Epiſtolæ integræ referuntur. Vid. Franciſci Antonii Zachariæ *Diſſert. IV Eccl.* T. 2. Romæ 1780, pag. 92.

§. XIII. Verum enim illas Decretales Epiſtolas non purum putum Iſidori commentum eſſe, ſed eas in tenebris antea delituiſſe, tunc vero primum proſiliiſſe, teſtari mihi videntur Galliarum Epiſcopi, quorum agmen ducit Hincmarus Rhemenſis, qui iis Decretalibus dicam ſcripturus non illegitimos natales exprobravit, ſed capitis tantum diminutionem, eo quod in Eccleſiaſticorum Canonum Codice familiam minime ducerent (*e*). Neque enim hanc tabulam tam miſeram arripuiſſent Gallicani Epiſcopi, ſi aliam tutiorem in promptu habuiſſent, atque illis Decretalibus falſitatis notam inurere potuiſſent. Neque Hincmarus Rhemenſis, vir Eccleſiaſtici Juris peritiſſimus, neque Gallia doctiſſimis hominibus, liberaliſſimiſque ſtudiis ſemper affluens, neque aliarum Provinciarum, & Eccleſiarum Antiſtites ſibi eas Decretales, tamquam offas in os ingeri paſſi eſſent, niſi compertum habuiſſent, ex quibus effoſſis latebris vetuſtiſſima ea monumenta in lucem evocata eſſent.

§. XIV. Quis unquam credat, Iſidorum Mercatorem, humili loco natum, nulla nominis commendatione cognitum, non ingenii viribus, non doctrina, non potentia, non opibus, non gratia, non auctoritate valentem novos hoſce Codices, atque (ut Blondelliſtæ ajunt) tot nova, tam inuſitata, tam inſolita propinantes, veterem omnem diſciplinam peſſumdantes; antiquam judiciorum formam ſus deque vertentes, omnia Eccleſiarum jura proruentes, Primatibus, Epiſcopis, Clericis, Laicis, toti denique Chriſtianæ Reipublicæ turpiſſimam ſervitutem minitantes, hoſce, inquam, Codices tamquam nuper e Cœlo miſſos, & ſibi ſoli patefactos non uni tantum Civitati, non uni Diœceſi, non uni Provinciæ, ſed toti Eccleſiæ ſine turbis, ſine clamoribus, ſine motu, ac tumultu obtrudere potuiſſe? Quis hæc concoquat? Adeon' bardos, ac plumbeos homines ſæculo nono terram tuliſſe, ut ad omnia, quæ dorſo imponebantur onera auriculas demitterent ut iniquæ mentis aſelli?

§. XV. Dicendum igitur eſt, illas Decretales, cum primum lucem aſpexerunt, acri cribro excuſſas fuiſſe, non latuiſſe, eas ex rudetis, rubricoſiſque locis, tum primitus effoſſas fuiſſe, innotuiſſe etiam, unum, & alterum pannum aſſutum illis eſſe, (uti Hincmarum Laudunenſem (apud Flodoardum *l.* 3 *Hiſt. Rhem. c.* 11, 22.) monebat Hincmarus Rhemenſis. Sed illarum viſcera, ac cor antiquiſſimorum Pontificum eſſe, compertum etiam fuiſſe, non novam per eas diſciplinam invehi, ſed vigentem magis, magiſque vetuſtioris diſciplinæ teſtimonio confirmari, labantem erigi, ægrotantem convaleſcere, frigeſcentem reviréſcere, ac dubia jura, eaque quæ in

(e) *Porro ſi ideo non eſſe Decretales Epiſtolas priſcorum Pontificum Romanorum admittendas dicunt, quia in Codice Canonum non habentur adſcriptæ: ergo nec Gregorii Sancti, nec ullius alterius, qui ante, vel poſt ipſum fuit, eſt aliquod inſtitutum, vel ſcriptum recipiendum, eo quod in Codice Canonum non habeatur adſcriptum. Sed quare multum immoremur, cum nec ipſas Divinas Scripturas novi, & veteris teſtamenti jam recepimus, ſi iſtos duxerimus audiendos? Etenim neutrum horum in Codice Eccleſiaſticorum Canonum habetur inſertum.* S. Nicolaus I *Epiſtola* 47 ad univerſos Galliæ Epiſcopos.

in ancipiti loco eſſe, ac nutare videbantur, antiquiorum Decretalium luce exorta, conſolidari.

§. XVI. Verum cur, inquies, ſi jam tunc conſtiterat, in iis Decretalibus aurum luto, gemmas ſterquilinio permixtas eſſe, de luto, & ſterquilinio everrendo eo temporis non eſt cogitatum? At cur, inquam ego, ne nunc quidem de eo cæno, ac maculis, quibus Juris Communis Decretales perſperſæ ſunt, eluendis cogitatur? Audi quæ habentur in c. 8 de Majoritate, & obedientia. *Per quatuor Animalia, quæ in medio ſedis, & circuitu ejus deſcribuntur ab Ezechiele . . . . . quatuor Patriarchales Eccleſiæ Antiochena, Alexandrina, Hieroſolymitana, Conſtantinopolitana ſignificantur.* Habe ea, quæ leguntur in *c.* 8 de Conſang. & Affinit. *Quaternarius numerus bene congruit prohibitioni conjugii corporalis . . . . quia quatuor ſunt humores in corpore, qui conſtant ex quatuor elementis.* Lege ea, quæ dicuntur in *cap. 6* de Majorit. & obedientia. *Ad firmamentum igitur Cæli, hoc eſt univerſalis Eccleſiæ, fecit Deus duo luminaria, ideſt duas inſtituit Poteſtates.*

§. XVII. Notariorum, ais, & Scribarum errata hæc ſunt, qui Pontificum Reſponſa præfatiunculis, ratiunculis, ſententiunculiſque exornare ſoliti ſunt, quæ nullo in pretio haberi ſolent (*f*); tota enim Reſcripti vis in una rei definitione ſita eſt, hæc una ex Legiſlatoris mente expreſſa eſt, cætera omnia ſunt ornamenta orationis ſcribentium ingenio condonanda. Cenſen' igitur, parcendum eſſe Gregorianarum Decretalium ſcriptoribus, qui ea, quæ propriis auribus Pontificum reſponſa hauriebant, ſuis vocculis, ſuiſque ſententiolis (monſtroſis paſſim) incruſtarunt; Iſidorum autem tam crudeliter cædis, ejuſque cuticulam tam acriter diſtringis, quod Decretales, quas improbo labore ex oblivione ipſe vindicavit, lexibus, non ſatis apte compoſitis, vermiculis, ac teſſerulis haud bene fortaſſe diſtinxerit? Quid ni *hanc veniam petimuſque, damuſque viciſſim*? Non igitur de Iſidorianarum Decretalium ornatu, ſed de illarum definitionibus laboramus, quas a Sanctiſſimis Pontificibus (*g*) primis Eccleſiæ temporibus editas eſse contendimus.

§. XVIII. Nec ullum mihi exhibent negotium ea, quæ Blondelliſtæ ad eas tribu, locoque movendas in medium eduxerunt. Non verba, ac ſententiæ, quibus hæ Epiſtolæ indutæ ſunt, ex poſteriorum temporum Legibus, Canonibus, ac Patribus mutuatæ; nam hæc omnia, ut ante dixi, ſunt ornamenta orationis, Iſidoriana quidem, ſed quæ rei definitioni non officiunt.

§. XIX.

(*f*) Berardus ad Gratiani Canones *p.* 2, *pag.* 2. „ Plura in Reſcriptis contineri ſo„ lent. Et primo quidem præcipua ipſa „ Reſcripti ſententia, ſive pars illa Reſcri„ pti, qua interrogationi ſatisfit; deinde „ præfatio Reſcripti; tertio rationes ſen„ tentiæ præcipuæ adjectæ; demum illa, „ quæ in reſcribendo extra propoſitam ſpe„ ciem aſſuta fuerunt. Si præcipuam Re„ ſcripti ſententiam obſervaverimus, nulla „ erit dubitatio, quin illa legis vim ha„ beat, in eo enim animus Pontificis mi„ nime defuit . . . . Aſt quæ in Præfatio„ nibus, rationibus adjectis, cæteriſque, „ quæ extra propoſitam ſpeciem aſſuta fue„ runt, potius ad ornatum orationis perti„ nent, nec ex eorumdem Pontificum Ma„ ximorum voluntate obligandi vim ha„ bent. “

(*g*) Erravit fortaſſe Iſidorus etiam in nomine nonnullorum Pontificum, quibus eas Decretales tribuit, ſed ſatis nobis eſt, eas ab Pontificibus trium priorum ſæculorum, quicumque tandem illi fuerint, latas fuiſſe.

Digitized by Google

§. XIX. Non ſtili ſimilitudo, atque inelegantia; cum primis Eccleſiæ temporibus Romani Pontifices non Latine, ſed Græce oracula ſua funderent; quæ ſi Iſidorus Latine reddidit, ac verboſiore ſcriptione veſtivit, non potuit non ſtili ſimilitudo ubique adeſse, quæ Iſidoriani ſæculi barbariem oleret.

§. XX. Non falſa Conſulatuum conſignatio: nam cum membranæ illæ, quibus ea Pontificia Reſcripta commendata erant, temporis edacitatem paſsæ eſsent, neque omnes ſcripturæ litteras legentium oculis exhiberent, Iſidorus eas pro modulo ſuo, atque ingeniolo minus ſcite recudit.

§. XXI. Non ſilentium, quo priores Patres, atque Pontifices haſce Decretales præterierunt. Nam ſi ſtatim ac editæ fuere ab tyrannorum invidentia abditiſſimas latebras quæritare juſſæ ſunt, neque ex occultiſſimis illis latibulis ſeſe unquam intuliſſent, niſi Iſidori accitu evocatæ eſſent, mirum ne ſi nulla earum mentio octo prioribus ſæculis injiciatur? Quæ enim, quantaque nuperrimis annis Muratorius (*b*), ut de aliis ſileam, ad omnium oculos propagavit, quæ vetuſto pulvere contecta, cæcaque oblivionis caligine obruta longo ſæculorum decurſu conticuerant? An non quotidie viri antiquitatum ſtudioſiſſimi ex vetuſtatis ruderibus aurea monumenta eripiunt, quorum mentio diutiſſime obmutuerat?

§. XXII. Non tandem earum Decretalium materies a primis Eccleſiæ temporibus, ut ajunt, aliena. Neque vero, quod non adverſus illorum temporum hæreticos bellicum canant, nec Lapſis pœnitentiam indicant, idcirco ab avitis illis ſæculis ſunt abjudicandæ. Nam non omnibus Decretalibus eadem materiæ ſeges depaſcenda. Neque Decretales in Corpore Juris clauſæ eadem omnes tractant. Verum cum quæſtiones de hæreticis, de Lapſis Eccleſias omnes turbarent, cunctam Chriſtianam Rempublicam permiſcerent, ac concertationibus, diſputationibuſque huc, illucque traherentur, quarum pleni erant omnes libri, plenæ Sapientum voces, plena Sanctorum Patrum Scripta, hinc ea omnia, eaque fere ſola, quæ hac de re fundebantur Oracula perſecutionum fluctibus ſupernatarunt, dum aliis de rebus reſponſa non tam crebris uſurpata ſermonibus procellarum undis demergebantur.

§. XXIII. Hæc igitur cum ita ſint, quid tantopere allatras ſanctiſſimas illas Epiſtolas, quid tot morſibus illas coinquinas, quid jactitas Eccleſiæ Romanæ jura omnia illis Epiſtolis perinde ac fundamentis omnino niti, quibus convulſis, eſſent penitus collapſura?

§. XXIV. Abſit ut S. Romana Eccleſia tanta ſuorum aſſerendorum jurium laboret inopia, ut ſi illæ Decretales ruant, cauſa cadat. Habet illa locupletiſſima promptuaria, queis ſua jura ſarta, ac tecta tueri poteſt, habet antiquam, & conſtantem Eccleſiæ traditionem, habet germana, ac genuina Maximorum Pontificum Scripta, habet Sacra Concilia, & Sanctos Patres, quibus jura, & privilegia ſibi a Chriſto collata & apertiſſime declarantur, & firmiſſime ſtabiliuntur.

§. XXV. Quamobrem conſulto ab earumdem Decretalium teſtimonio abſtinebimus, ne unis his armis indigere videamur, eorumque ſolummodo Canonum auctoritate, qui ante Iſidorianas

(*h*) Vide Diſſertationes in Antiquitates Italicas ejuſdem Muratorii.

nas Decretales viguerunt, effata noſtra ſæpiemus, *cum ad faciendam vindictam in nationibus, & increpationes in populis (ut habetur Pſal. CXLIX.) ex Sanctæ Eccleſiæ armamentario omnium quidem ſæculorum plurima, & validiſſima nobis ſuppetant arma; ipſa namque eſt turris David, quæ ædificata eſt cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium; (Cant. IV.) illeque gladius validior æſtimatur, quo aliquando uſus eſſet etiam hoſtis*.

§. XXVI. Verum adverſariorum oratio longius ſerpit, neque unas Iſidori Decretales conticeſcere jubent, ſed omnes etiam Canones, qui conſequutis temporibus lati ſunt, tamquam Iſidoriana labe adſperſos, proindeque omne fere Jus Eccleſiaſticum de capite, fortuniſque ſuis nunc cogunt dimicare. Juverit igitur hanc maculam abſtergere, tantaſque invidiæ flammas in Eccleſiaſticam Rempublicam concitatas dimovere. Quid autem facilius, ſi cogitemus alia nobis ſupereſſe monumenta, ac Canones Iſidoro antiquiores, eoſque ab omni ſuſpicione liberos, qui ſuſpectarum, inviſarumque Decretalium locum ſubire poſſunt, atque tueri?

§. XXVII. Age vero. Equid eſt in hiſce Decretalibus, quod tantopere diſplicet? Epiſtola ſecunda (inquies) (Vide Febronium *de ſtatu Eccleſiæ c. 3, §. 9, n. 1.*) Stephani I inſcribitur: *Stephanus univerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopus*. In Victoris Epiſtola prima c. 3. *Eccleſia Romana univerſalis Eccleſiæ Sedes* vocatur. Audio; ſed quid tum? Nonne Concilium Chalcedonenſe Œcumenicum, habitum anno 451, *act. 1, 2, 3*, paſſim Leonem Pontificem vocat (*i*) univerſalem Archiepiſcopum, univerſalem Patriarcham, univerſalis Eccleſiæ Caput, univerſalem Papam? Nonne in Synodo Epheſina (*k*), anno 431 convocata, Cœleſtinus Papa omnium Epiſcoporum Caput appellatur? Nonne Tertullianus ipſe, cum Montaniſtarum partes foveret, Zephyrinum Pontificem Maximum (anno 203) Epiſcopum Epiſcoporum dicit? (*l*) Nonne Stephanus Epiſcopus Carthaginenſis trium Africanorum Conciliorum juſſu Damaſum Papam (anno 367) ſummum *omnium Præſidum Pontificem* ſalutat? Quid dicam de Romana Eccleſia, quam S. Cyprianus (anno 248.) *principalem*, *reliquarum Eccleſiarum matricem, ac radicem*; S. Iræneus (anno 179.) *unitatis centrum*; S. Fulgentius (*m*) (anno 500.) *mundi cacumen*; Juſtinianus ſenior (anno 527.)

(i) Act. III Concilii Chalc. tres ad Leonem inſcriptæ habentur Epiſtolæ cum hac ἐπιγραφῇ: *Sanctiſſimo, ac Beatiſſimo univerſali Epiſcopo, & Patriarchæ magnæ Romæ Leoni*. Legati Sedis Apoſtolicæ in Conc. Chalced. *Unde Sanctus, & Beatiſſimus Papa Caput univerſalis Eccleſiæ &c.*

(k) Legati Sedis Apoſtolicæ in Synodo Epheſina Act. 2. *Gratias agimus Sanctæ, venerandæque Synodo, quod litteris Sancti, Beatique Papæ noſtri . . . Capiti veſtro ſanctos cantus, ſanctis etiam acclamationibus exhibueritis*.

(l) Tertullianus de Pudicitia c. 1. *Audio edictum eſſe propoſitum, & quidem peremptorium; Pontifex ſcilicet Maximus, Epiſcopus Epiſcoporum ait. Ego, & mœchiæ, & fornicationis delicta pœnitentia functis dimitto*. Pamelius in hanc locum Tertulliani: bene habet, & adnotatu dignum, ait, quod etiam jam in hæreſi conſtitutus, & adverſus Eccleſiam ſcribens, Pontificem Epiſcopum Epiſcoporum nuncupet.

(m) S. Fulgent. de Incarnat. c. 2. *Quod Myſterium Romana, quæ mundi cacumen eſt, tenet, & docet Eccleſia*.

Digitized by Google

527.) Caput ſanctarum omnium Eccleſiarum nuncupare (*n*) non dubitarunt. Perge porro.

§. XXVIII. In Epiſtola (Vide Febronium *l. c. n.* 2.), ais, prima, & tertia Anacletus Papa, & Marcellus in Epiſtola prima, de gravioribus rebus ad S. Pontificem controverſias omnes deferendas eſſe decernit. At nonne hoc idem recinunt Siricius, (anno 385.) Innocentius I, (anno 402.) Gelaſius, (anno 492.) aliique permulti ? Audi, quæ Siricius Himerio Tarraconenſi Epiſcopo reſpondit: *Ad Romanam Eccleſiam, utpote ad Caput tui corporis retuliſti.* Habe, quæ Innocentius I ſcripſit ad Concilium Milevitanum: *Diligenter, & congrue Apoſtolici conſulitis honoris arcana (honoris, inquam, illius, quem præter illa, quæ ſunt extrinſecus, ſollicitudo manet omnium Eccleſiarum) ſuper anxiis rebus, quæ ſit tenenda ſententia, ANTIQUAM SCILICET REGULAM SECUTI, quam TOTO ſemper ab orbe mecum noſtis eſſe ſervatam. Neque enim hoc veſtram credo latere prudentiam, qui id etiam actione firmaſtis, niſi ſcientes, quod per omnes provincias de Apoſtolico fonte petentibus reſponſa ſemper emanent. Præſertim quoties fidei ratio ventilatur, arbitror, OMNES FRATRES, ET COEPISCOPOS NOSTROS, nonniſi ad Petrum, ideſt ſui nominis, & honoris auctorem referre debere, veluti nunc retulit dilectio veſtra, quod PER TOTUM MUNDUM poſſit Eccleſiis omnibus prodeſſe.* Tene ea, quæ Gelaſius Pontifex Fauſtum monet: *Quantum ad Religionem pertinet, nonniſi Apoſtolicæ Sedi, JUXTA CANONES debetur ſumma judicii totius:* & quæ Bonifacius I (an. 418.) in Cauſa Maximi Epiſcopi Valentini ſcripſit ad Galliarum Epiſcopos: *Quidquid autem veſtra caritas de hac cauſa decernendum eſſe duxerit, quum ad nos relatum fuerit, noſtra UT CONDECET NECESSE EST auctoritate firmari*: & quæ Leo Magnus (an. 440.) ad Epiſcopos Provinciæ Viennenſis ajebat: *Nobiſcum itaque veſtra Fraternitas recognoſcat, Apoſtolicam Sedem pro ſui reverentia a veſtræ etiam Provinciæ Sacerdotibus innumeris relationibus eſſe conſultam*: & quibus verbis Juſtinianus Imperator Joannem II alloquitur: *Nec enim patimur quidquam, quod ad Eccleſiarum ſtatum pertinet, quamvis manifeſtum, & indubitatum ſit, ut non veſtræ innoteſcat Sanctitati; quia Caput eſt omnium Eccleſiarum*: & ad Regiæ Civitatis Epiſcopum hæc eadem repetens inſuper addit: *Vel eo MAXIME, quod quoties in eis locis hæretici pullularunt, & ſententia, & recto judicio illius venerabilis Sedis ſunt coerciti.* (Vid. infra quæſt. XVIII, in Not. a.)

§. XXIX. Quid vis amplius ? Ægre ne fers Epiſcoporum Cauſas (Vid. Febronium *l. c. n.* 3.) ab Xyſto I Epiſtola ſecunda c. 2, ab Aniceto c. 3, ab Eleutherio c. 2, ab Victore Epiſtola I, c. 3, ab Zephyrino Epiſtola I, a Marcello I, Ep. I, ad Romanæ Sedis tribunal pertrahi ? En tibi hujuſce antiquiſſimi moris locupletiſſimus teſtis (anno 494.) Gelaſius Pontifex Maximus. En ejus verba ad Epiſcopos Dardaniæ Epiſtola XIII: *Apoſtolica Sedes frequenter MORE MAJORUM, etiam SINE ULLA SYNODO PRÆCEDENTE, ea abſolvendi* (Cauſas Epiſcoporum) *quæ Synodus inique damnaverat, & da-*

(n) Juſtinian. I in Epiſtola ad Joannem II. *Veſtræ innoteſcat Sanctitati, Jus Pontificium. quæ Caput eſt omnium Sanctarum Eccleſiarum.*

Digitized by Google

& damnandi , *NULLA EXISTENTE SYNODO*, *quos oportuit habuerit facultatem*. Non me latet, Epiſcopos plerumque ad Provincialia Concilia raptos fuiſſe; ſed illud etiam ſcio, ſententias ab hiſce Conciliis latas non omnimodam vim habuiſſe, caſque declinari potuiſſe , donec a Romanô Pontifice ratæ habitæ eſſent . Nonne enim Catholici Orientis Epiſcopi, qui ab Arianis in Provinciali Synodo ſuis deturbati Eccleſiis, ad Julium Romam confugerant, Pontificia ſententia (o) abſoluti, Sedibuſque ſuis reſtituti fuerunt? Nonne idem Julius ipſum Athanaſium (an. 326.) Alexandrinum Epiſcopum , ejuſque accuſatores Euſebianos Romam concivit, illumque falſis criminibus abſolvit, & litteris communicatoriis munitum dimiſit ? Quid dicam de Leone Magno, qui Anaſtaſium Theſſalonicenſem, eo quod inconſulto Romano Pontifice Atticum Nicopolitanum Epiſcopum contumaciæ reum egerit, locoque moverit, hiſce verbis coarguit? *Sed etiamſi quid grave, intollerandumque committeret, noſtra erat expectanda cenſura, ut nihil prius ipſe decerneres, quam quid nobis placuerit agnoſceres.* (Epiſtola 14, To. I, Col. 686, edit. Ballerin.) Nolo plura; nam plena eſt hujuſmodi exemplorum vetuſtas.

§.XXX. Numquid præterea affers ex Iſidoriano penu, quæ tibi minus attrident? Immo vero multa. Nam Iſidorus (Vide Febronium *l. c. n.* 4, *& ſeq.*) Damaſum ad Africanos, Julium I ad Orientales, Marcellum I ad Maxentium perinde loquentes inducit, ac ſi nullum Concilium ratum eſſet, quod Romanæ Eccleſiæ auctoritate fultum non fuerit. Quid quod Zephyrinum, Fabianum, Xyſtum II in arenam deſcendere jubet, ut Appellationes ad Summum Pontificem tamquam Caput, famamque ſuam tueantur? Quinimmo Pio I eidemque Fabiano eam mentem injecit, ut nefas putarent , conſuetudinem aliarum Eccleſiarum ab Romanæ Eccleſiæ conſuetudine abhorrere? Hiſce de omnibus alias de condicto agemus ; interea ne te jejunum omnino dimittamus, paucula hic dabimus . Sozomenus *l.* 3, *c.* 10, hæc habet : *Julius* I (an. *336.*) *ad Epiſcopos, qui Antiochiæ convenerant, litteras ſcripſit , quibus eos accuſabat, quod Nicæni Concilii fidem clanculo innovarent, & quod præter Eccleſiæ leges ipſum ad Synodum* (Antiochenum) *non vocaſſent. Legem enim eſſe ſacerdotalem , ut PRO IRRITIS habeantur, quæ præter ſententiam Epiſcopi Romani fuerint geſta.* Eadem Socrates habet *l.* 2, *c.* 8, 15, 17. Utriuſque verbis nonnihil mutatis Epiphanius Scholaſticus in compendium redactus a Caſſiodoro *l.* 4, *c.* 9, innuit: *Irritam eſſe Synodum Antiochenam*, (Provincialem) *qui a neque Julius interfuit maxi-*

(o) Romam advenerant, ubi cum cauſam ſuam expoſuiſſent Julio Romanæ Urbis Epiſcopo, ille, quæ eſt Romanæ Eccleſiæ prærogativa (ἅτε πρεσβεῖα τῆς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίας) liberioribus litteris eos communitos in Orientem remiſit, ſingulisque Sedem ſuam reſtituens, ſimulque perſtringens illos, qui ſupradictos Epiſcopos temere depoſuiſſent . Socrates *l.* 2 *Hiſt. c.* 15. (an. 450.) Athanaſius Alexandria profugus Romam venit. Eodem tempore Paulus quoque Conſtantinopolitanus Epiſcopus, & Marcellus Ancyræ, & Aſclepas Gazæ . . . . Epiſcopus igitur Romanus, cum ſingulorum cauſas cognoviſſet eos in communionem recepit, & quoniam propter Sedis dignitatem (διὰ ἀξίαν τοῦ θρόνου) omnium cura ad ipſum pertinebat, ſuam cuique Sedem reſtituit . Sozomenus *l.* 3 *Hiſt. c.* 8. (an. 439.)

ximæ Romæ Præſul, neque in locum ſuum aliquem deſtinavit, cum utique Regula Eccleſiaſtica jubeat, non oportere PRÆTER SENTENTIAM ROMANI PONTIFICIS CONCILIA CELEBRARI. Euſebius e ſuis arculis nobis depromit Epiſtolam Policratis Primatis Epheſini S. Victori Pontifici datam, (an. 182.) ubi hæc leguntur: Ε'δυνάμην δὲ τῶν ἐπισκόπων συμπαρόντων μνημονεῦσαι, οὓς ὑμεῖς ἠξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ' ἐμοῦ, κ' μετεκαλεσάμην: hoc eſt: *Poſſem quidem Epiſcoporum ſimul exiſtentium mentionem facere, quos VOS DIGNUM DUXISTIS* (ἠξιώσατε *ab* ἀξιόω *dignum duco* ab ἄξιω dignus) *convocari a me & convocavi.*

§. XXXI. Ad Appellationes quod attinet, Gelaſius (an. 492.) ita inſit: *Quorumlibet ſententiis Pontificum ligata, Beati Petri Sedes jus habet reſolvendi, utpote quod DE OMNI ECCLESIA JUS HABEAT JUDICANDI, neque cujuſquam de illius liceat appellare judicio. Siquidem ad illam DE QUALIBET MUNDI PARTE CANONES APPELLARI VOLUERUNT, ab ea autem nemini ſit appellare permiſſum.* Ita Gelaſius ad Dardaniæ Epiſcopos quadraginta fere annos ante Iſidorum.

§. XXXII. Quæ vero, quantaque in Eccleſiæ Romanæ conſuetudine ineſſe debeat auctoritas, Innocentius I perdiu ante Iſidorianas Epiſtolas ſatis declaravit. *Sæpe dilectionem tuam ad Urbem veniſſe, ac nobiſcum in Eccleſia conveniſſe non eſt dubium, & quem morem, vel in conſervandis myſteriis, vel in cæteris agendis arcanis teneat cognoviſſe, quod ſufficere arbitrarer ad Informationem Eccleſiæ tuæ, vel Reformationem, ſi Prædeceſſores tui minus aliquid, aut aliter tenuerint, ſatis certum haberem, niſi de aliquibus conſulendos nos eſſe duxiſſes. Quibus idcirco reſpondemus, non quod te aliqua ignorare credamus, ſed ut majore auctoritate, vel tuos inſtituas, vel ſi qui a Romanæ Eccleſiæ inſtitutionibus errant, ut commoneas, aut indicare non differas, ut ſcire valeamus, qui ſint, qui aut novitates inducunt, AUT ALTERIUS ECCLESIÆ, QUAM ROMANÆ exiſtimant conſuetudinem eſſe ſervandam.* Hæc S. Innocentius in Epiſtola ad Decentium Epiſcopum Eugubinum data 14 Kal. Aprilis, Theodoſio Auguſto ſeptimum, & Paladio conſulibus, anno 416. (*p*).

XXXIII. Ne pluribus hac de re immoremur, monet nos Petrus de Marca, qui *de Concord. Sacerdotii, & Imp. l. 3, c. 6*, hiſce duobus capitibus, nimirum primo, ut nulla Synodus Provincialis Epiſcoporum criminales cauſas definiat, inconſulta Romana Sede: ſecundo, ut nulla Synodus, præter Sedis illius auctoritatem cogatur, præcipuum diſcrimen juris antiqui, & novi contineri pronuntiat; quibus tertium caput de Appellationibus addit Claudius Fleurius (*q*).

§. XXXIV. Quæ igitur cum ita ſe habeant, cum Iſidori Decretales Epiſtolæ primum ac in lucem prodierunt, ſtatim ab omnibus ſuſceptæ ſint, ſummamque auctoritatem nactæ fuerint; (tam facile autem exceptæ non fuiſſent, ſi eam diſciplinam, quæ & tunc vige-

(p) Hæc omnia, quæ attulimus monumenta ad aurea Eccleſiæ ſæcula IV, & V pertinent, quibus ſane eorum etiam refellitur oratio, qui ajunt, Iſidorianas Decretales ſeculi IX non tam novam invexiſſe diſciplinam, quam corruptelas barbaris ſæculis VI, VII, VIII, IX, inolitas auctoritate priorum ſæculorum Pontificum confirmaſſe.

(*q*) Le Decretali falſe . . . . apportarono una gran mutazione alla Giuriſdizione in tre Articoli: i Concilj, i Giudizj de' Veſcovi, e le Appellazioni.

Digitized by Google

vigebat, & multis jam a retro annis inoleverat, penitus immutaſſent) tum longo ſæculorum decurſu eæ a Sanctis Patribus laudatæ, a Summis Pontificibus commendatæ, a Conciliis celebratæ, a magnis denique Theologis, & Canoniſtis illius nominis, ac tituli, quem fronte gerebant, dignæ habitæ; (tali autem honore dignatæ minime eſſent, niſi Sanctiſſimas leges, inſtituta optima, ac præclariſſima præcepta continerent) cum denique omnia, quæ Iſidoriani Canones ſanciunt, decernunt, atque conſtituunt, ea etiam in veris, genuinis ac ſinceris quinque priorum ſæculorum Pontificum Conſtitutionibus, ac Conciliorum Decretis ſanciantur, decernantur, conſtituanturque, ita ut ſi etiam Iſidorus nunquam extitiſſet, eamdem tamen, quæ nunc extat, Juriſprudentiam haberemus; quid cauſæ tibi eſt, cur Decretales illas tantopere exagites, cur collapſam diſciplinam conqueraris, imminuta Eccleſiarum jura doleas, optimam judiciorum formam ſublatam mæreas, infracta omnia ſuſdeque verſa ingemiſcas, Eccleſiaſticarum denique rerum faciei corrugatæ illacrimeris? Quid cauſæ eſt nobis, cur, ſin minus Iſidori Decretalibus, (nam gerendus mos aliquis eſt moroſis hiſce hominibus) non illis ſaltem Canonibus, quæ a Conciliis Œcumenicis, & a Summis Pontificibus poſtea prodierunt, uti poſſimus?

Digitized by Google

DE ROMANA ECCLESIA, H. E. DE PRIMO HIERARCHIÆ ECCLESIASTICÆ ORDINE.

LIBER PRIMUS.

JUS PONTIFICIUM.

QU. I.

Quid eſt Hierarchia Eccleſiaſtica?

§. I. Hierarchia (*a*) Eccleſiaſtica eſt ſacer in Eccleſia Principatus a Chriſto Domino inſtitutus. Hæc ad inſtar Cœleſtis Hierarchiæ (*b*) tribus conſtat Ordinibus. Primum ordinem ducit Summus Pontifex, alterum Epiſcopus, tertium Parochus. Hi namque uni ſunt primigenii Eccleſiæ Hierarchæ. Etenim Summus Pontifex is eſt, cui ab Eccleſiæ Conditore Chriſto dictum eſt: *Paſce oves*

(a) Hierarchia Eccleſiæ Catholicæ dicitur poteſtas ſacra a Deo inſtituta; quatenus porro partim jam ipſa divina, partim vero humana inſtitutione, ita in certos gradus diſtributa eſt, ut ſecundum eoſdem gradus perſonæ ſacræ in Eccleſia Chriſti & Miniſterium & regimen ſpirituale exerceant. Et hæc igitur Hierarchia cuivis patet quod ſit compoſita, nempe Hierarchiam Miniſterii, ſeu Ordinis, & Hierarchiam regiminis ſeu Juriſdictionis ſub ſe complectatur. Hierarchia Miniſterii, ſeu Ordinis eſt facultas Euchariſtiæ myſterium conficiendi, vel circa illud miniſtrandi, quæ perſonis per collationem diverſorum Ordinum legitima auctoritate ad id deputatis jure Divino, & Eccleſiaſtico competit; ex qua notione jam nunc patet, eorum, qui circa Miniſterium verſantur, eſſe duo ſumma genera; primum illorum, qui id conficiendi poteſtate gaudent, alterum eorum, qui ad id tantum conficientibus miniſtrando accedunt. Hierarchia autem Juriſdictionis, ſeu Regiminis eſt Poteſtas Eccleſiaſtica *interne* erudiendo populo, & adminiſtrandis ei Sacramentis, *externe* autem legibus, Judiciis, coercitionibuſque ſpiritualibus regendi, qua Perſonæ vitæ ordinatæ, & legitime ad id vocatæ ex Inſtitutione Divina, & Eccleſiaſtica gaudent. Qui improbant rationem diſtinguendi Ordinem a Juriſdictione, id tamen nobis dabunt, aliud eſſe conficere Euchariſtiæ Sacramentum, vel circa illud miniſtrare, aliud ipſas fidelium dirigere actiones. Elbel *l.* 2 *Introd. in Jus Eccleſiaſt. l.* 1, *c.* 8, *T.* 3.

(b) S. Gregorius Magnus l. 4, Ep. 2, ab ordine Cœleſtis Hierarchiæ argumentum trahit ad Eccleſiaſticæ ordinem comprobandum, & ſicut in aula Cœleſti unus eſt Angelus,

oves meas. Epiſcopi vero, & Parochi ſunt ii, qui in Apoſtolorum, & Diſcipulorum locum venerunt. Epiſcopos & Parochos deſignabat Chriſti Oratio ad Apoſtolos: *Quodcumque ligaveritis ſuper terram, erit ligatum & in Cœlis: quodcumque ſolveritis in terris, erit ſolutum & in Cœlis*. Sunt & alii in Eccleſia Miniſtri, verum ortum ſuum ſerius in Eccleſia habuerunt; at Summus Pontifex, Epiſcopi, & Parochi una cum Eccleſia nati ſunt una cum ipſa perenne in ævum duraturi. Pertinent & alii ad Eccleſiaſticam Hierarchiam (*c*), inſerviuntque ſin minus omnes Eccleſiæ neceſſitati, utilitati certe, pulchritudini, dignitati, & honeſtati. Ac quemadmodum in Hierarchia Cœleſti ſinguli Ordines in tres Angelorum Choros dividuntur, ita & in Eccleſiaſtica Hierarchia ſinguli Ordines, quin tamen Eccleſia *una* eſſe deſinat, in tres Hierarcharum claſſes ſubſecantur. Summum igitur Principis Ordinis locum obtinet Romana Eccleſia, huic proximum Patriarchales, tertium Metropolita-

gelus, qui præſidet vice Dei, ita in Eccleſia cæteris Epiſcopis unus præſidet vice Chriſti.

Clemens Alexandrinus apud Thomaſſin. *p.* 1, *l.* 1, *c.* 51, §. 6, Eccleſiaſticam Hierarchiam tradit accuratam eſſe Cœleſtis Hierarchiæ imaginem, ubi tot Angelorum gradus, & ordines ineffabili quadam conſonantia, & diſſonantia pares, & diſpares in unitatis Divinæ apicem concurrunt tandem, ubi eſt Deus omnia in omnibus.

(c) Conc. Trid. de Sacr. Ord. Can. 6. *Si quis dixerit, in Eccleſia Catholica non eſſe Hierarchiam divina ordinatione inſtitutam, quæ conſtat ex Epiſcopis, Presbyteris, & Miniſtris, anathema ſit.*

Joannes Paulus Hebenſtreitius Diſſert. *de Forma Regiminis in Eccleſia*, edit. Jenenſis an. 1703 rationem Chriſtianæ Reipublicæ Hierarchiam dici aut omnino, aut proprie poſſe negavit. Non videtur ab hoc errore alienus M. Adamus Tribecchovius *Diſſ. de Ord. Superior. Poteſtat. Veter. & Florentis Eccleſiæ*, edit. Kilonoii. Atque hi quidem Kemnitium, alioſque Lutheranos, Calvinianoſque ſequuntur, qui Hierarchiæ & rem, & nomen reprobaverunt. Johannes Franciſcus Buddeus *lib. V Inſtitut. Theologicar. cap. IV*, §. *I*, *pag.* 1242: „Cum in Concilio Tridentino, inquit, „anathematis fulmen in eos vibraretur, „qui dicturi eſſent, in Eccleſia Catholica „non eſſe Hierarchiam divina ordinatione „inſtitutam, quæ conſtet ex Epiſcopis, & „Presbyteris, & Miniſtris, recte a Germanis, teſte Petro Suavi (*Hiſt. Conc.* „*Trident. lib. VIII*, *pag.* 715, *edit. an.* „1619.) reſponſum eſt, vocem hanc (Hie„rarchia) & ſignificationem a Sacris lit„teris, & conſuetudine primitivæ Eccleſiæ „non modo alienam eſſe, verum etiam „contrariam, vocemque inventam eſſe a „quodam fortaſſis non ſatis antiquo, (Dio„nyſium, quem vocant Areopagitam, haud „dubie innuunt) ſed quod haud plane con„ſtet, quis, aut quando fuerit; Scriptore „cæteroquin hyperbolico, quem nec in il„lius vocabuli uſu, nec in aliis ab ipſo „excogitatis quiſquam antiquorum imite„tur. Quod ſi ſtilum dicendi, ita pergunt, „& modum operandi Chriſti Servatoris no„ſtri, & Sanctorum Apoſtolorum, & an„tiquæ Eccleſiæ ſequi voluiſſent, non Hie„rarchiam, verum Hierodiaconiam, aut „Hieroduliam ſtatuendam fuiſſe.“

Nos vero, cum S. Jo. Chryſoſtomum, ſive Auctorem ejus orationis, Sanctum Sophronium Epiſcopum Hieroſolymorum ſeptimi ſæculi inſignis eruditionis Scriptorem, Ep. quæ extat in actis Synodi VI Œcumenicæ an. 681, Felicem III Pontificem Maximum Epiſt. V ad Zenonem Imperatorem, Concilium Nicænum ſecundum Canone II, alioſque Sanctos Patres uſos conſtet fuiſſe hoc nomine, vocaſſeque interdum Hierarchas eos, qui primas in Eccleſiis obtinerent partes, magis magiſque in ſententia confirmamur, aſſentimurque Tridentinis Patribus, qui homines negantes Hierarchiam Eccleſiaſticam dari, quæ conſtet ex Epiſcopis, Presbyteris, & Miniſtris, anathematis pœna condemnaverunt.

litanæ. Secundi Ordinis primas ſibi vendicant Cathedrales Eccleſiæ, ſubeunt Clerici Beneficiarii, ſuccedunt Clerici minores. In primo tertii Ordinis Choro locantur Curiones, in altero ſedent Regulares, in ultimo tandem Laici conſiſtunt. De ſingulis dicendum nobis eſt, ita tamen, ut ſingulæ Juris Eccleſiaſtici materiæ in hoc Hierarcharum Concilio ſuam ſibi ſedem inveniant, nullaque ſit, quæ foras extrudatur. Primo igitur agemus de Jure Pontificio, ſecundo de Jure Patriarchico, tertio de Jure Metropolitico, quarto de Jure Epiſcopali, quinto de Jure Canonicali, ſexto de Jure Diaconali, ſeptimo de Jure Parochiali ſeu Presbyterali, octavo de Jure Monachali, nono demum de Jure Laicali.

QUI

QU. II.

Regimen Eccleſiaſticum eſt ne Monarchicum, an Ariſtocraticum, an Democraticum?

§. I. QUI Eccleſiæ regimen aut Monarchicum, aut Ariſtocraticum, aut Democraticum eſſe contendunt næ cum Homero dormitare videntur, quem humana ad Deos tranſtuliſſe ait Marcus Tullius Cicero. Quid enim Chriſto Dei filio opus erat, ut formam Regiminis ſuæ Eccleſiæ ab hominibus mutuaretur? Ajo igitur, eam in Eccleſia regiminis rationem divinitus fuiſſe inſtitutam, quæ Hierarchica quidem, ſed nec Monarchica, nec Ariſtocratica, nec Democratica, nec ulla earum, quam Ariſtoteles, aliique Philoſophi ſibi animo finxerunt, quæ cum nulla humani regiminis forma comparari poteſt, quæ ſolius Eccleſiæ (*a*) propria, atque ex divina mente expreſſa eſt. Quod ſi quis Eccleſiæ regimen (*b*) Chri-

---

(a) Baſileenſes Patres Oratores Eugenii IV his omnino verbis exceperunt: *Non eſt comparandum corpus Eccleſiæ aliis politicis corporibus Civitatum, & Univerſitatum, quia in medio hujus corporis eſt Chriſtus, qui ipſum regit, ne erret. Alia autem politica corpora humanis, & variis voluntatibus gubernantur.*

(b) Non abs re erit hic referre ſyſtema quoddam Eccleſiaſticum ex Boehmero, in quo licet plura habeantur, quæ Proteſtantium ſectam ſapiunt, multa tamen ſunt, quæ illorum crura ſuffringunt. Quare Catholicus Lector bona ſeligat, mala autem rejiciat. Boehm. *In Præloquio de vario ſyſtemate univerſi Jur. Canon. & Eccl. ad Tom. V Juris Eccl. Proteſtant.* §. 12 *hæc affert*. Oblatum mihi eſt ſyſtema Eccleſiaſticum a doctiſſimo Theologo (Proteſtante), cujus ſtructuram hic in compendio refero. Connexio totius ſyſtematis huc redit.

I. Diſciplina Evangelica eſt ordo & regula, per quam ſuſtinetur unio Eccleſiarum, modo ſocietati ſanctæ conveniente.

II. Diſciplina talis ejuſque obſervatio abſolute in Eccleſiis neceſſaria, & auctoritatis divinæ; forma autem ejus eſt Juris Eccleſiaſtici.

III. Ipſemet Chriſtus in terra hac degens formam haud dedit Eccleſiæ, aut diſciplinam contrariam diſciplinæ Judaicæ, inter quos vivebat, ſed potius docuit ſe non veniſſe, ut legem tolleret, ſed ut impleret; *Matth. V*, 17. Immo ſuos diſcipulos auctoritati legitimæ Capitum Synagogæ ſubjecit; *Matth. XXIII*, 2, 3.

IV. Quia autem triplici munere functus eſt, Prophetæ, Sacerdotis, & Regis, in diverſo ſtatu exinanitionis, & exaltationis, omnino hic loci eſt, noſſe, utrum Chriſti intentio, ut ſingulis relinqueretur cura ſui ipſius ſemet inſtruendi, & vivendi ſeparatim ſecundum proprium arbitrium; an vero ſerio voluerit, ut tamquam diſcipuli ejus uniti in fide, & charitate viverent ſub *Miniſterio*, & *Regimine* Eccleſiaſtico.

V. Salvatorem noſtrum diſciplinæ talis inſtituendæ auctorem fuiſſe, apparet liquido ex inſtitutione Sacramentorum, & præcipue ex clauſula inſtitutioni Baptiſmi adjecta *Matth. XXVIII*, 20, quæ injungit Apoſtolis, ut docerent fideles omnia ſervare quæ illis mandaverat, ſimulque monſtravit, ſe non tantum magnum illum *Doctorem* veritatis, ſed etiam magnum Paſtorem animæ eſſe, cujus munus non tantum *paſcendo* oves, ſed

Chriſtocraticum, ſeu Chriſtocratiam dixerit, is & ſapit, & mecum facit, & Jove judicat æquo.

QU.

ſed etiam in *medendo*, eas *cuſtodiendo*, *ducendo*, *regendoque*, & *defendendo* ab inſidiis luporum conſiſteret. *Joan. X*, 14. *Ezech. XXXIV*, 16.

VI. Etiam Eccleſiæ dedit *Doctores*, & *Paſtores*, *Eph. IV*, 11, eſtque talis, in qua falſi fratres denunciari, & obſtringi poſſent, ut eam audirent; alioquin ſcirent, ſe publicanorum, & paganorum loco habendos. *Matth. XVIII*, 17.

VII. Apoſtoli neceſſitatem diſciplinæ Eccleſiaſticæ monſtrarunt doctrina pariter, ac exemplo ſuo. Illa apparet in ordine, quem in conſtituendis Miniſtris expreſſe commendavit Eccleſiis Paulus *I Tim. III*, 10, injungens, ut præter eorum habilitatem omnia *ordine*, & *decenter* fierent *I Corinth. XIV*, 40. Quid, quod in eadem Epiſtola V, 12, objurget Corinthios, quod non judicent de his, qui intra Eccleſiam ſunt? unde neceſſitatem Judicii Eccleſiaſtici manifeſte præſupponit, ad conſervandos bonos mores, & ſemet invicem ædificandum. In tribus Epiſtolis ad Timotheum, & Titum Pauli præcipuum argumentum eſt inſtructio horum duorum Chriſti ſervorum fidelium de *Regimine Eccleſiaſtico*, ut integritas doctrinæ conſervaretur, ſcandala præcaverentur, & fraterno more corrigerentur errantes, denique ut cura pauperum haberetur.

VIII. Exempla Apoſtolica reſponderunt quoque eorum doctrinæ. Ipſimet fundarunt Eccleſias *optima diſciplina* inſtructas. *Act. II*, 44, & *ſeq.* Aſſeri enim poteſt, quod in contradictorio obtinuerint jus erigendi ſine ulla permiſſione Magiſtratus, cœtum diſcipulorum Jeſu Chriſti, inſtitutis profeſſioni eorum conformibus ſubjectum. Synedrium Magnum illis ſevere interdixerat, ne ullo modo in nomine Jeſu Chriſti verba ad populum facerent, docerentque; quo mandato ex juſta ratione ſpreto *Act. IV*, 18, 19; *V*, 28, 29, poſtea nihilominus *Presbyterium* erexerunt *Act. VI*, 1, *ſequent.* & in unum coiverunt ad decidendam doctrinæ & diſciplinæ controverſæ cauſam *Act. XV*, 6. *ſequent.*

IX. Notandum vero ex *Act. XVI*, 4, Paulum & Silam per Civitates quas ambulabant, fideles inſtruxiſſe, ut *obſervarent decreta* ab Apoſtolis, & Presbyteris Hieroſolymis congregatis edita. Hujus primi Concilii judicium fundatum fuit non in *compromiſſo* Eccleſiæ Antiochenæ, ſed in *obligatione*.

X. Ex his obſervationibus cuſtodia diſciplinæ colligitur auctoritate Divina, aut jure Divino inter Chriſtianos mandatæ.

XI. Maximum diſcrimen eſt inter ſtatum Chriſtianorum viventium ſub Imperio Infidelis Principis, & Chriſtiani ejuſdem confeſſionis. Naturali ratione inſpecta, Chriſtianis in exercitio diſciplinæ Eccleſiaſticæ in *poſteriori* plus libertatis tribui deberet, quam in *priori* ſtatu degentibus.

XII. Quidquid ſit, quia Chriſtus fundavit ſuam Eccleſiam, eamque conſervavit in maxima integritate per tria ſæcula *ſub dominatu Infidelium Imperatorum* omnes nervos ad eam opprimendam intendentium, hoc ipſo docuit, Eccleſiam qua talem haud regendam eſſe auctoritate ſæcularium Principum. Quod ſi enim nullum regimen Eccleſiaſticum legitimum eſſe poteſt abſque conceſſione, & directione Imperatoris, Servator noſter, qui *Matth. XXII*, 21, optime populo inculcavit, ut quæ Dei eſſent, Deo, & quæ Cæſaris, Cæſari redderent, Apoſtolos, & quoſcumque Chriſtianos in prioribus tribus ſæculis in triſtiſſimam neceſſitatem conjeciſſet, boni civis officium violandi, & rebellium more agendi contra legitimum Imperantem, cum tamen ipſi in proclivi fuiſſet, infideles Principes ad fidem convertere, eorumque protectionem Eccleſiæ ſuæ conciliare ſi hac opus fuiſſet.

XIII. Enimvero quod Divinum Caput Eccleſiæ dixit diſcipulis *Matth. XX*, 25, 26, eos tum ut Chriſtianos, tum ut Miniſtros, & præcones Evangelii reſpexit. *Scitis*, ait, *principes gentium eas dominari: & magnos viros poteſtatem exercere in eas. Inter vos non ſic agitur*. Inde eſt quod non debeat quiſquam ex Infidelibus per remedia coactiva tyrannorum more ad fidem compelli

Q U. III.

Eccleſia Chriſti eſt ne Societas æqualis, an (a) inæqualis?

§. I. EPicurum ita de natura Deorum balbutire ſolitum fuiſſe ferunt, ut Deos re tolleret, verbo relinqueret. Ex hac ſchola prodiiſſe videndelli Chriſtianam; e contrario principia, & obligatio Eccleſiæ non dependent neque a Principibus, neque a miniſtris, neque a Plebe, quoniam auctorem ipſum Chriſtum habent, cui ſoli integrum fuit determinare conditiones, ſecundum quas legitima Eccleſiæ membra, & veri diſcipuli cenſeri debeant.

XIV. Quia Chriſtus eſt *Caput Eccleſiæ*, & *Rex ſui populi*, ut talis in rei veritate, certo ſenſu Rempublicam, & Regnum in quibuſcumque Regnis, & Rebus politicis, in quibus Evangelium ejus receptum eſt, erexit, quod ex duplici reſpectu *Civis*, & *Chriſtiani* naſcitur. Neque vero hi duo Status ſibi invicem opponuntur, nec alter alterum deſtruit; e contrario ſibi invicem ita ſubordinati ſunt, ut populus nullibi rectius regatur, nec Principibus fidelius obedientia præſtetur, quam ubi Jeſus Chriſtus regnat, & ubi lex charitatis, quam nobis tulit, eſt lex legum. Quocirca diſciplina Eccleſiaſtica nec poteſt, nec debet derogare Juribus Principum fidelium & infidelium; alioquin jus habent, ſe omnibus modis opponendi conatibus eorum, qui ſub prætextu Religionis ſubditos ab obedientia erga Imperantes avertere, ac quietem publicam, juſtitiæque adminiſtrationem turbare nituntur; modo moniti Gamalielis *Act. V*, 39, memores caveant, *ne bellum Deo inferant*.

XV. Cum particulares Eccleſiæ conjunctim ſumptæ conſtituant unam ſolam univerſalem, ſeu Catholicam Eccleſiam, non ſufficit, quod membra particularis Eccleſiæ ſint inter ſe unita, ſed præterea neceſſarium eſt, ut in rebus eſſentialibus *Doctrinam*, & *cultum* reſpicientibus omnes particulares Eccleſiæ ſint inter ſe unitæ, ita ut ſit *unus Paſtor*, & *unus Grex*.

XVI. Singulis Chriſtianis honori cedit, ſi huic Ordini ſe conformant. Nulla præſtantior dignitas, quam diſciplinæ, & ordinationibus Eccleſiæ ſe ſubmittere; quod animi maximi & ſapientis ſit, voluntarium frenum ſuis affectibus injicere, & ſibi imponere obligationem bene vivendi; ut dicitur *Eccl. VI*, 30: *Et erunt tibi compedes ejus in protectionem fortitudinis*, & *baſes virtutis*, & *torques illius in ſtolam gloriæ*. Optime etiam de Eccleſia intelligi poteſt, quod ibidem *LI*, 30, dicitur: *Appropriate ad me*, *ignorantes*, & *congregate vos in domum diſciplinæ*. Eccleſia domus diſciplinæ eſt.

XVII. Ex hiſce omnibus conſtat, Principes directionem negotiorum Eccleſiaſticorum habere poſſe, non tamen aliter quam ex *voluntate expreſſa*, *aut præſumptiva Eccleſiæ*, eamque poteſtatem ſemper per Regulas Religionis, & Eccleſiæ eſſe limitandam. Neque tam de jure Principis circa Sacra, quam de Officio Principis circa Sacra ſcribendum eſt.

(a) Ibi imperium adeſſe nemo negabit, ubi poteſtas quædam datur *liberas entis intelligentis actiones ad certum finem determinandi pro arbitrio*. Martini *exerc. de Leg. Nat.*

dentur ii balatrones, qui ab Eccleſia Chriſtiana verum Sacerdotium, atque Præfecturam jubent exulare ; ita enim eo rem deducunt, ut Eccleſiam re ſane tollant, verbo autem relinquant. Nam quid eſt Eccleſia? *Eccleſia* (ait Cyprianus *epiſt. 66.*) *eſt plebs Sacerdoti adunata, & Paſtori ſuo grex adhærens*. Quam definitionem Cyprianus non ex ſuo ingenio extudit, ſed ex ipſis Chriſti verbis expreſſit. (Vid. infra *Quæſt, V.*) Quam tu igitur mihi das Eccleſiam, ſi nullus tibi Sacerdos eſt, nullus Præſes? *Eccleſia*, inquis, *eſt ſocietas æqualis unita ad colendum Deum*. (Boehm. *J. E. P. l. 1, t. 33, §. 19.*) Verum hanc tuam ſocietatem *æqualem* quæ res colligavit, quæ conſtrictam tenet? Cultus divinus ad Chriſti doctrinam exquiſitus. At hanc Chriſti doctrinam quis æqualem tuam hanc ſocietatem docet? Sacræ litteræ. At haſſce ſacras litteras quis illi monſtrat? quis (*b*) explicat? Qui ſcire poteſt, quinam libri in ſacrorum album ſint referendi, quinam expungendi? qui genuini, qui adulterini? quæ verſio fida, quæ infida? quæ vera ſacrarum litterarum ſententia, quæ non? ſi nullus in hac tua ſocietate ſedet Judex fallere, & falli neſcius, nullus interpres, nullus Doctor. Sunt & nobis, inquis, Doctores, atque interpretes. At erroribus obnoxii. Quid igitur, ſi hi tui Doctores, ut illi ſapientes, de quibus loquitur Iſaias, incipiant dicere bonum malum, & malum bonum, ponere tenebras lucem, & lucem tenebras? Quis erro-

---

Nat. §. 141. Hujuſmodi poteſtatem in Eccleſia noſtra ſatis ſuperque tot Sacræ Scripturæ teſtimonia manifeſtant. Sufficerent *Matth. XVIII*, 18, & *Joan. XX*, 23, ubi poteſtas clavium iiſdem, quos Chriſtus Eccleſiæ ſuæ Rectores conſtituit, pro arbitrio, num alligare, num ſolvere, num remittere peccata, num retinere velint, conceſſa fuerit; porro *Act. Ap. XX*, 28, ubi iidem, tamquam Epiſcopi ad *regendam* Eccleſiam Dei a Spiritu Sancto poſiti eſſe dicuntur. Præter citatos textus de ſacro hoc Imperio habetur etiam apud *Matth. XXVIII*, 18, ibi: *Data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terra*: de qua poteſtate, & quod ſpiritualis, & quod in Apoſtolos tranſmiſſa ſit magis explanatum legimus apud *Joan. XVII*, 1, 2, 3, 18. Sic quoque de Sacro Chriſti Imperio nos edocent verba *Act. Ap. XVI*, 4. *Cum autem pertranſirent Civitates, tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab Apoſtolis, & ſenioribus qui erant Jeroſolymis.* II ad Cor. X, 8: *Si amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in deſtructionem veſtram: non erubeſcam.* I ad *Theſſal. V*, 12: *Rogamus autem vos fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino, & monent vos.* II ad *Theſſ. III*, 4: *Confidimus autem de vobis in Domino, quoniam, quæ præcipimus, & facitis, & facietis.* I ad *Timoth. V*, 17: *Qui bene præſunt presbyteri duplici honore digni habentur. Ad Tit. II: Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio.* Atque ut taceam quamplura loca alia, quis ſacrum Imperium non ſine ſacro quodam horrore colligit ex I *ad Corinth. V*, 5, ubi Apoſtolus inceſtuoſum Corinthium tradidit Satanæ in interitum carnis? Eybel. *Tom. III, l. 1, c. 1, §. 131.*

(b) Mosh. *H. E. Sæc. XVI, Sect. 3, p. 2, c. 1, §. 2. Ex ſententia hujus Eccleſiæ* (Evangelico-Luteranæ) *omnis recte de re divina ſentiendi, & pie vivendi ratio unice ex libris divinis haurienda eſt, quos idcirco in illis rebus, quibus via ſalutis continetur tam eſſe planos, ac faciles credit omnes, ut homo rationis compos, linguarumque gnarus ſine Interprete ſententiam eorum aſſequi valeat.* Si ita eſt, cur igitur inter eos tot ſciſſiones? cur in rebus ad viam ſalutis pertinentibus tot opiniones tam diſſimiles, tam contrariæ inter eos ipſos vigent?

errorem deteget? quis refellet? Quo Judice conſtabit, erret ne is qui refellitur, an qui refellit? ſi nullum Eccleſiaſticum tribunal, (ſocietas enim eſt æqualis) ad quod tamquam ad lydium lapidem doctrinæ poſſint explorari, ſi nullum centrum, quo lineæ in unum confluere, atque inter ſe coniungi valeant? Quid igitur, ſi ſinguli a ſingulis diſſentiant? Si neuter in alterius ſententiam ire velit? Quid ſi qui etiam eam doctrinam amplectantur, quæ cæteris omnibus perverſa videatur, eique pertinaciter adhæreſcant, vitamque ſuam ad eam doctrinam exigant, eoſque proinde induant mores, qui cunctis aliis pravi, ſibi unis ſancti viſi fuerint? Eccleſiæ, inquis, tecto ſubmovendi. At quo jure? Eccleſiæ. At unde oritur hoc jus huic tuæ Eccleſiæ, ſi eſt ſocietas æqualis, ſi omnes ſunt pares inter ſe? Ex fœdere coeuntium inter ſe icto, ex compromiſſo interpoſito, ex paciſcentium vi. (Boeh. ad Plin. ſecundum (c) *Diſſert. III.* §. 17, *& J. E. P. l.* 1, *t.* 33. §. *16.*) Sed quis unquam paciſci poteſt de iis rebus, quarum ipſe poteſtatem, ac dominatum non habet? Neque nos animarum noſtrarum Domini ſumus, ſed unus Deus. Quæ igitur compromiſſi; ac pacti ratio, ubi agitur ſalus animæ, ubi Fides, ubi Religio, ubi Dei cultus, ubi divinæ aguntur res? Hæc enim dominatu noſtro minime tenentur. Vide igitur, quo res caſura ſit. Aut compromiſſo ſtandum, ubi agitur animæ ſalus, Deique cultus; aut Eccleſia deſerenda, aut in una eademque Eccleſia quot capitum tot Religionum millia; (V. Valeſchi *Fond. della Rel. &c. l.* 3, *p.* 3, *c.* 1, 2.) quo nihil abſurdius fingi poteſt, aut excogitari. (Vid. infra *Quæſt. XXII, in Nota c*) Quid igitur ſtatuendum? Aliam Chriſtianæ Eccleſiæ notionem informes neceſſe eſt, non collegiis (*d*) aut ſodalitiis, quæ intra Reipublicæ fines ſita ſunt, germanam cognatamque, (nam collegia, & ſodalitia earum rerum, quas paciſcuntur jus habent, poteſtatemque) ſed ſacram Hierarchiam animo concipias oportet, in qua centrum ſit ad omnium linearum complexum, in qua vigeat Præfectura, ac Juriſdictio, non ex *confœderata tua diſciplina*, non ex pacto, aut compromiſſo orta, ſed ipſis Eccleſiæ Præſidibus Sanctiſſimo Sacerdotio præditis inſita (*e*) ac innata, atque ab ipſis Dei digitis inſculpta.

(c) In ſocietatibus inæqualibus leges feruntur ab eo, qui imperium io illis tenet, utpote omois poteſtas collata eſt; imperio deficiente non aliter leges condi poſſunt, quam mutuo ſociorum pacto; atque hæc ratio quoque fuit Eccleſiarum primitivarum. Boeh. *J. E. P. l.* 1, *t.* 33, §. 16.

(d) Mam. *O. & A. Ch. T.* 4, *pag.* 152. Equidem velim collegii, ſocietatiſque notionem explicent, ut intelligam, cur hæc una in Eccleſiam cadere poſſit, reipublicæ vero ootio non poſſit. Collegium enim eſſe ordioem aliquorum in Civitate facile patior, tam late autem patere, ut omnes multorum regnorum Ordines, omnes ſocietates, ipſos Magiſtratus complectatur, prorſus non patior.

(e) Neque fidelibus ſingulis, neque omnibus ſimul ſumptis, aut omnino omnium majori parti ſacrum imperium eſſe commiſſum, ſed tam a Chriſto ex tot ei adhærentibus tantum aliquos ad ſacrum regimen electos, quam ab Apoſtolis juxta voluntatem Chriſti ſemper tantum quoſdam ſpeciatim ad id ordinatos fuiſſe nobis palam faciunt ſacrarum litterarum textus, veluti: *Hos duodecim miſit Jeſus, &c. Matth. X. Et aſcendens in montem vocavit ad ſe quos voluit ipſe, & venerunt ad eum, & fecit, ut eſſent duodecim cum illo, ut mitteret*

eos

pta. Ille enim unus animarum noſtrarum Dominus eſt, ille Eccleſiam ſuam fundavit, eique ſua poteſtate indutos ſuoque ſpiritu (*f*) inſtinctos, nec unquam defituros Paſtores (*g*) Doctoreſque præfecit, (Vid. *Q. XII.*) a quibus & credendarum, & agendarum rerum normam cæteri omnes caperent, & apud quos violatæ Religionis rei poſtularentur. Quod ſane ut non ſolum mente perſpicere, ſed oculis ipſis contueri poſſemus, conſpicuo, atque aſpectabili ſigno eos a cæteris omnibus ſecerni voluit, & ſuo numine afflari. Nihil dico, quod cum ſacris litteris, ac vetuſtiſſimorum teſtimonio Patrum apprime non concinat. *Segregate mihi* (inquit Spiritus Sanctus apud Lucam *Act. XIII*, 1, 2.) *Saulum, & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos. Quid eſt* (ait Chryſoſtomus *hom.* 27 *in Act.*) *ſegregate mihi in opus? In Apoſtolatum. Vide iterum a quibus ordinatur. A Lucio Cyreneo, & Manahen, immo a Spiritu. Quanto enim perſonæ humiliores erant, tanto purior Dei apparet gratia. Ordinatur jam in Apoſtolum, ut jam cum poteſtate prædicet. Quomodo igitur ille dicit: Non ab hominibus, neque per homines? Dicit non* ab

---

eos prædicare. Marci III, 13, *& ſeq.* Vide ibidem *VI*, 7. *XVI*, 14, *& ſeq. Et cum dies factus eſſet vocavit diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominavit. Luc. VI*, 13. Vid. ib. *IX*, 1, *& ſeq. Poſt hæc autem deſignavit Dominus & alios ſeptuaginta duos, & miſit illos binos ante faciem ſuam &c.* ibid. *X*, 1, *& ſeq. Nonne ego vos duodecim elegi? Joan. VI*, 71. Vid. ibid. *XX*, 20, *& ſeq. Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda noſti omnium, oſtende, quem elegeris ex his duobus unum accipere locum miniſterii hujus, & Apoſtolatus. Act. Ap. I*, 24. Vid. ib. *V*, 2: *Et cum conſtituiſſent illis per ſingulas Civitates Presbyteros. XIV*, 22. *Sicuti probati ſumus a Deo, ut crederetur nobis Evangelium. Ad Theſſ. II*, 4. *Dicite Archippo: Vide miniſterium quod accepiſti in Domino, ut illud impleas. Ad Coloſſ. IV*, 14. *Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per Civitates Presbyteros, ſicuti & ego diſpoſui tibi. Ad Tit. I*, 5. Paucis. Apoſtolos, eorumque ſucceſſores Epiſcopos *poſuit Spiritus Sanctus regere Eccleſiam Dei. Act. XXI*, 28. Hi unice ex natura Regiminis hujus ſacri ſibi ſolis commiſſi & jus habent alios quoſdam ad Religionis miniſterium ordinandi, & hoc jure ſoli ſemper uſi fuerunt, neque ullus proprio arbitrio, ſed a Deo vocatus, & judicio Epiſcopi legitime conſtitutus ſeſe Eccleſiæ legitime ingerere poteſt, juxta illud: *Nec quiſquam ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur a Deo tamquam Aaron: ad Hebr. V*, 4. ut adeo etiam illa *II Paralip. XXVI*, 18, huc quadrent verba, *Non eſt tui Officii Ozia, ut adoleas incenſum Domino, ſed Sacerdotum*, h. e. *filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad hujuſmodi miniſterium.* Eybel *Tom.* 3, *l.* 1, §. 131.

(f) Trid. Conc. *Seſſ.* 23, *c.* 3. „ Cum „ Scripturæ teſtimonio, Apoſtolica tradi„ tione, & Patrum unanimi conſenſu per„ ſpicuum ſit, per ſacram Ordinationem, „ quæ verbis, & ſignis exterioribus perfi„ citur, gratiam conferri; dubitare nemo „ debet, Ordinem eſſe vere, & proprie u„ num ex ſeptem Sanctæ Eccleſiæ Sacra„ mentis. “ Et *can.* 3. „ Si quis dixerit, „ Ordinem, ſive ſacram Ordinationem non „ eſſe vere, & proprie Sacramentum a Chri„ ſto Domino inſtitutum, vel eſſe ſigmen„ tum quoddam humanum excogitatum a „ viris rerum Eccleſiaſticarum imperitis, „ aut eſſe tantum ritum quemdam eligendi „ Miniſtros verbi Dei, & Sacramentorum, „ anathema ſit. “

(g) Conc. Trid. *Seſſ.* 23, *Can.* 6. „ Si „ quis dixerit, in Eccleſia Catholica non „ eſſe Hierarchiam divina ordinatione in„ ſtitutam, quæ conſtat ex Epiſcopis, Pres„ byteris, & Miniſtris, anathema ſit. “

ab hominibus, ut manifeſtet, quod non homo illum vocavit, neque adduxit. Dicit nec per hominem, quod non ab aliquo miſſus eſt, ſed a Spiritu. At Paulus, & Barnabas, inquis, fuerunt Apoſtoli, h. e. extraordinarii Chriſti legati. (Boeh. *Diſſ.* III, §. 67, *ad Pl. & Ter.*) Neque vero Epiſcopi Apoſtolorum ſucceſſores, neque hujuſce, utpote extraordinariæ legationis hæredes, neque aliquo Apoſtolico dono, & munere commendati nobis eſſe videntur. Ubi enim in Epiſcopis omnigena ea, quæ in Apoſtolis linguarum ſcientia? Ubi incredibilis illa divina, ac flexanima oratio, quæ in Apoſtolorum labellis ſeſſitavit? Ubi illa miraculorum edendorum vis? Si harum Apoſtolicarum virtutum hæreditas Epiſcopis minime obtigit, quo jure in Apoſtolicarum clavium hæreditatem, ac poſſeſſionem irruunt? Cur ſi Epiſcopi Apoſtolorum ſucceſſores, & hæredes ſunt, in partem tantum, non vero in omnem hæreditatem venerunt? Ita ne igitur? At quis neſcit Apoſtolos miracula nec edidiſſe unquam, nec edere potuiſſe, ſed unum Deum (*h*)? Neque vero Apoſtolis Spiritus Sanctus omnium linguarum ſcientiam, nec flexanimam dicendi vim largitus eſt, ſed Dei miraculo factum eſt (*i*), ut quæ ab Apo-

(h) Gratia miraculorum non eſt quippiam manens in anima per modum *habitus*; principium ſiquidem operandi miracula extendit ſe ad omnia, quæ ſupra naturam fieri poſſunt; ideoque non aliud eſt, quam divina omnipotentia, quæ nulli creaturæ, nullique puro homini communicari poteſt. Si enim virtus faciendi miracula ſemper adeſſet habentibus gratiam miraculorum, ipſi ſemper facere poſſent miracula quando vellent, quod utique falſum eſt. *Matth. XVII*, 18. Apoſtoli interrogant: *Quare nos non potuimus ejicere illum?* Chriſtus autem reſpondet verſ. 20: *Hoc autem genus Dæmoniorum non ejicitur niſi per Orationem, & jejunium.* Rurſus Eliſæus non potuit ſuſcitare filium Viduæ per ſui baculi applicationem, uti habetur *IV Regum*. Legi poteſt D. Thomas *qu. 6 de potent. art.* 4. Quare gratia miraculorum in hoc conſiſtit, quod cum Deus alicui ipſam tribuit, interdum movet ejus mentem ad faciendum aliquid quod conſequitur opus mirificum; interdum vero contactu alicujus rei ad ipſum pertinentis, interdum oratione, pia nominis ejus invocatione, locutione, aut aliquo ipſius externo actu utitur tamquam inſtrumento. Ita conceptis verbis Silvius. Dictum eſt, Miraculorum gratiam per modum *habitus* nulli puro homini dari, aut communicari: Chriſto quippe ut homini, ſeu humanitati ejus data eſt perpetua, & conſtans operatio virtutum, & miraculorum, quia libera ſua voluntate poterat miracula operari, quoties opportunum judicabat, & ad hoc ſemper paratum habebat neceſſarium divinitatis concurſum etiamſi humanitati nulla eſſet qualitas permanens indita, quæ phyſicum principium eſſet miraculorum; uti optime adnotavit Suarez *T.* 1 *de Gratia*, *prolog.* 3, *c.* 5. Bened. XIV *D. S. D. B. & B. C. l.* 3, *c.* 44, §. 7.

(i) Hyacinthus Serry *exercitat.* 63, §. 6. Nunc quod ad alterum inſtitutæ diſputationis caput attinet, ea D. Gregorio Nazianzeno ſententia ſtetit *Oration.* 44, in eo prodigium illud fuiſſe poſitum, quod propria dumtaxat lingua loquentes Apoſtoli Syro-Hebræa a variarum nationum populis intelligerentur. Qua de cauſa *in Act. Apoſtolicis c.* 2, obſervatum ſit diverſarum nationum populos inclamaſſe: *Quomodo nos audivimus unuſquiſque linguam noſtram, in qua nati ſumus?* Et infra: *Audivimus eos loquentes noſtris linguis magnalia Dei*; quaſi id audirent illi tantum, non item ipſimet Apoſtolorum loquerentur.

Bened. XIV *l. c. c.* 48, §. 7. Quanam ratione, & quomodo factum ſit, ut Apoſtoli loquentes ab omnibus intelligerentur, diſputatur inter Doctores. Duobus enim modis potuit hæc gratia illis communicari; uno modo ex parte audientium, altero ex par-

Digitized by Google

poſtolis dicerentur, omnium Audientium aures complerent, omniumque animos permoverent, neque hæc miraculorum vis inſecutis temporibus exhauſta eſt, neque eorum edendorum neceſſitas adhuc conſumpta (k), cum opus ab Apoſtolis inchoatum hominum ad Chriſtianæ fidei veritatem traducendorum nondum ſit exædificatum. Cæterum ſi hæc miracula excipias, quæ non Apoſtoli ipſi (l), ſed Deus, nec ſemper, ſed aliquando, nec ſolum Apo-

---

parte loquentium; vel enim prædicantibus Apoſtolis una tantum verborum prolatione, & uno Idiomate, ſimul ab omnibus hominibus diverſarum linguarum, qui aderant, intellecti fuerunt; vel Apoſtolis ipſis infuſæ ſunt ſpecies, & notitiæ diverſarum linguarum, & data eis facultas loquendi omnibus illis, non ſolum, & ejuſdem vocis formatione, ſed ſucceſſive, & juxta occaſiones.

Utcumque autem id contigerit, ſemper verum eſt, Deo in ipſo *actu* operante, id contigiſſe; hoc eſt Apoſtolos non habuiſſe cognitionem linguarum in *habitu*, vel poteſtate ſua, ut quando vellent, & qua lingua vellent, loqui poſſent; ſecus dicendum de poteſtate clavium, quæ Apoſtolis data fuit per modum *habitus*.

(k) Bened. XIV *l. c. cap.* 44, §. 8. Addit Suarez, permanentem gratiam, & frequentiam miraculorum in principio Eccleſiæ fuiſſe neceſſariam . . . . . juxta illud Marci XVI, 20: *Prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis* . . . . Item eamdem gratiam etiam hodie permanere in corpore Eccleſiæ, non quidem in certis, ac definitis perſonis, ſed in iis, quibus talis actualis gratia conceditur, quando, & quomodo vult Spiritus Sanctus. D. Auguſtinus de Civitate Dei l. 22, c. 8, poſtquam meminit miraculorum a Chriſto factorum ſubjicit *Col.* 663, *Tom.* 7: *Nam etiamnum fiunt miracula in ejus nomine, ſeu per Sacramenta ejus, ſive per Orationes, vel memorias Sanctorum ejus*. Et Thomas Bozius *de ſignis Eccleſiæ l.* 5, *c.* 1, *& ſeq.* magna, & infinita propemodum recenſet miracula noſtris hiſce temporibus edita, in propaganda Sancta Religione; ut interim ſilentio prætereantur cætera antiquiora, de quibus SS. Patres teſtes oculati fidem fecerunt. Irenæus *l.* 2, *de hæreſ.* Chryſoſtomus *Serm.* 67, Hilarius, Gregorius Nazianzenus, Hieronymus.

Idem *l. c. cap.* 48, §. 9. At non ſolum Apoſtolis, ſed etiam aliis pleriſque gratia gratis data generum linguarum a Deo data eſt ad fidelium utilitatem, & ædificationem . . . . De S. Vincentio Ferrerio refert Spondanus ad an. 1403, n. 7: *Hoc denique cunctis Evangelicis Prædicatoribus a temporibus Apoſtolorum præſtans, quod patrio, & vulgari ſermone Catalonico concionans intelligeretur ab exteris nationibus illum ignorantibus, audireturque non ſolum a loco proximis, verum etiam a remotiſſimis, a doctis, & indoctis, a nobilibus, & plebeis*. Et in relat. cauſæ S. Franciſci Xaverii ita loquuti ſunt Rotæ Auditores: *Claruit linguarum dono Xaverius. Nam & linguis diverſarum gentium, quas non didicerat, cum eas Evangelii cauſa adiret, eleganter, atque ita expedite loquebatur, ac ſi ibi natus, & educatus eſſet; & contigit non raro, ut concionantem eum diverſarum nationum homines ſua quiſque lingua loquentem audiret*.

(l) Gratiæ Miraculorum, generum linguarum, & reliquæ gratis datæ, Apoſtolis datæ fuerunt non per morum *habitus*, ſed per modum *actus*, ſive motionis tranſeuntis aliis rarius, aliis frequentius, aſpirante divina gratia, quando, & quomodo vult. Vid. Bened. XIV *l. c. cap.* 48, §. 4.

Mam. *O. & A. Ch. l.* 2, *pag.* 393. Hoc hæretici agunt, ut (cum nulla apud eos dentur) nulla dari in Eccleſia jam uſque a quarto fere ſæculo prodigia oſtendant: ſed rationes quas adducunt nullius momenti ſunt. Principio quod Scriptoribus II, III, IV ſæculi fidem adhibeant, oculatis vero poſteriorum temporum teſtibus, viris graviſſimis, & doctrina præſtantibus non adhibeant, id quemadmodum ſine incredibili audacia, & temeritate fieri poſſit, non video. Secundo, quod ajunt, non eſſe miracula neceſſaria, propterea quod propagata Religio ſit, falſum eſt. Nam ſunt hoc etiam tempore plerique

poſtolorum temporibus, ſed omnibus ſæculis, ſed etiam nunc edidit, editque, quam mihi promis Apoſtolicæ Poteſtatis particulam, ad cujus hæreditatem Epiſcopi ſemper vocati non fuerint? Non igitur Apoſtoli extraordinarii Chriſti legati dicendi ſunt, ſed ordinarii, quorum ſucceſſores Epiſcopi ſemper habiti fuerunt, & nunc habentur, & ſunt. Ita certe a primis uſque Eccleſiæ Sæculis Sanctiſſimi, ac Sapientiſſimi Patres ſenſerunt. *Cum te* (ajebat Cyprianus Sæculo III, *Ep.* 33, *& l.* 4, *Ep.* 9.) *Judicem Dei conſtituas, & Chriſti, qui dicit ad Apoſtolos, ac per hos ad omnes Præpoſitos, qui Apoſtolis Vicaria ordinatione ſuccedunt. Poteſtas remittendorum* (inquit Firmilianus apud Cyprianum *Ep.* 15.) *peccatorum Apoſtolis data eſt, & Eccleſiis, quas illi a Chriſto miſſi conſtituerunt, & Epiſcopis, qui eis Ordinatione Vicaria ſucceſſerunt. Manifeſta eſt ſententia Domini noſtri Jeſu Chriſti* (clamabat Clarus de Muſcula in Concilio Carthaginenſi, cui præerat Cyprianus) *Apoſtolos ſuos mittentis, & ipſis ſolis poteſtatem a Patre ſibi datam permittentis, quibus nos ſuccedimus eadem poteſtate Eccleſiam Domini gubernantes. Apud nos*, ait Hieronymus *Ep.* 54 ad Marcellam, *Apoſtolorum locum tenent Epiſcopi*. Sed quid egemus teſtibus, ubi res ipſa loquitur? Nonne Paulus ea, quæ ipſe (per modum habitus) acceperat dona, in Timotheum derivavit, Timotheoque in alios derivandi poteſtatem tradidit? Audi ipſum Paulum II *ad Timoth. I, 6. Admoneo te, ut reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum*. Jam vero quid ſibi vult illa τῶν χειρῶν ἐπιθέσεως? Audi Chryſoſtomum. *Per eam* (inquit *in Epiſt. I ad Timoth.*) *Sacerdotes conſecrati ſunt, hoc eſt Spiritus S. illapſu; quod non humanum, ſed divinum illud eſſet, ad quod inaugurabantur*. Scio hunc Paulinum locum a Boehmero, nemine tamen ex Patribus ſibi Duce præeunte, aliter explicari. Sed Chryſoſtomum pro nobis nominaſſe Boehmerum redarguiſſe, ac refelliſſe eſt. (Boeh. *ad P. & T. Diſſ. VIII*, §. 9.) Cum igitur hæc tam clara, ac meridiana in luce poſita ſint, quid adhuc clamitas, diſcrimen inter ordinem,

nem,

tique increduli, Deiſtæ, Idolatræ, Judæi, Mahumedani, hæretici. Quid ergo impedit quominus ad eos convertendos prodigia Deus patret? An uſquam eſt ſcriptum in ſacris litteris produci ad IV ſæculum paulloque longius virtutem miraculorum, tum vero extingui oportere? Quod ſi nuſquam ſcriptum eſt id, cur demum ceſſare prodigia debent, cum Eccleſia maneat, qua cum ſe Chriſtus ad conſummationem uſque ſæculi futurum prædixit? Sed rem ab aliis diſputatam, non eſt, cur multis hoc loco eſſe confirmandam, cenſeam. Illud dico, non probari mihi, quod ob unam Evangelii propagationem dari miracula debuiſſe, pugnant. Nam cum ii, qui in Cœnaculo agebant, cum ſuſcitatus adoleſcens a Paulo fuit, omnes eſſent Chriſtiani, neque prodigio, ut in fide confirmarentur, egerint, tamen patratum prodigium eſt. Quid ergo obſtat, quin hoc tempore, quo multi credunt, Deus, ut ſuos conſoletur, miracula faciat? Quod ſi dixerint, factum Pauli prece prodigium, quo increduli, qui non aderant, id tandem noſſent, & converterentur, ſciant dici hoc item poſſe de hac ætate, qua plures increduli ſuperſunt. Cæterum nullum ſæculum fuit, ut ex hiſtoria Eccleſiaſtica conſtat, quo in Eccleſia prodigia omnino ceſſarint, quidquid hæretici contra jactitent. Vid. Ruinart. *Act. Sinc. SS. Mm. pag.* 124, *in notis edit. Veron. n.* 40, *in Act. SS. Pionii*.

Digitized by Google

nem, & Plebem non divina vi, ſed humano conſilio invectum fuiſſe, nec longius noſtros Presbyteros, Epiſcopoſque a populo diſtare, quam proceres a vulgo, ſapientes, & doctos viros ab indocta, & rudi plebecula? (Boeh. *ad T. & T. Diſſ. VII*, §. 12.)

§. II. Sed ad Traditionem provocant infenſiſſimi Traditionis hoſtes, negantque duobus primis ſæculis *Sacerdotum*, aut *Clericorum* veſtigia extitiſſe. (Boehm. *l. c.* §. 4.) Verum qui affirmare id poſſunt, ſi Clemens Alexandrinus (an. 192.) *Cleri* vocem uſurpavit, & quam immane diſcrimen inter *Clericos*, & *Laicos* interſit, non obſcure ſignificavit? Is enim in L. *Qui dives ſalvetur* de Joanne Apoſtolo tradit, *eum poſt tyranni obitum a Pathmo inſula Epheſum rediiſſe*; (an. 96.) *vicinas quoque gentes rogatum veniſſe, partim quidem ut Epiſcopos conſtitueret, partim ut integras Eccleſias diſponeret & formaret, partim etiam ut unumquemque eorum, quos ſpiritus deſignaret, in Clerum cooptaret*. Quid ad hæc Boehmerus? Suam ille cantilenam nobis inſuſurrat, aitque, (*Diſſ. ad T. & T. X*, §. 2.) eos *Clericos*, quorum meminit Clemens Alexandrinus, Extraordinarios Miniſtros fuiſſe, nec opus fuiſſe, ut Clemens *Clerum* ab Epiſcopis diſtingueret, ſi etiam Epiſcopi ad *Clerum* pertinerent. Sed non videt Boehmerus, non Ordinem ab Ordine, ſed claſſem a claſſe dumtaxat ibi diſtingui, eoſque qui in infima *Cleri* Claſſe locati erant, ad mediam, & ſupremam claſſem, hoc eſt ad Presbyteratum, & Epiſcopatum evectos fuiſſe, (neque enim ſine Presbyteris animari, & formari Eccleſiæ poterant) utque vacua infimæ Claſſis ſubſellia implerentur, nonnullos ex Laicorum ordine delectos eſſe, & in *Cleri* album relatos.

§. III. Clementi Alexandrino (*m*) Clementem Romanum (an. 91.) addamus. *Summo Sacerdoti* (ait ille *Ep. I ad Corinth. n.* 40.) *ſua munera tributa ſunt, Sacerdotibus locus proprius adſignatus eſt, & Levitis ſua miniſteria incumbunt. Laicus præceptis Laicis conſtringitur*. Judæorum, non Chriſtianorum, ais, Eccleſia hic a Clemente Romano deſignatur. (V. Boeh. *l. c. Diſſ. VII*, §. 4.) Deſignetur per me licet, dummodo tamen ita deſignetur, ut cum Chriſtiana Eccleſia conferatur. At aliud eſt eſſe par, aliud eſſe idem. Sed

(m) Claudius Salmaſius *Diſſ. de Epiſcopis & Presbyteris*, *c.* 5, *pag.* 382, *ſeq.* ait: *Presbyteros Chriſtianorum & Epiſcopos, cum nec Sacerdotes eſſent, nihil Sacerdotalis muneris geſſiſſe, aut dignitatis Sacerdotalis habuiſſe, quod eos a Laicis diſtingueret. Nam Clementem Romanum, qui Hierarchiam deſcriberet Hebræorum, meminiſſe Sacerdotum, & Levitarum, poſtque hos Laicos nominaſſe, ubi vero ad Chriſtianæ Eccleſiæ deſcriptionem venit, appellaſſe Epiſcopos & Presbyteros, & Diaconos ſæpe, Sacerdotes nunquam. Ac Sacerdotes quidem nobiles apud Judæos, ethnicoſque haberi conſueſſe, cæteros plebem, idque jam demonſtrari auctoritate Joſephi in Vita ſua. Apud Chriſtianos vero ejuſdem omnes rationis fuiſſe*. At ſi eorum qui ab Apoſtolis inſtituti ſunt teſtimonio conſtiterit, apud nos item & *altare*, & *Sacerdotium* eſſe, fateatur neceſſe eſt Salmaſius, *Clericos* eos appellari jure poſſe, qui altari miniſtrant, reliquos vero plebem & populum. Satis erit unius Ignatii ex Epiſtolis genuinis teſtimonium, quibus Epiſtolis ne Lutherani quidem, & Calviniani plerique detrahunt auctoritatem. Ep. ad Epheſios *n.* 5, *pag.* 13, *Tom. II* Apoſtolicor. PP. ad an. 1724: *Nemo erret, niſi qui intra ALTARE ſit, privatur pane Dei*. Ep. ad Philadelphios *n. IV*, pag. 31: *Una eſt Caro Domini noſtri Jeſu Chriſti, & unus Calix in unitatem Sanguinis ipſius, unum Altare, ſicut unus Epiſcopus Presbyteris, & conſervis meis*. Ubi unum Altare eſt, quis neget Sacrificium, & Sacerdotes eſſe oportere?

Sed quid tum? Ergo nullum Sacerdotium in Eccleſia Chriſtiana? Non idem Sacerdotium Chriſtianorum, ac Judæorum, do; ſed tamen utrumque Sacerdotium. Hæc nimirum eſt Clementis Oratio. *Si in veteri Sacerdotio, quod novi Sacerdotii imago tantum fuit ac ſimilitudo, omnia compoſite, diſtincte, atque ex ordine peragebantur, quanto magis a Chriſtianis, qui non umbram, & effigiem, ſed veri germanique Sacerdotii naturam, ac vim tenent, hæc ordinatim, diſpoſite, ac concinne fieri convenit.*

§. IV. Atque hæc ſæculo I, & II: nec ſæculo III aliæ voces exaudiri cœperunt. *Neque aliunde* (inquit Cyprianus *Ep. 59.*) *hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Judex vice Dei cogitatur. Putas ne* (ait Origenes an. 219, *in Num. hom. 2.*) *qui Sacerdotio funguntur, agunt omnia, quæ illo Ordine digna ſunt? Et unde eſt quod ſæpe audimus blaſphemare homines, & dicere: Ecce qualis Epiſcopus, aut qualis Presbyter, aut qualis Diaconus? Qui hodie Epiſcopus,* (ait Tertullianus ann. 200 carpens hæreticos ſui temporis *l. de Præſcript.*) *cras alius, hodie Diaconus, qui cras Lector, hodie Presbyter, qui cras Laicus. Nam & Laicis Sacerdotalia munia injungunt.*

§. V. At acutuli homines (V. Boch. *l. c. Diſſert. VII*, §. 3.) Tertullianum Tertulliano refellunt, & Tertulliano Catholico opponunt Tertullianum hæreticum. Etſi illum teſtem citare, qui ſecum certat, & ſecum pugnantia loquitur, ſummæ impudentiæ eſt, tamen quominus in hoc etiam aſylum confugere poſſint, eos prohibeamus, Tertullianumque ſi non a Montaniſtarum, ſaltem ab omni Iſotimiæ labe, & ſuſpicione liberemus. Tertulliani igitur locum, in quo hi ſycophantæ ſibi tantopere placent, excutiamus, & ſingula ejus verba penſitemus. *Differentiam inter Ordinem, & Plebem* (ait ille *l. de Caſt. c. 7.*) *conſtituit Eccleſiæ auctoritas, & honor per ordinis Conſeſſum ſanctificatus a Deo. Ubi Eccleſiaſtici Ordinis non eſt Conſeſſus, & offers & tinguis, & Sacerdos es tibi ſolus. Sed ubi tres, Eccleſia eſt, licet Laici.* Illud Tertullianus ſibi penſum ſumpſerat, ut ſecundis nuptiis dicam ſcriberet, bigamoſque omnes atro carbone notaret. Ut penſum hoc ſuum expleret, hac ille prodiit oratione. *Lex divina* Lev. XXI (inquit ille *c. 11 de Monog.*) *Sacerdotes prohibet denuo nubere. At nos Jeſus Summus Sacerdos, & magnus Patris de ſuo veſtiens* (quia qui in Chriſto tinguuntur, Chriſtum induerunt) *Sacerdotes Deo Patri ſuo fecit... Ergo Monogamiæ debitores ex priſtina Dei lege ſumus.* At ne ſibi vineta cædere viderentur ea, quæ paullo ante ſcripſerat *c. 2: Cum extollimur, & inflamur adverſus Clerum, tum unum omnes ſumus, tum omnes Sacerdotes, quia Sacerdotes nos Deo, & Patri fecit: Cum ad peræquationem diſciplinæ Sacerdotalis provocamur, deponimus infulas, & impares ſumus*: quibus verbis aliud eſſe Sacerdotium Laicorum, aliud Clericorum jam faſſus erat, hujuſce diſcriminis vim tantam non eſſe oſtendit, ut propterea etiam Laici pro ſuo modulo Sacerdotes haberi non debeant, ac proinde generali Sacerdotii lege teneri. Quærit igitur qua in re hoc diſcrimen poſitum ſit; ſtatuitque totam differentiam (*n*) inter Ordinem,

(*n*) Differentiam inter ordinem, & plebem conſtituit . . . (quæ res?) I, Eccleſiæ an-

nem, & Plebem in duobus ſitam eſſe, nimirum I, *in Eccleſiæ auctoritate* (*o*) ſeu in poteſtate clavium; atque II, *in honore per Ordinis Conſeſſum ſanctificato a Deo*, id eſt in charactere (*p*), qui, cum Epiſcopus manus imponit, animæ divinitus inſculpitur. Cæterum ſi hæc duo tollas, inquit Tertullianus, eaque demas officia, quæ duobus hiſce reſpondent, nimirum ligandi, & Euchariſtiam conſecrandi, cætera omnia Sacerdotalia munia Laici quandoque (*q*) obire minime prohibentur (*r*). Et Laici igitur Sacerdotes: non iidem

auctoritas. II, Honor per ordinis conſeſſum ſanctificatus a Deo.

(o) Doctiſſimus Albaſpinæus *l.* 11 *de Euch.* pluribus demonſtrat vocabulum *auctoritas & honor* pro poteſtate, & charactere Epiſcopali; & phraſim *Ordinis conſeſſum* pro Epiſcopi Presbyterorumque collegio.

(p) Conſule Mamachium *Antiq. Eccleſ.* T. 5, *pag.* 61, Nota 5. Multa de voce *auctoritatis* diſputat Juſtus Henningius Boehmerus *in Diſſertationibus juris Eccleſiaſt. Antiquit. Diſſert. VII, quæ eſt differentia inter ordinem Eccleſiaſticum, & plebem num.* III, §. XIV, *pag.* 306, *ſeqq. edit. Halenſis an.* 1729. Sed is auctor cum Lutheranis partibus ſtuderet, abuſus Juris Romani ſcientia eſt, ſignificationeſque ejus vocabuli contorſit, ut decreto Eccleſiæ, non divino jure Eccleſiaſticum ordinem fuiſſe inſtitutum, Tertulliani quidem ſententia, demonſtrare poſſet. At de eo Tertulliani loco actum a nobis volumine ſuperiore *pag.* 425, *ſeqq.* ſatis diligenter ac vere fuit. Ac liquet ſane dignitatis indicium fuiſſe *auctoritatis* nomen. Nomina enim Senatorum, qui Senatus Conſulto ſcribendo aderant, *auctoritates* appellabantur. Cœlius apud Ciceronem *lib. VIII ad Familiar. Epiſt.* VIII, *pag.* 260, edit. Genev. Oliveti: *Senatus Conſultum, quod tibi miſi, factum eſt, AUCTORITATESQUE præſcriptæ.* Quæ verba Gronovius de nominibus Senatorum intelligi oportere cenſet. Et Cicero in *tertia Philippica, cap. V, pag.* 429, edit. ejuſdem tom. VI, dignitatem hac voce ſignificat, aut poteſtatem. *Tantus eſt*, inquit, *conſenſus municipiorum, coloniarumque Provinciæ Galliæ, ut omnes ad AUCTORITATEM hujus Ordinis (Senatorii), majeſtatemque populi Romani defendendam conſpiraſſe videantur.* Confer, quæ idem auctor in extrema Philippica tertia ſcribit. Sed non eſt otium omnes ejus ſcriptoris locos indicare; neque eſt neceſſe, quum plena ſint lexica, in primiſque illud, quod eſt vulgatum a Stephano, ejuſmodi exemplorum. Redeo ad Tertullianum. Is præſentiam ejus, qui rei alicui veluti præſideret, *auctoritatem* appellavit. Quare de Ethnicis agens, qui imitari judaicum jejunium viderentur, quique quamvis famelici eſſent, tamen ante veſperis, ſeu veſperuginis exortum nullum attingere cibum audebant, *lib. de jejuniis cap. VI, pag.* 553, „ Judaicum certe jejunium, inquit, ubique celebratur, cum „ omiſſis templis per omne litus, quocumque in aperto aliquando jam preces ad „ Cœlum mittunt, & licet cultu, & ornatu mœroris munus infament, tamen fidem abſtinentiæ adfectant, & ſtellæ *Auctoritatem* demorantis ſuſpirant. “ Ecqua obſecro hæc *auctoritas* ſtellæ eſt, niſi *præſidentis ſtellæ præſentia?* Decretum præterea ſanctionemque *auctoritatis* nomine fuiſſe appellatam conſtat. Qua de re multis Boehmerus loco ſupra indicato diſſerit. Vid. *leg. unic. Cod. Theod. de Centurion. & leg.* 1, *Cod. Theod. de his qui condit. propr. & leg. pen. c. de in integr. reſtit. min.* Sed de variis ſignificationibus ejus vocabuli plura collegit Barnabas Briſſonius *de verb. ſign. ad v. auctorit.*

(q) Ubi Eccleſiaſtici ordinis non eſt conſeſſus & offers (præſanctificata) & tinguis, & Sacerdos es tibi ſolus. Sed & ubi tres, Eccleſia eſt (non autem Eccleſiæ auctoritas hoc eſt poteſtas clavium) licet laici.

(r) Nec a vero abhorret, quod animadvertit Petavius, tum Chriſtianos, cum abeſſet Presbyter, vel Diaconus, æmulatos fuiſſe quamdam ſacræ Synaxis ſpeciem, & multa eorum expreſſiſſe, quæ in cœtibus, quibus præſidebant Sacerdotes, fieri ſolebant. Hac ratione Tertulliani dictum ex libro *de exhortatione Caſtitatis* a Proteſtantibus tantopere jactatum explicavit. (*c.* 11 *Diatriba de poteſtate conſecrandi, & in notis ad Syneſium*, quibus hic utimur.)

K 2 Cum

iidem ſane ac Clerici, ſed tamen Sacerdotes. Si Sacerdotes, cur igitur Legi Sacerdotali, quæ (*ſ*) vetat Sacerdotes denuo nubere, quæ loquitur de univerſis, quæ neminem excipit, colla non ſubdunt? Ita ſane Tertullianus, qui licet de ſecundis nuptiis perperam ſentiret, de Eccleſiaſtica tamen Hierarchia ita etiam Montaniſta loquutus eſt, ut nemo melius noſtram ſententiam tueri poſſe videatur. Urgent tamen, & nihil remittunt.

§. VI. Eccleſiæ, inquiunt, (Boehm. *l. c. Diſſ. VII*, §. 19.) extitere ante Presbyteros. Verum quæ Eccleſiæ? Hieroſolymitana. At huic præerant (*t*) Apoſtoli, qui Sacerdotes ſeu Presbyteri Epiſcopique a Chriſto Domino creati jam fuerant eo tempore, quo celebrata cum ipſis Agni Paſchalis cœna, & Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento inſtituto eiſdem præcepit, ut tali modo ſui memoriam celebrarent, (*Luc. XVII*, 19.) & confecta ſub utraque ſpecie Euchariſtia, offerrent. Nec verum eſt, quod ait Boehmerus, (*ib.*) primos Chriſtianos nullum ſibi cœtum conſtituiſſe, proindeque nullos Præſides, nulloſque Sacerdotes habuiſſe.

§. VII. Quamquam enim primi fideles Judæorum Sacris intereſſent, nihilominus ſeorſim ſuos agere conventus ſolebant (*u*), nec deerat eis locus (*x*), quo in corpus unum ſpectabile coi-

Cum fideles, inquit, quique Laici panem ac vinum in Synaxibus offerrent; eaque illorum oblatio *ſacrificium* appellaretur late ſumpto vocabulo, mirum videri nemini debet, ſi Tertullianus *l. de exhort. Caſt.* laicum quemlibet, qui quidem digamus non ſit, jus ait habere Sacerdotii, eo quod, ubi Sacerdos non eſt, & offert & tinguit. Nam ſin minus Euchariſtiam conſecrare in Synaxibus ſuis abſente Sacerdote poterant, myſteriorum quamdam adumbrabant imaginem, dum panem & vinum offerrent, ac Deo certis precibus ſua munera commendarent, quod unus e Laicis ad id delectus præſtare poterat. Quin etiam fieri poteſt, ut ſi nullus Sacerdos vel Diaconus eſſet, quod in perſecutionibus frequenter accidebat, præſertim ejuſmodi in quibus in ſolos Sacerdotes tyrannorum edicta deſævirent, ex anteconſecratis ſynaxes, & Fidelium conventus inſtituti ſint, in quibus unus quiſpiam e Laicis præficiebatur, qui conſecratum jam a Sacerdote Dominicum Corpus, & ſervatum in altari ſiſteret, & offerret, ac fidelibus porrigeret, quod genus oblationis neque Sacerdotale, neque Sacrificium proprium fuit, ſed meris precibus vel gratiarum actione, vel ejuſmodi alia re conſtabat. Hæc Petavius. Vid. Dionyſium Sandelium *de Synaxibus Chriſtianorum*, *c.* 21.

(ſ) Igitur ſi habes jus Sacerdotis in te met ipſo, ubi neceſſe eſt habeas etiam diſciplinam Sacerdotis, ubi neceſſe eſt habere jus Sacerdotis. *Tertull. ibid.*

(t) Moshemius ipſe hæreticarum partium homo *H. E. Sæc. I*, *p.* 1, *c.* 4. §. 5, hoc fateri cogitur. En ejus verba: Princeps omnium cœtuum Chriſtianorum, quos Apoſtoli condiderunt, Hieroſolymitanus eſt; ad cujus formam, & exemplum reliqui omnes prima hac ætate componebantur. Is vero ab ipſis *regebatur Apoſtolis*, quibus & *Presbyteri*, & Diaconi ſubiecti erant.

(u) Moshemius *ibid.* Populus, tametſi Judaica ſacra non reliquerat, ſuos tamen etiam ſeparatos conventus celebrabat, in quibus ab Apoſtolis & *Presbyteris* erudiebatur, communes preces fundebat, memoriam Jeſu Chriſti, ejuſque mortis, ſalutiſque per illum partæ per ſacram Cœnam repetebat, denique amorem mutuum partim liberalitate erga pauperes, partim conviviis ſobriis, quæ *amoris* a fine dicebantur, demonſtrabat. *Act. II*, 42.

(x) Moshem. *ib. p.* 2, *c.* 4, §. 5. Loci horum conventuum ſine controverſia privatorum hominum ædes erant. Ipſa vero cum exigeret neceſſitas, ut collecto, & ordinato cœtu quodam immutabilis & conſtans conventuum ſanctiorum locus deſignaretur, in illiſque locis ſupellex quædam, libri, menſæ, ſcamna, requirerentur, quæ his maxime temporibus alio commode transferri non pote-

coirent, & Sacra rite recteque conficerent, iſque erat Domus Joannis, cui Marco cognomen erat, ut ex Divo Luca intelligi maxime poteſt narrante, Divum Petrum e carcere, in quo Herodis Agrippæ juſſu detinebatur, Angeli ope noctu liberatum, ſtatim tamquam ſolitum hoſpitium petiiſſe Domum Mariæ Matris Joannis, *qui cognominatus eſt Marcus, ubi erant multi congregati, & orantes. Act. XII,* 12.

§. VIII. Quam futilia porro ac commentitia ſunt illa, quæ effutit Boehmerus *l. c. Diſſ.* VIII, §. 20, nimirum tunc primum Presbyteros, quos nos Sacerdotes vocamus, creatos fuiſſe, cum *Act.* VI, 1, 2, 3, 4, 5, Septemviri delecti ſunt! Nam Presbyteros ſeu Sacerdotes multo antea Chriſtus Dominus inſtituerat, ut ſuperius animadvertimus (y), hi vero Septemviri non in Presbyterorum, ſeu Sacerdotum, ſed in Diaconorum cenſum ſunt referendi, neque inſtituti ſunt, ut Euchariſtiam conficerent (z), Abſolutionemque Sacramentalem conferrent, uti Presbyteri, ſed ut tum communibus, tum etiam ſacris (infremat per me licet Boehmerus *l. c.* §. 21.) menſis miniſtrarent, in quibus panis divinus frangebatur, id eſt Chriſti Corpus ab Apoſtolis conſecratum fidelibus dividebatur, juxta illud D. Pauli: *Panis quem frangimus, nonne participatio Corporis Domini eſt?* Quid enim opus fuiſſet Miniſtris cura tanta delectis, & ritu tam ſolemni initiatis, ſi eleemoſynas pauperibus dividendo ea dumtaxat procurare debuiſſent, quæ ad vitam ſuſtentandam pertinerent? Præterea ſi Eccleſiæ initia repetas, ut ex D. Paulo animadvertit Auguſtinus *ep.* 54, *c.* 5, cognoſces conſueviſſe aliquando Chriſtianos Euchariſticam menſam cum communi conjungere. Cur igitur Diaconos a ſacræ Menſæ procuratione prohibitos fuiſſe exiſtimemus? Nec tam demiſſe igitur de iis Septemviris ſentiendum nobis eſt, ut ad unius corporis miniſterium, & famulatum eos detrudamus, neque tam magnifice, ut cum Presbyteris exæquemus.

§. IX. At ſi illi Septemviri ex numero Presbyterorum eximuntur, ſi Pres-

---

poterant, evenit ſine dubio, ut brevi hi loci ex privatis publici quodammodo fierent. Vid. Camp. Vitringa *de Syn. vet. l.* 1, *p.* 3, *c.* 1, *pag.* 432.

(y) Anaſtaſius Bibliothecarius *in Annot. ad Conc. Conſtantinopolitanum IV, Œcum. VIII* apud Harduinum *Tom.* 5 *Conc. p.* 941. Nota quod Apoſtoli Sacerdotes prædicentur a Santa Synodo etiam ex tum, quando his dictum eſt: *Quemcumque ligaveritis ſuper terram erit ligatus, vel ſolutus & in cælis*: Ergo Petrus, qui hoc ſpecialiter audire meruit ante omnes, primus Sacerdos effectus eſt. Eam quæ inter memoratas ſententias eſſe videtur, & non eſt, repugnantiam ſic tollit D. Thomas *in* 4 *Sent. diſt.* 24, *quæſt.* 2, *art.* 3, *ad* 2. Dominus diſcipulis dedit Sacerdotalem poteſtatem, quantum ad principalem actum ante paſſionem in cœna, quando dixit: *Accipite, & manducate*. Unde ſubjunxit: *Hoc facite im meam commemorationem*. Sed poſt reſurrectionem dedit eis Sacerdotalem poteſtatem quantum ad actum ſecundarium, qui eſt ligare, & abſolvere.

(z) Ab Euchariſtiæ diſtributione ad conficiendam Euchariſtiam Diaconi tranſire non dubitarunt, auſi perinde ac Sacerdotes aliquando Miſſam celebrare, & Sacrificium facere. Eorum ſiquidem audaciam ita repreſſit Concilium Arelatenſe I, Can. 15: *De Diaconibus quos cognovimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere*: ut eſt apud Labbeum *T. I Conc. pag.* 1428, & apud Harduinum *Tom. I, pag.* 265.

Presbyteri, quorum meminit Lucas *Act. XV*, 2, *Facta ergo ſeditione non minima Paulo & Barnabæ adverſus illos, ſtatuerunt ut adſcenderent Paulus & Barnabas, & quidam alii ex aliis ad Apoſtolos, & Presbyteros in Jeruſalem ſuper hac quæſtione*, hi, inquis, *Presbyteri* unde nobis exorti ſunt? Nonne (Boehm. *l. c.* §. 25.) hoſce Presbyteros fuiſſe Prochorum, Nicanorem, Timonem, Parmenam, Nicolaum ex Septemviris, propius vero eſt? Immo a vero abeſt quam longiſſime. Scimus enim e Sacris Litteris, (*Act.* VIII, 1.) poſt illatam Stephano necem, omnes præter Apoſtolos, proindeque diſcipulos, & Sexviros Hieroſolymam reliquiſſe, & in diverſa abiiſſe. Unde igitur hi nobis Presbyteri Hieroſolymitani? A quo creati? Si me audis, a Jacobo Apoſtolo Cleophæ filio. Quando? Cum Eccleſiam Hieroſolymitanam fundavit; fundare enim Eccleſias perinde eſt, ac *oppidatim conſtituere Presbyteros: Ep. I ad Tit. I*, 5. (Vide etiam ea quæ inferius a nobis dicuntur Q. XLII.)

§. X. Sed Eccleſia Hieroſolymitana nonne antea inſtituta erat? Verum illa non tam Hieroſolymorum propria, quam omnium Chriſtianarum gentium communis fuit, quæ primum diſcipulorum omnium diſceſſu, tum Apoſtolorum profectione in longinquas terras Hieroſolymitanæ nomen amiſit. Alia igitur Hieroſolymitana Eccleſia quærenda nobis eſt, nimirum ea, quam Jacobus Apoſtolus, cui, diſtributis inter Apoſtolos terrarum Provinciis, quas quiſque prædicatione luſtraret, Judæa obtigerat, Hieroſolymis atque Hieroſolymorum propriam fundavit, hoc eſt Presbyteris inſtruxit. Hi enimvero ſunt ii Presbyteri, (non ex Septemviris ulli) qui in Concilio Hieroſolymitano (an. 51.) Judices conſederunt, (*Act.* XV.) hi quos Paulus, & Barnabas convenere (an. 44.) Hieroſolymam reduces, ut Eccleſiæ Hieroſolymitanæ fame enectæ atque inopia deperditæ ſuppetias ferrent, quod contigit multo poſt erectam a Petro Antiochenam Eccleſiam, (ann. 38.) & poſt baptizatum Centurionem; (an. 41.) hoc eſt poſtquam Apoſtoli Provincias ſortiti ex Hieroſolymis jam exceſſerant. Neque vero Apoſtoli quod pauperum curam Septemviris demandaverint, idcirco ſe ſe ab hoc munere abdicarant, uti patet ex omnibus fere Pauli Epiſtolis pauperum Hieroſolymitanorum tutelæ ab eo ſemper geſtæ teſtibus locupletiſſimis, aut hanc curationem a diſcipulis quos vel Chriſtus inſtituerat, vel ipſi Apoſtoli Sacerdotio initiaverant unquam abrogarant. Neque Policarpus hiſce verbis: (*Ep. ad Philip.*) *Sint erga omnes pie affecti, miſericordes, reducentes eos qui aberraverint, viſitantes omnes infirmos, non negligentes viduam, aut orphanum, aut pauperem*, Septemvirorum tantum, uti contendit Boehmerus *l. c.* §. 20, ſed etiam Sacerdotum Ordinem affatus eſſe dicendus eſt.

§. XI. Cum igitur, uti hactenus demonſtravimus, Eccleſia Chriſtiana ſuis Sacerdotibus nunquam caruerit, nec vero carere unquam potuerit, qui Sacrorum Præſides, Cærimoniarum Antiſtites, Religionis cuſtodes eſſent, qui munia Sacra obirent, animarum tutelam gererent, veritatem Evangelicam propagarent, diſciplinam Chriſtianam cuſtodirent; cum Eccleſia, & Sacerdotium ita ſimul implicita ſint, atque una ita cohæreant, ut una abſque altero nec ſtare, nec nomen ipſum tueri poſſit, quis non videt, eum qui Sacerdotes, ac Præſides velit ab Eccleſia divellere, Eccleſiam ipſam funditus eſſe everſurum?

§. XII. At dum in vado rem eſſe putamus, adverſarii acrius inſurgunt,

Digitized by Google

ac vehementius nos premunt. Objiciunt enim (V. Boeh. *Jus Eccl. Prot. l.* 1, *t.* 33, §. 10.) *Luc.* IX, 46, *Matth.* XVIII, 1, *Marci* IX, 34, *Matthæi* XX, 26, & *Lucæ* XII, 25, apud quos Chriſtus Dominus ita ait: *Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. Vos autem non ſic: ſed qui major eſt in vobis, fiat ſicut minor, & qui præceſſor, ſicut Miniſtrator.* At ſuo ſe gladio conficiunt. Illum enim textum in medium afferunt, qui eorum cauſæ potius obeſt, quam prodeſt, noſtræ potius favet, quam officit. Chriſti verba ſingillatim penſitemus (*aa*): *Reges gentium dominantur eorum.* Hic Chriſtus non regium nomen, & officium improbat; qui enim improbaret, ſi ipſe etiam ſeſe Dominum appellat? *Vocatis me, Magiſter & Domine, & bene dicitis: ſum etenim:* ſed regnandi pruriginem, dominandi cupiditatem, imperandi ſtudium inſectatur, Ethnicorum Reges increpat, qui non civium ſaluti ſtudent, non ſubditorum incolumitati conſulunt, ſed ſibi ſolis ſerviunt, ſuis commodis unice proſpiciunt, omniaque ad propriam referunt utilitatem. Agunt cum ſubditis perinde ac cum ſervis, eos male habent, emungunt, detondent, ut ſuas expleant libidines. *Vos autem non ſic.* Dominaminor quidem, ſed non ut tyranni, at ut Patres; nolite imperium expetere, ſed ultro vobis delatum accipite; ne lucro inhietis, ſed ſubditorum commoda curate; ne diſſidia, & inertia elangueatis, ſed pro ſubditis veſtris curas obite, labores ſuſcipite; denique, ne vos veſtraque curetis, ſed aliis bono, utilitati, atque emolumento eſſe velitis. Tum ad hoc opus ſtrenue urgendum ſuomet invitat exemplo: *Sicut ego non veni miniſtrari, ſed miniſtrare, & ego ſum in medio veſtrum ſicut*

(aa) Non dicas exulare arbitrium, dum norma Evangelii *Marci XVI*, 14, Apoſtolis præſcripta, dum illis tantummodo Evangelii ejuſdem prædicatio injuncta, dumdenique omni Regimini, & inæqualitati obſtare videntur verba illa: *Reges gentium* &c. *Luc. XXII*, 24. Enimvero imperium, atque inſitum imperio arbitrium, non licentiam a præſtituto fine diſcedendi, ſed in ſeligendis, præcipiendiſque mediis, quæ ad finem æque conferunt, libertatem moralem complectitur, uti ait Martini *loc. cit.* Præterea modus in imperio tenendus non utique ipſius imperii exilium eſt, neque illos qui limitata, & fundamentalibus prædita legibus regna tenent, carere propterea imperio dicimus. Prædicatio Evangelii abſque dubio injungebatur Apoſtolis; ſed annon ex hoc ipſo ſacrum quoque regimen, quod in Evangelio ſtabilitur, prædicandum agnoſcendumque intendebatur? Verba *Lucæ XX*, 28, objecta Deſpotico regimini, non vero omni Sacro Imperio reſiſtunt. *Qui major eſt in vobis*, ait; ergo majoritatem profecto non excludit. Et ſicuti etiam *Marci X*, 43: *Quicumque voluerit fieri Major, erit veſter Miniſter, & quicumque voluerit in vobis primus eſſe, erit omnium ſervus &c.* ita ex omnibus conſequitur, dari in Eccleſia *primos* & *majores*, ſed hos ad exemplum Chriſti ſacrum ſuum imperium ad miniſtranda etiam minimis æternæ ſalutis media ſine omni externo faſtu habere exercendum. Eybel *T.* 3, *l.* 1, *c.* 1 §. 131.

Mamachius *O. & A. Ch. Tom.* 4, *pag.* 143. Nam quod aliqui opponunt præceptum a Chriſto fuiſſe (*Lucæ XXII*, 25.) ne qui noſtrum ita ſe gererent in Eccleſia, ut dominari viderentur, caveant, ne ſi aliorſum atque ſit dictum, accipiatur, eo tandem evadat, ut efficiat, vel arcendos ab Eccleſia eſſe illos, qui aliquid imperant, vel nullos Reges eſſe unquam Chriſtianos poſſe. Non enim ad Epiſcopos ſolum Petrus, ſed etiam ad omnes, qui veram Religionem colebant, ſcripſit. Itaque fuerunt, qui ut demonſtrarent, magiſtratum obire Chriſtiano vero minime licere, hoc loco abuterentur.

ſicut qui miniſtrat. Tandem addit: *Qui* ἡγέμενος hoc eſt, *qui dux eſt in vobis*, *fiat ſicut minor*, *& præceſſor*, *ſicut miniſtrator* . Ex hiſce poſtremis verbis eruitur, aliquem eorum a Chriſto Domino cæterorum *ducem* fuiſſe deſignatum.

§. XIII. Neque majoris ponderis ſunt ea, quæ afferunt ex D. Matthæo XXIII, 8: *Nolite vocari Rabbi*, *unus enim eſt Magiſter veſter*, *omnes autem vos Fratres eſtis*. Ut horum verborum ſenſus innoteſcat, juvat afferre integrum Scripturæ locum. *Tum Jeſus locutus eſt ad turbas*, *& ad diſcipulos ſuos dicens: Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ*, *& Phariſæi: omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſervate*, *& facite*; *ſecundum vero opera eorum nolite facere*; *dicunt enim*, *& non faciunt*; *alligant enim opera gravia*, *& importabilia*, *& imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea movere*. *Opera vero ſua faciunt*, *ut videantur ab hominibus*; *dilatant enim philacteria ſua*, *& magnificant fimbrias*. *Amant autem primos recubitus in cœnis*, *& primas Cathedras in Synagogis*, *& Salutationes in foro*, *& vocari ab hominibus Rabbi*. *Vos autem nolite vocari Rabbi*; *unus eſt enim Magiſter veſter*, *qui in Cœlis eſt*: *ne vocemini Magiſtri*, *quia Magiſter veſter unus eſt Chriſtus*. Quis non videt, hic Dominum Phariſæos notare, quod ambitioni inſervirent, faſtu turgerent, ſuperbia inflarentur, atque a gloriæ cupiditate ſibi palpum obtrudi paterentur? Non igitur Dominus Magiſtri nomen reprehendit, ſed honorum contentionem objurgat, laudis appetentiam increpat, verbo eos redarguit, qui ad honores, dignitates, & imperia obrepere nituntur. Quod ſi Chriſto Domino Magiſtri nomen adeo inviſum fuiſset, putaſne Apoſtolum II *ad Timoth*. I, 11, *Doctoris*, & *Magiſtri gentium* nomine ſeſe appellaſse?

§. XIV. At repugnas adhuc, & obſiſtis, atque ad Apoſtolorum praxim nos vocas, (V. Boeh. *l. c.* §. XI.) qui plebem ſuarum conſultationum, conſiliorumque participem fieri voluerunt. At diſpiciendum eſt, num Apoſtoli neceſſitate coacti, an voluntate tantum permoti plebis conſenſum efflagitarint. Nam apud Chryſoſtomum *hom*. 3 *in Act. Apoſt*. ubi de Mathiæ ſortitione agit, hæc lego: *Quid igitur? Nonne Petrus ipſemet eligere poterat? Poterat quidem. Sed hoc non fecit*, *ne gratiæ aliquid deferre videretur*. Quid, ſi doceam, plebem ne in rebus quidem graviſſimis ſemper fuiſſe conſultam? Nam *Act. XXI*, ut de aliis locis ſileam, cum lata rogatio fuit, ne Chriſto credentes Judæi uti *legitimis* prohiberentur, nulla plebis mentio habetur. Dicendum igitur plebi hoc jus, quod & Cypriani tempore vigebat, (Vid. Boehm. *l. c.* §. *XV*.) non divinitus, ſed humanitus datum fuiſſe, utpote ei (*bb*), quæ ſumptus Epi-

(bb) Moshem. *Hiſt. Eccl. Sæc. I*, *p.* 2, *c.* 2, §. 6. Hæc omnia jura redimebat populus ſumptibus ſuppeditandis, qui doctoribus, miniſtris, pauperibus alendis, communi bono firmando, improviſis periculis depellendis neceſſarii erant: quos quidem ſumptus ſinguli pro facultatum modo per voluntaria omnis generis munera, quæ in concionem ſecum afferebant, præſtabant: oblationes nominare ſolebant.

Cyprianus conſtitutum ab ſe jam uſque ab Epiſcopatus initio fuiſſe ſcribit, *Ep.* 14, *al. VI*, *pag.* 33, nihil inconſultis Presbyteris, Diaconiſque decernere. Ex qua re intelligitur polluiſſe Cyprianum auctoritate faciundi quod ſibi videretur opportunum, quin Presbyterorum opera uteretur.

Quid? ſi injuriam ſibi fieri conqueſtus graviter Cyprianus eſt (*Ep.XV*, *al. XI*, *pag.* 33.) propterea quod, ſe neſcio, atque abſen-

Epiſcopis, Presbyteris, Miniſtris, pauperibus alendis neceſſarios ſuppeditabat.

§. XV. Quod ſi poſtremo urgeas Litteras Apoſtolicas *Eccleſiæ* nomine ſubſcriptas, inſcriptaſque fuiſſe, nihil magis Eccleſiæ Hierarchiam tolles, quam Reipublicæ principatum, ſi nos doceas, publicas Litteras non Optimatum, ſed Reipublicæ nomine ſubſignari. Nam in Eccleſiæ nomine Hierarchia (*cc*) latet, non ſecus ac in Reipublicæ nomine Principatus, *cum Eccleſia ſuper Epiſcopos ſit conſtituta, & omnis actus Eccleſiæ per eoſdem præpoſitos gubernetur*, ut ait Cyprianus *ep.* 33. Cum igitur Eccleſiam dicis, aut multitudinem intelligis ſuo Præſide ca-

ſente, pacem lapſis concedendam Presbyteri quidam putaſſent. Itaque eos ſua auctoritate repreſſit, utque inceptis deſiſterent, coegit. Id vero quemadmodum ipſe unus auſus fuiſſet, ſi par ejus auctoritas fuiſſet auctoritati Presbyterorum? Atque uſum quidem ſe in deligendis, ordinandiſque Presbyteris Sacerdotum conſilio ſcripſit, quod teſtes habuerit virtutis eorum, qui delecti, ordinatique eſſent, non quod ſine Cleri auctoritate nihil ejuſmodi ab ſe fieri poſſe arbitraretur. Modo enim habuiſſet, ex quibus dignos aliquos eſſe, qui ordinarentur, intelligeret; cognorat, ineſſe ſibi de his rebus decernendi, inconſultis cæteris, poteſtatem (*Ep. XXXVIII, al. XXXIII.*) Vid. Mamachium T. *IV*, *pag.* 433.

(*cc*) Latius patet Juriſdictionis ſignificatio in Jure Eccleſiaſtico, quam in Jure Civili Romanorum. Etenim Juriſconſulti Romanarum legum veteres interpretes, qui juriſdictionem a jure dicundo appellabant, quadruplicem in Republica poteſtatem ac jus agnoſcebant, & diſtinguebant: nimirum Majeſtatem, Imperium, Juriſdictionem, ac Notionem. Majeſtatem dicebant ſupremum illud jus cæterorum omnium jurium originem, ac fontem, ex quo omnia jura, poteſtateſque manarent, elucebatque potiſſimum in legibus ad commune bonum ferendis. Reſidebat illa in populo liberæ Reipublicæ tempore, tranſlata deinde in Imperatores ætate recentiore. Imperium appellabant poteſtatem coercendi facinoroſos homines, alias gladii poteſtatem; atque iſta tempore Reipublicæ liberæ fuit aliquando penes populum, cui reſervata erat facultas de capite civis Romani pronuntiandi, deinde vero ſingulari jure conceſſa fuit Magiſtratibus. Juriſdictionem nominabant poteſtatem cognoſcendi, judicandi, judicatum exequendi, & Judicem dandi; quam Magiſtratus perpetuo in vim proprii officii obtinuerunt, conceſſa quoque ipſis facultate coercendi, non tamen graviter, ne ſi omnis coercendi facultas deeſſet, inanis omnino Juriſdictio haberetur; unde traditum ſcimus, Imperium quoddam, quod mixtum ad differentiam meri vocaverunt, Juriſdictioni neceſſario cohærere. Denique notionem dicebant facultatem cognoſcendi, & judicandi, non tamen Judicatum exequendi, nec Judicem dandi; quæ competebat pedaneis Judicibus, & datis Magiſtratuum auctoritate inſtar propemodum Arbitrorum. Aliter ſonat in Jure Eccleſiaſtico Juriſdictionis nomen; videlicet, cunctas ambitu ſuo complectitur, quæ Eccleſiæ competunt, facultates. Ferendæ ſunt leges ab Eccleſia ad Fidei dogmata definienda, ad mores fidelium informandos, ad diſciplinam ſtabiliendam? Juriſdictio explicari dicetur. Sunt coercendi rei depoſitionis, ſuſpenſionis, anathematis pœna? Id juriſdictionis eſt. Convocanda ne Comitia Antiſtitum, monendus unuſquiſque Prælatus, ut in officium, ac munus ſuum incumbat? Juriſdictio exercebitur. Interponenda ne auctoritas in dedicatione templorum, in erectione, reſtauratione Eccleſiarum vel Beneficiorum, in Inſtitutione Clericorum, in Beneficiis, in alienatione rerum Eccleſiaſticarum, & in aliis ſimilibus? Juriſdictio eſt. Uno verbo: Juriſdictio appellatur univerſalis quædam poteſtas ea gerendi, atque gubernandi, quæ ad commodum Eccleſiæ pertinent, quamquam Juriſdictionis nomen aliquando Pontifices uſurpaverint, ut diſtinguerent a miniſteriis, quod attinet ad certos juris effectus, qui ex principiis Romani juris erant definiendi *c. ult. de Off. & Pot. Jud. Del.* Vid. Berardi *Tom.* 1, *Diſſ.* 1, *c.* 1.

Jus Pontificium.

L

carentem, & tunc id tibi tamquam certum ſumis, de quo certamus; aut intelligis multitudinem, quæ ſuo pareat Sacerdoti, & tunc contra nos nihil dicis.

Quæ igitur ex D. Clemente ad Corinthios litteræ datæ ſunt: *Dei Eccleſia, quæ Romæ diverſatur, Dei Eccleſiæ, quæ Corinthi habitat:* aut illæ Polycarpi ad Philippenſes: *Polycarpus quique cum eo Presbyteri Eccleſiæ Dei Philippis diverſanti:* aut illæ: *Eccleſia Dei, quæ eſt Smyrnæ, Eccleſiæ Dei apud Philumelium, & omnibus ubicumque terrarum Sanctæ, & Catholicæ Eccleſiæ populis miſericordia, & pax:* ut eſt apud Euſebium *l.* 4 *H. E. c.* 15, nihilo plus adverſus nos faciunt, quam ſi hoc modo ſcriptæ fuiſſent: *Multitudo Chriſtianorum, cui præeſt Clemens Epiſcopus Romanus, multitudini Chriſtianorum, cui præeſt Epiſcopus Corinthius. Cœtus fidelium, cui præſidet Polycarpus Smyrnenſis Epiſcopus, cœtui fidelium, cui præſidet Philippenſis Epiſcopus &c.*

§. XVI. Cum vero ais (Boeh. *l. c.* §. 14.) Presbyteros olim ab Eccleſiæ nutu pendere ſolitos fuiſſe, Presbyteroſque Corinthios, quorum meminit Clemens Romanus, (*l. c.*) ab Eccleſia Corinthia immerito licet, ſed tamen fuiſſe exauctoratos, & Valentem Presbyterum, cujus meminit Polycarpus, (*l. c.*) ab Eccleſia Philippenſi in ordinem eſſe redactum, eodem revolveris. Nam cum apud nos *omnis actus Eccleſiæ per Eccleſiæ Præpoſitos gubernetur*, uti ait Cyprianus *ep.* 33, quantum Eccleſiæ tribuis, tantum ejuſdem Præſidibus tribuiſti.

Q U. I V.

Quis habet Primatum in Eccleſiaſtica Hierarchia? (a)

§. I. PErvolutanti mihi Eccleſiæ faſtos, atque hæreticorum Sectas percurrenti illa ſeſe obviam tulit notatio, & animadverſio, Heterodoxos nulla alia in re inter ſe, ſecumque, ſibique ipſos conſentire, niſi in hac una, ſcilicet in Supremo Pontificis Maximi imperio detrectando. Id cum reputo, in eam ſententiam manibus pedibuſque deſcendo, Eccleſiæ incolumitatem Summi Pontificis Majeſtati eſse ingeneratam.

§. II.

(a) Chriſtus Dominus noſter Apoſtolis omnibus, & ſingulis in ſolidum Eccleſiam ſuam fundandam, docendam, & regendam commiſit, ea tamen lege adjecta, ut Petrus inter eos Primatum gereret, & caput eſſet Collegii illius Apoſtolici eo fine ſcilicet, ut præter communem cum aliis curam, unitatis conſervandæ in exercendo regimine ſollicitudo præcipue, & ſpecialiter illi competeret. Ideoque ut conſilium illud Apoſtolis ſignificaret, Petrum Chriſtus veluti Petram, atque fundamentum ad Eccleſiam ædificandam conſtituit. Præterea ſermone ad illum coram cæteris ſpecialiter directo, claves Eccleſiæ poſtmodum ipſi tradendas ſpopondit cum poteſtate ligandi, atque ſolvendi. Quæ pollicitatio Petro facta ad cæteros quoque Apoſtolos pertinebat, & ad Eccleſiam univerſam, ejuſque paſtores in futurum præficiendos, ſcilicet ut ſcirent omnes, poteſtatem ſemper cum Petri Eccleſiæ Capitis communione, & unitate retinendam; ad quod ipſe præcipue cum poteſtate ligandi contumaces huic unitati cogere poſſet. Executio quæ hanc pollicitationem ſecuta eſt, Apoſtolis ipſis, atque adeo Petro ex illis uni poteſtatem plenam antea promiſſam contulit. Sed paullo poſt ſeorſim auctoritas paſcendi univerſi gregis Petro conceſſa eſt. Quibus verbis promiſſa Petro Capitis poteſtas pro tuenda unitate in Univerſalis Eccleſiæ regimine illi præ cæteris indulta eſt. Aliquid enim ſpecialiter datum neceſſe eſt intelligi per ſententiam Domini ter repetitam, poſt acceptam communiter eamdem cum aliis poteſtatem. Cæteri quippe Apoſtoli ſic una poteſtate inſtructi ſunt in ſolidum, ut ejus inter ſe diviſionem faciendam & ex verbis Domini, & ex operis mandati natura non ignorarent. Præceperat Chriſtus ut irent ipſi, & univerſi orbis homines perſonaliter inſtituerent. Porro cum ſinguli terras omnes peragrare non poſſent, executio mandati diviſione Provinciarum inter ſe facta illis aggredienda erat, quæ tamen partitio non impediebat, quin ſolidum jus adminiſtrationis penes unumquemque remaneret. Illo vero jure uti poterant etiam in alienis Provinciis, ſi aut proprii Apoſtoli abſentia, aut Eccleſiæ utilitas eam curam expoſceret. Quod ſimile eſt tutorum poteſtati, quos teſtator liberis ſuis teſtamento reliquit. Tutelæ jus in ſolidum ſingulis competit in caput liberorum, atque adeo in Patrimonii adminiſtratione. Sed ſi ſparſum ſit Patrimonium per varias regiones, vel alias quoque ob cauſas adminiſtratio dividi poteſt inter tutores; qui propterea non amittent jus illud ſolidum, & commune, quod habent in tutela gerenda, licet teſtator quoque uni e tutoribus ſpecialem adminiſtrationis curam contulerit. Sane compertum eſt Apoſtolos orbis regiones inter ſe diviſiſſe, Spiritu Sancto eos ad partium aſſignationem excitante. Petrus quoque partem ſibi excolendam aſſumpſit, quemadmodum & Paulus, & reliqui Apoſtoli præſtitere. Sed Petrus præter

§. II. Neque vero illud aſsentior, quod multa longaque verborum ambage a Boehmero dictum eſt, (V. *Diſſ. Præf. ad J. E. Prot.*) ſalutem Eccleſiæ, ſupremamque ejus legem non in Sacerdotii dignitate tuenda ſitam eſſe, ſed in fide tantum moribuſque ſancte cuſtodiendis. Quo unquam pacto hæc inter ſe tam arcto vinculo colligàta diſsociari, ac diſterminari poſſunt?

---

ter ſpecialem partem ſibi aſſumptam, univerſum gregem a Chriſto paſcendum, & in unitate regendum ſuſcepit. Quare dicendum eſt, ex Chriſti inſtituto, regiminis Eccleſiaſtici formam hanc eſſe, ut diverſis Paſtoribus committatur, quorum unus ſit Caput Collegii ad tuendam unitatem; ideſt, ut Politicorum verbis utar, Status Eccleſiæ eſt Monarchicus ex Ariſtocratico regimine temperatus.

Quæ Apoſtolis a Chriſto collata eſt auctoritas, ut penitus neceſſaria eſt ad Eccleſiæ continuum regimen, ita in Succeſſores Apoſtolorum pertranſiit. Hujus conferendæ pollicitatio Chriſti præceſſit, quam deinde ſuo tempore executio ſubſecuta eſt. Conſilium ſuum de conſtituenda Eccleſia, & ejus regimine, quamdiu Eccleſia perſeveraret, aperuit verbis illis notiſſimis directis ad Petrum: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Tibi dabo claves Regni Cœlorum; & quodcumque ligaveris ſuper terram erit ligatum & in Cœlis*. Oratio iſta ad Petrum directa, qua Eccleſiæ ædificandæ, & regendæ conſilium proponitur, duos continet articulos; alterum de poteſtate danda, quæ clavium traditione futura ſignificatur; alterum de modo illius tradendæ. Quod ad primum attinet, in dubium vocari non debet, quin poteſtas conferenda ad omnes pertineret Apoſtolos: quoniam cum ad Eccleſiæ adminiſtrationem ſelecti fuiſſent a Chriſto, fieri non poteſt, quin de illa quam habituri erant parte eo in munere Dominus cogitaverit, ſicut aperte docent Cyprianus, Hieronymus, Optatus, Auguſtinus, & veteres omnes, qui pollicitationem Petro factam omnes Apoſtolos reſpicere aſſeverant. Quod attinet ad ſecundum, certum eſt ex illis iiſdem auctoribus, magnam hujus pollicitationis partem reſpicere Petrum præ cæteris Apoſtolis, ex eo quod illa, quæ reliquis confertur auctoritas promittitur verbis ad Petrum directis, quibus ipſe quoque *Petra*, ut fundamentum Eccleſiæ futurum nuncupatur. In quo ſingulariter unitatis Eccleſiæ myſterium adnotavit Cyprianus, & alii eum ſecuti, hoc nempe fuiſſe conſilium Chriſti diſſerentis in alloquendo ſingulariter Petro, eique promittenda, quæ communis illi futura erat cum Collegis ſuis, auctoritate, ut unitatem ab uno incipientem demonſtraret, ſcirentque omnes Apoſtoli, & eorum ſucceſſores, ſic eſſe fundandam per diverſas Regiones Eccleſiam, ut nihil diſcreparet ab unitate, cujus primus ille unus erat origo, radix, & prima fundamenti petra, quemadmodum recte obſervavit Optatus Milevitanus. Quod promiſerat Chriſtus apud Matthæum ſe facturum aliquando, partim perfecit, antequam excederet e vivis, data eximia illa Euchariſtiæ conficiendæ Apoſtolis omnibus poteſtate. Poſt reſurrectionem vero plenam Apoſtolicam auctoritatem Collegio Apoſtolorum contulit ſervato eodem diſcrimine, quod in pollicitatione adnotavimus. Poſtquam in eos inſufflaſſet, formula ſequenti uſus dixit: *Accipite Spiritum Sanctum: ſicut miſit me vivens Pater, ita & ego mitto vos. Euntes in univerſum mundum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Quorum remiſeritis peccata, remiſſa ſunt; & quorum retinueritis, retenta ſunt*. Quibus verbis continetur omnis auctoritas neceſſaria ad regendam Eccleſiam, quæ ad Epiſcopos Apoſtolorum ſucceſſores manavit; jus docendi Evangelium, adminiſtrandi baptiſmum, & in eo conſignandi ad dandum Spiritum Sanctum, (quæ duo conjungi debebant, ut diſcimus ex Actis) jus ligandi ſive retinendi peccata, ideſt, cenſuris adverſus reos utendi, poteſtas quoque ſolvendi tum a cenſuris ipſis, tum a peccatis, & poſtremo auctoritas mittendi alios ad idem Miniſterium implendum, quemadmodum Chriſtus miſſus fuerat a Patre, cum eadem ſubſtituendi poteſtate, in quo conſiſtit jus Ordinationis. Attamen noluit Dominus Petrum prætermittere, quin eum quoque ſolum alloque-

Digitized by Google

'ſunt? Nam ſi fidei puritas, ac morum ſanctitas nonniſi ex recta, ſanaque doctrina oriri poſſunt, ſi hæreticæ, pravæque doctrinæ hæretici, pravique mores ſocii ſunt, ac comites; ſi vero ubi hæreſes pruriunt, ibi ſtatim ſuprema exulat Pontificis auctoritas, ubi hæc ſarta ac tecta eſt, ibi hæreſes exulant, patet, fidei morumque integritatem, atque Pontificiæ pote-

---

loqueretur in executione promiſſi, quod ad eum ſolum directum fuerat. Quare Chriſtus triplici interrogatione Petrum provocatum, an ſe amaret, ter paſcendi oves, & agnos ſuos poteſtate ornavit. Non dubitant veteres, quin hæc paſcendi gregem auctoritas quæ omnia regiminis Epiſcopalis munia uno verbo complectitur, verbis quoque illis cum Apoſtolis communicata fuerit, ſed ita ut myſterium unitatis ab uno profectæ conſervaretur, ut ſuperius monuimus. Hoc ſignificare voluit Innocentius I, cum ait, Epiſcopatum exordium ſumpſiſſe a Petro; ut unitas Eccleſiæ demonſtraretur, ſicut loquitur Cyprianus; & ut Capite conſtituto, ſchiſmatis tollatur occaſio, quemadmodum loquitur Hieronymus. Quare ſicut in Apoſtolos nullum cadere poterat erroris, aut ſchiſmatis periculum, atque adeo nullæ contra illos cenſuræ locum habere poterant, nulla quoque Petro in illos competebat Judiciaria auctoritas. Ad illud ſolum tenebantur, ut quas fundabant Eccleſias, ſubjicerent unitati, & Petræ primariæ adjungerent, ne alioquin ſchiſmaticæ eſſent, ut monuit Optatus. Hic quæri poteſt, an ſaltem in mittendis Apoſtolis jus aliquod ex vi primatus Petro competeret: quod in eam incidit diſcuſſionem, quam nos facturos monuimus, an jus per univerſum orbem prædicandi, quod Apoſtolis collatum fuit, ſit privilegium perſonale, an vero ſit poteſtas realis. Omnibus perſuaſum video, hanc poteſtatem fuiſſe in Petro ordinariam, quæ tranſeat in Succeſſores, in aliis vero Apoſtolis fuiſſe extraordinariam, ſive delegatam, quæ morte illorum extincta fuerit. Quæ diſtinctio poteſtatis extraordinariæ, & ordinariæ cum nullo Scripturæ fundamento nitatur, immo vero diſertis illius verbis repugnet, quæ de omnibus in commune Apoſtolis loquitur, nos, ut puto, veriorem, & faciliorem inſiſtemus viam in hac difficultate ſolvenda. Exiſtimamus ergo, poteſtatem docendi per univerſum orbem toti Apoſtolorum Collegio conceſſam, & ſingulis e Collegio. Quatenus univerſitati competit, remanſit in Eccleſia penes Epiſcoporum Collegium, & præcipue penes Collegii Præſidem. Quatenus autem ſingulis Apoſtolis erat data, eorum morte extincta fuit. Iſta definitione poſita, ſupereſt ut reſpondeatur quæſtioni propoſitæ, an Petro jus competeret mittendi aliquem ex Apoſtolis etiam invitum? Quæ inutilis omnino eſt quæſtio, nec dubitari poteſt, quin cui totum competit, partem aliquam ſibi eligere poſſit. Ut autem iſtæ diſſenſionum occaſiones præciderentur, prudenter Provincias partiti ſunt Apoſtoli inter ſe, præcipue cum nullus eorum poſſet omnes peragrare. Exemplo autem iſto miſſiones in barbaricas Regiones, ideſt extra Romani Imperii terminos ſitas, Synodus Conſtantinopolitana reſervavit iis Epiſcopis, qui earum curam gerere ſolebant, ſcilicet præcipuis thronis erga Provincias ſuis tractibus viciniores. Ea de cauſa Alexandrinus Æthiopiæ conſulebat, Antiochenus Indiarum Eccleſiis, Cæſarienſis in Cappadocia Majoris Armeniæ Eccleſias ordinabat; quod jus deinde poſt ſubjectam Conſtantinopolitanæ Sedi Cæſaream, in illam devolutum eſt. Romanus jure Patriarchico Occidentis quoque Provincias in barbarico conſtitutas curabat; quamvis jure primatus omnibus conſulere poſſet, ſaltem negligentibus ſuum officium reliquis Patriarchis. Sed ut ad primum Conſilium Chriſti in Eccleſiæ regimine inſtituendo redeamus, ex ſuperius dictis patet, collatam Collegio Apoſtolorum regendi auctoritatem ea lege, ut Petrus præeſſet Eccleſiæ unitati, eamque cuſtodiret. Defunctis autem Apoſtolis non eſt everſa ſemel conſtituti regiminis forma, & nova ſubſtituta; præcipue cum prior illa neceſſaria non eſſet temporibus Apoſtolorum, niſi quatenus intererat formam regiminis ſemel conſtituere, quæ in perpetuum eſſet obſervanda. Itaque in Epiſcopis, quos Apoſtoli in locum ſuum ſubſtituerunt, debet vigere idem adminiſtrationis, & regiminis ſtatus. Re-

teſtatis incolumitatem inter ſe nexas eſse, atque jugatas, illamque ab hac aptiſſime pendere. Præclare Hieronym. *adv. Lucif. Eccleſiæ ſalus in ſummi Sacerdotis dignitate pendet, cui ſi non exors quædam, & ab hominibus eminens detur poteſtas, tot erunt in Eccleſia ſchiſmata, quot Sacerdotes*. Sapienter Cyprianus *ad Cor. Ep. 3*: *Neque aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, aut ad tempus judex cogitatur* (b). Nec minus ſcite Ambroſius *in Pſalmum* 40, *pag.* 762: *Ubi Petrus*, (Summus Pontifex) *ibi Eccleſia, ubi Eccleſia, ibi nulla mors, ſed vita æterna*.

§. III. Facturi igitur operæ pretium nobis eſſe videmur, ſi Summi Pontificis Primatum eo vallo muniamus, iiſque ſæpiamus mœnibus, repaguliſque, cujus clauſtra ab hæreticorum ſeditioſorumque tribunorum conatibus revelli minime poſſint.

Chriſtus Dei filius cum Eccleſiam ſuam altiſſimis radicibus immotam, firmiſſimoque fundamento innixam, atque ævum in omne manſuram eſſet inſtituturus, nihil potius habuit, nihilque prius, quam ut Summum Sacerdotem deſtinaret (c), qui totius Eccleſiæ curam, atque Præfecturam ſuſtineret. Itaque accitis diſcipulis ſuis hac eos voce affatus eſt *Matth. XVI*: *Quem dicunt homines eſſe filium hominis? At illi*

Rerum ſumma, & infallibilis poteſtas erit in Collegio Epiſcoporum conjuncto cum Præſide unitatis. Hæc eſt enim ſententia horum verborum: *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam*: ideſt, adverſus Eccleſiam ædificatam ſupra Petram, conjunctam nempe, & adhærentem Petræ, ſive Præſidi unitatis. Porro cum Petrus fuerit conſtitutus a Domino petra, & Caput unitatis Eccleſiæ, ſine dubio is Epiſcopus, qui Petri locum poſſidebit, dignitatem quoque, & auctoritatem Capitis in ſe ſuſcipiet. Locus autem Petri eſt Eccleſia Romana, ut inter cæteros diſerte docuit Cyprianus. Ex quo ſequitur, in Epiſcopo Romano reſidere primatum in Eccleſiæ regimine a Chriſto conſtitutum. Quare poterit ille ex officio, & vi poteſtatis ſibi collatæ unitatem tueri, erudiendo ignaros, & contumaces ligando ſive cenſuris percellendo, cujuſcumque ſint conditionis, ſive Epiſcopi, & Clerici, ſive Laici. Unitas autem violari poteſt aut hæreſi, aut ſchiſmate. Exerere ergo poterit poteſtatem illam in his unitatis ſciſſionibus; quæ tamen ſi a parte Eccleſiæ non contemnenda fiant, ut majori cum fructu remedia adhibeantur, adhibita Epiſcoporum Synodo, quæ Collegium univerſum repræſentat, docendi ſunt qui errant, & corrigendi, niſi reſipiſcant, Petri Apoſtoli exemplo, qui eam formam ſecutus eſt in controverſia dirimenda de ſervandis ritibus legalibus. Eadem quoque diſtinctione adhibita Leo I poſt damnatam a ſe cum Synodo Romana Eutychianam hæreſim, legatos ſuos in Orientem miſſos monuit, ut communionem negarent iis Epiſcopis, qui ſuæ ſententiæ ſubſcribere nollent; ſi autem magna pars Epiſcoporum refragaretur, tum a Marciano Imperatore Synodum Generalem cogendam peterent, in qua renitentes doceri poſſent. Petrus de Marca *Diſſ. de Diſcrim. Clericor. & Laic. ex jure Divino, & de forma Regiminis a Chriſto inſtituta in Eccleſia c.* 3.

(b) Selvagius *Inſt. Antiq. Chriſtian. l.* 1, *c* 16, §. 2, *in Not.* 10. Neque dicas hic Cyprianum de ſingulis loqui particularium Eccleſiarum Epiſcopis. Σκοπὸς enim Cypriani adverſus Novatianos ſcribentis, qui ſermonem ad Apoſtolicam tantum Sedem referendum haud obſcure prodit. Id quod etiam ex aliis Cypriani locis apertius efficitur.

(c) Boſſuetus *Exp. Doctrinæ Catholicæ c.* 21. Avendo il figliuol di Dio voluto, che la ſua Chieſa foſſe una, e ſaldamente fabbricata ſopra l' unità, ſtabilì, ed iſtituì il Primato di S. Pietro per mantenerla, ed aſſodarla. Quindi riconoſciamo queſto Primato ſteſſo ne' Succeſſori del Principe degli Apo-

illi dixerunt : Alii Joannem Baptiſtam, alii autem Eliam, alii vero Jeremiam, aut unum ex Prophetis. Dicit illis Jeſus: Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit : Tu es Chriſtus filius Dei vivi. Reſpondens autem Jeſus dixit ei : Beatus es Simon Bar-Jona; quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui in Cœlis eſt: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam, & tibi dabo claves Regni Cœlorum. Et quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in Cœlis, & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in Cœlis. Ἀλληγορικῶς quidem hic loquitur Chriſtus, ſed tamen clare, & aperte. Nam quid aliud eſt fundamentum totius Eccleſiæ Petrum deſignare, quam illum totius Eccleſiæ principem (*d*) deſtinare? Nonne hoc fundamenti eſt, ut totum ædificium ſuſtentet, quo ruente tota etiam machina, ac moles dilabatur neceſſe eſt? Ita ſane. Quis igitur eſt fundamentum Eccleſiæ? Petrus. Ergo Petrus (Summus Pontifex) ſuſtinebit Eccleſiam (*e*); quem ſi tollimus, Eccleſiæ fundamentum tollimus.

§. IV. At Chriſtus, inquies, non unum Petrum, ſed omnes diſcipulos ibi affatus eſt; ait enim: *Vos quem me eſſe dicitis?* (V. Lutherum *in l. de Poteſtate Papæ*, Calvinum *l.* 4 *Inſt. c.* 6, §. 4, *& ſeq.* Magdeburgenſes *Cent.* 1, *l.* 1, 2.) Ita ſane. Cum Chriſtus ait: *Vos quem me eſſe dicitis?* Diſcipulos omnes alloquebatur: at cum inquit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, uni tantum Petro hoc dixiſſe mecum fatearis neceſſe eſt. Cur enim ſi etiam hoc Diſcipulis loquutus eſſet in eodem Orationis contextu, ſubinde mutaſſet *Vos* in *Tu*? Quis igitur hic *Tu*? Vin' nomen, cognomen, & genus? Ecce omnia tibi ex eadem Chriſti Oratione: *Beatus es Simon Bar-Jona.* Hic igitur eſt Simon; non ſatis eſt: eſt filius Jonæ; nondum ſufficit: huic cognomentum inditum eſt *Petro*. Vin' etiam cauſam, quæ Chriſtum impulerit, ut Petrum ad tantum dignitatis faſtigium eveheret? Quod illum confeſſus fuerit, quam confeſſionem unus Petrus ediderat. *Beatus es Simon Bar-Jona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui in Cœlis eſt* (*f*).

§. V. Sed Petrus, urges, eo loci per-

Apoſtoli, a' quali deeſi per queſta ragione la ſommiſſione, e l' ubbidienza, che i SS. Padri hanno ſempre inſegnata a tutti i fedeli . . . . Se gli Autori della Preteſa Riforma aveſſero amato l' unità, non averebbero nè abolito il governo Epiſcopale ſtabilito da Gesù Criſto medeſimo, e che ſi vede in vigore fino dal tempo degli Apoſtoli; nè diſprezzata l' autorità della Sede di S. Pietro, che ha un fondamento sì certo nel Vangelo, ed una continuazione sì evidente nella Tradizione; ma più preſto avrebbero ſtudioſamente conſervato, e l' autorità del Veſcovato che ſtabiliſce l' unità nelle Chieſe particolari, ed il Primato della Sede di S. Pietro, ch'è il centro comune di tutta l' unità Cattolica.

(d) S. Ambroſius *Serm.* 47. Petra dicitur Petrus, eo quod tamquam ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagem, molemque ſuſtineat.

(e) D. Hieronymus *in c.* 16. *Matth.* Petrus dixerat: *Tu eſt Chriſtus filii Dei vivi*; mercedem accepit vera Confeſſio . . . quid eſt quod ait, *Ego dico tibi?* Quia tu mihi dixiſti, *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*, & ego dico tibi non ſermone caſſo . . . *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.*

(f) Accedunt liturgici omnium cœtuum Chriſtianorum libri, quibus de hoc ipſo religionis Decreto a majoribus acceptam traditionem contineri conſtat. Nam exceptis Lutheranis, cæteriſque Proteſtantibus, qui pri-

Digitized by Google

perſonam geſſit totius Eccleſiæ. *Unus*, inquit Auguſtinus, *pro omnibus dicit: Tu es filius Dei vivi, & propter hoc claves cum omnibus tamquam perſonam gerens Eccleſiæ accepit, ideo unus pro omnibus, quia unitas in omnibus*. (V. Luth. Calv. Magdebug. *l. c.*) Sit ita; non repugno. At quæramus ex Divo Auguſtino, qua ratione Petrus pro omnibus reſponderit. Num uti Apoſtolo-

---

primum decimoſexto ſæculo nati antiquos ritus, cærimoniaſque e ſuis Conventibus exterminarunt, nulla Chriſtiana tam barbara eſt, tamque ab inſtitutis, ac moribus Romanorum disjuncta natio, in cujus Eccleſiaſticis libris, ac monumentis non fiat mentio principatus, excellentiſque poteſtatis Petri. Eſt autem incredibile, inlatum recens id dogma in libros eoſdem eſſe, cum neque exempla ipſorum aliqua antiqua deſint, neque repente omnes Eccleſias in eam rem conſpiraſſe veri eſſe ſimile videatur, neque tenaciſſimæ ſuarum conſuetudinum gentes induci facile ad codices, quos uſu quotidiano terere conſueverunt, vitiandos poſſent. Quare quod earum quæque a primis ſuis moderatoribus didicerat, id Liturgicis ipſam Codicibus inſaruiſſe, confitendum eſt. Jam vero eorum quos dixi moderatorum, niſi aut diſciplinam ab uno, eodemque Magiſtro accepiſſent, aut conveniſſent quidquid ſtatuto ea de re opus eſſet, deliberaſſent, qui demum tanta eſſe potuiſſet de Petri in Chriſtiana Republica Principatu conſenſio? Conveniſſe autem omnes ejus rei cauſa aliquando, non modo majorum auctoritate nulla demonſtrare, ſed ne conjectura quidem ſuſpicari poſſum. In Synodis enim, in quas perplures variarum gentium Epiſcopi concurrerunt, actum de aliis rebus conſuetudinibuſque vel inducendis, vel ſtabiliendis intelligo fuiſſe plerumque: de Principatu vero Petri aut tunc primo confirmando, aut in libris Liturgicis commemorando, nunquam. Quamquam illud etiam certum eſt, aliquarum gentium Antiſtites (in quarum Eccleſiis legi palam Petri privilegia ſolerent) propterea quod magnis intervallis locorum disjuncti ab regionibus Imperio Romano ſubjectis eſſent, ad Concilia non veniſſe. Quod ſi neque recentium opera, neque priſcorum Antiſtitum aut congregatorum, aut disjunctorum auctoritate factum eſt, ut hæc in omnes Eccleſias ſententia permanaret; relinquitur, ab inſtitutoribus earumdem Eccleſiarum, qui ab Apoſtolis, quid eſſet Petro a Chriſto Servatore tributum acceperant, invecta fuerit, litterarumque deinceps mandata monumentis, quæ quidem monumenta ſingulari diligentia in ſacris cœtibus & ſarvarentur & legerentur publice. Sed cum omnes omnium Eccleſiarum libros, in quibus Principatus Petri fit mentio recenſere, ac perſequi longum ſit, in præcipuis ſubſiſtemus. Ac ad Romanam latinamque Eccleſiam quod attinet, vide ordinem veterem Eccleſiæ Romanæ, quem Melchior Hittorpius, & Jodocus Coccius Sæculo VIII perſcriptum fuiſſe arbitrantur, ordinem Romanum decimum quartum a Mabillonio publicatum, Sacramentarium Gregorianum ab Hugona Menardo editum, & illuſtratum, aliaque bene multa. Non diſcrepant monumenta, librique Rituales Eccleſiæ Mediolanenſis; vetus Miſſale Gothicum Gallicanum in extremo primo Muſei Italici volumine a Mabillonio vulgatum; libri Rituales Hiſpaniarum Eccleſiarum, in primiſque Miſſale, quod Mozarabum appellatur; in quibus omnibus B. Petrus Apoſtolus fundamentum Eccleſiæ Catholicæ, Caput Eccleſiæ, Janitor Cœli, & Claviger, & Princeps vocatur. Ad Orientis Eccleſias quod attinet, in Euchologio *pag.* 557 in Bened. Retium Ed. Goar. Venetæ an. 1730, in Archieratico ſeu Pontificali libro Græcorum, in Doxaſtico, in Tropario, Exapoſtilario Petrus appellatur Proto-coriphæus, Coriphæus Apoſtolorum, Eccleſiæ Fundamentum, Petra fidei, Apoſtolorum Supremus Princeps. Accedit Græcæ, Copticæque Alexandrinarum conſenſio. Nam in Liturgia Græca, quam Alexandrinam S. Baſilii appellant, Petrus vocatur Princeps Apoſtolorum. (*Tom. II Op. S. Baſilii*, edit. Garn. Monach. S. Mauri, *p.* 683, *in Append.*) Eamdem appellationem in quibuſdam Liturgiis tribuere Petro Syri conſuerunt. (Vid. Renaudotium *Tom. II Coll. Orient. p.* 145, *ſeq.*) Eædem appellationes inveniuntur etiam in Liturgia Dioſcori Epiſcopi Gordiæorum in mon-

Digitized by Google

lorum orator, & legatus? At ubi ullum hujuſce legationis veſtigium? Alias contigit (*Joannis* nempe *VI*, *69*, 70.) ut Petrus Apoſtolorum legatum ageret, at legationem ſuam palam fecit. Deinde putas ne Chriſtum hanc confeſſionem æqui bonique feciſſe, ſi ea omnium Apoſtolorum nomine facta eſſet? Eam certe æqui, bonique non fecit, cum Petrus omnium nomine reſpondit: *Nos credimus, & cognovimus, quia tu es Chriſtus filius Dei:* verum ſtatim increpitavit: *Unus ex vobis Diabolus eſt*. (*Joan. VI*, 70.) Quomodo igitur pro omnibus reſpondit? Num quod ſciret ille, hoc aliorum omnium fore reſponſum, ſi fandi copia illis facta eſſet? At qui dici hoc poteſt, ſi hoc reſponſum Divinus Spiritus uni Petro afflarat, & ſi Apoſtolorum unus perduellis erat? At qua tandem ratione Petrus pro omnibus reſpondit? Num ut Princeps, & Caput Apoſtolorum, atque ita claves etiam accepit, Eccleſiæque perſonam geſſit? Ita ſane: Ut Rex Regnum, & Pater-familias familiam, ita Petrus referebat Eccleſiam. Hæc eſt vera, ac genuina Auguſtini ſententia. *Sicut enim* (ait ille *in Pſalm.* 108.) *quædam dicuntur quæ ad Apoſtolum Petrum proprie pertinere videantur, nec tamen habent illuſtrem intellectum, niſi cum referuntur ad Eccleſiam, cujus ille agnoſcitur in figura geſtaſſe perſonam propter PRIMATUM, quem in diſcipulis habuit:* & alibi: *Petrus Apoſtolus propter Apoſtolatus ſui PRIMATUM Eccleſiæ gerebat quadam generalitate perſonam:* & Sermone 13 de verbis Domini: *Petrus Eccleſiæ figuram portans, Apoſtolatus principatum tenens*.

§. VI. Verum, ut propius Auguſtini mentem aſſequamur, diſpiciamus quæ-

montibus Armeniæ ſub Patriarchatu Antiocheno; (*pag.* 501, *Tom. II Collect. Liturgiar. Oriental.* Edit. Renaudotii Pariſ. an. 1716.) in Pontificali Syrorum Neſtorianorum, quorum eſt cis, & ultra Euphratem in Perſide, India, Tartaria, ad Sinas uſque & Antipodas propagata Secta; (Vid. Morinum *p.* 2 *de Sacris Ordinationibus*, *p.* 462, Ed. Par. an. 1655.) in Armeniorum libris; (V. *Liturg.* apud Le Brun T. *I*, *pag.* 335, Edit. Par. 1726.) in Codicibus Eccleſiaſticis eorum, qui Patriarchis Alexandrinis variarum Sectarum rituumque parent; (V. *Liturgiam S. Baſilii Copticam p.* 22, *Tom. I Collect. Liturg.* Edit. Renaud.) ipſorumque etiam Æthiopum, (V. *ib. pag.* 514.) qui longe ab Eccleſiæ Romanæ diſciplina, conſuetudine, multiſque Religionis Decretis diſcrepant. Neque vero credibile eſt, inductas has gentes hortatu, precibus, artibus Latinorum fuiſſe, ut Principatus Petri in ſuis Eccleſiaſticis libris mentionem injici paterentur. Nam cum earum permultæ aliæ ab nono, aliæ ab ſexto, aliæ a quinto uſque ſæculo, conflato ſchiſmate, a communione ſe Apoſtolicæ Sedis ſejunxerint, neque tulerint, ut vel dogmata falſa, pro quibus acriter pugnant, vel ipſæ conſuetudines, quas a majoribus accepiſſent, aut tollerentur, aut immutarentur, qui tandem tuliſſent, ut confirmandi Summi Pontificatus Romani Epiſcopi cauſa, Principem fuiſſe Eccleſiæ Petrum confiterentur? Ac Syros quidem Neſtorianos, Æthiopumque partem aliquam, etſi aliquando in Apoſtolicæ Sedis communionem venerunt, tamen mutaſſe ſtatim ſententiam, atque ad errorem revertiſſe conſtat. Hi autem hæretici, ſi quid addidiſſent Apoſtolicorum Miſſionariorum, quos vocant, hortatu; id certe, facta rurſus ab Romanis receſſione, delendum e ſuis libris continuo curaſſent. Cum vero ea, quæ ſunt de auctoritate præcipua Petri retinuerint, itaque continenter ſervaverint, ut in iis legendis conſtans omnium ſit, atque ſumma conſenſio; argumento eſt, non aliorum, quam primorum inſtitutorum factum cura fuiſſe, ut omnibus Petrum eſſe Caput Eccleſiæ perſuaderetur.

Vid. Mam. *Orig. & Antiq. Chriſtian. T. V*, *pag.* 297, *& ſeq.*

quæſo, quæ ratio ſuaſerit Auguſtino, ut diceret, Petrum Eccleſiæ perſonam geſſiſſe. Duplex ea fuit, modo hæc, modo illa, prout nunc cum hiſce, nunc cum illis hoſtibus confligendum fuit. Certat ille cum iis, qui dictitabant, etiam extra Eccleſiam peccata condonari? Reſpondet: *Remiſſionem peccatorum eſſe Eccleſiam. Quomodo Eccleſia? Illi enim dictum eſt: Tibi dabo claves Regni Cœlorum:* (*Tract.* 10 *in Ep. Jo.*) ut videlicet ſignificaret, homines in una Eccleſia a peccatis exſolvi poſſe. Pugnat ille cum Montaniſtis, qui poteſtatem clavium Petro collatam cum eodem Petro interiiſſe clamitabant? Reſpondet Auguſtinus: *Si hoc Petro tantum dictum eſt, non hoc facit Eccleſia. Si hoc ergo in Eccleſia fit, Petrus quando claves accepit, Eccleſiam Sanctam ſignificavit:* ut nimirum oſtenderet, claves non cum Petro eſſe deſiiſſe, ſed in Eccleſia remanſiſſe. Auguſtinum igitur, quem hac in re nobis adverſari ſuſpicabaris, patronum atque advocatum habemus. Nam Sanctus Doctor, quotieſcumque ait, Petrum pro omnibus claves accepiſſe, nihil aliud ſibi vult, niſi eas claves alios etiam Præſules habituros, *a Petro tamen illis certa quadam menſura modoque communicandas*; ut S. Leonis (*l.* 1 *contra Parm.*) verbis utar, cui Tertullianus præiverat docens: *Claves Cœli Dominum Petro, & per eum Eccleſiæ reliquiſſe.*

§. VII. Verum Hilarius, inſtas, Gregorius Nyſſenus, Chryſoſtomus, Gregorius Magnus, Theodoretus, aliique plurimi verba Chriſti, *Super hanc Petram*, ita explicant, ut non Petrum ipſum, ſed illius fidem Eccleſiæ fundamentum Chriſtus eſſe voluerit. (V. Lutherum *lib.* 1 *de poteſt. Papæ*, & Cent. *l.* 1, *Cent.* 1, *c.* 4, *col.* 175, & *l.* 1 *Smal. de Prim. Pont.*) Miror ſane te, qui auream Eccleſiæ ætatem trium priorum Sæculorum cancellis aſſoles circumſcribere, in tanta teſtium multitudine, quam ex ordine recitaſti, nullum ſuperiorum illorum temporum Scriptorem protuliſſe. Sed qui proferres, cum neminem habeas, nec habere poſſis? Hæc enim Chriſti verba nonniſi quarto Sæculo ita explicari cœperunt. Tunc ſcilicet, cum Ariana hæreſis ferveret, Arianique Chriſto Divinitatem vellent eripere, contra vero Catholici illam ſartam, tectamque tuerentur, in hac fluctuum, & controverſiarum colluvione orta eſt hæc interpretatio. Qui pro Chriſti Divinitate certabant, in iis Petri verbis, *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*, firmiſſimum cauſæ ſuæ præſidium collocabant. Omnes uno ore omnia bona dicere de hiſce Petri verbis, Petri fidem laudare, ejus confeſſionem verbis ampliſſimis ornare, ac tandem dicere non dubitare, hanc *fidem* extitiſſe cauſam, cur Petrus Eccleſiæ fundamentum conſtitueretur. Hinc ea vox uſurpari cœpta eſt, *Super Petri fidem Eccleſiam eſſe fundatam*. Audi ipſum quem nobis opponis Hilarium. *Dignum* (ait *c.* 16 *in Matth.*) *confeſſio Petri præmium conſequuta eſt, quia Dei filium in homine vidiſſet. Beatus hic eſt, qui ultra humanos oculos intendiſſe, & vidiſſe laudatus eſt .... Oh in nuncupatione novi hominis felix Eccleſiæ fundamentum, dignaque ædificatione illius petra, quæ infernas leges, & Tartari portas, & omnia mortis clauſtra diſſolveret!* Cum igitur SS. Patres ſuper Petri fidem fundatam ſcribunt Eccleſiam, cauſam narrant ob quam tantum honorem Petrus promeritus ſit, tantamque dignitatem ſit conſequutus. Illud mehercule ſignificare volunt, quod Hieronymus *Ep.* 61 *ad Pammachium*, dum ait: *Super aquas Petri corpus non ambulaſſe, ſed fidem;* hoc eſt S. Petrum vi fidei ſuæ, vere tamen, & reapſe aquas perambulaſſe.

§. VIII.

§. VIII. Neque nobis obſunt quæ nonnulli objiciunt, Chriſtum videlicet eſſe Petram, qua Eccleſia eſt inædificata. (V. Calvinum *l. 4 Inſt. c. 6, §. 6.*) Clament illi quidem, per me licet, & magna voce clament, Jeſum Chriſtum eſſe Petram, eſſe lapidem angularem, eſſe fundamentum Eccleſiæ, & ſi me audient, addent etiam primarium. At quid proinde? Num quia Chriſtus eſt fundamentum Eccleſiæ, Petrus eſſe non poteſt? Negat Hieronymus (*in Jerem. c. 16.*), ubi ait: *Chriſtus Petra, ſed & Apoſtolo Petro donavit, ut vocaretur Petra*. Negat B. Leo, qui (*Serm. 3 de Ann.*) ita Chriſtum loquentem inducit: *Sicut meus Pater tibi manifeſtavit divinitatem meam, ita & ego notam facio excellentiam tuam, quia tu es Petrus, id eſt, cum ego ſim inviolabilis Petra, ego lapis angularis, qui facio utraque unum, ego fundamentum, præter quod nemo poteſt aliud ponere, tamen tu quoque es Petra, quia mea virtute ſolidaris, ut quæ mihi virtute ſunt propria, ſint tibi mecum participatione communia*. Negat denique Maximus Taurinenſis Epiſcopus (*l. 1 in Nat. SS. Petri, & Pauli*), ubi inquit: *Hic eſt Petrus, cui Chriſtus Dominus communionem ſui nominis libenter indulſit. Ut enim, ſicut Apoſtolus Paulus edocuit, Petra erat Chriſtus, ita per Chriſtum Petrus factus eſt Petra, dicente ei Domino: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*. Eſt igitur Chriſtus fundamentum Eccleſiæ, at eſt etiam Petrus.

§. IX. Sed jam ad eum locum veniamus, ubi Chriſtus Petro promiſſa exſolvit. Is habetur *Joann. XXI*, cum Chriſtus ſic Petrum alloquutus eſt: *Simon Joannis diligis me plus his?* Cui Petrus: *Domine tu ſcis, quia amo te*. Tum Jeſus: *Paſce agnos meos*. Iterum Jeſus ait Petro: *Simon Joannis diligis me plus his?* Atque iterum Petrus reſpondit: *Domine tu ſcis, quia amo te*. Et Chriſtus illi inquit: *Paſce oviculas meas*. Rurſus inſtat Jeſus: *Simon Joannis amas me?* Semper Petrus propoſitum urget, rurſuſque reſpondet: *Domine tu ſcis, quia amo te*. Et tum Dominus: *Paſce*, inquit, *oves meas*. Non multis mi opus eſt ad hujuſce textus vim promendam, cum Sanctos Patres habeam, qui mihi facem præferunt. *Dominus non dubitat*, (inquit Ambroſius) *qui interrogabat, non ut diſceret, ſed ut doceret, quem elevandus in Cælum amoris ſui veluti Vicarium relinquebat . . . . quia ſolus profitetur ex omnibus, omnibus antefertur . . . . Tertio Dominus, non jam diligis me, ſed amas me interrogavit; & jam non agnos, ut primo quodam lacte paſcendos, nec oviculas, ut ſecundo, ſed oves paſcere jubetur perfectiores, ut perfectior gubernet. Prius agnos*, (ait S. Eucherius) *deinde oves commiſit ei, quia non ſolum Paſtorem, ſed Paſtorum Paſtorem eum conſtituit. Paſcit igitur Petrus agnos, paſcit & oves, paſcit Filios, paſcit & Matres, regit & ſubditos, & Prælatos. Omnium igitur Paſtor eſt, quia præter agnos & oves in Eccleſia nihil eſt. Petrus* (verba ſunt S. Leonis M. *Serm. 3 de Aſc. ad Pontif.*) *præpoſitus fuit omnibus gentibus, omnibus Patribus, & omnibus Apoſtolis. Gentes enim agni ſunt, Patres oviculæ, Apoſtoli oves magnæ atque perfectæ*. Non igitur diſtinctio inter agnos, & oves a Scholaſticis conficta, non a Romanis commenta, non a recentioribus excogitata, uti nonnulli dictitant, (V. Juſt. Febron. *de Statu Eccleſ. c. 1, §. 3, n. 2.*) ſed a SS. Patribus allata, a veteribus uſurpata, ab Eccleſiæ Doctoribus recepta atque probata fuit.

§. X. Quæ vero, quantaque vis inſit verbo *paſcendi* diſcimus ex Augu-

Digitized by Google

ſtino, qui in hunc locum, *Oves ipſas*, inquit, *paſcendas*, ideſt *docendas*, *regendaſque committi*. Quod verbum ποίμαινε iis convenire, qui alios gubernandos ſuſceperunt, indicat Homerus, cum Agamemnonem ſubinde vocat ποιμένα λαῶν, *paſtorem*, ſeu *regem populorum*. Quid me, inquies, in Poetarum ſcholas dimittis, qui verborum licentia exultant, iiſque liberrime utuntur? Mittamus igitur Homerum, Sacrumque Scriptorem conſulamus. ἐξ τοῦ μὲν ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαὸν τοῦ ἰσραήλ: *Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Iſrael.*

§. XI. Hæc autem verba *Paſce oves meas* non omnibus Apoſtolis, & diſcipulis dicta fuiſſe, ſed uni Petro teſtantur Chryſoſtomus, Cyrillus, Auguſtinus in hunc locum *Paſce*, Ambroſius *in c. ult. Lucæ*, Maximus *Serm. de SS. Petro, & Paulo*, & Leo *Ep. 89* ad Epiſcopos Vien. *illique a Chriſto ter dictum fuiſſe Paſce, qui ter illum negaverat*. Verum hoc unuſquiſque, niſi plane plumbeus, ac ſaxeus ſit, ex verbis ipſis Chriſti per ſe colligere facile poterit. *Simon Joannis diligis me plus his? Paſce oves meas*. To' *his* ad quoſnam referri poſſe vis? Ad eos videlicet, qui una ibi cum Petro aderant, hoc eſt ad Nathanaem, qui Bartholomæus fuiſſe creditur, ad Jacobum, Joannem, Thomam, & duos alios diſcipulos, quorum alterum multi Andream fuiſſe ſuſpicantur. Ergo Apoſtoli excluduntur: ergo non omnibus Apoſtolis, ſed uni Petro Chriſtus ait, *Paſce oves meas*.

§. XII. At quas Chriſtus Petro (*Joan. XXI.*) oves commendavit, nonne antea (*Joann. XX.*) earum curam Apoſtolis commiſerat? Quæ enim vis ineſt verbis *Paſce oves meas*, quam non itidem præſeferant hæc etiam verba? *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos &c. Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiſeritis peccata remittuntur eis &c.* (Calvinus *l. 4, c. 6*, §. 3.) Vide ſis, ne tuo te gladio conficias. Habe enim, quemadmodum ego retorqueam argumentum. Si Chriſtus (*Joan. XX.*) Apoſtolos omnes, quos inter erat & Petrus, ovium ſuarum curatores conſtituit, quid opus erat, ut (*Joan. XXI.*) denuo de ſuarum ovium curatione colloqueretur, unumque poſtea Petrum paſcendis ovibus curatorem præficeret? Illud me hercle dicendum, Chriſtum *Joan. XX.* Senatum ſuæ Eccleſiæ inſtituiſſe, *Joan. XXI* autem huic ipſi Senatui Caput, ac Principem Petrum præfeciſſe (g). Nec quæ poteſtas Univerſo Senatui data eſt, a ſingulis inconſulto Senatu geri poteſt; certumque eſt Apoſtolos antequam dividerentur, & diverſi abirent, in unum congregatos Petro auſpice fidei formulam compoſuiſſe (h), quam unuſquiſque prædicaret, ſtatuiſſeque quis ſin-

(g) S. Jo. Chryſoſtomus *Hom. 87 in Jo. p. 449. Petrus os erat Apoſtolorum, & princeps, & vertex ipſius cœtus*.

(h) Rufini hæc ſunt verba: Tradunt majores noſtri, quod Apoſtoli diſceſſuri ab invicem normam ſibi prius futuræ prædicationis in commune conſtituunt, ne forte alii alio adducti, diverſum aliquid his, qui ad fidem invitabantur, exponerent. Omnes igitur in uno poſiti, & Spiritu Sancto repleti, breve iſtud futuræ ſibi prædicationis indicium in unum conferendo, quod ſentiebat unuſquiſque, componunt, atque hanc credentibus dandam eſſe regulam ſtatuunt.

Neque enim Symbolum, quod Apoſtolicum vocatur in omnibus Eccleſiis jam uſque ab antiquiſſimis temporibus obtinuiſſet, niſi ab Apoſtolis, viriſque Apoſtolicis, quod ad ſententias fere omnes, quas continet, ſpectat, compoſitum fuiſſet. Quod ſi aliqua erat

ſinguli provincias, quaque cum poteſtate luſtrare deberent. Et Paulus ipſe, licet extraordinarius Chriſti legatus, tamen Hieroſolymam adiit, ut ſuam Evangelii prædicationem cum Petro conferret, oſtendens, ut ait Hieronym. (*Ep. 89, p. 633.*) *ſe non habuiſſe ſecuritatem prædicandi Evangelii, niſi Petri, & cæterorum Apoſtolorum, qui cum eo erant, fuiſſet ſententia roboratus* (i).

§. XIII. Cum igitur Petrus, & Eccleſiæ toti regendæ, & Eccleſiaſtico Ordini ducendo divinitus fuerit præpoſitus, cur Romano Pontifici Eccleſiaſtici Primatus honorem, & Juriſdictionem denegare poſſis, prorſus non video, niſi fortaſſe eo temeritatis deveneris, ut Romanum Pontificem B. Petri Principis Apoſtolorum Succeſſorem eſſe audeas inficiari, & antiquorum hæreticorum audaciam atque impudentiam ſupergrediaris, quinimmo ipſius Lutheri, (apud Sleidanum *lib. 1 de Statu Religionis*) ejuſque diſcipuli Buceri, qui *in præparatoriis ad Concilium* ingenue confitetur *apud veteres Eccleſiæ Patres Romanam Eccleſiam præ cæteris primatum obtinuiſſe, ut quæ Cathedram Petri habeat*. Hanc igitur temerariam, & antea inauditam nonnullorum recentiorum hæreticorum opinationem refellit, ac penitus evertit unanimis, & conſtans Patrum omnium conſenſus, qui a primis Chriſtiani nominis Sæculis floruerunt, qui Romanam Sedem Petri cathedram nuncupant. S. Cyprianus *Ep.* 52 de Cornelii Romani Pontificis electione hæc ſcribit: *Cum Fabiani locus, ideſt cum locus Petri & gradus Cathedræ Sacerdotalis vacaret: & Ep.* 55 ad Cornelium Romanum Pontificem hæc ait: *Navigare audent, & ad Petri Cathedram, atque ad Eccleſiam principalem hoc eſt Romanam*: & S. Hieronymus *Ep.* 57 ad Damaſum: *Beatitudini tuæ, ideſt Cathedræ Petri communione conſocior*. S. Auguſtinus ep. ad Generoſum 165: *In illum Ordinem Epiſcoporum, qui ducitur ab ipſo Petro uſque ad Anaſtaſium, qui nunc eandem Cathedram tenet &c.* S. Petrus Chryſologus in Epiſtola ad Eutychetem (quæ refertur *p. 1 Conc. Chalced. n. 15.*): *In omnibus autem hortamur te, Frater honorabilis, ut his, quæ a Beatiſſimo Papa Romanæ Civitatis ſcripta ſunt, obedienter attendas; quoniam B. Petrus, qui in propria Sede & vivit, & præſidet, præſtat quærentibus fidei veritatem*. Quid Concilia Generalia? *Optimum enim, & valde congruentiſſimum eſt*, (ajebant Patres Sardicenſes ad Julium Pontificem) *ſi ad Caput, ideſt ad Petri Apoſtoli Sedem de ſingulis quibuſque Provinciis*

---

erat in verbis diverſitas, ea aut exigua erat, aut non erat ejuſmodi, ut ſententiæ vim eamdem non haberet. Non nego articulum aliquem, quod ita ratio inſtituendi novos Orthodoxos contra hæreticos nonnullos poſceret, fuiſſe additum. Sed id additamentum non efficit, ut Apoſtolis Symbolum omnino adſcribi non poſſit.

Conſule Selvagium *Inſt. Or. & Ant. Chr. l.* 1, *p.* 2, *c.* 18.

(i) S. Ambroſius, ſeu alius Scriptor Comment. in Epiſtolam ad Gal. *c.* 1, *pag.* 467: Dignum fuit, ut Paulus cuperet videre Petrum, qui primus erat inter Apoſtolos, cui delegaverat Salvator curam Eccleſiarum: non utique ut aliquid ab eo diſceret, quia jam ab auctore didicerat, a quo & ipſe Petrus fuerat inſtructus; ſed propter affectum Apoſtolatus, & ut *ſciret Petrus* hanc illi datam *licentiam*, quam & ipſe acceperat. S. Auguſtinus *l.* 28 *contra Fauſtum c.* 4. Apoſtolus Paulus ſi non inveniret in carne Apoſtolos, quibus communicando, & cum quibus conferendo Evangelium ejuſdem ſocietatis eſſe appareret, Eccleſia illi omnino non crederet.

Digitized by Google

tiis Domini referant Sacerdotes: Lugdunenſe Concilium ſub Gregorio X habitum, atque e Græcis Latiniſque Patribus conflatum, hæc habet verba: *Cum agitur de Creatione Vicarii Jeſu Chriſti, Succeſſoris Petri, Rectoris Univerſalis Eccleſiæ &c.* Tandem in Concilio Florentino utriuſque Eccleſiæ Græcæ & Latinæ conſenſu pronuntiatum eſt: *Definimus, Sanctam Apoſtolicam Sedem Romanam, & Pontificem Romanum in univerſum orbem tenere Primatum, & ipſum Pontificem Romanum Succeſſorem eſſe Beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ Caput, & omnium Chriſtianorum Patrem, ac Doctorem exiſtere, & ipſi in Beato Petro paſcendi, regendi, ac gubernandi univerſalem Eccleſiam a Domino noſtro Jeſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe &c.* (k)

§. XIV. At ſentio me actum egiſſe, & ad

(k) Cum in unam ſententiam Græci cum noſtris de Proceſſione Sancti Spiritus ex Patre & filio tamquam ex unico Principio conveniſſent, diſceptatum eſt de Purgatorio, de Azimo, de formula Conſecrationis Euchariſtiæ, & de Primatu Papæ. Eugenius coram Imperatore Græco, & ejus Metropolitanis Primatus jura per Joannem de Monte nigro explicari curavit. Tum collatione habita, Græci ſcripto ſententiam ſuam ediderunt, confitentes *Papam eſſe Summum Pontificem, Vicarium Chriſti, omnium Chriſtianorum Paſtorem, & Magiſtrum cum jure adminiſtrandæ Eccleſiæ Dei, ſalvis privilegiis, & juribus Patriarcharum Orientis*. Cum deſcriberetur decretum unionis, Palæologus Imperator noluit illud ſolo Eugenii nomine concipi, addi poſtulans, id conſenſu ſuo, & Patriarcharum factum, quod obtinuit ſtatim. Diutius contendendum fuit de reliquis Decreti verbis, quæ privilegia Papæ tribuebant, *ut habeat illa juxta determinationem Sacræ Scripturæ & dicta Sanctorum*. Effuſa nimis eſſe dicebat Princeps verba illa, quæ Papæ privilegia ad dicta Sanctorum referebant. *An ſi quis Sanctorum, inquit, in Epiſtola honorat Papam, excipiet hoc privilegio?* Itaque ſignificavit Eugenio, aut verba illa delenda, aut ſibi de reditu cogitandum. Tractatu habito cum Cardinalibus, qui ſe non aliunde melius Primatum aſſerere poſſe dicebant, quam *ex Scriptis Sanctorum*, Imperator reſpondit, *non ſecundum dicta Sanctorum, ſed juxta tenorem canonum*, Primatum eſſe explicandum. Altera die Cardinales, Archiepiſcopi, & quamplurimi docti viri adeunt Imperatorem, & Orientales Epiſcopos, quibus Julianus Cardinalis perſuadere conatus eſt, ut admitteret clauſulam illam controverſam; præſertim cum fidei Symbolum, & ipſi Canones a Sanctis editi fuerint; proinde æquum non eſſe, ut propter *dicta Sanctorum* Dei opus, ideſt unio Eccleſiarum impediatur. Imperator collocutus cum Epiſcoporum ſuorum conſilio reſpondit: *Habenda eſſe a Papa ſua Privilegia juxta Canones, & dicta ſanctorum, Sacram Scripturam, & acta Synodorum*: quæ ſcripto tradita ſunt a Cardinalibus, qui Eugenio omnia ſe relaturos ſpoponderunt, & poſtridie Decretum Unionis relectum eſt Græcis ea verborum formula, quæ illis grata fuit, deſcriptumque in Charta Latine, & ex adverſo Græce, hinc Bulla Papæ plumbea appenſa, inde chryſobullo Palæologi Imperatoris. Item definimus (inquit Concilium Latine) Sanctam Apoſtolicam Sedem, & Romanum Pontificem in Univerſum Orbem tenere primatum, & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe Beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ Caput, & omnium Chriſtianorum Patrem, ac Doctorem exiſtere; & ipſi in B. Petro paſcendi, regendi, ac gubernandi Univerſalem Eccleſiam a Domino noſtro Jeſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in geſtis Œcumenicorum Conciliorum, & in ſacris Canonibus continetur. Græce: κυβερνᾶν τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ πλήρη ἐξουσίαν παραδίδοσθαι, καθ' ὃν τρόπον, καὶ ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς κανόσι διαλαμβάνεται: Vid. Petrum de Marca *de Concord. S. & J.* l. 3, c. 8, §. 5.

Idem

& ad ravim uſque repetitam crambem denuo recoxiſſe; pleni enim ſunt libri magnorum virorum hæc eadem recinentium. Verum cum ea omnia tela, quæ Novatores in Romanam nunc contorquent Eccleſiam, millies eumdem campum decucurrerint, & millies etiam retunſa ſint, ac profligata, cumque tam acriter, tam copioſe utrinque diſceptatum fuerit, ut nulla ariſta nobis demetenda relicta ſit, nil amplius eſt quod ignotum indictumque proferri in hanc rem poſſit. Interim mirari ſatis non poſſum, Boehmerum, *Diſſ. præl. ad L. 1 J. E. P.* §. 21, & Moshemium *H. E. Sæc. II, c. II, P. II,* §. 2, nullo nixos teſtimonio, nulla Scriptorum auctoritate fretos, reclamantibus S. Litteris, reclamantibus univerſis S. Patribus, reclamante tota antiquitate ex ſenſu ſuo narrare Eccleſiæ Primatum nonniſi ſerius, atque in-

---

Idem Petrus de Marca *in Proleg. II,* §. 7, *hæc ait*: Dubium videri ajunt, quid ipſe ſentiam de Concilii Florentini Decrato; quod iſta expreſſiſſe videor *in c.* 8, §. 5, *l.* 3, ut ſummam poteſtatem a Chriſto Pontifici Maximo traditam Concilium definiviſſe dicatur ea lege, ut illa Pontifex utatur juxta modum, qui & in actis Conciliorum Œcumenicorum, & in Canonibus continetur. Itaque ut nullam carpendæ ſententiæ meæ occaſionem relinquam, ajo Græcos abſque ullo diſſidio in id conſpiraſſe cum Latinis, ut Romanum Pontificem Succeſſorem Petri Apoſtoli, & Chriſti Vicarium profiterentur, eique in Petro plenam & ſummam Eccleſiæ adminiſtrandæ poteſtatem a Chriſto collatam. Cæterum de modo poteſtatis illius exercendæ gravam controverſiam motam fuiſſa inter partes, Græcis contendentibus id fieri debara *juxta Canones*, Latinis vero *juxta dicta Sanctorum*. Tandem formula Decrati conſcripta eſt Græcis, & Latinis verbis; ita tamen ut aliquod diſcrimen intercedat inter contextum Græcum & Latinum, prout hodie concipitur. Verborum Græcorum hæc eſt ſignificatio: Summam quidem eſſe Pontificis auctoritatem, eamque illi a Chriſto collatam fuiſſe, ſed quatanus quove modo axercari debeat ad communionam Eccleſiæ fovendam exemplum petendum aſſe non ſolum ex Canonibus, ſed etiam ex Actis Conciliorum Œcumenicorum, functionemque hujus auctoritatis ita diſponendam, ut privilegia Patriarcharum maneant intemerata. Hæc interpretatio nihil demit de auctoritate Sedis Apoſtolicæ, quippe quæ nihil aliud contineat, quam vulgatum illud & receptum ab omnibus Theologis axioma, nempe Monarchicum Eccleſiæ ſtatum adminiſtratione Ariſtocratica temperari, ita tamen, ut Epiſcopi omnes Romano Pontifici tamquam capiti jure divino ſubjiciantur. Neque enim Decretum Florentinum decernit Pontifici ſubeundas eſſe leges omnes, quas illi in Concilia præſcribere voluerint, ſed modum illum adhibendum eſſe in ſummæ auctoritatis functione, quem ipſi Pontifices in Conciliis Œcumenicis ſecuti ſunt, quemadmodum & Actis Conciliorum, & Canonibus exprimitur. Quibus verbis etſi Canonum ratio habeatur, nullo pacto tamen dignitas Apoſtolicæ Sedis læditur; quin potius ſummopere commendatur apud peritos antiquitatis Eccleſiaſticæ, cum ſplendidiora teſtimonia ad vindicandam Summam Romani Pontificis auctoritatem ex Actis octo Conciliorum Œcumenicorum petantur. Qua de re uberrime diſputo in Diſſertatione *de Legatis*, tomo ſecundo, ubi demonſtratur, Romanos Pontifices in illis Conciliis Imperativa auctoritate potitos fuiſſe. Cæterum ex contextu Latino aſſertio poteſtatis colligitur potius, quam modus functionis; etſi privilegia quoque Patriarcharum inibi conſerventur, quod eodem recidit. Neceſſaria tamen viſa eſt ad pervicaciam Græcorum infringendam, & conjunctionem Eccleſiæ procurandam hæc prudens diſpenſatio, quæ nihil de rei ipſius momento demit, etſi verbis ſub'andiatur. Si cui tamen videatur nullum eſſe diſcrimen contextus Græci, & Latini in verborum ſignificatione, per me licet, ut judicio feratur ſuo.

inclinantibus, ruentibuſque Eccleſiæ rebus (*l*) exortum fuiſſe. Sectæ ſtudium quid non mortalia pectora cogis?

Q U.

(l) Eſprit de Leibnit. *T. II*, *p. 3*. Non può negarſi, che la vigilanza dei Papi per l'oſſervanza dei canoni, e pel mantenimento della Diſciplina Eccleſiaſtica abbia prodotti di tempo in tempo degli ottimi effetti, e che con agire a tempo, ed a controttempo preſſo i Re, sì per via delle rimoſtranze che avean diritto di fare atteſa l'autorità della loro Carica, come altresì pel timore delle Cenſure Eccleſiaſtiche, eſſi impediſcono molti diſordini . . . . Poichè Dio è il Dio dell'Ordine, e poichè il corpo della Chieſa Una, Cattolica, ed Apoſtolica, ſotto un Governo che ſia uno, e con una Gerarchia, che tutti comprenda i membri, è di diritto divino, ne viene per conſeguenza, che v'ha altresì di diritto Divino nel medeſimo Corpo un Supremo Capo Spirituale, provveduto d'una poſſanza, e facoltà di far checchè è neceſſario per compiere il ſuo Ufficio relativamente alla ſalute della Chieſa . . . . Gli Antichi medeſimi riconobbero che il Papa ha la Primazia non ſolo di dignità, ma di giuriſdizione eziandio. V'ha ancora parecchi uomini celebri tra i Proteſtanti, i quali han creduto che ſi poteſſe laſciare un tal diritto al Papa, e ch'egli ſarebbe proficuo alla Chieſa, qualora ſe ne toglieſſero alcuni abuſi. C'è dippiù. Filippo Melantone, uomo d'una prudenza, e d'una moderazione da tutti i partiti riconoſciuta, allorchè ſoſcriſſe gli Articoli di Smalcalda, non ha avuta difficoltà di aggiungervi una proteſta, in cui dichiarava d'eſſere di parere, che ſi potrebbe reſtituire ai Veſcovi la loro giuriſdizione ſpirituale, ſe rimediar voleſſero agli altri mali della Chieſa. Tal ſi fu pure il ſentimento di Giorgio Calliſto, di quell'uomo eccellente, il cui ſapere e giudizio ſon ſuperiori a tutti gli elogj. Non può certamente negarſi, che la Chieſa Romana non ſia ſtata lungo tempo riſguardata in Occidente come la dominatrice delle altre Chieſe; ciocchè è tanto men ſorprendente, quantochè ella ne è ſtata realmente la Madre, ec. Queſte riflesſioni ci pajono più ſenſate che nol ſono gli ſchiamazzi degli Increduli.

Digitized by Google

Q U. V.

Quænam ſunt Primatus Jura?

§. I. REM intricatiſſimam, quæ multorum ingenia diu torſit, & hodie torquet, paucis extricemus. Statuendum in primis eſt, poteſtatem *ligandi*, & *ſolvendi*, quam Chriſtus (Joan. XX.) Apoſtolis tradidit, non ſingulis illorum, ſed eorum Univerſitati datam eſſe. Nam Chriſtus ibi nec ſingulis vocibus, ſed una voce, nec cum ſingulis collocutus eſt, ſed cum univerſis. Quod ſi ea poteſtas non Univerſitati, ubi majoris partis ratio habetur, ſed unicuique, ubi omnes per ſe tuentur ſinguli, facta fuiſſet, nec Thomas (*a*) qui tunc aberat illius particeps fuiſſet, nec ii, qui præter Apoſtolos (*b*) ibi aderant, expertes. Scilicet ultimæ cœnæ, in qua Chriſtus duodecim Apoſtolos ſingulos ſeparatim ab univerſis ſacrari (*c*) voluit, nec quiſquam præter Apoſtolos (*d*) adfuit, nec illorum quiſpiam defuit.

§. II. Unde igitur ea Juriſdictio, quam ſinguli Apoſtoli exercuerunt? Ab Apoſtolorum Univerſitate. Conſtat enim Apoſtolos principio communibus conſiliis, curiſque univerſam Eccleſiam gubernaſſe, ſinguloſque tunc Apoſtolos ab Univerſorum nutu pependiſſe. At cum Eccleſiæ pomæria longe, lateque eſſent proferenda, Apoſtolique veritatem Evangelicam in remotiſſimas terras eſſent illaturi, ante-

(a) *Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Jeſus*. Joan. XX.

(b) *Et invenerunt congregatos undecim, & eos qui cum illis erant*. Lucas XXIV.

Cornelius Janſenius *Comment. in Concord. Evang. c.* 146. Dubitatur hoc loco, quomodo Lucas hic dicat, duos iſtos diſcipulos inveniſſe congregatos undecim, cum ex Joanne conſtet Thomam non adfuiſſe cœtui Apoſtolorum, cum Dominus ipſa Reſurrectionis die ſe ſe Apoſtolis in veſpera oſtendiſſet . . . . Probabilius dicitur Lucam per Synecdochen dixiſſe, illos inveniſſe congregatos undecim, quia Collegium & Societas Apoſtolorum hoc numero nuncupabatur, antequam Mathias in locum Judæ ſurrogaretur, *quod Collegium uno licet abſente, recte ibi dicitur fuiſſe congregatum*.

Idem *l. c. cap.* 147. Nec rurſum obſtat, *Jus Pontificium*. quod Marcus jam dicat undecim fuiſſe congregatos, & recubuiſſe, cum Joannes dicat, Thomam unum ex undecim defuiſſe. Undecim enim dicit congregatos fuiſſe, eo quod tunc eo numero ſtaret Apoſtolorum ordo, & Chorus, qui *pro majore parte* ibi erat collectus, quomodo mox diximus circa Lucam, dicentem duos illos, qui ex Emaunte redierunt, reperiſſe congregatos undecim, & eos qui cum ipſis erant.

(c) Conc. Trid. *Seſſ. 22 de Sacrif. Miſſæ, c.* 2, docet, Chriſtum Apoſtolos creaviſſe Sacerdotes, dum dixit eis: *Hoc facite in meam commemorationem*.

(d) Chriſtianus Lupus *in Diſſ. de Sacris Proceſs. c. 1, p. 338, Tom. XI.* Chriſtus dum Euchariſtiam confecit in ultima cœna, erat ſolus cum duodecim Apoſtolis: Virgo Mater non aderat.

tequam dividerentur, & diverſi abirent, una omnes coiverunt (*e*), & ſumma doctrinæ capita (*f*), quam unusquiſque populorum mentibus inſtillaret, in medium contulere, (Vid. Selvag. *T.* I, *p.* 399.) ſtatueruntque quas terrarum partes Evangelii prædicatione ſinguli luſtrarent (*g*), quaque poteſtate, quæ tanti muneris magnitudini par eſſet, uterentur.

§. III. Ex hiſce ſatis opinor intelligimus, Apoſtolos Epiſcopatus (*h*) quidem ordine qua ſingulos a Chriſto initiatos fuiſſe, Jurisdictione vero (*i*) qua Univerſos auctos eſſe, ab Univerſitate, quæ Eccleſia vocata eſt, in ſingulos derivanda.

Verum hæc Univerſitas ſeu Eccleſia, cui regendæ, ducendæ, agendæ Petrus, illiusque Succeſſor Pontifex Maximus divinitus (Vid. *Quæſt. IV*, §. 12.) præpoſitus fuit, tunc ſolummodo tanto nomine digna eſt, cum ſuo Capiti, ac Præſidi tamquam ſaxo, & columnæ adhæreſcit. Cum autem Chriſtus eam inſtituerit Eccleſiam, quæ per omnes terrarum tractus funderetur, nec ullis regionum, nulliſque orarum finibus contineretur, proindeque cum ea quotidie congregari in unum locum minime poſſit, nec continuum Concilium haberi queat, quod fidei articulos definiat, Chriſtianorum mores regat, corruptelaſque gliſcentes elidat, quæque in dies ſingulos oboriuntur controverſias dirimat,

---

(e) Vide Ruffinum *in expoſitione ad Symb. Apoſtolorum*. Natal. Alexand. *in Sæc. I, p.* 315, Ed. Pariſ. 1742.

(f) Symbolum Apoſtolorum.

S. Leo *Ep.* 27 *ad Pulcheriam Auguſtam*. Siqnidem ipſius Catholici Symboli brevis & perfecta confeſſio, quæ duodecim Apoſtolorum totidem eſt ſignata ſententiis, tam inſtructa ſit munitione Cœleſti, ut omnes hæreticorum opiniones ſolo ipſius poſſint gladio obtruncari.

Vide S. Hieronymum *Epiſtola* 61, *c.* 9, Ambroſium *l.* 1, *Ep.* 7 *ad Siricium Pontificem*, Cœleſtinum I *Ep.* 13 *ad Neſtorium*, apud Petrum Coutant. in Epiſtolis Romanorum Pontificum *T. I, p.* 1119, §. 4, Sixtum III *Ep.* 5, §. 3, apud eumdem Coutant. *p.* 1255, Tertullianum *de Virginibus velandis*, *c.* 1, *pag.* 173, & *de præſcript. Hæretic. cap.* 13, 21, & 37, *pag.* 215, Irenæum *lib.* 1 *contra hæreſes*, *cap.* 10.

(g) Vid. Hieronymum *in Iſaiam* extremo capite 34.

(h) Hyacinthus Serry *exercit.* 51, §. 17 ſcribit, Apoſtolos & Sacerdotes, & Epiſcopos creatos fuiſſe a Chriſto dum dixit eis: *Hoc facite in meam commemorationem*. Recte ſane contra Sandinum id Serry; nam cum Epiſcopatus ſit apex, & complementum, & perfectio Sacerdotii, dubitandum minime eſt, quin Chriſtus, cum Apoſtolos creavit Sacerdotes, eiſdem perfectionem Sacerdotii contulerit.

(i) Inter Ordinem, & Juriſdictionem illud differre videtur, quod inter doctrinam, & licentiam docendi. Poteſt doctrina in aliquo homine conſiſtere abſque licentia docendi; poteſt quis doctrinam habere ab uno, licentiam autem docendi ab alio accipere. Doctrina nonniſi in ſingulis ſeparatim ab univerſis ineſſe poteſt, facultas autem docendi, & dandi licentiam docendi etiam in univerſis ſeparatim a ſingulis.

Qui cum Petro de Marca ajunt, *Chriſtum Apoſtolis omnibus, & ſingulis in ſolidum Eccleſiam ſuam fundandam docendam, & regendam commiſiſſe*, nobis non magnopere adverſantur, dummodo cum eodem de Marca fateantur *poteſtatem, docendi per Univerſum Orbem toti Apoſtolorum Collegio conceſſam, & ſingulis e Collegio, quatenus Univerſitati competit, remanſiſſe in Eccleſia penes Epiſcoporum Collegium, quatenus autem ſingulis Apoſtolis erat data, eorum morte extinctam fuiſſe*. Quidquid enim ſentiat de Marca de extraordinaria Apoſtolorum poteſtate, de qua hic non agitur, certe de ordinaria Apoſtolorum poteſtate, hoc eſt de ea quæ ad Succeſſores devenit, de qua hic ſermo eſt, nobiſcum conſentit.

Digitized by Google

mat, liquet hinc, Petrum, ejuſque Succeſſores a Chriſto non ſolum Eccleſiæ collectæ, atque in unum locum coactæ, ſed etiam diſperſæ ac diffuſæ præfectos fuiſſe, eaque omnia, quæ in univerſæ Eccleſiæ Comitiis ſtatuere, atque edicere poſſunt, etiam extra Comitia eis eſſe permiſſa.

§. IV. Sequitur modo, ut videamus quæ prærogativæ ſint Summi Pontificis tum cum Eccleſia in unum locum eſt congregata, tum cum in ſingulis locis eſt diſſeminata.

Cum Chriſtus fundavit Eccleſiam, illi ſpopondit, in ſeque recepit, nullam unquam ingruentium hoſtium vim tantam futuram eſse, cujus conatus illa non eſset eliſura. At quæ iſthæc eſt Eccleſia, cui tot tantaque Chriſtus pollicitus eſt? Num Neſtoriana? Num Jacobitica, ſeu Eutychiana? Num Photiana? Num Lutherana? Num Calviniana? Illa illa tanto honore dignata eſt, quæ Petro veluti ſolidiſſimæ baſi ac fundamento eſt innixa. Hæc una veræ Chriſti Eccleſiæ nomine digna eſt, hæc una eſt aheneus ille murus, qui nullis unquam turbinibus prorui, hæc una eſt ærata illa triremis, quæ nulla imbrium, nulla nimborum, nulla procellarum vi obrui poteſt. *Tu es Petrus*, inquit Chriſtus, *& ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam:* hoc eſt adverſus I eam Eccleſiam, quæ II ſuper Petram, III ædificata eſt; ſeu quod idem eſt adverſus I Chriſtianorum multitudinem, II Summo Pontifici, III adhærentium. Ex hiſce Chriſti verbis ſuam Eccleſiæ definitionem exculpſiſſe videtur (*k*) S. Cyprianus cum ait: *Eccleſia eſt I grex, II Paſtori, III adhærens*. Tria igitur neceſſaria ſunt ut Chriſti Eccleſia dicatur, & ſit: I Chriſtianorum multitudo: II Summus Sacerdos: III Utriuſque conſenſus, atque concentus. Horum unum ſi deſit, jam non Eccleſiam, ſed monſtrum habemus. Nam quid corpus ſine capite? Quid caput ſine corpore? Quid demum & caput, & corpus, ſi unum ab altero ſejunctum ſit?

§. V. Hiſce præguſtatis, ad Eccleſiam, quæ in Synodum coacta eſt, veniamus. Ut hæc Eccleſia dici poſſit Chriſti Eccleſia, ſuo capite (*l*) Summo Sacerdote carere minima debet. Quid

(k) S. Cyprian. *Ep. 66, al. 69 ad Florentium*. Dominus in Evangelio (inquit) cum eum loquentem diſcipuli derelinquerent, converſus ad duodecim dixit: *Numquid & vos vultis ire?* Reſpondit ei Petrus dicens: *Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes*. Loquitur illic Petrus, *ſuper quem ædificata fuerat Eccleſia*, Eccleſiæ nomine docens & oſtendens, quia etſi contumax, ac ſuperba obaudire volentium multitudo diſcedat, Eccleſia tamen a Chriſto non recedit, & illi ſunt Eccleſia plebs Sacerdoti adunata, & Paſtori ſuo grex adhærens. Unde ſcire debes Epiſcopum in Eccleſia eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo, & ſi qui in Epiſcopo non ſint, in Eccleſia non eſſe.

(l) Sozomenus *l. 3, c.* 8, *&* 10: S. Julius I ad Epiſcopos, qui Antiochiæ convenerant, litteras ſcripſit, quibus eos accuſabat, quod præter Eccleſiæ leges ipſum ad Synodum non vocaſſent. Legem enim eſſe Sacerdotalem, ut pro irritis habeantur, quæ præter ſententiam Epiſcopi Romani fuerint geſta. Eadem Socrates habet *l. 2, c.* 8, 15, 17. Utriuſque verbis nonnihil mutatis Epiphanius Scholaſticus in compendium redactus a Caſſiodoro *l. 4, c. 9*, innuit irritam eſſe Synodum Antiochenam, quia *neque Julius interfuit maximæ Romæ Præſul, neque in locum ſuum aliquem deſtinavit, cum utique regula Eccleſiaſtica jubeat, non oportere præter ſententiam Romani Pontificis Concilia celebrari*.

Digitized by Google

Quid ſi careat? Coitionem, conventiculum, cœtum, concionem, quidlibet aliud eam appelles per me licet, modo non Chriſti Eccleſiam. Nam adſit licet corpus, caput tamen abeſt. Quid ſi in Concilio, cui interſit S. Pontifex, plerique omnes Patres ea pronuntient, quæ cum S. Pontifice minime concinant? Quid ſi Summus Pontifex eam ferat ſententiam, adverſus quam Patres omnes, aut fere omnes inſurgant? Utra ſententia vox Eccleſiæ cenſenda eſt? Neutra omnino. Licet enim in eo Concilio & corpus, & caput habemus, deeſt tamen utriuſque copulatio, & adhæſio, nec quidquam intereſt, utrum corpori caput non inſideat, an capiti corpus non inhæreat. Quid vero ſi Patres in contraria ſtudia ſcindantur? Si major pars a Pontifice diſſideat, minor in ejus maneat ſententia? Dummodo ii qui cum Pontifice ſentiunt, & ſapiunt nimia paucitate non laborent, ac numero totidem ſint, ut ipſi per ſe corpus late conſpicuum conſtituant, quid vetat, quin dicamus minorem hanc partem, ſed tamen corpus, cumque ſuo capite cohærens Eccleſiæ (m) perſonam ſuſtinere, alteriuſque partis licet numero majoris at capite minutæ nullam rationem habendam eſſe?

§. VI. Nihil novi dico apud eos, qui rei Chriſtianæ faſtos vel de limine ſalutarunt. Plena eſt enim hujuſmodi exemplorum vetuſtas. Repete ſis memoriam Univerſalis illius Concilii, quod Arimini habitum fuit anno 359, in quo, contra adnitente cum haud ita multis Romano Pontifice (n) Liberio, plerique Patres eam fidei formulam profeſſi fuerant (o), quam poſtea ejurare coacti ſunt. Refer animum ad generalia illa Comitia, quæ anno 449 Epheſi celebrata fuerunt (p), in quibus, reclamitantibus Legatis Pontificiis una cum Flaviano aliiſque non adeo multis, a maxima Epiſcoporum parte impia Eutychetis doctrina confirmata fuit, & Eutyches ipſe communioni reſtitutus. Quid Synodus Trullana, in qua multa fidei contraria ſancita? Quid Conſtantinopolitana anni 754, in qua ſacræ imagines, eorumque cultores damnati? Nonne horum Conciliorum, ut de aliis taceam, tri-

(m) Hinc illæ quæſtiones, utrum Concilium ſit ſupra Pontificem, an Pontifex ſupra Concilium, utrum ad Summum Pontificem pertineat Generalia Comitia indicere, habere, approbare; utrum quiſquam in terris, ubi agitur de rebus Eccleſiaſticis, legem per vim imponere Summo Pontifici poſſit; hæ inquam quæſtiones ad nihilum omnes recidunt; cum ubi adſit Epiſcoporum ac Pontificis conjunctio, unaque animorum ac voluntatum conſenſio, hæ quæſtiones nunquam contingent; ubi vero ea abſit conjunctio, ibi nulla Eccleſia, proindeque nulla auctoritas eſto.

(n) Damaſus Papa ſcribens ad Epiſcopos per Illyricum conſtitutos numerum Concilii Ariminenſis contemnendum dixit eo quod illi non acceſſerit Romani Pontificis ſententia, atque prævalenti multitudini unum Vincentium Capuanum, alioſque haud ita multos opponit Epiſcopos, qui contra Concilii Judicium ſteterunt.

Neque enim, ait, *præjudicium aliquod fieri potuit per numerum Arimini congregatum, quando conſtat, neque Romanum Pontificem, cujus ante omnia debebant expectare conſenſum, neque Vincentium, qui tot annis inviolabiliter Epiſcopatum cuſtodivit, neque alios talibus præbuiſſe conſenſum*. Apud Coutantium *Tom. I, col.* 436.

(o) Rem totam narrat S. Hieronymus *in Dialogo adverſus Luciferianos c. 7*, & Sulpicius Severus *l. 2 Hiſt. Sacræ*. Vide Epiſtolam Siricii ad Himerium Tarraconenſem apud Labbæum *Tom. 2 Conc. pag.* 883, & 1018.

(p) Vide Pagium §. 3, & Baronium *ad an.* 449, §. 45.

triſtes exitus ſatis clamitant, nullam ne Generalium quidem Conciliorum dici poſſe Eccleſiæ vocem (*q*), quam Summi Sacerdotis aures reſpuunt?

§. VII. Cum autem Eccleſia Chriſti eadem ſit ſive congregata, ſive diſperſa, cum Epiſcopi etiam per totum terrarum orbem diffuſi Summi Paſtoris vocem exaudire, exaudirique ipſi ab eo poſſint, ea membrorum ac capitis conſenſio, quæ oritur atque exiſtit, cum Eccleſia muris ac parietibus incluſa eſt, etiam cum Cœlo fruitur liberiore, gigni poteſt, ali, atque foveri. Quæ igitur de Eccleſia in Synodum coacta diximus, eadem de diſperſa ſunt intelligenda; totamque Chriſti Eccleſiam non modò ſimul una collectam, verum etiam hac illac ſparſam fuſamque S. Sacerdotis complexu coerceri, ac contineri & ratio ipſa ſuadet, (cum quæ ſub adſcenſum Domini Cœnaculo incluſa, eadem & nunc ipſiſſimaque licet in Diœceſes tributa, ac locis diſtincta, ſit Eccleſia, & ſi nunc ejus ſtatura, ac ſeſſio diverſa, non tamen illius natura, & indoles mutata) & verenda præterea declarat antiquitas.

§. VIII. Ne longum faciam, una de ratihabitione baptiſmatis (*r*) ab hæreticis adminiſtrati controverſia ſit mihi inſtar omnium. Cyprianus (ann. 258.) cum Africanis, & Firmilianus cum Orientalibus Epiſcopis baptizatos ab hæreticis, cum ad Catholicam Eccleſiam ſe conferrent, iterum baptizandos contendebant, cui opinioni, ut ait Vincentius Lirinenſis (*in com. c. 6.*) *tanta vis ingenii adfuit, tanta eloquentiæ flumina, tantus aſſertorum numerus, ut omnis illa conſpiratio nullo modo deſtrui poſſe videretur*. Contra vero Occidentales Epiſcopi, qui S. Stephani Pontificis baptiſma ab hæreticis collatum ratum eſſe jubentis partes tuebantur, nec numero, nec dignitate cum Orientalibus, & Africanis erant comparandi. Quid tum poſtea? Nonne Orientalium, & Africanorum omnium Epiſcoporum ſententia ab Eccleſia exulare coacta eſt?

§. IX. Fuit quoddam tempus, quo Ariana ſecta tam longe lateque dominabatur, ut Catholicæ doctrinæ vix locum relinquere videretur, cum medio jam elapſo quinto ſæculo in Oriente regnabat Zeno Imperator Eutychianus; in Occidente, Odoacer in Italia Arianus; in Gallia Burgundiones, & Gothi Ariani, & Franchi Gentiles; Gothi & Svevi in Hiſpania Ariani; in Brit-

(q) Marchetti Critica della Storia Eccleſiaſtica, e de' Diſcorſi del Fleury *T.* 2, Append. *pag.* 244. Se foſſe da ammetterſi il principio, che l'autorità del Concilio proviene dal Concilio medeſimo, il Trullano Sinodo di 211 Veſcovi detto Quiniſeſto, nel quale furono ricevuti molti errori di fede, avrà tutta l'autorità, perchè chiama ſe ſteſſo Ecumenico. Che anzi ſaranno tante definizioni di Fede gli ſtabilimenti de' 338 Veſcovi adunati in Coſtantinopoli l'anno 754 da Coſtantino Copronimo, i quali dopo eſſerſi dato il titolo di magnifico, di *Magnam ac Univerſalem VII Synodum*, l'eretica ſentenza ſtabilirono contro le Sacre Imagini; com' è a vederſi nell' Azione VI del vero Concilio Generale VII, Niceno II.

(r) Plane nunquam magis credi potuit erraſſe Pontificem, quam cum Cypriano, totque, & tam numeroſis Synodis (in quibus florem Catholicæ Religionis facile vidiſſes) adverſatus eſt; vicit tamen, & pro illo veritas ſtetit. Quando errabit Pontifex, ſi tunc non erravit? Num aliquando doctiores ſanctioreſque adverſarios habebit, quam Cyprianum, & tot alias Synodos Orientis? Ergo ſi tunc, quando tam multi, robuſtique impellebant, hæc Petra non cecidit; fruſtra expectas aliquando caſuram. Stetit, ſtabitque ut Petram decet. Gall. Vindic. *Diſſ. IV*, §. 1, *n.* 5.

Brittannia Angli Ethnici; & in Africa Vandali Ariani. Ubinam tunc temporis Eccleſia Chriſti? Num in Arianis Epiſcopis, qui & numero longe plures, quam cæteri omnes, erant & viribus, opibuſque potentiores? Nihil ſane minus. In iis unis Eccleſia Chriſti reſederat, qui ſe ſe ab Pontificis Maximi complexu, ſinuque abſtrahi, ac divelli minime paſſi ſunt. Adeo verum eſt, nullam Epiſcoporum, Chriſtianorumque multitudinem dici poſſe Eccleſiam Chriſti, niſi quæ in Summi (*s*) Pontificis auctoritate tamquam in unitatis centro deliteſcit. Quamobrem ſapientiſſime Hieronymus (*in Epiſtola ad Damaſum*): *Ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens beatitudini tuæ, ideſt Cathedræ Petri communione conſocior: ſuper illam Petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicumque extra hanc Domum agnum comederit, prophanus eſt. Si quis in Arca Noe non fuerit, peribit regnante diluvio . . . Non novi Vitalem, Meletium reſpuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit ſpargit; hoc eſt, qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt.*

§. X. Reſtat ut vela contrahamus, & quidquid juris Summo Pontifici adjudicandum eſt, ad unam ſummam referamus.

Oſtendimus, Apoſtolos Ordinis quidem vim uti ſingulos, Juriſdictionis autem poteſtatem uti Univerſos ſeu uti Eccleſiam a Chriſto accepiſſe ab Univerſis ſeu ab Eccleſia in ſingulos derivandam, proindeque Apoſtolorum ſucceſſores Epiſcopos Epiſcopatus Ordinem Deo, Juriſdictionem Epiſcoporum Univerſitati ſive Eccleſiæ (*t*) acce-

---

(s) Selvag. *Antiq. Chriſtian. lib.* 1, *c.* 16, §.2. S. Cyprianus, qui medio ſæculo tertio floruit, Novatianis obſtinatam atque inflexibilem exprobrat pertinaciam, qua ad Cornelii complexum tamquam ad matris ac radicis ſinum confugere renuentes ad Catholicæ Eccleſiæ unitatem redire, ejuſdemque ſciſſi corporis membra componere neglexerint; quin potius adulterum, & contrarium caput fecerint. *Miſeramus* (inquit Cyprianus *Ep. ad Cornel. l.* 2, *Ep.* 10.) *nuper collegas noſtros, qui eniterentur, & quantum poſſent elaborarent, ut ad Catholicæ Eccleſiæ unitatem ſciſſi corporis membra componerent, & chriſtianæ charitatis vinculum copularent. Sed quoniam diverſæ partis obſtinata, & inflexibilis pertinacia non tantum RADICIS ET MATRICIS ſinum, atque complexum recuſavit, ſed etiam Epiſcopum ſibi conſtituit, & contra Sacramentum ſemel traditum divinæ diſpoſitionis & Catholicæ unitatis adulterum, & contrarium caput extra Eccleſiam facit &c.* Tum Unitatem Cathedræ Apoſtolicæ ſupra Petrum fundatæ cum Unitate Dei, cum Unitate Chriſti, cum ipſius Eccleſiæ Unitate comparat: *Deus unus eſt*, inquit, *& Chriſtus unus, & una Eccleſia ſupra Petrum Domini voce fundata. Aliud altare conſtitui, aut Sacerdotium novum fieri præter unum altare, & unum Sacerdotium non poteſt.* Equis hic non videt Cyprianum Unitatis Eccleſiæ, Unitatis altaris, Unitatis Sacerdotii uti centrum, Romanam Sedem agnoſcere? Poſtremo Novatiani Legatos Carthaginem adventantes nulla ratione voluit recipere, immo nec audire, quod ejus eſſent factionis, quæ ab Cornelii communione, & obedientia diſceſſerat. (*Ep.* 45.) Quid plura? Scribens adverſus Schiſmaticos æque Romanos ac Africanos tunc temporis Eccleſiæ unitatem dilacerantes, haud ſemel Sedem Romanam *Eccleſiam principalem* adpellat *Catholicæ Eccleſiæ Radicem & Matricem*.

Vide Concilium Œcum. VIII, apud Sand. *Vit. Pontif. pag.* 266, in quo Concilio interfuerunt ſolummodo centum & novem Epiſcopi; quia Epiſcopi omnes faventes Photio, qui numero longe plures erant, excluſi fuerunt.

(t) Differt hoc noſtrum ſyſtema a ſyſtemate Richeriario in Libello *de Eccleſia, & Politica Poteſtate*, edito an. 1611, & ab ſyſtemate Salmaſii, quicum conſentit Franciſcus Buddeus ſuæ Lutheranorum Sectæ inhærens *l.* 5 *Inſtit. Theolog. c.* 4, §. 14.

ceptam referre debere. Demonſtravimus, non quamlibet Epiſcoporum Univerſitatem eſſe Eccleſiam Chriſti, ſed eam tantum, quæ Petri ſucceſſori Summo Pontifici adhæreſcit. Evicimus, ut vox Eccleſiæ dici poſſit, nihil intereſſe, num univerſitas coacta, an diſperſa loquatur; num numero inferior, an ſuperior, modo tanta ſit, quæ Univerſitatis nomen mereatur, & cum Pontifice cohæreat; num demum Pontificis ſententiæ Univerſitatis conſenſus accedat, an Univerſitatis ſententiam Pontificis aſſenſus conſequatur.

§. XI. Ex hiſce omnibus elucet, ea omnia, & ſola jura ſibi Epiſcopos poſſe vendicare, quæ ab Eccleſia aliquando tributa illis fuerint, nec poſtea adempta, ab Eccleſia, inquam, hoc eſt ab Univerſitate Epiſcoporum, ſuffragante Pontifice, vel a Pontifice, ſuffragante tacite vel expreſſe Univerſitate, ſeu tanta Epiſcoporum multitudine, quæ Univerſitatis nomen per ſe tueri poſſit. Aliud porro dicendum de Pontifice Maximo utpote illius ſucceſſore, qui non modo cum Apoſtolis univerſis (*Joan. XX.*) Juriſdictionis poteſtatem tulit, ſed etiam ſolus (*Jo. XXI.*) eam a Chriſto recepit. Verum quemadmodum ille verus Pontifex habendus non eſſet, quem verum eſſe Pontificem omnes, vel pene omnes negarent, ita ſi quæ doceat, jubeat, agatque Pontifex, a quibus cuncti, vel pene cuncti abhorreant, ea a Pontificis auctoritate minime manaſſe dicendum eſt. Jam vero ad ſingula S. Pontificis jura veniamus.

QU.

14. Nam hi omnes nomine Eccleſiæ intelligunt Laicorum Univerſitatem, cui Sacrorum Miniſtri ſubſint; nos vero contra nomine Eccleſiæ intelligimus Epiſcoporum Paſtorumque Univerſitatem Summo Pontifici adhærentium, quibus Laici pareant.

QU. VI.

Quid ſentis de Oraculis, quæ S. Pontifex edit in re Fidei (a) ac Morum?

§. I. UNA eſt omnium Catholicorum vox, Summum Pontificem, cum ex Cathedra docet fallere, ac falli neſcium eſſe. Quando

(a) Fides hic ſumitur pro Collectione Articulorum fide divina credendorum juxta illud D. Athanaſii: *Hæc eſt fides Catholica &c. Hæc eſt fides 24, quæſt. 1.* Hæc eſt fides, quam in Eccleſia Catholica didicimus, quamque ſemper tenuimus & tenemus: & diſtinctiſſime habetur *in c. firmiter credimus l. de Summa Trin. & fide Cath.* Chriſtianæ fidei Myſteria quamquam nulla ingenii vi, nullaque mentis ope percipi poſſint, tamen quantum facere, enitique potuit, nihil prætermiſit Eccleſia, quin ea omnia quæ ad credendum neceſſaria ſunt nobis proponeret, atque explicaret. Hujuſce rei peragendæ cauſa variis temporibus fidei Symbola edidit, in quibus haberent Chriſtiani homines, quid de divinarum rerum myſteriis ſibi credendum profitendumque præſcriberetur. Ac primo quidem Apoſtoli antequam ad evangelicam veritatem prædicandam ire perrexerint, ea omnia myſteria, quæ ab omnibus tamquam certa & indubitata habenda ſunt, de quibus dubitare ſummum nefas, ac ſcelus, divino afflante Spiritu collegere, eaque poſtmodum fidelibus tradidere. Quamquam vero hoc Symbolum ſuis omnibus partibus, numeriſque omnibus ſit abſolutum, nihilque omnino ſit, quod in illo deſiderari poſſit, tamen cum poſtea multi obeſa nare, pravoque ingenio homines adverſus Catholicam fidem inſurrexerint, eamque qua levibus ratiunculis, qua ſophiſtarum fallaciis, qua futilibus captionibus convellere conati fuerint, ideo Sanctiſſimi Eccleſiæ Patres Nicænam I, Conſtantinopolitanam I, Epheſinam I, &c. Synodum collegerunt, ibique ad errorum radice evellendas, ſtirpeſque elidendas, longiores Symboli formulas condiderunt. Itaque cum Symbolum Apoſtolorum inciperet *Credo in Deum Patrem Omnipotentem Creatorem Cœli & terræ*, illi ut impiam Manichæorum hæreſim peſſumdarent addiderunt *in unum Deum*, nec tantum Creatorem Cœli & terræ, ſed etiam *viſibilium, & inviſibilium*. Inſuper ut Arii errorem extirparent, non ſolum dixerunt *& in Jeſum Chriſtum*, ſed illud etiam adjecerunt *Filium Dei Unigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum, de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt*. Rurſus ut impiam Eutychetis doctrinam amputarent, qui obgannire audebat, Spiritum Sanctum eſſe ſervum Patris & Filii, ideo verbis illis *Credo in Spiritum Sanctum*, addidere, *Dominum & vivificantem, qui ex Patre filioque* (hæc dictio *Filioque* inſerta fuit a Latinis poſt Concilium Toletanum I, ad Græcorum errorem hac ſuper re tollendum) *procedit, qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur*. Exſtitere etiam nonnulli, qui effutire non dubitarunt, Propheras tamquam phanaticos locutos fuiſſe, ideoque non abs re judicarunt hæc etiam adjicere, *qui loquutus eſt per Prophetas*. Reliqua prætereo tum ne multus ſim, tum ne in Theologorum meſſem falcem immittam. Mitto etiam Symbolum, quod Athanaſio tribuitur, quodque auctoritate Summi Pontificis receptum tandem in Eccleſia meruit recitari. Prætereo etiam Symbolum, quod contra Albigenſes, Almericum, atque Abatem Joachim editum fuit in Lateranenſi Synodo habita ſub Innocentio III, dignumque habi-

do autem ex Cathedra doceat; Catholici ipſi certant, & adhuc ſub judice lis eſt. Alii Eccleſiarum (*b*) (*Vid. pag.* 108.) omnium conſenſum expetunt, alii dumtaxat Romanæ Eccleſiæ conſilium depoſcunt, alii ne hoc quidem requirunt, ut Pontifex ex Cathedra docere dicatur. Quid nos autem? Pol nec tam liberales ſumus, ut Chriſti Eccleſiæ privilegia aut uni Romano

---

habitum eſt, quod Decretalium fronti præfigeretur; hæc omnia, inquam, prætereo, ut veniam ad eos commemorandos, qui ad ſolemnem Fidei Profeſſionem ab legibus vocantur Eccleſiaſticis. Plures ii ſunt, atque in primis qui in Chriſtianorum album referri volunt, qui ſi propter ætatulam, aliave de cauſa hiſcere non valeant, aut recta careant ratione, habent Patrinos ſuos, quorum lingua, ac mente utantur. Hæretici poſtliminio ut ita dicam reverſi antiquitus ſuam fidei Profeſſionem litteris exaratam, libelloque contentam exhibebant, noſtris autem temporibus qui ad Catholicæ Fidei ſinum redire volunt, ſolemni publicoque ritu ſuos ejurent errores, juxtaque formam a Pio IV. in Conſt. quæ incipit *Injunctum*, Catholicam fidem profiteantur neceſſe eſt. Idem Pius IV cum ad calcem ſuæ Conſtitutionis, quæ incipit *In Sacroſancta* decucurrerit, formulam quamdam Profeſſionis Fidei conſcripſit, qua, teſte Congregatione Concilii, uti voluit Doctores omnes, atque artium ac diſciplinarum Magiſtros, licet etiam intra domeſticos parietes, & in umbratili paleſtra litterarum tradant rudimenta, atque Arithmeticæ, Muſicæque artis diſcipulorum mentes inſtituant. Quod ſi Epiſcopus hanc Fidei Profeſſionem a Doctoribus, atque Scholaribus non efflagitarit, ab ingreſſu Eccleſiæ arcebitur; ſi Prælatus Epiſcopo inferior non popoſcerit, e ſuis dignitatibus, beneficiis, officiis &c., illico dejectus erit. Verum hæc Conſtitutio non ubique moribus recepta fuit. Iis etiam qui Sacris Ordinibus initiari volunt, quique ad Epiſcopatum promoveri, hæc Fidei Profeſſio inculcatur, primis a Can. *Quamquam* 6., *diſt.* 23; ſecundis a Conc. Trid. *Seſſ.* 24, *c.* 1, *de Ref.* & a Gregorio XIV in Conſt. quæ incipit *Onus Apoſtolicæ*. Rurſus omnes Epiſcopi Concilium Provinciale inchoantes & Fidei Profeſſionem emittant, & in Concilii Tridentini jurent Decreta; nolentes autem reluctanteſque Summo Pontifici ſiſtendi erunt, atque ab aliorum cœtu ſecernendi. Neque a Fidei Profeſſione liberantur ii qui tunc primum accedunt ad Synodum Diœceſanam, uti ſtatutum fuit a Conc. Tridentino *Seſſ.* 25, *c.* 2, *de Ref.* Quod autem ad eos pertinet, qui Canonicatus, & Dignitates Cathedralium Eccleſiarum, & Beneficia Eccleſiaſtica Curata adepti ſunt, juverit afferre Concilii Tridentini Decretum *Seſſ.* 24, *c.* 14, *de Ref.* *Proviſi etiam de Beneficiis quibuſcumque curam animarum habentibus teneantur a die adeptæ poſſeſſionis ad minus intra duos menſes in manibus ipſius Epiſcopi, & eo impedito coram Generali ejus Vicario, ſeu Officiali Orthodoxæ ſuæ Fidei publicam facere Profeſſionem, & in Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe permanſuros ſpondeant, ac jurent. Proviſi autem de Canonicatibus, & Dignitatibus in Eccleſiis Cathedralibus non ſolum coram Epiſcopo, ſeu ejus Officiali, ſed etiam in Capitulo idem facere teneantur, alioquin prædicti omnes fructus non faciant ſuos, nec illis Poſſeſſio ſuffragetur.* Quamvis claris ac perſpicuis verbis utatur Concil. Trid., nihilominus hac de re multæ difficultates obortæ ſunt, quas ſuſtulit S. Congregatio. Illius deciſiones ſingillatim percurram. Primo: Fidei Profeſſio repetenda ab iis eſt, qui ex una Beneficii Curati, vel Præbendæ Sede ad aliam convolaverint. Secundo: Non eſt neceſſe, ut a Canonicis hæc fidei Profeſſio prius fiat coram Epiſcopo, vel ejus Vicario, & poſtea coram Capitulo repetatur, ſed ſatis erit, ſi etiam facta fuerit in Capitulo præſente tamen Epiſcopo vel ejus Vicario, qui forte fortuna etiam Canonicus eſt. Tertio: Cum Epiſcopi Sedes vacua fuerit, non ſolum coram Capitulo, ſed etiam coram Vicario Capitulari Fidei profeſſio fieri debet. Quarto: Cum agitur de Fidei Profeſſione, Procuratoribus, ac peculiaribus mandatis nullus locus

no Pontifici, unive Romanæ Eccleſiæ aſſeramus; nec tam moroſi, ut hæc illi denegemus, niſi omnium Eccleſiarum conſenſus accedat. Quid ergo? Dixi equidem antea (*quæſt. V.*), ut vox Eccleſiæ dicatur & ſit, neceſſe eſſe, ut tanta Epiſcoporum multitudo, quæ Univerſitatis nomen per ſe tueri poſſit, Summo Pontifici aſſentiatur. Dico igitur modo, tunc Summum Pon-

---

tus erit; (dubitant multi de hac Congregationis declaratione; verum cum a Benedicto XIV in medium afferatur, (*Inſt.* 60, *n.* 3.) cumque non ſemel, ſed bis, ac ter idem ea ſenſerit, dubitandum amplius non videtur. Quinto: Ii, qui Beneficium Romæ conſequuti fuerint, nec ad Beneficii ſedem accedere poſſint, illiuſque Poſſeſſionem Procuratoris ope adepti fuerint, coram Datario, vel Cardinali Præfecto S. Congregationis, atque etiam Urbis Vicario Fidei Profeſſionem emittent, illam ſane repetituri coram proprio Ordinario, vel coram Ordinario, & Capitulo cum in Beneficium pedem, corpuſque intulerint. Sexto: Etſi qui intra duos menſes ad hanc Fidei Profeſſionem non acceſſerint, fructus non acquirant, diſtributiones tamen lucrantur quotidianas, dummodo omnes reditus non ſint in diſtributionibus ſiti, in qua facti ſpecie tertia fructuum pars quotidianarum diſtributionum nomen acquirat, cæteri fructus in craſſorum fructuum album referantur. Septimo: Ut amiſſos ob hanc rem fructus poſſis recuperare, Sancta Sedes, aut S. Congregatio adeunda tibi erit; ſed de hac re conſulenda eſt Inſtitutio 61 Proſperi Cardinalis Lambertini, poſtea S. Pontificis Benedicti XIV. Octavo: Etſi poſſeſſio fructibus percipiendis in hac facti ſpecie nullo ſit adjumento, nec regula de Annali Poſſeſſore, plurimorumque annorum curſus quidquam proſit, tamen beneficii titulo, proprietatique acquirendæ poſſeſſio maximæ eſt utilitati, ſuuſque locus eſt regulæ de Annali poſſeſſore. Nono: Fructus ob Fidei profeſſionem omiſſam deperditi ante omnem Judicis ſententiam erunt reſtituendi, ſecus conſcientia graviter reclamabit. Decimo: In eorum numero, qui Fidei Profeſſionem emittere tenentur, Canonici, Dignitateſque Eccleſiarum Collegiatarum, atque ſimplicia beneficia poſſidentes minime includuntur. Hæc quidem S. Congregatio. Aliquæ adhuc difficultates in animo reſidere videntur? Dabimus igitur operam, ut eas evellamus. Dubitas ne, utrum Coadjutores quoad Fidei Profeſſionem iiſdem legibus teneantur, quibus Canonici & Dignitates Eccleſiarum Cathedralium? Non tenentur; nondum enim veram Canonicatus Dignitatiſque Poſſeſſionem adepti ſunt. De eo ne ſuſpicaris, qui, cum potuerit coram Epiſcopo, coram ejus Vicario Fidei Profeſſionem emiſit? Aliquem ne tibi ſcrupulum injiciunt ea Concilii verba, *vel eo impedito*? Scito ea verba non ad neceſſitatem, ſed ad decentiam quamdam ſignificandam poſita eſſe. Non ſatis conſtat, quo tempore fructuum percipiendorum ſpe fruſtrari incipiant illi, qui Fidei Profeſſionem emittere negligunt? Culpam pœna conſequitur. Quo igitur tempore oritur culpa, (id autem fit poſt duos menſes a pacifica habita Poſſeſſione) pœna etiam incipit, & quamdiu culpa duraverit, pœna etiam illi hærebit, atque ab illa *ut canis a corio non abſterrebitur uncto*. Quæris ne, utrum ille, qui intra illos duos menſes ſed ob aliam cauſam, puta quod Doctoris lauream retulerit, vel Synodo interfuerit, coram Epiſcopo, vel ejus Vicario Fidei Profeſſionem emiſerit etiamſi ſui muneris immemor, tamen Concilii Tridentini menti ſatisfecerit? Satisfecit. Quid ni? Novum ne eſt uno eodemque tempore, uno eodemque facto oneri alicui pluribus ex titulis impoſito ſatisfieri poſſe? Nonne Clericus, qui Officium Divinum recitat, & Ordini Sacro, & Beneficio debitum uno eodemque tempore perſolvit? At quid futurum erit de iis fructibus, quos non emittentes Fidei Profeſſionem ipſo jure deperdunt? Eorum partem ſibi pauperes loci, partem Eccleſiæ fabrica ſibi vendicabit, exceptis fructibus menſæ communis, qui in alios ſingulos Canonicos erunt erogandi. Conſule Reiffenſt. *Jur. Can. Univ. l.* 1, *Tit.* 1, §. 8, & 9, & Lucium Ferraris Verbo *Fidei Profeſſio*. Be-

Pontificem ex Cathedra docere, proindeque fallere, ac falli neſcium eſſe, cum, ſi non omnes Eccleſiæ, non pleræque, tamen bene multæ, Pontificis doctrinam amplectantur.

§. II. Multa ſane majorum noſtrorum teſtimonia ad rem hanc confirmandam præſto nobis ſunt, ſed ne omnem antiquitatem e tumulis excitare videamur, unus pro omnibus in medium

---

Benedictus XIV *de Syn. Diœceſana l.* 5, *c.* 2, §. 3. Quod attinet ad Fidei Profeſſionem, ſemper in Eccleſia hæc viguit diſciplina, ut Patres ad Sacra Comitia coeuntes, ſe Catholicam fidem profiteri, & præcedentia Œcumenica Concilia recipere ac admittere publice profiterentur. Ita præſertim in Concilio Chalcedonenſi, atque aliis deinceps Conciliis Nicæna, ac Conſtantinopolitana formula recitata. Quibus veſtigiis inhærens Synodus Tridentina *Seſſ.* 28 *de Reformat. c.* 2, præcipit Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis aliiſque omnibus, qui vel de jure, vel conſuetudine Synodo Provinciali intereſſe debent, *ut in ipſa prima Synodo Provinciali poſt finem præſentis Concilii habenda ea omnia, & ſingula, quæ ab hac Sancta Synodo definita, & ſtatuta ſunt, palam recipiant, nec non veram obedientiam Summo Romano Pontifici ſpondeant, & profiteantur, ſimulque hæreſes omnes a Sacris Canonibus, & Generalibus Conciliis, præſertim ab hac Synodo damnatas publice deteſtentur, & anathematizent: idemque impoſterum quicumque in Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopoſque promovendi, in prima Synodo Provinciali, in qua ipſi interfuerint, omnino obſervent.* Huic vero Sanctioni Epiſcopos, ut par erat, morem geſſiſſe probant omnia Provincialium Conciliorum, quæ Tridentinum ſunt conſecuta, Acta, quorum pleraque a Natali Alexandro allegantur H. E. Sæc. XV, XVI, Diſſ. 12, art. 16. Inſpecto igitur Tridentini Decreto non tenetur Epiſcopus Fidei profeſſionem emittere in prima Synodo Diœceſana, ſed in prima Provinciali: attamen maxime decet, ut in hoc Religionis actu præſtando etiam in Diœceſana Synodo, cæteris exemplo præeat, & fidem Catholicam ſub conſueta formula coram aſtantium Sacerdotum cœtu, palam profiteatur; quod docet Gavantus *p.* 2, *in An.* §. 3. Gavanto obſecuti ſunt duo Cardinales Archiepiſcopi Neapolitani, & Cantelmus, & Pignatellus Fidei profeſſionem in ſua quiſque Synodo emittentes; quod ideo ſe facere declararunt, quia nullo Provinciali Concilio uſque ad eam diem intervenerant . . . . Idem Tridentinum *l. c.* poſtquam ad Fidei profeſſionem in primo Provinciali Concilio emittendam adegit Epiſcopos, addidit: *Cæteri vero omnes ſive in præſenti, ſive in futurum Beneficia Eccleſiaſtica habituri, & qui in Synodo Diœceſana convenire debent, idem, ut ſupra, in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur faciant & obſervent; alias ſecundum formam Sacrorum Canonum puniantur* . . . . Verum etſi Concilium tum de accedentibus ad Synodum, tum de Parochis, & Canonicis Eccleſiarum Cathedralium prædicta ſtatuerit, nullam tamen ſpecialem formulam certis verbis conceptam adornavit, in quam ii jurare debeant, quos cæteroquin ad Fidei profeſſionem faciendam ſevera lege adſtrinxit. Eam tamen formulam poſtea concinnavit Pius IV, & ſua *Conſt.* 103, *Bull. Tom.* 4, *part.* 2, *pag.* 204, Rom. Ed. in eam jurare juſſit omnes, qui Cathedralibus, aut ſuperioribus Eccleſiis eſſent in poſterum præficiendi, vel Canonicatus Eccleſiarum Cathedralium, aut Beneficium Animarum curam habens forent conſequuturi . . . . Diſplicet hoc jusjurandum pleriſque heterodoxis, ideo dumtaxat illud improbantibus, quia unicuique fas eſſe vellent, Religionem, & Fidem, quaſi Induſium pro libito mutare; ac proinde Fidei profeſſionem conceptis verbis faciendam *Fidem Formulariam* per ludibrium appellant. Noſtrum hic non eſt eorum inſaniam refellere; obiter tamen, & veluti per tranſennam advertimus, Fidei formulas non recenter adinventas, ſicuti illi oblatrant, ſed Eccleſiæ coævas eſſe, quod & cordatiores inter eoſdem hereticos ultro fatentur; nullus ſiquidem adultæ ætatis primis Eccleſiæ ſæ-

dium prodeat Auguſtinus. Hic enimvero, cum Pelagiani judicio Summi Pontificis Innocentii I condemnati ad Generale Concilium provocaſſent, Julianum Pelagianum hiſce verbis perſtringebat: *Quid adhuc quæris examen, quod ad Apoſtolicam Sedem jam factum eſt?* (*lib.* 2 *Op. Imp. c.* 203.) Quod ſi ex Divo Auguſtino quæris, cur nullus amplius appellationi locus ſit, is ſtatim

---

ſæculis Baptiſmate donabatur, qui Catholicam fidem conceptis verbis antea non profiteretur, & graſſantes tunc temporis hæreſes publice non deteſtaretur; de qua re luculentum teſtimonium perhibent Cyprianus *Ep.* 76 ad Magnum; Tertullianus *de Baptiſmo, c.* 6; Euſebius *Ep. ad Cæſar.* apud Socratem *l.* 1, *c.* 8; Auguſtinus *l.* 8 *Conf. c.* 2. Specialem quoque Fidei profeſſionem ſub certa formula ſemper Eccleſiam exegiſſe a ſuſpectis Catholicis, redeuntibus ad Eccleſiam hæreticis, ac novis Epiſcopis, tradit Cyrillus Alexandrinus *Ep. ad Acacium Tom.* 5, *part.* 2 *Oper. pag.* 109, & pluribus probat Chriſtianus Lupus *in Scholiis, ac notis ad Canones Epheſinos Tom.* 1, ed. Lovan. an. 1665, *pag.* 360. Nec præterea recens inſtitutum eſt, ut Catholicam Fidem, quam quis exterius profitetur, ſe conſtanter retenturum juratus promittat. Etenim Patres Concilii Toletani XI anni 675, *can.* 10, ſtatuere: *Placet huic Sancto Concilio, ut unuſquiſque, qui ad Eccleſiaſticos gradus eſt acceſſurus, non ante honoris conſecrationem accipiat, quam placiti ſui innodatione promittat, ut Fidem Catholicam ſincera cordis devotione cuſtodiens juſte, & pie vivere debeat.* (Collect. Hard. *Tom.* 3, *col.* 1028.) Ubi *placiti innodatione* aliud deſignari non poſſe, quam juramenti vinculum nemo non videt. Gregorius II a Bonifacio Germanorum Apoſtolo, quem quidem Kal. Decemb. anno 723 Epiſcopum inauguravit, juratam Fidei profeſſionem ab omnibus Epiſcopis in eorum ordinatione præſtari ſolitam, accepit in hanc formam conceptam: *Promitto ego Bonifacius, &c. tibi, Beate Petre Apoſtolorum Princeps, Vicarioque tuo Beato Gregorio Papæ, & ſucceſſoribus ejus per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, Trinitatem inſeparabilem, & hoc Sacratiſſimum Corpus tuum, me omnem fidem, & puritatem Sanctæ Fidei Catholicæ exhibere, & in unitate ejuſdem Fidei, Deo operante perſiſtere, in qua omnis Chriſtianorum ſalus eſſe ſine dubio comprobatur &c.* Apud Baronium ad eumdem annum 723, num. 4. Berengarius in Concilio Romano ſub S. Gregorio VII anni 1079, poſt ejuratam hæreſim, Fidei profeſſionem juramento ſuper Sancta Dei Evangelia, obſignavit, ut narrat Baronius ad dictum annum *n.* 3, & Concilium Toloſanum ann. 1129, *can.* 10, ſancivit &c. *Univerſi tam mares, quam fœminæ, maſculi a XVI anno & ſupra, fœminæ a XII abjurent omnem hæreſim extollentem ſe adverſus Sanctam, & Catholicam Romanam Eccleſiam ..... jurent etiam, quod fidem Catholicam, quam Romana Eccleſia tenet, & prædicat, ſervabunt.* Tom. 6 Coll. Hard. *p.* 2, *col.* 1151. Hæc aliaque hujuſce generis innumera, vetuſtate veneranda exempla, & Decreta ſatis ſuperque eſſent ad obſtruendum os hæreticorum obloquentium de fidei profeſſione ex Pii IV Conſtitutione conceptis verbis edenda, & juramento confirmanda; quæ tamen nos prætermittimus, quia præſentis inſtituti non eſt cum hæreticis dimicare.

(b) Orſius *de Auct. Rom. Pontif. l.* 8, *c.* 11, *pag.* 595, edit. Rom. *& ſeq.* Cum refragante inſigni aliqua parte, uti Aſiarica, Africana, Orientali, aut Gallicana, aliarum Eccleſiarum cum Romano Pontifice conſenſus haberi non poſſit, ſi error aliquam ex iis Eccleſiis invaſerit, fruſtra ſe pravorum dogmarum ſectatores, & archirectit a Romano Pontifice, & ab aliis Eccleſiis pro hæreticis haberi contendent. Sic fruſtra Eutychen, & Dioſcorum S. Leo, fruſtra Sergium, & alios Regiæ Urbis Epiſcopos S. Martinus, aliique Romani Pontifices ob Monotheliſmum velut hæreticos judicaſſent, quamquam eorum judiciis alii omnes totius Orbis Epiſcopi conſentirent... De-

tim tibi reſpondet: *Reſcripta ab Apoſtolica Sede venerunt, cauſa finita eſt.*

§. III. Verum libet Auguſtini hac de re ſententiam paullo diſtinctius atque explicatius enucleare. Quatuor jam Concilia adverſus hæreſim Pelagianam habita fuerant, nimirum Carthaginenſe anno 412, Dioſpolitanum in Palæſtina anno 415, Carthaginenſe alterum anno 416, & eodem anno Milevitanum, & nihilominus rem adhuc infectam eſſe ajebat Auguſtinus. *Nova quædam hæreſis inimica gratiæ Chriſti contra Eccleſiam Chriſti conatur exſurgere, ſed nondum evidenter ab Eccleſia ſeparata eſt.* Hæc Auguſtinus anno 416 exeunte *Ep.* 178. Verum ſtatim ac eorum Conciliorum ſententiæ acceſſit judicium Innocentii I Summi Pontificis, rem non amplius infectam, ſed confectam jam eſſe conclamabat. *Reſcripta ab Apoſtolica Sede venerunt, cauſa finita eſt.* Neque vero expectavit Auguſtinus, ut ſciret, an Pelagiani in Innocentii ſententia acquieſcerent, aut cæteræ Eccleſiæ eam unanimi aſſenſione comprobarent. Nam cum S. Innocentius litteras ſuas dederit die 27 Menſis Januarii anno 417 (*c*), & Divus Auguſtinus in concione habita ad populum die 23 Septembris ejuſdem anni (*d*), qui dies eo anno incidit in diem Dominicum, pronuntiaverit, litteris Beati Innocentii omnem ea de re dubitationem ſublatam eſſe, ſi ex octo menſium ſpatio quod interceſſit, menſes aliquot demas; quibus litteræ in Africam perlatæ fuerunt, non ſatis profecto potuit ſupereſſe temporis, quo S. Auguſtinus certior fieret, utrum Reſcripta Sancti Innocentii aliarum omnium, aut ſaltem plerarumque Eccleſiarum ſuffragium tuliſſent. Hoc ſatis fuit Auguſtino, ſi neque Pontifex ſine bona Epiſcoporum parte, neque bona Epiſcoporum pars ſine Pontifice judicarint.

§. IV. Cæterum cum Pelagianam hæreſim a (*e*) ducentis fere Epiſcopis partim Orientalibus, partim Afris, par-

Deinde cum liber eſſe debeat, ut adverſarii volunt, ejuſmodi conſenſus, & adhibito propriæ mentis, ac rationis judicio, præſtari a ſingulis Epiſcopis debeat; vix erit, ut in re potiſſimum obſcura, & multis altercationum nebulis implicata non plures ab Apoſtolica definitione diſſentiant, ac proinde vix erit controverſia, quæ hac via componi efficaciter poſſit .... Si quemadmodum Adverſarii volunt, Decretorum Fidei robur invictum, & immobilis firmitas ex Epiſcoporum judicio, & cum Romano Pontifice conſenſione pendere debet, fruſtra jactatur Romani Pontificis auctoritatem vinculum eſſe, quod in eamdem fidem omnes adſtringat Eccleſias, aut ejus judiciis univerſam hanc molem, & ſingulas ejus partes veluti una mente, atque uno ſpiritu vegetari.

(c) Ut ex temporis nota illis appoſita videre licet.

(d) In noviſſima editione Operum S. Auguſtini Sermo iſte ex veteri ſic prænotatur: *Habitus ad menſam S. Martyris Cypriani 9 Kal. Octob. die Dominica*; & anno 417, 9 Kal. Octob. in diem Dominicam incidiſſe ibidem obſervatur, quod Pagius etiam ad hunc annum animadvertit.

(e) In Concilio Dioſpolitano ſubſcripſerunt Epiſcopi 14, in Carthaginenſi Epiſcopi 68, in Milevitano Epiſcopi 61, quibus ſi addas etiam Epiſcopos Italos, qui juxta morem illorum temporum S. Innocentio Pontifici reſcribenti affuerunt, habes Epiſcopos fere ducentos; atque horum quidem partim Orientales, partim Afros, partim Numidas, partim Italos. Hinc diſcere poſſumus, quot circiter numero, quales, quantique Epiſcopi requirantur ut Corporis ſeu Univerſitatis nomen mereantur, quique cum Pontifice conjuncti dici poſſint *Eccleſia Chriſti*.

partim Numidibus, partim Italis, una cum Summo Pontifice damnatam eſſe certo ſciret, nihil amplius ſibi quærendum eſſe duxit, ut exclamaret, toti illi controverſiæ finem factum jam eſſe. *Duo Concilia*, inquit ille *Sermon.* 131. (Carthaginenſe Epiſcoporum 68, & Milevitanum Epiſcoporum 61.) *de hac cauſa miſſa ſunt ad Sedem Apoſtolicam.* En tibi haud exiguam Epiſcoporum partem: *Inde etiam Reſcripta venerunt.* En tibi Summum Pontificem: *Cauſa finita eſt.*

QU.

QU. VII.

Romanus Pontifex poteſt (a) Univerſæ Eccleſiæ, vel omnibus Eccleſiis leges præſcribere?

§. I. QUI Summum Pontificem ab Eccleſia diſtinguunt, atque ſecernunt, næ quod individuum eſt dirimere, ac diſtrahere conantur. Nam cum

(a) Berard. *Com. in Jus Eccl. Univ. Tom.* 1, *Diſſ.* 2. Alterum modum, quo Pontifices Maximi per ſe Juriſdictionem exercent, diximus eſſe Conſtitutiones, quarum nomine intelligimus Pontificias Epiſtolas motu proprio editas, & generaliter Eccleſiæ Univerſæ, aut certo Eccleſiaſticarum Perſonarum generi ubicumque in Univerſa Eccleſia conſtituto propoſitas. Multiplex eſt harum Epiſtolarum partitio. In primis ex eo, quod ad Univerſos dirigantur, vel Encyclicæ dicuntur, ſive Catholicæ, vel Tractoriæ, ſive Tractatoriæ. Catholicæ (verbis utor Ecumenii in Commentario in Epiſtolam Jacobi Apoſtoli, cui Catholicæ nomen inſcribitur) dicuntur Epiſtolæ quaſi Encyclicæ, quæ non ſeparatim gentem unam, aut Civitatem ſpectant, ſed fideles omnes in Univerſum. Tractoriæ, ſeu Tractatoriæ ita appellabantur a tractu, ſive a circuitu, in quem mitti ſolebant Conciliorum celebrandorum gratia, uti apud Auguſtinum *Ep.* 217. Item ratione qualitatis, ſeu conditionis illorum, ad quos Epiſtolæ diriguntur, modo Clericæ dictæ ſunt, modo Diaconales, modo Epiſcopales. Et quidem Clericæ Epiſtolæ licet aliquando vocarentur illæ, quæ a Clero ſcriptæ eſſent, quandoque tamen etiam illæ ſignificabantur, quæ ad Univerſum Clerum mitterentur, uti apud Cyprianum *Ep.* 4. Diaconales ad Diaconos dirigebantur, quibus regulæ traderentur bonorum Eccleſiæ adminiſtrandorum pro illorum cura Diaconis demandata. Epiſcopales etiam entroniſticæ dicebantur, quas videlicet initio Pontificatus ſui non tantum ſinguli Epiſcopi ad Collegas ſuos, ſed etiam Pontifex Maximus ad Univerſos Epiſcopos ſcribebant, ut ſcilicet ea ratione Epiſcopi Epiſtolam ſuſcipientes recens conſecratum Pontificem agnoſcerent, ac ſalutarent, atque appellabantur etiam Epiſtolæ *a paribus*, derivato vocabulo ex eo, quod paria exemplaria ejuſdem Epiſtolæ ad ſingulos mitterentur; immo & eædem Epiſtolæ continebant Fidei profeſſionem, quam recens conſecratus Epiſcopus, aut Papa ſcripto emittebat, & palam conſcios reddendo cæteros Antiſtites ſuæ Religionis. Hujuſmodi Epiſtolam exhibet Liber diurnus editus in *Tom.* 2 *Bibliothecæ Sebuſianæ cap.* 2. Inſuper ratione rerum, de quibus in Epiſtolis agitur vel Denuntiativæ dicuntur, vel Declarativæ, vel Indicativæ, vel Paſchales, vel Salutatoriæ, vel Synodales, Denuntiativæ ſunt quibus hæreticus, aut infidelis quiſquam denuntiatur, ut omnes norint, ab illius converſatione, præſertim in ſacris rebus, fore abſtinendum, qua ratione apud Leonem Magnum poſtulavit Flavianus, ut denuntiaretur Neſtorius. Declarativæ ſunt eæ, in quibus, ſuborta aliqua hæreſi, aliquando prodito nomine Auctoris, Pontifices illam publice deteſtantur, & fideles omnes monent ut ſe ab illa, quantum fieri poſſit, avertant. Indicativæ Epiſtolæ ſunt quibus Pontifex Maximus utitur, ut indicet, juſti cujuſdam animam Beatorum, vel Sanctorum faſtis decreto ſuo adſcriptam fuiſſe. Paſchalis Epiſtola olim in uſu erat, cum per Pontificem Maximum indicebatur dies Paſchalis feſtivitatis in Univerſa Eccleſia celebrandæ. Ita legitur in Concilio Arelatenſi I, c. 1, ubi Arelatenſes Epiſcopi his verbis Pontificem Maximum alloquuntur: *Primo loco de obſervatione Paſchæ Dominici*, *ut* uno

cum Eccleſia ſit *grex ſuo Paſtori adhærens*, (Cyprianus *ep. 66.*) ſi Paſtorem a grege, vel gregem a Paſtore ſejungas, nullam amplius habes Eccleſiam. At

---

uno die, & uno tempore per omnem Orbem a nobis obſervetur, & juxta conſuetudinem litteras ad omnes tu dirigas. Ad quæ referendus eſt *Canon 26, de Conſecr. Diſt. 3.* Refert Leo Magnus in Epiſtola ad Marcianum Auguſtum, hunc apud veteres morem fuiſſe, ut Alexandrinus Epiſcopus apud ſuos Ægyptios lunaris Orbis peritiſſimos inveſtigaret legitimum diem Lunæ Martiæ ad Paſchalem diem definiendum, quem diem ita deſignatum notaret apud Pontificem Romanum, quoque accepto Romanus Pontifex per generalem epiſtolam univerſos Epiſcopos moneret, ut eumdem diem veluti Paſchalem haberent. Temporibus Concilii Bracarenſis II, ſeu prope finem ſæculi VI, obtinebat, ut Pontifex Maximus Metropolitanis Univerſis Paſchalem diem denuntiaret, quem inferiores Epiſcopi ſinguli a ſuis Metropolitanis acciperent *c. 25 de Conſ. diſt. 3.* Salutatoriæ Epiſtolæ olim erant cum mutuæ charitatis fovendæ cauſa identidem Epiſcopi inter ſe invicem aut ipſe Pontifex Maximus mutuis datis, redditiſque officiis ſalutabant. De Synodalibus Epiſtolis vix quidquam adjicere juvat, ex ipſo enim nomine percipitur, deſignari eas, quæ Concilii celebrandi cauſa ad Epiſcopos diriguntur.

Hodie multæ harum Epiſtolarum ſpecies fere exoleverunt. Vulgares autem ſunt Conſtitutiones, quas Bullas ob ſubjecta plumbea ſigna appellaverunt, ſive fidei ſive morum dogmata, ſive diſciplinam ſpectent, ſive generalem gratiam, puta Remiſſionum, Indulgentiarum, ac Diſpenſationum, ad quas gratia Jubilei refertur, contineant. Qua tamen in re in præſentia diſtinctio eſt obſervanda Brevium & Bullarum; etenim obtinuit, non omnes Epiſtolas Pontificias Bulla plumbea obſignari, ſed aliquas cera rubra ſub annulo Piſcatoris, quas Brevia appellant, quaſi breviore formula contractas. Qui velit inquirere a quo primum, tempore vel annulo Piſcatoris in Brevibus, vel plumbeis notis in Bullis Summi Pontifices uti conſueverint, non modicum, fortaſſe etiam inanem laborem impenderet. Ego tantum dixero, morem plumbea ſigilla adhibenda Polidoro Virgilio *l. 8 de Inventione rerum c. 2*, referri inductam a temporibus Hadriani, aut Stephani III, quamquam nonnulli plumbea ſigilla ſe vidiſſe teſtentur Sylveſtri, Leonis Magni, Gregorii Magni, & Sergii, uti refert Ducange in verbo *Bulla Plumbea*. Et quidem veteres illi Pontifices nomina ſua in plumbo imprimenda voluerunt; neque alia vetuſtior adparet Bulla, quæ uti mos præſens eſt, imagines exhibeat Apoſtolorum Petri, & Pauli, quam ſub Adriano IV circa annum 1155. Formula vero ſignandi annulo Piſcatoris non adeo antiqua videtur; tantum adparet ex Epiſtola Clementis IV ad Petrum Groſſum nepotem ſuum ann. 1265, jam ſæculo decimo tertio eum uſum invaluiſſe, dum Romanus Antiſtes ad familiares ſuos, vel antea ſibi neceſſitudine junctos ſcriberet. Hodie Brevia latine ſcribuntur nitido ſtylo, & charactere in ſubtilibus albiſque membranis, in levioribus quibuſdam negotiis, puta in Ordinariis Diſpenſationibus, Indulgentiis, ac ſimilibus, item aliis favore pauperum expediendis non in Cancellaria, ſed in Secretaria, quam ideo Brevium appellant, non ab alio quam a Secretario ſubſcripta. Quamobrem ne fraus fiat, non ſolum in Regeſto per Secretarium adnotari ſolent, ſed etiam archetypa Pontificia manu ſubſcripta, ut quoties opus fuerit de veritate impetrati Brevis conſtare poſſit, niſi tamen agatur de gratia, aut diſpenſatione adeo ordinaria, ut cuicumque petenti denegari minime ſoleat, quales fere ſunt diſpenſationes pro ſuſcipiendis extra tempora, aut infra ætatem ſacris ordinibus, & quædam ſpecies Indulgentiarum ſine difficultate conceſſarum; in iſtis enim negotiis fraudis periculum remotum eſſe videtur, nec tanta opus eſſe cura, ac ſollicitudine. In cauſis gravioribus, quæ non favore pauperum expediuntur, Bullam fieri plumbeam receptum eſt, pendentem ex membrana craſſiore, vel filo Canapis, ſi de Juſtitia agatur, vel filo ſerico ſi de Gratia, membrana ipſa, in qua Epiſtola Pontificis exhibetur, vetere ſtylo Gallico exarata, præſertim in cauſis ad Reſervationes, affectioneſque Pontificias pertinen-

Digitized by Google

At quorſum hæc ? Eo nimirum hæc ſpectant ut intelligamus, ea omnia, quæ Pontifex jubeat, in quæ bona Epiſcoporum pars conſentiat, perinde firma, ac rata habenda eſſe, ac ſi Eccleſia ipſa juſſerit; ea vero, queis omnes vel fere omnes Eccleſiæ intercedunt, non Pontificis, ſed privati hominis voces eſſe putandas. (Vid. *Quæſt. V.*)

§. II. Cum igitur quæris, num Pontifex Univerſæ Eccleſiæ vel Eccleſiis omni-

nentibus; propterea quod Bullarum iſtarum frequentior uſus eſſe cœperit eo tempore, quo Avenione in Gallia Pontifices Maximi conſiſtebant. Quænam per Secretarium Brevium, quænam e converſo a Dataria ſint expedienda aperte declaravit Benedictus XIV in ſua Conſtitutione anni 1745 CXLV, Tom. I Bullarii.

Illud quoque in edendis Conſtitutionibus obſervandum eſt, ut qui illas edit, conſilio virorum prudentem utatur, unde lex dici poſſit *virorum prudentem Conſultum*, qualem appellabat Papinianus *in l.* 1 *de legibus*. Diſputant inter ſe Juris publici ſtudioſi, an vis legum potiſſimum a voluntate ferentium pendeat, an potius ab eorumdem ſagacitate: ego contentus ſum didiciſſe a Philoſophis utramque concurrere oportere ut lex optima, ac ſaluberrima evadat. Concurrit ſagacitas, quam optimum conſilium judiciumque regit; concurrit voluntas, quam majeſtas non ſinit effectu ſuo fruſtrari. Hinc eſt, quod voluntas, quæ per ſe idonea facultas eſt ad exequendum, non alienum expectet auxilium; ſagacitas autem, quæ variis hinc illinc effuſis luminibus eſt illuſtranda, alienis conſiliis adjuvetur. Hanc diſciplinam & Ethnici, & Chriſtiani Principes in ſuis edendis legibus ſervaverunt. Ex Ethnicis laudo Alexandrum Severum, qui teſte Lampridio non aliter ferre legem conſueverat, quam accedente conſilio Juriſperitorum viginti, & ſapientiſſimorum quinquaginta, diſertiſſimorumque virorum. Ex Chriſtianis laudo Theodoſium, cujus monumentum perſpicuum legere eſt *in l.* 8, C. *de legibus*, profeſſum, ſe non aliter legem conditurum, quam ſi & Proceres ſacri Palatii, & Senatus eam probaviſſent. Et quidem in Eccleſia ſimili ratione Conſtitutiones condi conſueverunt, non in Conciliis tantum, de quibus nulla eſſe dubitatio poteſt, ſed etiam extra Concilia; quando ſcimus, unumquemque Epiſcopum in gravioribus adminiſtrandæ Diœceſeos negotiis ſeu Cleri ſui, ſeu Capituli conſilio uſum fuiſſe *c.* 4, & paſſim *de his quæ fiunt a Præl.*, eademque ratione Pontificem Maximum Cleri quoque Romani, aut illorum, qui in Cleri ejuſdem jura recentioribus ſæculis ſucceſſerunt, conſilia poſtulaviſſe, ubi de Romanæ tantum Diœceſeos cura ageretur. Quod ſi a Pontifice Maximo aliquid agendum eſſet, quod Univerſam Eccleſiam ſpectaret, majoris cujuſdam præſtantiorisque conventus acceſſione opus eſſe videbatur. Per novem aut decem priora ſæcula cogere ad eas dirimendas cauſas ſolebant Romani Antiſtites non ſolum ſeptem ſuburbicarios Antiſtites (hodie ſex tantummodo numerantur ob unitum Epiſcopatum Sanctarum Ruffinæ & Secundæ, alias Sylvæ candidæ, cum Epiſcopatu Portuenſi) quaſi ſuffraganeos ſuos, & Provinciales, ſed etiam plures ſelectos ex Univerſa Italia, quaſi Nationales, ſeu Primatui Romano ſingulari quoque jure ſubjectos; atque, ac ſi congregaretur Synodus, horum explorato conſilio definiebant, definitumque Univerſæ Eccleſiæ proponebant. Optima ſane rerum gerendarum prudentia, ubi potiſſimum diſcutienda foret fidei, morumve doctrina; ut hæc enim ad Traditionem veterem, & Apoſtolicam erat exigenda, utile erat teſtimonia illorum advocare, in quorum Eccleſiis integra magis videri poterat, quales erant Italicæ, quas Apoſtoli Petrus, & Paulus, eorumdem ſocii ac diſcipuli per ſe erexerunt, a quibus deinde, quæ in remotioribus provinciis conſtitutæ fuerunt, derivatæ doctrinam primigeniam quaſi e fontibus puriſſimis acceperunt. Non poterat tamen exinde non proficiſci quoddam Italicarum Provinciarum incommodum, quando illarum Epiſcopi frequenter Conſtitutionum Univerſalium edendarum occaſione avocabantur a diœceſana ſollicitudine, aliquando etiam non reſidere per diuturnum tempus cogebantur; item quoties per Conſtitutio-

omnibus leges, quæ vere leges ſunt, poſſit deſcribere, (cum Pontificem dico, eum porro dico, quicum haud exiguus Epiſcoporum numerus ſentiat) idem eſt ac ſi quæras, num Eccleſia Chriſtianis omnibus hujuſmodi leges jubere valeat. Hoc ſi a me quæris, nego prorſus, & pernego. Chriſtus enim ſupremus (*b*) Legiſlator cum ſuam fundavit Eccleſiam, leges etiam, quibus ea regi, (*c*) adminiſtrarique, & ad quas Chriſtiani omnes, Chriſtianorumque Præſides ſuas actiones, mores, vitamque caſtigare deberent, omnes conſtituit, nullumque aliud negotium Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus reliquit, quam ut illarum cultum ubique terrarum urgerent, promoverent, ſuccenderentque (*d*).

§. III. Verum ut hic cultus in homi-

nes generales diſciplinæ capita eſſent ſtabilienda, non videbantur ſatis opportuna unius Italicæ Eccleſiæ Epiſcoporum conſilia, forte tantummodo Italicis moribus accommodata, & non facile aliarum Provinciarum adjunctis conſentanea. Eam ob rem Sæculo X, & XI, Pontifices Maximi ſatius duxerunt, ut alia ratione commodis Eccleſiarum conſulerent, Cardinalium Collegium tamquam a Conſiliis deſignando, in quod admitterentur primum ſex Epiſcopi ſuburbicarii, ut aliquod veteris diſciplinæ veſtigium ſupereſſet, adjectis Presbyteris, ac Diaconis titulos in Urbe Eccleſiaſticos adminiſtrantibus, immo & receptis in idem Collegium viris ex univerſo orbe ſelectis eximiis, qui ſingularum Provinciarum mores callerent, eaque in congreſſu proponerent, quæ vel utilia, vel minus utilia viderentur; atque huc pertinet, quod S. Bernardus *in l. 4 de Conſid. c. 4* ajebat: *An non eligendi de toto Orbe Orbem judicaturi?* Quibus conſonat Concilium Trid. *in c. 1, Seſſ. 24 de Ref.* v. *Ea vero*.

(b) Mam. *O. & A. C. T.* 5, *pag.* 5. Nos vero quemadmodum Chriſtum *ſummum abſolutum liberum* Chriſtianæ Reipublicæ Regem fatemur eſſe, ita conſtitutum aliquem in Eccleſia, Dei quidem inſtitutione, fuiſſe contendimus, qui cum ſub aſpectum cadat, tum non *abſolutum* ac liberum, ſed loco Servatoris, qualis in miniſtrum, diſpenſatoremque competere poſſit, auctoritatem obtineat &c.

(c) Mam. *O. & A. C. T.* 4, *pag.* 271. Proteſtantes cenſent, Chriſtum inſtituiſſe ordinem Doctorum, omniaque ut decet, diſponi, ac perfici præcepiſſe; de forma autem Civitatis, quæ ſub oculos caderet, de ratione divini cultus, de ritibus inſtitutiſque, vel ornatus, vel alius rei cauſa, religioni Chriſtianæ adjungendis, nihil ipſe per ſe certi, ac definiti, niſi forte perpauca exceperis, ſanxit. Quare habitam ab eo hominum, temporum, locorum, varietatiſque rerum rationem putant, datumque ſuis negotium fuiſſe, ut id in poſterum tempus agerent, quod proſpexiſſent, Chriſtianæ Civitati utile, frugiferumque futurum . . . . Ego vero de forma Eccleſiaſticæ Reipublicæ nihil a Chriſto certi definitum fuiſſe, vehementer nego. Etſi enim quidquam in Evangeliis, quod huc pertineat, minime legam, cum tamen Apoſtoli, Majoreſque noſtri a Spiritu Sancto, Chriſtique ſententia Epiſcopos fuiſſe inſtitutos ſcribant, qui Eccleſias moderarentur, eoſque plecterent qui dicto audientes eſſe noluiſſent, fas non eſſe cuiquam Chriſtianorum de eorum fide dubitare, ſecuſque rem habuiſſe dicere, atque ipſi tradiderint ... Quod enim opponunt de Apoſtolorum ſilentio leve eſt. Nam tam ſunt Pauli in Epiſtolis, Joannis in Apocalypſi, quæque in Actis Apoſtolicis perſpicua loca de forma regendæ, gubernandæque Eccleſiæ, ut iiſdem nulla arte offundi tenebræ poſſe videantur.

(d) Innocentius I ad Victricium Rothomagenſem. „ Propter eos igitur, qui vel „ ignorantia, vel deſidia non tenent Eccle- „ ſiaſticam diſciplinam, & multa non præ- „ ſumenda præſumunt, recte poſtulaſti, ut „ in illis partibus iſtiuſmodi, quam tenet „ Eccleſia Romana, forma ſervetur, non „ quo *nova præcepta aliqua imperentur*, „ ſed ea quæ per deſidiam aliquorum ne- „ glecta ſunt, ab omnibus obſervari cupia- „ mus, quæ tamen Apoſtolica, & Patrum „ traditione ſunt conſtituta. “ Vide ea quæ diximus in Proleg. *Quæſt. V.*

Zoſimus *Ep.* 7 ad Viennenſes, & Narbonen-

minum animis gigni, ali, ac foveri poſſit, opus eſt quibuſdam regulis, atque Canonibus, qui Chriſti leges nobis commonſtrent, ad earumque obſervantiam noſmet manu veluti ducant. Hinc Eccleſia Summuſve Pontifex nunquam deſtitit hujuſmodi regulas ac Canones ſtatuere, quibus divinarum legum honos ad optatos exitus proveheretur. Huc igitur tota hæc noſtra Oratio recidit, Eccleſiam Summumve Pontificem nulla juſſa Chriſtianis deſcribere poſſe, quæ aut contra, aut præter, ſed ea ſolummodo quæ ſint ſecundum Chriſti leges, vel ut melius dicam, quæ nihil aliud ſint, quam divinarum legum conſectaria, atque corollaria, quam faces, ac ſtimuli ad Chriſti præcepta inſtitutaque moribus noſtris exprimenda. Neque vero aliud eſt Jus Canonicum, quam pædagogus, qui nos ad Juris Divini cultum inſtituit, atque erudit. Ut igitur propoſitæ quæſtioni ſatisfaciam, dico, Eccleſiam, ſeu (quod idem eſt) Summum Pontificem, ubi neceſſe fuerit, cumque opus ſit, Univerſæ Eccleſiæ vel omnibus Eccleſiis eos Canones præſcribere non ſolum poſſe, ſed etiam debere, qui inſtitutam a Chriſto legem aut collapſam reſtituere, aut vigentem conſervare, aut collabentem valeant ſuſtinere.

§. IV. Plurimum autem ab vero abludit illud, quod ait Photius in ſuo Nomo-canone, (*Tom.* 1, *c.* 4.) *Alienum eſſe a veteris Eccleſiæ inſtitutis, ut Eccleſiis omnibus Romanus Pontifex Canones edicat*. Ne nimia ſatietate te delaſſem, paucos tantum Canones memorabo, qui Photium, ſuoſque aſſeclas putidiſſimi mendacii coarguent. Sanctus Evariſtus (ann. 112.) ſtatuit, ſeptem Diaconos (*e*) Epiſcopis omnibus ad populum concionantibus præſto eſſe debere; S. Xyſtus I (an. 132.) decrevit ut nullus Epiſcopus Romam evocatus ad Epiſcopatum ſuum rediens ſuſciperetur, niſi Apoſtolicæ Sedis litteras *formatas* (*f*) populo ſuo exhiberet; S. Victor (an. 198.) cavit, ne ullo alio, quam Dominico die myſterium

---

nenſes Epiſcopos. „ Multa contra veterem „ formam Proculus uſurpaſſe detectus eſt... „ Indecens auſus, & in ipſo veſtibulo reſecandus, hoc ab Epiſcopis ob certas cauſas Concilium agitantibus extorquere; „ *quod contra ſtatuta Patrum* . . . *concedere vel mutare* ne hujus quidem poſſit auctoritas. Apud nos enim *inconvulſis radicibus vivit antiquitas*, cui decreta Patrum ſanxere reverentiam. “

S. Leo in Epiſtola ad Epiſcopos Viennenſes. „ Non *nova* inſtituentes, ſed vetera renovantes, ut in ſtatus conſuetudine, „ quæ noſtris Patribus tradita eſt, perduremus. “

Gregorius VII *l.* 2, *Ep.* 50 ad Sanctium Aragoniæ Regem. „ Solet Sancta, & Apoſtolica Sedes pleraque conſiderata ratione „ tolerare, ſed nunquam in ſuis decretis, „ & Conſtitutionibus a Concordia *Canonicæ* „ *traditionis* diſcedere. “

Liberius Papa an. 354 ad Conſtant. Imp. *ep.* 4, *n.* 3. „ Nunquam mea ſtatuta, ſed „ *Apoſtolica* ut eſſent ſemper firmata, & „ cuſtodita perfeci. “

Gelaſius Papa in Epiſtola ad Fauſtum Magiſtrum contra Acacium *c.* 2, Opp. S. Leonis edit. noviſs. Tom. 2, pag. 91: „ Itane non perſpicit ſecundum formam Concilii Chalcedonenſis Acacium „ fuiſſe damnatum . . . . Deceſſoremque „ meum executorem fuiſſe *veteris* conſtituti, non *novæ* conſtitutionis auctorem? “

(*e*) „ Quaſi vero doctrinæ teſtes (inquit Ciaconius) ne ab æmulis Epiſcopo „ prædicanti imponerentur errores, qui ei „ adſcriberentur, quos tamen ipſe non commiſiſſet: “ ſeu, ut interpretatur Blanchinus *in notis ad Anaſtaſium T.* 2, *p.* 2, *pag.* 78. „ propter ſtylum veritatis addiſcendum in miniſterio prædicationis. “

(*f*) Erant litteræ formatæ, per quas unitas

rium Reſurrectionis Domini ubivis terrarum celebraretur ; S. Cornelius (ann. 254.) ſtatuit, ut lapſi ubi ubi eſſent, extra mortis periculum, nonniſi peracta diuturna pœnitentia reciperentur in Communionem; S. Lucius (ann. 256.) edixit, ut duo Presbyteri & Diaconi (g) tres Epiſcopum quantumcumque uſque comitarentur teſtes ejus vitæ, & actionum.

§. V. Sed hæc fortaſſe fide laborant (h) apud eos, qui ea omnia, quæ eorum palato non ſapiunt, ad fabulas amandant; illa vero certiſſima, atque extra omnem teli jactum poſita ſunt, quæ Siricius reſcripſit Himerio Tarraconenſi Epiſcopo, ubi Epiſcopis omnibus edixit, ut eos unos in Eccleſiaſticorum album referrent, in quibus ſanctitas morum, pietas, religio eluceſceret, quique pluribus nuptiis incontinentiæ ſuſpicionem non injeciſſent: (In Decret. c. 8.) his enim verbis hunc Canonem claudit: *Quid ab Univerſis poſt hæc Eccleſiis ſequendum ſit, quid vitandum generali pronuntiatione decernimus.* Quibus germana ſunt ea, quæ S. Hilarius pronuntiavit in Concilio Romano habito anno 467. *Nulli fas ſine ſtatus ſui periculo vel divinas Conſtitutiones, vel Apoſtolicæ Sedis Decreta temerare.* Mitto alios Canones, qui ab Innocentio I, a Zoſimo, aliiſque primorum Eccleſiæ ſæculorum Pontificibus lati ſunt, quique apud Eccleſias omnes auctoritate valuerunt, ut proinde mirum ſit Boehmerum (Diſſ. altera *de Decretalium Pontif. Rom. variis Collect.* & fort. *not.* 5.) effutire non dubitaſſe, Canones a Romano Pontifice editos vim ſuam ad alias Eccleſias porrexiſſe dumtaxat poſt Novellam Valentiniani, qui floruit labente ſæculo V, in qua hæc habentur: *Verum ne levis ſaltem inter Eccleſias turba naſcatur, vel in aliquo minui Religionis diſciplina videatur, hac perenni ſanctione decernimus, ne quid tam Epiſcopis Gallicanis, quam aliarum Provinciarum contra conſuetudinem veterem liceat ſine Viri Venerabilis Papæ Urbis æternæ auctoritate tentare. Sed illis, omnibuſque pro lege ſit quidquid ſanxit, vel ſanxerit Apoſtolicæ Sedis auctoritas.*

Hunc

---

tas Fidei, ac mutuus inter caput, & membra amor foveri, & ſignificari conſueverat; ideoque etiam Canonicæ, Communicatoriæ, & Pacificæ vocabantur. Harum ſcribendarum rationem, ne fraudi locus eſſet, præſcripſit Nicæna Synodus c. 18.

(g) Quemadmodum Evariſtus cavit, ut ſeptem Diaconi *cuſtodirent Epiſcopum propter ſtylum veritatis*, teſtimonium ſcilicet veræ ac ſanæ doctrinæ ab eo prædicatæ; ita Lucius duos Presbyteros, & Diaconos tres Epiſcopo Comites adjunxit *propter teſtimonium Eccleſiaſticum*, ut nimirum de vita ejus ac moribus reſpondere malevolis, ac teſtari poſſent. Nam *propter malevolos*, juxta Apoſtolum, *oportet Epiſcopum & teſtimonium habere bonum ab iis, qui foris ſunt*, ut eſt in can. *jubemus* 60, *de Conſec.* ubi hoc Lucii Decretum recitatur & exponitur.

(h) Hæc ex libro Pontificali exprompta ſunt. Joannes Ciampinus in examine libri Pontificalis *Tom.* 3. *Scrip. Rer. Ital. pag.* 34, & 53. Hiſtoriam Roman. Pontif. quæ ſub titulo Libri Pontificalis circumfertur, a pluribus exaratam exiſtimamus: nihilominus ut autographæ genuiniſque ex Scripturis excerptæ maximam ac ſummam fidem habendam eſſe cenſemus; præcipue cum propter antiquitatem ſit eximiæ venerationis, ac tot ſæculorum conſenſu ab Eccleſia recepta, utpote quæ litteris conſignata fuerit a Scriptoribus, qui vel Pontificibus quorum geſta ſcripſere, coævi, vel paullo juniores fuerunt.

Hunc ego hominem, ne, ſi eum refellam, actum agendo tempus terrere videar, Petro de Marca recoquendum dabo (*i*).

QU.

(i) Petrus de Marca *de C. S. & I. l.* 1, *c.* 8, §. 3. Nolim tamen quod e Valentiniano protuli, eo ſenſu accipi, ac ſi tum primum legis ferendæ auctoritas Sedi Apoſtolicæ a Principe collata eſſet, cum tantum eo Reſcripto ſota ſit, ac confirmata. (Falſo igitur jactat Boehmerus Petrum de Marca hoc loci aſſerere Pontifices nonniſi Sæc. IV, & V, exercere cœpiſſe poteſtatem edicta condendi, hancque poteſtatem accepiſſe ex laudata Valentiniani ſanctione) Etenim (ſubdit Petrus de Marca *l. c.*) ante hujus Conſtitutionis promulgationem Decreta quædam generalia edebantur a Romanis Pontificibus, quæ miſſa per Provincias diſciplinæ Eccleſiaſticæ ordinem ubique ſancirent. Quæ a Liberio profecta ſunt, ejus ſunt generis, ut dignitate primum locum ſibi facile vindicent. Trecentis e toto Occidente per litteras Conſtantii Principis evocatis Ariminum Italiæ Urbem Epiſcopis, & dolo, aut minis eo adactis ut *Conſubſtantialis* vocem e formula fidei Nicææ edita delerent, Liberius Concilii iſtius profanam ſententiam Decretis ſuis infregit, Decretaque ſua hac de re edita per Provincias emiſit, ut teſtatur Siricius Pontifex in Decretis *c.* 1. Qui ſecuti ſunt Liberium Pontifices Conſtitutis Generalibus Fidei, ac *diſciplinæ* caverunt ante Valentiniani Imperium. Siricius (cujus tempus conſertur in annum 385 ſtatim ab obitu Damaſi.) Conſultationi Himerii Terraconenſis Epiſcopi ea reſcripſit, quæ ab omnibus cuſtodiri jubet. Sane totius Epiſtolæ contextus id unum ſpirat, ut non ſolum Epiſcopi quinque Provinciarum Hiſpaniæ ſuis Decretis pareant, ſed omnes in univerſum Sacerdotes & Clerici. Enimvero quibuſdam in locis vis illa præcipiendi ſe ſe prodit; ut *cap.* 8, quo cavetur ne inexploratæ vitæ homines, quibus etiam fuerint numeroſa conjugia, ad Cleri dignitates promoveantur. Hanc definitionem verbis his claudit: *Quid ab Univerſis poſt hæc Eccleſiis ſequendum ſit, quid vitandum generali pronuntiatione decernimus.* Quin & Decreta ſua Canonibus exæquat his verbis. *Quamquam ſtatuta Sedis Apoſtolicæ, vel Canonum venerabilia definita nulli ignorare ſit liberum.* In nullo autem capite illuſtrius emicat illa Sedis Apoſtolicæ auctoritas, quam in ea Conſtitutione Siricii, quæ Sacerdotibus, Presbyteris & Miniſtris fibulam impoſuit, & uſu conjugum, quas duxerant ante ordinationem, ſevere interdixit. Scio equidem tres illos gradus Univerſalis Eccleſiæ conſuetudine (cujus teſtes ſunt locupletiſſimi Euſebius, Hieronymus, Ambroſius, & Epiphanius) ad eam temperantiam adſtrictos fuiſſe. Sed multum intereſt inter conſuetudinem & legem. Conſuetudo violata pudore contemptores plectit. Lex vero contumaces gradibus ſuis mulctat. Paphnutius, cum de hac lege in Nicæno Concilio ſancienda ageretur, ſcilicet ut ſuperioris gradus Clerici ab uxoribus ſuis abſtinerent, ab ea promulganda Patres avertit, relinquendoſque conſilio ſuo Clericos in hac parte ſuaſit; cum ſatis Cœlibatui proſpectum videretur Canone Neocæſarienſi, quo cautum eſt, ne Presbyter uxorem ducat, alioquin gradu ſuo pellatur; ut docent Socrates, Sozomenus, & Gelaſius Cyzicenus; quorum narratio apud me nulla ſuſpicione laborat; licet viris celeberrimis aliud videatur. Sed quod in Concilio Nicæno tentatum fuerat ratione temporum ſuadente Siricius in neceſſitatem vertit, & conſuetudini vires legis addidit, pœnis in contemptores inflictis, Sedis ſuæ auctoritate. *Hi vero inquit* (in *Dec. c.* 7.) *qui illiciti privilegii executione nituntur, & ſibi aſſerunt, veteri hoc lege conceſſum, noverint ſe ab omni Eccleſiaſtico honore, quo indigni viſi ſunt, Apoſtolicæ Sedis auctoritate dejectos.* His verbis planam facit pœnam illam e veteri conſuetudine non eſſe profectam, ſed nunc primum a ſe ex privilegio Sedis ſuæ ſancitam. Quod etiam eleganter colligitur ex Innocentio in Dec. c. 21. Porro iſthæc Siricii Conſtitutio non ſolis Urbicariæ Diœceſeos, vel etiam Italiæ finibus concluſa eſt, ſed etiam ad Africanas Provincias commeavit. Africani nulla certa lege ſcripta ad continentiam illam Clericorum obſtringebantur ante Concilium, quod Synodum Carthaginenſem ſub Genethlio habitam anteceſſit. Etenim *ſecundo Ca.* hujus Synodi, quæ coacta eſt an. 390, refertur in Concilio præterito cum de Contineu-

QU. VIII.

Summus Pontifex poteſt ne Canones laxare in Univerſa Eccleſia, vel in omnibus Eccleſiis?

§. I. Juri Canonum condendorum reſpondet Jus Canonum laxandorum. Quam igitur Summo Pontifici Canonum, qui Eccleſiæ bono & incolumitati conſulunt, figendorum poteſtatem aſſeruimus, eamdem eorum Ca-

nentiæ & caſtitatis moderatione tractaretur, tres gradus Epiſcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum *conſcriptione quadam caſtitati per conſecrationem annexos fuiſſe*. Unde conſtat tunc primum, *in Concilio præterito* (id eſt ad ſummum an. 388) ea de re ſcriptam fuiſſe legem apud Africanos. Atqui Siricii Epiſtola ad eoſdem Decreta fuerat an. 386, ut neceſſe ſit poſt tempora Siriciani Conſtituti ante annum 390 de hac Continentia tractaſſe Concilium Africanum; cujus definitio ob quorumdam refragationes renovanda fuit c. 2 dictæ Synodi Carthaginenſis habitæ ſub Genetlio. Porro ut proniores redderentur Clerici ad ejus continentiæ obſervationem, Patres exemplo Siricii, eam ab Apoſtolis, & ab ipſo antiquitatis uſu arceſſunt. Continentiam enim & pudicitiam, quam Epiſtolis præſcribit Apoſtolus, ad hanc ſpeciem, interpretatione ex uſu petita, non ineleganter trahunt; etſi prima hujus diſciplinæ neceſſitas a Siricii Conſtitutione, & a priore Concilio Africano initium ſumpſerit. Quare non abſque ratione in Concilio Carthaginenſi V, habito an. 396, cum de Incontinentia Clericorum referretur, placuit Patribus, Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos ab uxoribus abſtinere *ſecundum priora ſtatuta*, ideſt juxta duorum Conciliorum antecedentium definitionem. Tandem in Zellenſi Concilio dubitantibus Epiſcopis, quid binis Siricii Epiſtolis ad Africanos conſtitutum fuiſſet, relectæ illæ an. 568, & juxta earum præſcriptum decreta ſunt iterum aliquot diſciplinæ capita; quorum ſummam retulit Ferrandus Diaconus in Breviatione Canonum. Inter cætera non omiſſum eſt illud quod Clericorum continentiam ſancit. Macedonia quoque, Theſſalia, & Græcia huic Sirícianæ Conſtitutioni paruerant . . . . Innocentius ipſe Decretis ſuis Occidentis Eccleſiam ornavit; immo & ipſam Antiochenam Eccleſiam, quæ caput eſt Orientalis Diœceſeos, Conſtitutis ſuis diſpoſuit. Etenim cum de jure Ordinationum ſuborta eſſet apud Epiſcopos illarum partium contentio, hinc ex uſu quodam Provinciarum ſuarum Ordinationes Metropolitanis ſibi vendicantibus, inde Alexandro Epiſcopo Antiocheno Epiſcoporum non ſolum Provinciæ ſuæ, ſed etiam totius Diœceſeos Orientalis Ordinandorum jus ſibi ex præſcripto Concilii Nicæni aſſerente, Innocentius conſultus reſcripſit, quæ illi æquiora videbantur, quæque vim ſuam per Orientem obtinuerunt, ita ut Antiochenus Epiſcopus plenam ordinationum auctoritatem receperit . . . . Zoſimus Monachorum (quorum, ille inquit, ſolitudo omni frequentia major erat) & Laicorum ambitum, qui ad Epiſcopatum contendebant, litteris ad Gallias Hiſpaniaſque, immo & in ipſam Africam tranſmiſſis repreſſit, Decretumque ſuum pœna ſancivit. *Sciet quiſquis hoc, poſtpoſita patrum, & Apoſtolicæ Sedis auctoritate, a nobis diſtrictius vindicandum, ut loci ſui minime dubitet ſibi non conſtare rationem, ſi hoc putat poſt tot prohibitiones impune poſſe tentari. Contumeliæ enim ſtudio fit, quidquid interdictum toties uſurpatur*. Zoſ. in Decret. *c.* 1, 2. Sane vetita fuerat a Pau-

Canonum, quorum ſummum jus (*a*) ſummam parit injuriam, ita molliendorum, ut Eccleſiæ neceſſitati, utilitatique inſerviant, illi poteſtatem (*b*) aſſeramus neceſſe eſt.

§. II. Sed majorum noſtrorum teſtimonia hac de re conſulamus. Africani Patres anno 401 ſupplicem obtulere libellum Anaſtaſio Pontifici, ut Donatiſtæ ab Hæreſi ad veram fidem

re-

Paulo, & a Concilio Nicæno ſeſtiuata Neophytorum ordinatio, ſed de Neophytis loquebantur, qui receus eſſent fidei inſerti. Inde tractum exemplum, ut Neophyti dicereutur novitii Clerici, & nuper e Monachorum vel Laicorum numero in Clerum adſcripti, quos ad Summum Sacerdotium ſtatim non admitti debere Coucilii Sardicenſis *Canone XIII* decretum fuerat, ſed nullo metu pœnæ coercebaotur. Hanc auctoritate ſua Zoſimus addit contra Novitios iſtos Clericos, quos ipſe poſt Coucilium Sardicenſe Neophytos appellat; & ad Presbyterii, & Diaconatus gradum prohibitionem extendit, ut docet ipſe in Epiſtola ad Patroclum Arelatenſem . . . . Quid commemorem Cœleſtinum, qoi litteris ad Epiſcopos Viennenſis, & Narboneoſis Provinciæ datis, ſe in ſpeculis a Deo conſtitutom officii ſui inſtinctu provocari dicit, ut ab illicitis revocet, & Vigilantiæ ſuæ diligentiam comprobaodo, receuſet, & quæ obſervanda ſunt, ſancit; ſtatimque regulas quamplurimas decernit de iis, quæ ad Clericorum quemdam amictum ſuperſtitioſum vitandum, qui io Eccleſiis Gallicanis iuoleverat, & quæ ad ordinationes pertinent. Ex quibus omoibus vel moroſiſſimo cuique liquido conſtare poterit, Apoſtolicam Sedem *ante Valentiniani Reſcriptum* Decretorum ſuorum per Proviucias mittendorum auctoritatem tenuiſſe.

(a) Symmachus Papa, circa aonum 501, in Epiſtola ad Avitum ſcripta, quæ nuper edita eſt a Luca Dacherio in 5 Tomo Spicilegii. „ Nam quamvis Patribus ſtatura „ diligenti obſervatione, & obſervanti di„ ligeotia ſint cuſtodieoda, nihilominus pro„ pter aliquod bonom de vigore legis ali„ quid relaxator, quod & lex ipſa caviſ„ ſet, ſi prævidiſſet. Et ſæpe crudele eſſet „ iuſiſtere legi, cum obſervantia ejus eſſe „ præjudicialis Eccleſiæ videtor, quouiam „ leges ea intentioue latæ ſuot, ut profi„ ciant, non ut noceaot. “

(b) Diſpenſatio defioiri poteſt, quod ſit provida, & gratioſa legis prohibitivæ, vel præceptivæ a Legislatore, juſta cauſa id ſuadente, facta relaxatio, vel ad determinatum quoddam tempus, vel in certo, & peculiari dumtaxat caſu, hoc effectu ut contra legis vigorem aliquid licite, & valide fieri queat, velut, quod iuutiliter, & contra leges factum, ſubſiſtat, ſalvo legis laxatæ vinculo, & vigore. Boeh. *J. E. Prot. T. 4, Diſſ. Prælim.* §. 30.

Diſpenſatio alia eſt legis, ut in c. *literas* 14, *de filiis Presbyterorum*: *Permittimus illum ordinari in Clericum*; alia hominis, quæ a ſuperioribus ſolet concedi; alia mixta quando ſcilicet lex concedit, ut homo diſpenſet *ad text. in c. de multa* 28, *de Præb.* Inſuper diſpeoſatio alia eſt tacita, alia eſt expreſſa. Tacita eſt, qoando Princeps conceſſit officium alicui inhabili, vel Papa Beneficium, nam tunc videtur tacite ſuper illius inhabilitate diſpenſare. Hoc tamen debet intelligi quando Papa, vel Princeps ſciebat inhabilitatem illius, cui facta eſt Officii, ſeu Beneficii conceſſio, ſecus vero ſi ignorabat, quia nonquam cenſetur Princeps remittere vitium ignoratum *c. ſi eo tempore de Reſcript. in 6.* Hodie tamen hujoſmodi tacita Papæ diſpenſatio eſt minus frequens in uſu ob regulam quinquageſimam primam Cancellariæ Apoſtolicæ, quæ ſolet ab omnibus Pontificibus confirmari ſequentibus verbis: *Item quod per quamcumque ſignaturam in quavis gratia nullatenus diſpenſatio veniat, niſi ſpecialiter exprimatur, vel dicta gratia totaliter effectum hujuſmodi diſpenſationis concernat, vel alias nihil conferat, aut operetur.* Diſpenſatio expreſſa eſt illa, in cujus litteris narratur defectus impetrantis, & in illis Papa utitur verbo *Diſpenſamus*, *Permittimus &c.* cap. *At ſi Clerici* 4 *De Judiciis*, §. *de Adulteriis*. C. *de multa* 28, *de Præb.* C. *litteras* 14, *de filiis Presbyterorum*, & C. *un. De ætat. & qual. in 6.*

Papa nequit diſpenſare in Jure Divino; poteſt tamen illud ioterpretari & declarare.

In

Digitized by Google

reduces priſtinum in Eccleſia locum, reclamantibus Canonibus, poſſent recuperare. *Placuit ut litteræ mittantur* (Concil. Afric. c. 35.) *ad Fratres & Coepiſcopos noſtros Italos, & maxime ad Sedem Apoſtolicam, in qua præſidet memoratus Venerabilis Frater, & Collega noſter Anaſtaſius, quo noverit habere Africam magnam neceſſitatem propter Eccleſiæ pacem, & utilitatem, ut &*

ipſi

In omni autem Jure Eccleſiaſtico poteſt Papa diſpenſare ex rationabili & juſta cauſa. C. 4 *de conceſ. Præbendæ*. Epiſcopus quoad Sacros Canones, & Conſtitutiones Apoſtolicas, & Decreta Conciliorum generalium nequit diſpenſare, niſi ſint caſus ſibi a Jure permiſſi ſeu conceſſi. C. *Inferior* 4, *Diſt.* 21. C. *Cum inferior* 16, *De Majorit.*, & *Obed. Clem. Ne Romani* 2, §. 1, *de Elect.* Ibid. *Quod lex Superioris per Inferiorem tolli non poteſt*. Vid. Lucium Ferrarium in Bibl. Verbo *Diſpenſatio*.

Accidit interdum, aliquot Epiſcopos, ceteroquin erga Apoſtolicam Sedem obſequentiſſimos, ejuſdem auctoritatem non conſulto, ſed potius incogitanter ſibi uſurpare; deceptos nimirum a quibuſdam Doctoribus, qui poteſtatem uni Romano Pontifici competentem quarumque Eccleſiarum Præſulibus adjudicant. Aſtruunt ſcilicet ejuſmodi Auctores, & velut indubitatum axioma venditant hanc Propoſitionem: *Quidquid poteſt Pontifex in Univerſo Orbe, ſi ea excipias, quæ totius Eccleſiæ ſtatum reſpiciunt, uti Fidei articulum definire, poteſt Epiſcopus in ſua Diœceſi, niſi ſpecialiter Papa ſibi illud reſervaverit*: eoque fundamento præjacto Epiſcopalem Juriſdictionem mirum in modum extollunt, ac ultra præſcriptos ei limites protendunt. Hanc porro opinionem plurium, & non infimæ notæ Doctorum auctoritate munitam Fagnanus operæ pretium exiſtimavit totis viribus convellere, ejuſque falſitatem & ratione, & auctoritate demonſtrare. Ratione quidem: etenim uti pariter argumentatur Suarez *l. 6 de legibus*, *c.* 14, *n.* 4, & 6, etiam ſecluſa Superioris prohibitione, nequit Inferior legem ab eodem Superiore latam aut abrogare, aut relaxare: Superior quippe, ſtatim ac aliquid per ſuam legem præſcribit, illud ſubtrahit ab ordinaria poteſtate Inferioris; cui propterea non licet in illam falcem immittere, niſi velit ſuam voluntatem anteponere voluntati Superioris per legem manifeſtatæ; quod profecto eſſet ſuæ ſubjectionis jugum excutere: *Et qui majoris poteſtatis eſt, judiciis ſuis addicere, aut propriis definitionibus ſubjugare*: quam inſolentiam reprehendit Nicolaus I in Epiſtola ad Michaelem Imperat. relat. *in Can. Inferior*, *Diſt.* 21. Prætetea ſi integrum eſſet Epiſcopo legem relaxare a Concilio Generali, aut a Summo Pontifice rogatam, tota everteretur Eccleſiæ diſciplina, caput ſubjiceretur membris, & proinde actum jam eſſet de Eccleſiaſtica Hierarchia divinitus inſtituta: quod bene ponderavit idem Fagnanus in *Cap. nimis*, *n.* 44, *de Filiis Presbyt.*, inquiens: *Unde etiam apparet longe minus admittendum eſſe, jure ordinario Epiſcopum diſpenſare contra legem Concilii Generalis, vel Summi Pontificis, quoties diſpenſandi facultas illi non adimitur; hæc enim doctrina niſi temperetur, ſecundum ea, quæ dicta ſunt, falſa & periculoſa eſt, & nullatenus ad praxim deducenda; nam Inferiorem poſſe contra legem Superioris abſolute diſpenſare, nihil eſt aliud quam caput membris, & ſuperiora inferioribus ſubjicere, & ordinem naturalem invertere, & Eccleſiaſticam Hierarchiam confundere Dei ordinatione inſtitutam: præſertim vero quia mos Sacrorum Canonum & Conciliorum eſt fere ubique ſimpliciter præcipere aut prohibere quid faciendum ſit, vel non faciendum: raro autem deſcendunt ad prohibitionem Diſpenſationis. Unde ſi liceret Epiſcopis diſpenſare, quotieſcumque Diſpenſatio in ſpecie non prohibetur, conſequenter eſſet in eorum facultate totum Jus Commune, & Concilia Univerſalia ſubvertere in ſingulis caſibus diſpenſando; quod eſt erroneum aſſerere*. Ad auctoritatem quod attinet, Fagnanus citato c. *Dilectus de temp. Ord.* ex hoc ipſo textu inferri autumat falſitatem propoſitionis, quam impugnat. Cum enim Epiſcopus Roſſenſis in Hibernia tres Sacros Ordines eadem die contuliſſet cuidam Canonico Ymilienſi in hujus Eccleſiæ Epiſcopum electo, obtentu mandati ſibi facti ab Archiepiſcopo Caſſellenſi ſuo Metropolitano, rem geſtam

im-

ipſi Donatiſtæ, quicumque Clerici correcto conſilio ad Catholicam unitatem tranſire voluerit, in ſuis honoribus ſuſcipiantur. Boehmerus (*Tom. IV J. E. Prot. Diſſ. Prælim.* §. 45.) hæc a Patribus Africanis Anaſtaſio Papæ ſcripta fuiſſe contendit, non ut Canonum veniam a S. Pontifice peterent, ſed tantum ut cauſam illi aperirent, quæ eos ad veniam dandam impulerat, ne inter Afros & Italos communio legum fracta eſſe videretur. At cur Italiæ tantum Epiſcopis, cur præcipue Romano Pontifici hujuſce ſui Conſilii cauſam indicarunt? cur non etiam aliis omnibus Occidentalibus Epiſcopis, atque adeo Orientalibus, quibuſcum hæc eadem legum communio intercedebat, Africani Patres litteras non dederunt?

§. III. Alia igitur mens, aliud propoſitum Africanis Epiſcopis fuit. Noverant enim illi, quemadmodum condendorum, ita etiam ſolvendorum Canonum jus nonniſi penes Chriſti Ecclecle-

---

improbavit, & Roſſenſis excuſationem reſpuit Innocentius III, reſcribens, etiamſi conſtitiſſet de mandato Archiepiſcopi, adhuc illi non fuiſſe obtemperandum, eo quod talis diſpenſatio nulli ſit a Canone permiſſa, *tum quia ſi de mandato Archiepiſcopi conſtaret, cum illi hujuſmodi Diſpenſatio a Canone minime ſit permiſſa, ipſi obtemperare non debuit in hac parte*. Ad ligandas igitur Inferiori manus, ejuſque Juriſdictionem coarctandam non eſt neceſſe, inquit Fagnanus, ut ſit illi expreſſe interdictum, ne quidquam contra Superioris legem audeat intentare: ſed ſat eſt id ei non eſſe ab ipſa lege permiſſum, ſicuti ab Innocentio audivimus. Verum cum in ea Innocentii III Decretali quæ refertur a Gonzalez poſt verbum *permiſſa* hæc alia ſubdantur: *quam ad ſolum Romanum Pontificem non eſt dubium pertinere*: ex quibus poteſt quis conjicere, poteſtatem relaxandi legem, de qua agebatur, fuiſſe a jure Epiſcopis ademptam, unique Romano Pontifici reſervatam; jam corruit argumentum quod ex ea Decretali Fagnanus inſtaurat. Clariores, nullique cavillationi obnoxii ſunt alii textus qui ad Fagnani opinionem roborandam, & contrarium axioma confodiendum producuntur. Primus eſt in Clem. *Ne Romani de Elect.* in qua Clemens V ait: *Nos inter cetera præcipue attendentes, quod Lex Superioris per Inferiorem tolli non poteſt;* idque ita intelligendum declarat, ut nequeat ab Inferiore *corrigi vel immutari, aut quidquam ei detrahi, ſive addi, vel diſpenſari quomodolibet circa ipſam, ſeu aliquam ejus partem*. Alter textus eſt in C. *Sancta Romana de Religioſis Domibus*, inter Extrav. Joan. XXII, ubi legitur: *Quidam autem eorum dictum habitum & vivendi ritum a quibuſdam Epiſcopis, ſeu eorum ſuperioribus, vel aliis Eccleſiarum Prælatis habuiſſe profitentur, quod nec eis concedere licuit contra formam Concilii Generalis*. Et quamvis adverſus hæc afferatur textus *in cap. Nuper, de Sent. Excom.* ubi dicitur, ab inferiore concedi poſſe Cenſuræ relaxationem, ſi conditor Canonis eam ſibi non reſervaverit, ſapienter tamen Gonzalez ad dictum c. *Nuper*, *n.* 3, animadvertit; id non eſſe extendendum ad alias materias, in quibus ex eo dumtaxat, quod aliquid non ſit expreſſe Epiſcopis prohibitum, non licet inferre, idem eſſe eiſdem poſitive conceſſum: ſpeciale enim illud eſſe, ait, in abſolutione a Cenſuris: eademque ſpecialitate gaudere aſſerunt Doctores, Diſpenſationem in Impedimentis quibuſdam mere impedientibus. Benedictus XIV *De Syn. Diœc. l.* 9, *c.* 1, *n.* 5, 6, 7.

Nec enim leges ſolvi poſſe, niſi ea auctoritate, qua & condi; brevi ruituram Canonum diſciplinam, ſi quot Epiſcopi, tot eſſent ejus ſolvendæ auctores; optari magis poſſe, quam ſperari, ut ea tota & ſapientiæ luce, & vigoris conſtantia inſtructus ſit quiſque Epiſcopus, quanta deſideretur, ut provide ſemper diſpenſetur & ſobrie; ne toties movendæ ſint lites in Epiſcopos qui improvide aut molliter diſpenſaſſent; multo expeditius eſſe, ut poteſtas ea tota ſemel transferatur ad Concilia Provincialia, atque ad Sedem Apoſtolicam, animadvertit Thomaſſ. *de V. & N. Eccl. Diſc. de Beneſ. p.* 2, *l.* 3, *c.* 24, §. 14.

cleſiam reſidere; hanc vero conſtare & corpore, & Capite; alterutrum ubi deſit, ibi Chriſti Eccleſiam minime affuturam; ſe ſe numero licet complures, corpus tantum eſſe; Capite proinde ſe indigere, ut Chriſti Eccleſiam referre poſſent, a qua una & rogandorum, & abrogandorum Canonum jus eſt repetendum. Non igitur ad alias Eccleſias ea de re retulerunt, ſine quibus Eccleſia Chriſti conſiſtere potuiſſet, ſed ad Italiæ Epiſcopos, videlicet ad Romanæ Eccleſiæ Senatum, atque in primis ad Romanum Pontificem, quo ſine aliæ Eccleſiæ umbrarum more vagantur, referendum eſſe duxerunt; rati ſcilicet Canonum veniam tum demum Eccleſiæ auctoritatem præ ſe ferre, cum vel a Pontifice, cui non nimis multi Epiſcopi interceſſerint, vel ab Epiſcopis conſentiente Pontifice, profecta fuerit.

§. IV. Neque ſolum Africani, ſed etiam Orientales Epiſcopi, cum de laxandis Canonibus agebatur, ad Romanam Eccleſiam confugiebant. Nam nec ab Antiochenis (*c*) Flaviani ordinatio ante rata habita fuit, quam Damaſus Pontifex illius vulneribus mederetur, nec Anatolio (*d*), qui ad Conſtantinopolitanas Inſulas temere obrepſerat, venia data, niſi Leone Sacerdote Maximo exorato.

§. V. Verum id non aliunde ortum eſſe, inquies (Boehmerus *J. E. Prot. Tom.* 4, *Diſſ. Prælim.* §. 39, §. 44.) quam ex fœdere Eccleſiarum inter ſe icto, vi cujus ii Epiſcopi, qui communes leges inſuper habebant, ab aliorum Epiſcoporum communione excidebant, nec, niſi venia impetrata, priſtinum communionis jus recuperabant. At qui fit, ut Eccleſia Romana hanc veniam, pacemque aliis quidem Eccleſiis dederit, ab iiſdem vero nunquam petiverit, contra vero omnes aliæ Eccleſiæ ab Romana petiverint ſane, illi autem dederint nunquam?

§. VI. Quam porro a veritate alienum eſt, quod ex De Marca, & Thomaſſino exſcribit Boehmerus, (*l. c.* §. 41.) nimirum a majoribus noſtris ignotum quidem fuiſſe violatorum Canonum reis, ſed, ut ab alicujus Canonis obſequio diſcederetur, nuſquam conceſſum. Nonne enim, ut alia mittam exempla, a Gelaſio Pontifice (*e*) (anno 492.) Laicis Monachiſque permiſſum

(c) Thomaſſinus *de Benef. p.* 2, *l.* 3, *c.* 24, §. 19. Orientalibus Pontificum Romanorum Diſpenſationibus illa præiverat quam Flaviano Antiocheno Epiſcopo annuerat tandem Damaſus Papa. Flaviani quippe ordinatio multis nominibus vitioſa fuiſſe videbatur, eique non Occidens tantum repugnaverat, ſed & Antiochia ipſa. Conciliatus ei tandem Theophilus Alexandrinus mox conciliavit illi & Damaſum, cumque communione demum Damaſi potitus eſſet Flavianus, omnes ſe tandem ei Antiochiæ Catholici recollegerunt.

(d) Thomaſ. *ib.* §. 18. Quin & Anatolium ipſum negavit Leo Papa in Sede Conſtantinopolitana confirmari potuiſſe, niſi ex Diſpenſatione Apoſtolicæ Sedis. Illum in eam intruſerat impiiſſimus Dioſcorus, Apocriſiarium ſcilicet ſuum ſtillantem adhuc cruore B. Martyris, & Patriarchæ Flaviani. Interpellaverat pro eo Marcianus Imperator, nec potuit non eam Diſpenſationem annuere Leo tanto interceſſori.

(e) Gelaſius Pontifex *in Epiſtola ad Epiſcopos Lucaniæ* promotionum Eccleſiaſticarum intervalla antiquis Decretis præfixa remittens, ita ut Monachis intra annum; & Laicis intra decem & octo menſes Presbyterii gradum adipiſci liceret hæc ſubdit: *Neceſſaria rerum diſpenſatione conſtringimur, & Apoſtolicæ Sedis moderamine* convenimur, ſic Canonum paternorum decreta librare, & retro Præſulum, Deceſſorumque noſtrorum præcepta metiri, ut quæ præſentium neceſſitas temporum reſtaurandis Eccleſiis relaxanda depoſcit, adhibita conſidera-

ſum fuit, ut, contra ac Canonibus vetitum erat, præpropere ac feſtinanter ad Sacerdotii gradum proveherentur? Quod ſi vero priſcis Eccleſiæ temporibus perraræ erant hujuſmodi diſpenſationes, poſtea vero poſt Sæculum XI frequentiſſimæ fuerunt, id uni temporum culpæ vertendum eſt, quæ, quo remotiora ab Eccleſiæ conditore, eo magis depravatos mores tulerunt, qui ne nimia ſanie, taboque puteant, Diſpenſationis thus, & odores incendendi. Prudenter S. Anſelmus Cantuarienſis: *Sæpe neceſſe eſt, de Apoſtolicis, & Canonicis ſtatutis pro compenſationibus relaxare, & maxime in Regno, in quo omnia corrupta ſunt, ut vix ibi aliquid omnino ſecundum ſtatuta Eccleſiaſtica fieri poſſit*. Non igitur a Diſpenſationum frequentia morum corruptela orta eſt, ut Romanæ Eccleſiæ hoſtes effutiunt, verum ex morum corruptela crebrarum Diſpenſationum neceſſitas enata eſt. Una ſemper fuit Eccleſiæ vox, una Chriſtianæ rei procurandæ, una Eccleſiaſticæ diſciplinæ regendæ ratio. Neque vero ſi pro morborum varietate, remedia etiam variantur, idcirco diverſa dicenda erit medendi ratio.

§. VII. Ex innumerabili pene Canonum multitudine, qua Chriſtiani ſæculo IV obrui cœperunt, & nunc in dies magis obruuntur, hanc diſpenſationum ſegetem emerſiſſe contendit Boehmerus *l. c.* §. 42. Sed quæ tot legum ferendarum occaſio, niſi pravorum inoleſcentium morum colluvies? Nam, uti ſuperius animadvertimus, (in Proœm. *q. V, & VII.*) in Eccleſia nunquam leges latæ, niſi ubi a more majorum, a priſtinis inſtitutis deſcitum eſt, neque niſi ad veterem diſciplinam inſtaurandam latæ, ut proin dici poſſit corruptas morum vitæque conſuetudines quodammodo Legum eſſe parentes, Diſpenſationum vero proavias.

§. VIII. In Diſpenſationibus autem concedendis eodem ſemper ſpiritu Eccleſiam caluiſſe, & nonniſi Eccleſiæ neceſſitatem, pacem utilitatemque præ oculis tuliſſe (*f*) tum veterum, tum in-

---

ratione diligenti, quantum fieri poteſt, temperemus; quo nec in totum formam veterem videamur excedere regularum, & reparandis militiæ Clericalis officiis conſulamus.

(f) An diſpenſatio ſine juſta cauſa conceſſa licita ſit & valida, tractari ſolet. Sane ſi ab Inferiore concedatur ſine cauſa, nec licitam, nec validam eſſe apud omnes in confeſſo eſt. De ſupremo Pontifice controvertitur. Sed quæſtio in duo capita eſt dirimenda. Unum eſt, an ſit licita; alterum, an ſit valida, etſi fortaſſe fuerit illicita. Licitam eſſe diſpenſationem a Summis Principibus ſine cauſa conceſſam aſſerunt Gloſſa, Bartolus, Innocentius IV, Panormitanus, Felinus, & alii quamplurimi, quia leges omnes ab eorum nutu pendent. Pleriſque vero Theologis, & Juris Canonici Interpretibus placuit nec Summum Pontificem, nec Reges ipſos licite a legibus ſuis ſolvere poſſe ſubditos ſine juſta cauſa. Quod probant ex iis locis, qui relati ſunt a Gratiano, & a Concilio Tridentino, quod vetuit, ne diſpenſationes in contrahendis matrimoniis dentur ſine juſta cauſa. Sed maxime ſententiam ſuam fulciunt ex jure naturali, quod ita Principibus leges commiſit, ut earum ſint Diſpenſatores, non Domini. Quare ſi a juſta & provida adminiſtratione aberrent, quæ Reipublicæ conſulere debet, abutuntur concredita ſibi poteſtate, dum inter ejuſdem univerſitatis membra inæqualitatem inducunt. Sed in altero capite quæſtionis iidem illi Interpretes in varias opiniones ſcinduntur, cum quæritur, an diſpenſatio indulta ſine cauſa ſit invalida, ut eſt illicita. Si Pariſienſes ſequamur, & antiquos Scriptores, dubium non eſt, quin Diſpenſatio injuſta ſit etiam invalida. Hanc ſententiam amplexi ſunt Bernardus, Goffridus Vindocinenſis, Joannes Sariſberienſis, Gerſonus, Major, Almainus, & ex

inſequentium, tum recentiorum temporum Canones luculentiſſime teſtantur (g). Gelaſius Pontifex ſæculo V: (In Decretis *c. 9.*) *Illa nullatenus*, ait, *mu-*

Theologis recentioribus Gabriel Vaſquez Hiſpanus, & plerique Interpretum Juris Civilis, & Canonici. Quod probant comparatione ducta a lege; quæ ſi injuſta ſit, legis nomine non cenſetur, ac proinde nec diſpenſatio injuſta diſpenſationis nomen obtinebit; maxime cum poteſtas, qua diſpenſans nititur, data ſit ad ædificationem, non ad deſtructionem, ut loquitur D. Paulus, unde ſequitur, diſpenſationem, quæ tendit ad diſſipationem & deſtructionem non proficiſci a poteſtate, quam Deus conceſſit, ac proinde eſſe nullam. Neque opponi poteſt huic ſententiæ, quod a contrariæ opinionis vindicibus, & præſertim a Suareſio aſſeritur, ſcilicet legem pendere ex arbitrio ejus, qui illam tulit, ideoque ſi Princeps quemquam ab ejus vinculo eximat, ejus arbitrium ratum fore. Hæc enim ratio, etſi alicujus momenti eſſe poſſit quoad leges ſæculares, attamen quod ad Eccleſiaſticas attinet, vim nullam habere poteſt. Earum enim conditio hæc eſt, ut perpetuæ ſint, ut Leo I ait, qui Canones nulla ratione convelli poſſe docet, (*in Epiſtola ad Ruſticum Narbonenſem*) *niſi ob neceſſitatem rerum, vel conſiderationem ætatum*; quæ ultima verba adoleſcentes reſpiciunt, quibus poſt geſtam publicam Pœnitentiam conjugem ducere contra regulas indulget *c.* 13 ejuſdem Epiſtolæ. Unde Joannes VIII reſcripſit Venetenſi Epiſcopo, dementis eſſe, Pontifici perſuadere velle, ut illud fieri concedat, quod omnino Canonicæ diſciplinæ eſt contrarium. Et Chryſoſtomus relatus in Breviario VIII Synodi eleganter dixit, *οἰκονομητέον ἔνθα οὐ παρανομητέον, ibi eſſe diſpenſandum, ubi non ſit prævaricandum*. Mihi vero hæc quæſtio hoc pacto dirimenda videtur, ut in iis, quæ ſingulos reſpiciunt, diſpenſationem a Pontifice etiam ſine cauſa indultam valere dicamus, immo vero & abſque crimine ſuſcipi, & concedi; in iis autem quæ vel jura tertii, vel ſtatum publicum lædunt, nec licitam eſſe, nec validam. Ac primam quidem partem eorum Auctorum teſtimoniis confirmari poſſe non ambigendum eſt, qui in Supremo Principe cauſam ad diſpenſandum neceſſariam non eſſe generaliter, & in univerſum aſſeruunt, ſolamque liberalitatem Papæ ſufficere pro cauſa diſpenſationis, ut placuit Antonio de Butrio. Hujus ſententiæ præcipuum fundamentum non in eo conſtituo, quod jam everti, ſcilicet leges Eccleſiaſticas a Superioris nutu pendere, ſed a perpetuo uſu qui jam a pluribus ſæculis in Curia Romana receptus eſt, ut ſine cognitione cauſæ pleræque diſpenſationes concedantur, quibus v. g. irregularitates tolluntur, impedimenta conſanguinitatis, & affinitatis in tertio, & quarto gradu amoventur, Beneficiorum pluralitas conceditur, & alia hujuſmodi. Itaque cum præcipuus eorum Canonum effectus per diſpenſationem indebitam ex conſuetudine recepta ſublatus ſit, ſcilicet nullitas matrimonii, quid ſupereſt, quod ſubditorum conſcientias onerare poſſit? Dicet aliquis, ſupereſſe jus illud naturale, quod vetat, ſingulares, ne ab ordine Univerſitatis deſciſcant ſine cauſa. Sed redit diſtinctio, ſcilicet jam conſuetudine recepta inductum, ſolam Principis voluntatem legitimæ cauſæ vim habere apud omnes in præcipuo effectu. Ergo idem jus erit ſtatuendum in altero capite. Tanta vero eſt vis conſuetudinis, ut legem tollere poſſit. Ergo & modum illius ſolvendæ per diſpenſationes alioquin indebitas inducere poterit, præſertim cum diſpenſationis ea ſit conditio, ut a conſuetudine magnas vires accipiat . . . . . His addendum eſt Concilium Lugdunenſe ſub Gregorio X habitum anno 1274, quod ad Romani Pontificis arbitrium retulit de diſpenſationum ſufficientia diſquirere, & *æſtimare quem modum beneficii ſui Pontifex eſſe voluerit*. At vero ſi ſtatus publicus lædatur, amplectenda eſt ſententia eorum, qui in univerſum diſpenſationes ſine juſta cauſa indultas invalidas eſſe cenſent. In hoc enim caſu conſuetudo non patrocinatur, immo adverſatur. De Marca *de Concord. S. & I. l.* 3, *c.* 15, §. 1, 2, 3, 4.

(g) Van-Eſpen *De Diſpenſ. c.* 2, §. 1. Adeo juſta, ac legi naturali conformis ſemper viſa eſt hæc diſpenſationis regula, ut quantumvis poſterioribus ſæculis refrigeſcente charitate, & abundante iniquitate multa circa diſciplinam remittere coacta Eccleſia fuerit, Conſtitutioneſque ſuas duritiei temporo-

mutilanda ſunt, quæ nec ulla neceſſitas, nec Eccleſiaſtica prorſus extorquet utilitas. Innocentius III, ſæculo XIII, in Concilio Lateranenſi: *Non debet reprehenſibile judicari, ſi ſecundum varietatem temporum ſtudia quoque varientur humana, præſertim cum urgens neceſſitas, vel evidens utilitas id expoſcit*. Concilium tandem Tridentinum ſæculo XVI, *Seſſ.* 25 *de Reform. c.* 18. *Quod ſi urgens, juſtaque ratio, & major quandoque utilitas poſtulaverit, cum aliquibus diſpenſandum eſſe, id cauſa cognita, ac ſumma maturitate, atque gratis . . . præſtandum; aliter facta Diſpenſatio ſubreptitia cenſeatur*. Quod ſi vero aliqui abuſus irrepſerunt, ſi in concedendis Diſpenſationibus peccatum aliquando eſt, id non Eccleſiæ inſtituto, ſed humanæ imbecillitati dandum eſt. Equod enim Eccleſiæ tempus unquam fuit, quo tritico non etiam lolium innaſceretur, & quo Eccleſia ſuorum peſtibus non illacrimaverit? (Vid. Boſſuet. *H. Variat. T.* 2, *pag.* 11.)

§. IX. At operæ pretium eſt audite, quas nugas garriant noſtrates Ephori. Summo Pontifici poteſtatem Diſpenſationum concedendarum in omnibus Eccleſiis factam eſſe, Epiſcopis ereptam in ſuis Diœceſibus conqueruntur. At quis niſi Dei Filius hujuſmodi poteſtatem largitus eſt Summo Pontifici, quo ſuam Eccleſiam unam Canonum interpretem, ac promam condam veluti vertice, ac cardine ſubniti, vertique voluit? Epiſcopi vero etſi qua univerſi ab ipſo Chriſto diſpenſandi jus adepti ſunt, qua ſinguli tamen ab Eccleſia ſunt mutuati. (Vide ea quæ diximus *Q. V.*) Synodus Nicæna *c.* 12 concedens Epiſcopis, ut in ſuis Diœceſibus quod Canones aſtrinxerant, poſſent relaxare, ſatis declarat, laxandorum Canonum jus in Epiſcopis non primigenium, ſed tantum precarium eſſe; quo quidem precario jure adeo abeſt, ut poſtea Epiſcopi ſint minuti, ut quinimmo aucti ſint; cum modo & in omnibus iis eventibus (*h*) qui a jure proferuntur, qui ſane innumeri ſunt, & quoties nullus mo-

porum, atque filiorum infirmitati attemperare, hujuſque remiſſionis, atque relaxationis veſtigia in Decretalibus Gregorii IX plurima occurrant, hæc tamen regula fixa, atque immobilis permanſerit, ut diſpenſationes citra neceſſitatem, aut utilitatem Eccleſiæ, aut publicam pacem non concedantur. Quid enim in prædictis Decretalibus luculentius expreſſum, quam diſpenſationem concedendam non eſſe niſi utilitate aut neceſſitate relaxationem compenſante? Vide *c.* 30 *De Elect. c.* 11 *De Renunt. & c.* 19 *de ſent. & re jud.*

(h) Dantur plures caſus, in quibus ex conceſſione Juris, aut rationabiliter præſumpta licentia Papæ poteſt Epiſcopus diſpenſare circa Sacros Canones, Conſtitutiones Apoſtolicas, & Decreta Conciliorum Generalium. I, Quando in jure expreſſe conceditur Epiſcopis poteſtas diſpenſandi, ut fit in C. *Si alicujus de Elect. in C.* 4 *de Judiciis; in C.* 34 *De Elect. in* 6; *in C.* 1 *De Filiis Presbyt. in* 6; & *ſæpe alibi* juncto Concilio Trident. *Seſſ.* 24, *c.* 6, *de Ref.* II, Quando ſaltem tacite, vel virtualiter ex modo loquendi Sacrorum Canonum præſumitur rationabiliter conceſſa ipſis talis diſpenſandi facultas; ut cum in Canone ſimpliciter dicitur poſſe diſpenſari, nec Papa ſibi, aut alteri reſervat diſpenſationem; tunc enim Epiſcopus poteſt diſpenſare, quamvis hoc ipſi expreſſe non fuerit conceſſum. III, Quando adeſt magna neceſſitas vel evidens utilitas de novo emergens, eſtque periculum in mora, nec facile recurri poteſt ad Summum Pontificem: arg. *C. tali* 17, *cauſ.* 1, *quæſt.* 7, & C. *expoſuiſti* 33 *de Præb.* Hoc enim exigit Paſtorale officium Epiſcoporum, ne alias in caſu urgentis neceſſitatis oves ſibi concreditæ remaneant deſtitutæ neceſſariis auxiliis. IV, Quando adeſt conſuetudo diſpenſandi legitime præſcripta; conſuetudo enim legitime præſcripta tribuit Juriſdictionem C. 11 *de Conſuet. C.* 9 *de Offic.*

moræ, nullus cunctationi locus eſt, & quoties ad Romanum Pontificem aditus obſtructus, atque adeo ſola freti conſuetudine ſoleant nunc Epiſcopi in omnibus prope Eccleſiaſticis Canonibus diſpenſare.

§. X. Quid mihi Diſpenſationes commemoras, quas primo, & ſecundo, & tertio ineunte ſæculo Epiſcopi ſinguli, tertio autem exeunte ac deinceps Provinciales Synodi conceſſerunt, quaſi vero Synodi Provinciales haberentur inconſulta Romana Eccleſia, (Vid. quæ diximus in Procemio ad calcem *Quæſt. IV.*) atque Epiſcopi eo jure uterentur invito Pontifice Maximo, quaſique noſtris etiam temporibus ii Epiſcopi, qui in Barbarorum oris conſidunt, atque inter furentium perſecutionum cædes verſantur, non eadem poteſtate fruantur?

QU.

Offic. Jud. ordinar. C. 13 *de Foro Comp.*, unde iſta ſemel obtenta redditur diſpenſatio valida, quæ alias foret invalida. V, Quoties dubium eſt an caſus indigeat diſpenſatione, vel poteſt Epiſcopus conſideratis conſiderandis declarare, eam non requiri, vel ad cautelam diſpenſare. Nam Reſervatio Diſpenſationis eſt odioſa, utpote coarctans poteſtatem ordinariam Epiſcoporum, adeoque eſt reſtringenda juxta regulam 15 Juris in 6: *Odia reſtringi, & favores convenit ampliari.* Lucius Ferraris in Bibliotheca, Verbo *Diſpenſatio.*

QU. IX.

Summus Pontifex quodnam jus habet pœnarum infligendarum?

§. I. POteſtas legum ferendarum, & pœnarum infligendarum (*a*) vis colligatæ, atque implicitæ inter ſe ſunt. Quos enim putas Conſules

(a) Berard. *J. E. U. T.* 4, *p.* 2, *Diſſ.* 1. Quos in officio minime continet virtutis amor, aut timor divinæ vindictæ, arcere juvat a maleficiis, propoſitis ab homine pœnis, quemadmodum ajebant Patres Aquiſgranenſis Concilii anni 816, C. 13. Provida mater Eccleſia, quæ ſicut ſolvendi, ita & ligandi facultatem a Chriſto accepit, tribus modis conſuevit in malos animadvertere. I, Pœnitentiis. II, Cenſuris. III, Pœnis, per quas quaſi per diverſos alios aliis terribiliores gradus coercitionum Deo ſimul & Chriſtianæ Reipublicæ ſatisfieret. Uti enim tres ſunt delinquentum conditiones, quorum alii ſincero dolore correpti ſponte confitentur admiſſum ad legitimam peccatorum expiationem ſine fraude parati; alii contumaces corripienti Eccleſiæ interea obſiſtentes, de quibus tamen necdum depoſita eſt probabilis ſpes, ut reſipiſcant; alii denique pertinaciſſimi & pugnaces in crimine perſeverantes, ſublata probabili ſpe converſionis; diverſæ ſimiliter ſunt eorumdem coercendorum rationes. Adverſus primos pœnitentiis, adverſus poſteriores cenſuris, adverſus poſtremos pœnis *regulariter* Eccleſia animadvertit. Dico *regulariter*; etenim aliquando, aut ubi horror graviſſimorum quorumdam criminum, aut ubi exterior politia rerum optime gerendarum aſperiorem diſciplinam poſtulare videtur, ſtatim admiſſum crimen non pœnitentia ſolum, ſed & cenſura, immo nec cenſura ſolum, ſed etiam pœna perſequitur, quamquam tunc pro bona pœnitentis affectione ad abſolvendum deinde, vel diſpenſandum faciliorem ſe ac leniorem exhibeat. Gradus iſti fere ignoti fuerunt publicorum judiciorum, & meri imperii exercitoribus. Cum enim civiles magiſtratus ad regendam rempublicam præfecti, primum ratione delictorum non in levia quæcumque peccata, ſed tantum in atrociora crimina animadvertere legibus juſſi ſint; deinde ratione delinquentium perſonarum non tam corrigere reos, aut emendare, quam vindictam de admiſſis ſumere ad ſatisfaciendum læſæ Reipublicæ, & reparandam injuriam in Rempublicam illatam, immo & ad occaſiones avertendas, ne in poſterum injuriæ ſimiles in eamdem Rempublicam inferrentur, ex officio debeant; ſatis eſt ipſis, ſi pœnas inferant, ſervato pœnarum modo pro ſcelerum, & adjunctorum qualitate, quin de cæteris ſolliciti ſint. At Eccleſiaſtica poteſtas, quæ homines dirigit ad Deum, eaque propter & notat leviora delicta, & erga conſcios delictorum ita ſe gerit, ut expiet, quoad fieri poteſt, eorum animas, ſolvat laqueos, quibus illi intricantur, & eos emendet atque ſanctificet; debuit ſane gradus illos univerſos ita conſtituere, ut non primum regulariter deveniretur ad pœnas, quam deſperata eſſet emendatio, non primum deveniretur regulariter ad cenſuras, quam difficilis eſſet emendatio, immo & ſæpe emendatio ipſa aut relinqueretur arbitrio reorum pœnitentiis ſponte ſuſcipiendis, aut auctoritate ſacra indiceretur per pœnitentias a reis imploratas; tunc enim utilius videntur peccatores emendari, & vere eo animo, cum libentius peccata aut in ſe ipſi puniunt, aut flagitant, ut pie puniantur. Id adeo verum eſt, ut quoties Eccleſia, ita poſtulante regimine ſuo, hanc novam corrigendorum delinquentium formam exercere cœpit, ex vulgato loquendi uſu non potuerit excerpere vocabula propria, & ſingularia, ac propterea debuerit certa nomina invenire, & uſurpare præter ingenitam eorumdem ſignifica-

ſules ſine Lictoribus ? quos Præto- res ſine ſecuribus ?

Faſces

ficationem ad deſignandos illos gradus pœnitentiæ, cenſuræ, & pœnæ. Siquidem pœnitentiæ nomen vi ſua nihil aliud ſignificabat, quam intimum mœrorem rei de crimine admiſſo; Eccleſia autem hoc nomen recepit, ut indicaret varios peccatoris actus, quibus ipſe admiſſum in ſe puniat, atque caſtiget. Item cenſuræ nomen vi ſua nihil aliud ſignificabat, quam publicam notam in perſonas, in res, in libros derivato vocabulo a vetere Romanorum Cenſorum officio, qui in mores populi inquirebant; Eccleſia autem hoc nomen recepit, ut indicaret quoddam ultionis publicæ initium adverſus eum qui contumax eſt, ut emendari incipiat, crimen confiteatur & expiet. Denique pœnæ nomen, quod ſignificat quamcumque vindictam publicam, Eccleſia uſurpavit ut indicaret eam vindictæ ſpeciem, quæ ſuprema ſit, & quæ tum demum inferatur, aut cum quis ſit pugnaciſſimus, de cujus converſione ſpes vix ſuperſit, aut cum adeo enormia ſcelera ſint, ut in puniendo reo expediat horrere cæteros, vehementerque terreri. Hinc profecto intelligitur quare identidem videmus pro his alia nomina uſurpata. Pœnitentiam non ſemper pœnitentiam appellaverunt, aliquando enim dixerunt ſatisfactionem C. 3, *de pœn. diſt.* 3, aliquando redemptionem peccatorum C. 76, *de Pœnit. diſt.* 1, modo dolentis vindictam *Can.* 4, *de Pœn. diſt.* 3, modo reconciliationem C. 10, *de pœnit. diſt.* 3, expiationem, ſecundum baptiſma, vel ſecundam poſt naufragium tabulam, converſionem, confeſſionem peccatorum, ſpiritum lenitatis, & ſimilia C. 34, 41, 46, 58, 72, *de pœnit. Diſt.* 3. Cenſuram non ſemper cenſuram dixerunt, ſed modo canonicam diſtrictionem, modo canonicam ultionem, modo nervum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, modo felicem mucronem, modo medicinam, & ſimilia, quemadmodum ſuo in loco demonſtrabitur. Pœnam nominarunt, ſed modo diſtrictam ultionem, modo gladium ſpiritualem, modo ferrum putridas carnes ſecans, & ſimilia, ſicut inferius tradendum erit. Inſuper ex poſitis principiis intelligitur, quare identidem nomina pœnitentiæ, cenſuræ, & pœnæ promiſcue uſurpentur, ac modo pœnitentia dicatur, quæ eſt cenſura, vel pœna; modo cenſura quæ eſt pœnitentia, vel pœna. Etenim improprie & late pœna dicitur quodcumque ſpiritum angit, & cruciat, & certis bonis privat, quod de pœnitentia etiam, ac cenſura dici poteſt; pœnitentia improprie dicitur de eo, quem pœna tenet, derivata hac ſignificatione ex notatione nominis juxta *canonem* 4, *de pœnit. diſt.* 3, quod & cenſuræ, & pœnæ facile accommodatur; cenſura dicitur de eo, qui alicujus coercentis juriſdictioni ſubeſt notandus *arg.* C. 50, *Cauſ.* 2, *q.* 1, quod de pœnitentia a Sacerdotibus impoſita, ac de pœna dici æque poteſt C. 17. *cau.* 12, *q.* 2. Revera C. 2, *de Maledicis*, quæ proprie pœnitentia eſt, pœna etiam nominatur; apud Auguſtinum *in can.* 81, *de Pœnit. diſt.* 1, *in can.* 4, & 7, *de pœnit. diſt.* 3, & apud Toletanos Patres *in can.* 27, *cau.* 27, *q.* 1, pœnitentia appellatur pœna, immo & Toletani Patres *in can.* 13, *diſt.* 12, pœnitentiam nominant cenſuram. Quid quod *in Can.* 32, *de Pœnit. diſt.* 1, pœnitentia ultro ſuſcepta dicitur voluntaria excommunicatio? Quid quod in C. 9, *de celeb. Miſſ. & in* C. 1, *de Sent. Excom. in* 6, ut alia multa juris monumenta prætercam, ſuſpenſio, quæ ſane cenſura eſt, pœnæ vocabulo nuncupatur? Si quæratur, quid cauſæ fuerit, cur hæc nomina identidem confunderentur, dicam libere, pœnitentias, cenſuras, pœnas gradu potius, quam ſpecie differre, eamque ob rem idem coercitionis actus modo pœnitentia eſſe poteſt, modo cenſura, modo etiam pœna. Si proprie loqui velimus, pœnitentia ſita eſt in certis piis operibus a peccatore aut ſponte ſuſceptis, aut voluntarie ab Eccleſia impetratis C. 85, 86, *de pœnit. diſt.* 1, puta jejuniis, eleemoſyna, certis orationibus, peregrinationibus, abſtentione a certis, iiſque nobilioribus Chriſtianæ communionis juribus, aliiſve ſimilibus. Quis inficias iverit in his etiam poſſe cenſuram, pœnamve conſiſtere? Quoties e. g. quis jubetur abſtinere ab Euchariſtica communione uſque in finem vitæ, erit pœna, ut *in canone* 12, *Diſt.* 18, C. 10, *diſt.* 50; quamquam ſi ad certum tempus abſtinere debeat,

pœni-

Faſces ſuos primis etiam temporibus Eccleſiam, Maximoſve Pontifices expediviſſe docent antiquiſſima Eccleſiaſtica monumenta. Nam S. Hyginum ab

pœnitentia eſſe poſſit, aut cenſura prout aut in contumacem fertur, aut volenti, & acceptanti indicitur *C.* 55, *de Pœn. diſt.* 1. Item proprie loquendo cenſura dicitur Excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum. Quis inficias iverit, etiam in his aliquando eſſe poſſe pœnam vel pœnitentiam? Quid enim ſi quis excommunicetur, aut ſuſpendatur ad tempus determinatum uti *in Can.* 2, *diſt.* 34, *Can.* 9, *diſt.* 35? nonne tunc aut pœnitentiæ pars erit, aut forte etiam pœna? Quid ſi quis excommunicetur poſt mortem? Nemo tunc dubitare poteſt, quin hæc excommunicatio proprie pœna ſit, quando non ideo ferri poteſt, ut excommunicatus terreatur,& demiſſe ad unitatemEccleſiæ revertatur.

Ut poſſimus ſpecies a ſpeciebus, pœnamque a pœnitentia, & cenſuram ab utraque diſtinguere, duo generalia obſervanda ſunt; quorum primum eſt inveſtigare, in quo invicem conveniant pœnitentia, cenſura, & pœna; alterum eſt inquirere, in quo invicem diſtinguantur. Itaque ſeu pœnitentia, ſeu cenſura, ſeu pœna, in eo conveniunt ſingulæ, in primis, quod omnes ſupponant delictum admiſſum; ſecundo, quod omnium abſolutio, remiſſio, vel diſpenſatio poteſt eſſe reſervata ſuperiori Prælato, vel non reſervata; tertio, quod æque pœnitentiæ, cenſuræ, & pœnæ in perſonas privatorum, ac in Univerſitates, & Collegia inferri poſſint. Quædam etiam ſunt, in quibus Pœnitentia & cenſura conveniunt invicem, & diſtinguntur a pœna. Conveniunt invicem pœnitentia, & cenſura, & diſtinguuntur a pœna in eo, quod pœnitentia & cenſura indicitur, ut facilius reus convertatur, vitiaque declinet, pœna vero locum habere ſoleat, ubi vix ea ſpes ſubſit, niſi agatur de pœna inflicta ob graviſſimi cujuſdam criminis atrocitatem ad terrendos facinoroſos homines, ne ſimilia moliantur. Item conveniunt pœnitentia & cenſura, & diſtinguuntur a pœna in eo, quod cum per pœnitentiam, aut cenſuram certis juribus Eccleſiaſticis reo interdicatur, eadem jura non penitus evellantur, tantum impediatur exercitio; aliud contingit in pœna inflicta, qua ſi certa jura ſacra auferuntur, eadem funditus, atque ita dixerim, radicitus extirpantur, dummodo talia ſint, quæ evelli poſſint. Conveniunt invicem cenſura & pœna, & diſtinguuntur a pœnitentia, quod cenſura & pœna ut plurimum feruntur in contumaces, niſi atrocitas gravioris alicujus criminis poſtulet, ut non perſpecta contumacia quis ſtatim cenſura, aut pœna notetur; pœnitentia autem indicitur volenti, & ad obtemperandum parato; immo & cenſura ipſa vel pœna ubi in volentem & paratum ad obtemperandum infertur, aut etiam ubi lata ſit in invitum, qui deinde libenter ſuſtineat in expiationem admiſſi, cenſuræ, pœnæve nomen amittit; & verius pœnitentia appellatur. Hujus rei argumento eſt, quod anathema proprie inter pœnas recenſeri debet, & tamen ſi quis demiſſo animo illud ſuſtineat, veniamque imploret, abſolutione, quaſi eſſet cenſura, deletur, quando ſi tamquam pœna etiam in hac ſpecie haberetur, non abſolutione, ſed diſpenſatione aboleri deberet. Neque in contrarium dicas, depoſitionem pœnam eſſe, & tamen etiam in eo, qui demiſſo animo depoſitionem ferat, diſpenſationem, ſive reſtitutionem eſſe neceſſariam; ſiquidem repono, diſpenſationem ſeu reſtitutionem non eſſe neceſſariam in ea parte, in qua depoſitio pœna eſt, ſed in ea, quæ notam irregularitatis induxit, quæ ſane non amplius pœna dicitur, ſed juris impedimentum, cujus natura eſt, ut nonniſi diſpenſatione deleatur. Inſuper in eo conveniunt cenſura & pœna, quod iſtæ indicuntur adverſum reluctantes, eamque ob rem modo indicuntur ex juris poteſtate, modo ex ſententia Judicis, cum in illis indicendis vera Juriſdictio exerceatur, ideſt adverſus invitos; & diſtinguuntur a pœnitentia, quod hæc aut a reo ſuſcipitur ſponte, aut reo demiſſo animo acceptanti infertur, ac propterea potiſſimum ex facto hominis pendet, non juris poteſtate imponitur; & quamquam ipſo jure ſtatui & potuerint aliquando, & poſſint certæ regulæ, ad quas exigat & Judex ſententiam ſuam, & reus ſuam ſatisfaciendi voluntatem, iſtæ tamen non adeo certæ erunt, ut prudenti modo Judicis, modo rei arbi-

ab Eccleſia expuliſſe Cerdonem hære- ticum; & S. Victorem Aſianos Decre- to ab

arbitrio non relinquantur. Præterea conveniunt invicem cenſura, & pœna, ac diſtinguuntur a pœnitentia in eo, quod cenſura, ac pœna etiam in illos inferri poſſint, qui non ſunt in Eccleſia, dummodo obſerves, id habere locum in cenſura quoad civiles effectus tantum juxta C. 14 *de Judæis*, & C. 12 *de Uſuris*; pœnitentiæ vero capaces non ſunt, niſi qui ſunt in Eccleſia, aut proximi ſunt, ut Eccleſiæ adſcribantur, quemadmodum apparet in Catechumenis, qui olim per varias pœnitentias ad Sacramentum baptiſmatis præparabantur. Denique conveniunt cenſura & pœna & diſtinguuntur a pœnitentia in eo, quod pœnitentia etiam peragi poſſit pro delictis internis; at nonniſi pro externis indici poſſit cenſura & pœna. Conveniunt invicem pœna & pœnitentia, ac diſtinguuntur a cenſura in eo, quod pœna & pœnitentia expiet crimen admiſſum in eo, una etiam ſatisfaciat Chriſtianæ Reipublicæ ex admiſſo crimine læſæ; at cenſura præcipue feratur ad correctionem delinquentis; cujus rei argumento eſt, quod ſi cenſura notatus ſupplex ad Eccleſiam accedit, & abſolutionem implorat, & pœnitentiis adhuc expiandus ſit, & quandoque certis pœnis mulctari valeat ad ſatisfaciendum Chriſtianæ Reipublicæ, & ad ſcandalum auferendum. Item in eo conveniunt pœnitentia & pœna, quod modo ad tempus determinatum, modo ad tempus indeterminatum ferantur, modo etiam in perpetuum contra quam vigeat in cenſura, cujus natura poſtulat, ut ſemper in tempus indefinitum conferatur. Differunt omnino invicem pœnitentia, cenſura, & pœna, quod in Eccleſia alii ſint adminiſtri, qui poſſunt tantum pœnitentias indicere, non cenſuras, & pœnas; alii qui cenſura notare poſſunt, non pœnam infligere; alii denique qui etiam pœnam poſſunt infligere. Item differunt omnino invicem in eo, quod pœnitentia impoſita aut pœnitentis ſatisfactione, aut Judicis indulgentia; cenſura nonniſi abſolutione, ſeu reſtitutione in priſtinum ſtatum; & pœna nonniſi diſpenſatione aboleantur; proindeque neque eſt par in hac parte poteſtas Adminiſtrorum in Eccleſia, quum alii ſint, qui poſſunt reconciliare pœnitentes, alii qui & poſſunt a cenſuris abſolvere, alii qui præterea poſſunt pœnarum diſpenſationem facere. Ne vero minus ſubtiles, forte etiam inanes alicui videantur hujuſmodi obſervationes, nonnulla adhuc ſubjicio, ut demonſtrem eas aut neceſſarias eſſe, aut certe maxime opportunas ad adſequendam Canonum præſertim veterum mentem, in quibus cum paſſim aut pœnitentiæ, aut cenſuræ, aut pœnæ nomina promiſcue ſumantur, ut ſuperius animadvertimus, certa ſunt præjacienda principia, quibus poſitis unuſquiſque valeat diſtinguere, quibus in caſibus proprie illa nomina uſurpata fuerint, a quorum propterea ſtricta ſignificatione non ſit recedendum; & quibus in caſibus improprie adpoſita, quorum propterea ſignificatio latius accipiatur, atque e. g. non cenſura intelligatur, quæ cenſura appellata eſt, ſed pœnitentia, vel pœna; non pœna intelligatur, quæ pœna appellata eſt, ſed pœnitentia, vel cenſura; quando verum eſt Canonum auctores non ſemper verborum proprietati adhæſiſſe, ſed potius de ſententiis, & de rerum quas exprimebant natura fuiſſe ſollicitos. Definit Auguſtinus *in Can.* 81, *de pœn. diſt.* 1, *Pœnitentiam bonorum & humilium fidelium pœnam quotidianam &c.* Si pœnam vocat, improprie vocat, propterea quod ait, a bonis & humilibus fidelibus excipi, qui proprius pœnitentiæ character eſt. Idipſum ex Auguſtino liquet in *Can.* 4, & 7, *de pœn. diſt.* 3, ubi pœnitentia pœna dicitur: cum tamen ita *pœna* appelletur, ut reus *in ſe puniat, quod dolet commiſiſſe*, item ut *detineatur vel ad demonſtrationem debitæ miſeriæ, vel ad emendationem labilis vitæ, vel ad exercitationem neceſſariæ patientiæ*, liquet pœnæ nomen nonniſi latiſſime uſurpari. Toletani Antiſtites cenſuræ nomine utuntur in *Can.* 13, *diſt.* 12, ſed præterquamquod non abſolute *cenſuram* dicunt, ſed *pœnitentiæ cenſuram* ſubjiciunt, talem eſſe cenſuram, qua *lacrimis præteritæ tranſgreſſionis culpa diluatur, & neceſſaria officiorum doctrina ſtudioſe addiſcatur*, eam ob rem indicium eſt, cenſuræ nomine non proprie cenſuram, ſed pœnitentiam intelligi. *In Can.* 11, 12, *Diſt.* 28, fit mentio excommunicationis, diverſa tamen eſt utrobique ſignificatio; nam *in Can.* 11 excommunicatio vere ſignificat cenſuram, quia fertur in contumaces, uti indicant verba illa, *Si in criminis intentione*

to ab ſe promulgato celebrandi Paſcha die Dominico poſt Lunam XIV illucentem poſt Vernum Æquinoctium obtemperare detrectantes ab Eccleſiæ communione ſubmoviſſe, atque ab Irenæo exoratum pacem illis reſtituiſſe; S. Dama-

---

tione perſtiterint, quæ pœnitentibus minime congruunt; at *in Can.* 12 vere ſignificat pœnitentiam aut pœnam, quia fertur in perpetuum, aut uſque ad mortem, uti indicant verba illa, *Nunquam communicet*, *morienti tamen ei Sacramenta ſubveniant*; quæ verba proprie cenſuræ convenire non poſſunt. *In Can.* 10, *diſt.* 50, quæ excommunicatio dicitur, appellatur etiam pœnitentia, & quidem improprie excommunicatio, proprie pœnitentia, quia perpetuo ibidem interdicitur reo communione, quod excommunicationis cenſuræ congruere nullo poteſt modo. *In can.* 2, *diſt.* 34, ſuſpenduntur Clerici, & Diaconi venatores; at ſuſpenſionis nomen aliter in Epiſcopo, aliter in Diacono intelligitur. In Diacono vera cenſura eſt, quia abſolute is dicitur ab omni officio, & communione ſuſpendi; in Epiſcopo pœnitentia, vel pœna eſt, quia trium Menſium ſpatium definitur, intra quod ille a communione ſuſpendi jubetur; propterea nimirum quod indefinita ſuſpenſio vere cenſura eſt, pœnitentia autem vel pœna, quæ certo tempore circumſcribitur. Quis excommunicationem triginta dierum ſpatio circumſcriptam ſimili ratione non cenſuram, ſed pœnitentiam non nominaret, de qua mentio fit *in Can.* 9, *diſt.* 35, forte etiam pœnam, quando ibidem ſubjicitur, Clericum ebrioſum aut eſſe communione privandum, aut corporali ſubdendum ſupplicio? Quis excommunicationem de qua agitur *in Can.* 101, *cauſ.* 1, *q.* 1, non intelligat non eſſe cenſuram, ſed potius pœnam, quia & certo tempore concluditur, & fertur etiam in invitum? Similia obſervari poſſunt in conſpectu *Canonis* 24, *diſt.* 86, *in Can.* 6, *diſt.* 89, & *in can.* 7, *verſ. hi vero*, *can.* 2. *q.* 1. Multa alia non perſequor, ex quibus adhuc clarius liqueret, quam utile ſit, laudatas regulas præſtituiſſe ad interpretationem veterum canonum, in quibus pœnitentiæ, cenſuræ, & pœnæ nomina promiſcue identidem uſurpantur, quamquam plurimum inter ſe diſtent.

Ferrar. in Biblioth. Ver. *Pœna*, *Art.* 1, §. 11. Pœna alia dicitur latæ, alia ferendæ ſententiæ. Pœna latæ ſententiæ eſt, quæ ipſo facto, ſeu criminis perpetratione, & legis, ſeu mandati tranſgreſſione incurritur abſque ſententia condemnatoria. Pœna ferendæ ſententiæ eſt, quæ a delinquente non ſtatim ipſo facto, ſeu legis, aut mandati tranſgreſſione incurritur, ſed requirit ſententiam Judicis condemnatoriam, debetque primum a Judice infligi. Ad cognoſcendum an pœna ſit latæ vel ferendæ ſententiæ, attendendæ ſunt ſequentes regulæ. I, Quoties eſt dubium an verba legis contineant ſententiam latam vel ferendam, tunc cenſendum eſt, quod contineant ſolum ſententiam ferendam. II, Quando lex comminatur pœnam, tunc continet ſententiam ferendam, ut ſi dicat *ſub pœna excommunicationis &c.* dummodo tamen non addatur particula *ipſo facto*, *ipſo jure*, aliaque hujuſmodi. III, Quando lex pœnalis utitur verbis futuri temporis, ex. gr. *excommunicabitur &c.* vel etiam imperativi modi, ex. gr. *excommunicetur &c. excommunicatus*, *anathema ſit &c.* Tunc etiam ſolum eſt ſententiæ ferendæ. IV, Quando lex utitur verbis imperativi modi, quæ non afficiunt immediate ipſam pœnam, ſed ipſam actionem Judicis; ut ſi dicat *excommunicetur &c.* tunc eſt ſolum ſententiæ ferendæ. V, Quando lex utitur verbis, quæ nullam dilationem temporis admittunt, e. g. *mox*, *ſtatim*, *illico*, *ex tunc*, *ipſo facto &c.* tunc eſt latæ ſententiæ. Item eſt latæ ſententiæ, ſi ſibi, vel legi ſuæ adſcribit ſententiam dicendo, e. g. *auctoritate noſtra*, *virtute præſentium*, *ipſo jure ſubjaceat tali pœnæ*. Item latæ ſententiæ eſt, quando utitur verbis indicativi modi, præſentis, vel præteriti temporis, ex. gr. *Excommunicamus*, *ſuſpendimus*, *interdicimus*, *ſciat ſe eſſe excommunicatum*, *ſciat ſe excommunicationem incurriſſe*, *noverit ſuſpenſionem*, *interdictum*, *ſeu excommunicationem ſe incurriſſe*, & hujuſmodi. Pœna ſeu lex pœnalis ferendæ ſententiæ non obligat ante ſententiam Judicis, pœna vero, ſeu lex pœnalis latæ ſententiæ in iis quæ aliam executionem externam non requirunt, (ut v. g. in cenſuris latæ ſententiæ, in ir-

Damaſum abdicaſſe Apollinarem, ejuſque diſcipulum (*b*) Timotheum; Siricium Manichæos Diris devoviſſe, eoſque ad Eccleſiam redeuntes juſſiſſe detrudi in Cœnobia, ac toto vitæ ſpatio ibi Pœnitentiam agere, nec Euchariſtiam ſumere niſi in extremo vitæ periculo; Sanctum Anaſtaſium Origenem, ejuſque Interpretem Rufinum acerrimum Origeniſtarum defenſorem,

ac

---

regularitatibus, impedimentis matrimonii, & hujuſmodi) obligat in conſcientia ante ſententiam declaratoriam Judicis, & hoc patet ex pluribus Canonibus; *in C. ſi quis ſuadente* 29, *cauſ.* 17, *q.* 4, ubi excommunicatio lata in percuſſores Clericorum incurritur ipſo facto, & idem eſt de aliis cenſuris Eccleſiaſticis ipſo jure latis C. 15 *de Sent. Excom. C. Illud Dominus & ſeq. de Cleric. Excom. miniſt. & alibi*, & idem dic de Irregularitate C. *ult. de temp. ordinat. & C. Presbyterum ac ſeq. de Homic.*, & idem eſt de impedimentis Matrimonii, ut de affinitate ex copula illicita, impedimento criminis, & hujuſmodi, quæ ipſo facto oriuntur, quamvis crimina ſint occulta. Pœna verò ſeu lex pœnalis latæ ſententiæ in iis, quæ externam executionem requirunt (ut v. g. eſt amiſſio Dominii, confiſcatio bonorum, privatio beneficii, aut officii Eccleſiaſtici &c.) non obligat in conſcientia ante Judicis ſententiam declaratoriam de crimine commiſſo *arg. c. cum ſecundum* 19, *de Hæreticis in* 6, ubi quamvis bona hæreticorum decernantur ipſo jure confiſcata, tamen ipſi non illico in conſcientia obligantur bona ſua tradere fiſco; immo ibi Bonifacius VIII conditor illius Decretalis expreſſe prohibet fieri dictæ confiſcationis executionem, ſeu bonorum occupationem ante ſententiam declaratoriam Judicis Eccleſiaſtici ſuper crimine Hæreſis commiſſo. Quamvis autem pœna, ſeu lex pœnalis latæ ſententiæ in iis quæ externam executionem requirunt, non obliget in conſcientia ante Judicis ſententiam, tamen inter legem pœnalem latæ ſententiæ, & legem pœnalem ferendæ ſententiæ magna eſt differentia; nam pro incurrenda pœna legis pœnalis ferendæ ſententiæ requiritur ſententia condemnatoria Judicis, & talis pœna debetur ſolum a tempore hujus latæ ſententiæ; pro incurrenda autem pœna legis pœnalis latæ ſententiæ, nullimode requiritur ſententia condemnatoria, ſed ſufficit ſola ſententia declaratoria Judicis ſuper admiſſo crimine, & hæc pœna debetur non ſolum a die latæ hujus ſententiæ declaratoriæ ſuper admiſſo crimine, ſed etiam a die perpetrati delicti, cui pœna a jure impoſita fuit; cum per juris fictionem ad tale tempus retrahatur ſententia declaratoria. Tranſgreſſores legis incurrunt pœnam illius, etiamſi talem pœnam ignorent, exceptis tamen cenſuris.

(b) March. *Crit. della Stor. Eccl. del Fleuri Tom. II, art.* 2, *c.* 1, §. 7. Nella Piſtola di S. Damaſo agli Orientali (*Ep.* 14, *T.* 1, Ed. Couſtant. *col.* 574.) ſi mentova una certa richieſta di depoſizione di Timoteo Veſcovo di Berito, ed il Papa così dice a que' di Oriente: *Quid igitur depoſitionem Timothei a me denuo poſtulatis, qui & hic Judicio Sedis Apoſtolicæ præſente etiam Petro Alexandriæ Urbis Epiſcopo depoſitus eſt una cum Magiſtro ſuo Apollinario?* Quindi poca attenzione baſta a capir ſubito due fatti; la depoſizione cioè di un Veſcovo d' Oriente domandata da Veſcovi Orientali farſi dal Papa, *a me*; e l' altro, che tal depoſizione era già ſtata fatta da eſſo, e fatta in Roma, *hic depoſitus eſt*. Ma ſe è vero, che ſia una novità d' Iſidoro, che la condanna definitiva de' Veſcovi ſia riſervata al Papa, perchè gli Orientali ne richieſer *S. Damaſo*? Se il Sinodo della Provincia era il Tribunal privativo delle cauſe de' Veſcovi, perchè dall' Oriente fu domandata *al Papa*, e non piuttoſto eſeguita ivi la depoſizione d' un Veſcovo, che aveva il ſuo Metropolitano, il ſuo Sinodo, cui eſſer ſoggetto? Se anche devoluta al Papa la cauſa di un Veſcovo, ei non potea giudicarla lungi dalla faccia del luogo, (tutte maſſime di *Fleury*) come mai *S. Damaſo* depoſe in Roma *Antimo di Berito*? Ecco tre incomodiſſimi *perchè*. *Fleury* facilmente gli elude. Avea proteſtato di recarci i fatti colle parole medeſime degli Originali *per quanto gli ſarebbe poſſibile*; ma poſſibile non gli è ſtato il produrre queſte brevi parole di *S. Damaſo*, troppo ſon elleno forti. Ce le dà però in

traſ-

ac patronum anathematizaſſe; Sanctum Cœleſtinum Neſtorium, Conſtantinopolitanum Epiſcopum, & Chriſtianorum communione, & Epiſcopatu privatum fore edixiſſe, niſi uſus dato in pœnitentiam ſpatio decem dierum errorem deponeret, exequendæque ſententiæ, & ſuæ fungendæ vicis Cyrillo negotio dato, Neſtorium & damnatum fuiſſe, & amotum Epiſcopatu; S. Felicem III removiſſe a munere Epiſcopali, & a piorum ſocietate Vitalem, & Miſenum Cumanum Epiſcopos prævaricationis reos, & Acacium una cum Petro Mongo, ac Fullone anathemate confixiſſe; S. Symachum Anaſtaſium Imperatorem Acacii memoriæ, & hæreticis Concilii Chalcedonenſis hoſtibus faventem anathematizaſſe; Sanctum Agapitum Anthimum Epiſcopum Trapezuntinum Eutychiana ſcabie inquinatum, Conſtantinopolitanam Sedem occupantem, & a Sacerdotio, & a Fidelium cenſu eraſiſſe; Honorium I Patriarcham Gradenſem hæreticum, & Reipublicæ proditorem moviſſe Epiſcopatu; Theodorum I Pyrrho Monothelitæ Anathematis ſententiam ſcripſiſſe intincto in Chriſti ſanguinem calamo; S. Gregorium II Leonem Iſaurum inferentem bellum Imaginibus Sacris, earumque cultoribus Synodico anathemate obſtrinxiſſe; S. Nicolaum Magnum Photium eunuchum ſuperbi ingenii, pravæ mentis, linguaque immodicum in S. Ignatii Conſtantinopolitanorum Patriarchæ locum per ſummam injuriam ſubrogatum interdixiſſe piorum communione, teſtes ſunt locupletiſſimi Prædeſtinatus §. 2, *Tom.* 1, *Op.* Sirm., Baſnagius *ad an.* 190, Petrus Cutantius *T.* 1, *Ep. Rom. Pont. p.* 99, Petrus De Marca *l.* 3, *de C. S. & I. c.* 9, Theodoretus *l.* 5, *c.* 10, Scheltratus *Antiq. Illuſt. p.* 1, *pag.* 463, Noriſius *Hiſt. Pel. l.* 1, *c.* 1, 5, Proſper *contra Collat.* 1, 21, Baronius *ad ann.* 482, 503, 540, 858, S. Gregorius *l.* 2, *Ep.* 51, Labbæus *Tom.* 5 *Conc. pag.* 1681, Theophanes *in Chronographia p.* 219, Zonaras *l.* 15 *Annal.* ut tot alia omittam, queis plena eſt exemplorum vetuſtas. Illud vero præterire minime poſſum, quod a S. Cypriano ſcriptum eſt (c): *Diriguntur* (inquit ille *Ep.* 67 ad S. Stepha-

traſſunto così (*liv.* 18 *hiſt. n.* 22, §. *On apporte*) parlando dello ſteſſo S. Pontefice: *In ſeguito ei dichiara che già da gran tempo ha condannato* (il teſto dice *Depoſto*) *Timoteo col ſuo Maeſtro Apollinare in preſenza di Pietro Veſcovo di Aleſſandria*, (vi manca, ch' era ſtato *depoſto in Roma*, *hic*, lungi dalla faccia del luogo) *e ch' eſſi non han motivo di domandare, che ſia depoſto nuovamente*. (Ometteſi quell' *a me*, che tal depoſizione cioè richiedeſi al Papa, da farſi da Lui.) Vedaſi quanto opportunamente varia dall' Originale il *Fleury*. I pratici attenti non diranno certamente, che la diverſità n' è di poco momento.

(c) March. *l. c.* §. 6 Nella Piſtola di S. Cipriano a S. Stefano contro Marciano di ſommo rimarco ſon degne queſte parole: *Dirigantur* &c. Queſto è teſto Originale, immune da varietà di lezioni, da alcuna difformità di Codici, da minimo ſoſpetto di ſuppoſizione, egli è chiaro nel ſuo letterale conteſto, quanto baſta per non eſſere alienamente ſtravolto ſenza le più ſofiſtiche ſottigliezze. Eppure non ſarà inopportuno recarvi a più forte ſtabilimento alcun Commentario di Autori della ſentenza men favorevole a' Romani Pontefici, acciò vedaſi, che non vogliamo valerſi d' autorità, cui poſſa darſi eccezione. Pietro De Marca (*de C. S. & I. C. X*, §. *VIII*, *l* 1.) dopo il riferito teſto di S. Cipriano ne ſoggiunge: *Nulla induſtria Novatores hoc teſtimonium Cypriani elevare poſſunt. Futilis eſt enim illa reſponſio non deponi a Stephano Marcianum, ſed deponendum declarari. Quin immo conceptis verbis Cyprianus exigit a Stephano, ut ſuis litteris Marcia-*

phanum Pontificem) *ad Provinciam*, *& ad plebem Arelate conſiſtentem a te litteræ, quibus abſtento Marciano alius in ejus locum ſubſtituatur*.

§. II. Quamquam vero hæc ita ſe habeant, tamen non vereor in illorum ſententiam deſcendere, qui omnem pœnarum vim ab Eccleſia deprecantur. Eccleſia enim, quemadmodum leges, quæ vere leges ſunt, condere non

---

cianum damnet, atque adeo alium ſubſtituendum declaret. Parimenti Stefano Baluzio nella ſua edizione è in queſto medeſimo ſentimento del De Marca, e lo ripete quaſi colle medeſime parole. Nicolò Rigault vi appone queſta Nota: *Licuiſſe olim Pontificibus Romanis Epiſcopos juſtis de cauſis excommunicare, immo deſtituere, & alios in eorum locum ſubſtituere, perſpicuum facit hoc loco Cyprianus*. E Natale Aleſſandro rapportata parimenti la ſteſſa teſtimonianza ne dice: *Viden'* (*in Sæc. IV, Diſſ. 28, prop. 1.*) *ut S. Cyprianus Marciani cauſam a Synodo Provinciæ judicari non poſtulat . . . . ſed ad Romanum Pontificem ſcribit, ab eoque deponi Novatianum Epiſcopum* (*Marcianum*). E poco dopo: *Marciani depoſitionem Romani Epiſcopi judicio ſervandam exiſtimavit S. Cyprianus*. E così altrove. Eppure, chi 'l crederebbe? Per quanto Monſig. De Marca annunciaſſe a Novatori, che vana ſarebbe ſtata ogni loro induſtria, che a ſnervar queſto luogo di Cipriano foſſe diretta, non ſi è perciò voluto aſtenerſi dal farne prova. Giuſtino Febronio fra gli altri ha decretato, che ſe gli doveſſe dare altro ſenſo: (*De ſtatu Eccleſiæ c. 2, §. 9.*) *Non ea hoc ratione accipiendum, quaſi ſolius Stephani Papæ auctoritate Marcianus deſtituendus, & alius in ejus locum ſufficiendus Arelate Epiſcopus; ſed ut promotore Stephano . . . Epiſcopi Galliæ excitarentur ad ſatisfaciendum ſuo officio contra Collegam Schiſmaticum*. Non ci ha certamente eſpreſſione così forte, cui non poſſa violentare una cavilloſa interpretazione. Ma fino a che vi ſarà intelligenza della lingua latina, fino a che reſterà al mondo un Grammatico, non ci ſi farà mai il torto di farſi trangugiar ſimili Paradoſſi. S. Cipriano ha diſtrutta antecedentemente qualunque perverſione delli di lui ſentimenti. Queſte ben chiare parole: *Dirigantur a te litteræ, QUIBUS alius ſubſtituatur*: ſignificheranno ſempre, che le lettere domandate debbano eſſe ſoſtituire altro Veſcovo in luogo di Marciano; e queſto è un fatto, il quale credaſi o no; ſi attenda, o ſi traſcuri, non laſcia di eſſer vero perciò. Sì, finchè non riede S. Cipriano a contraddir la eſpreſſione de' ſuoi ſentimenti, quella fraſe di lui: *Litteræ, quibus, abſtento Marciano, alius in ejus locum ſubſtituatur*: ſarà ognora in poſſeſſo di ſignificare, ch' ei volle intendere, che volle far intendere a S. Stefano di deporre egli Marciano, e ſoſtituirne un altro a ſuo luogo *con le ſue lettere, litteræ, quibus, quibus*, non ſo ceſſar di ripeterlo. Or dopo aver notata la forza, e l'importanza di queſto teſtimonio di S. Cipriano, ecco come lo traduce il Fleury (*l. 7 hiſt. nu. 24.*): *Scrivete ai noſtri Confratelli i Veſcovi delle Gallie, ed in particolare al popolo di Arles per iſcomunicar Marciano, e ſoſtituirne un altro a ſuo luogo*. Non può tradurſi con più raffinato artificio. Con una mutazione quaſi inſenſibile a' meno attenti, ſi leva il Fleury maeſtrevolmente dagli occhi quel moleſto *quibus*, ch' è il martello degli Avverſarj, e di tutti quelli, che dicono francamente col noſtro Storico, che negli antichi tempi giudicare non ſi potevano, e non ſi giudicavan di fatti altrove, che ne' Synodi Provinciali, non da altri che da' Veſcovi della Provincia, e dal Clero e Popolo della Dioceſi ſe ne facevano l' Elezioni. (Vedi *Diſc. IV, n. V.*) E' a compatirſi in certo modo il Febronio, il quale dopo i Santiſſimi Padri dell' antica Chieſa proteſtava non riconoſcere più autorevole Scrittore del Fleury; è, dico, quaſi a compatirſi, ſe al teſto di S. Cipriano ha data una ſpiegazione, che può ſoffrire nella forma, che l' ha tradotto Fleury medeſimo, benchè non poſſa eſſa in alcun modo addattarſi all' originale. Anche l' Anonimo Apologiſta Fleuriano (*Apologie des Diſcours, & de l' Hiſt. &c. part. V*, §. 2, *pag.* 250.) egualmente inteſtato per l' autorità venerabile del proprio Autore; come lui appunto il luogo di Cipriano ei traduce, ed appunto co-

non poteſt, (Vid. *quæſt. VII.*) ita nec pœnas, quæ veræ pœnæ ſunt, decernere, cum Deus leges omnes, pœnaſque conſtituerit, nihilque præterea Eccleſiæ reliquerit, quam ut rationem divinarum legum colendarum, atque ubi eas violari contigerit, rationem divinarum pœnarum evitandarum nobis tradat, atque commonſtret. Huc ſcilicet ſpectant (*d*) excommunicatio, ſuſpenſio, depoſitio, atque alia hujuſmodi; huc (*e*) jejunia, vigiliæ, mulctæ (*f*) pecuniariæ, & cætera de genere hoc, quæ potius pœnarum effugia, quam pœnæ, ſunt appellanda.

§. III. At quo, quantoque loliginis ſucco heterodoxi hæc noſtra omnia perſpergunt? Nullum jus in Eccleſia reſidere ſontes coercendi; Eccleſiam enim eſſe ad inſtar Collegii, in quo omnes ſunt pares, & a quo omne exulat imperium. (*g*) (Vid. Boeh. *l.* 5, *T.*

---

come Febronio lo ſpiegò già prima di lui, e quaſi con le ſteſſe parole. *Egli* (dice di S. Cipriano coſtui) *lo ſtimola con tali parole a interporre la ſua autorità per far deporre* (*pour faire depoſer*) *il Veſcovo Sciſmatico, e farne eleggere . . . . en écrivant pour cela aux autres évêques des Gaules, afin de le preſſer a faire en cela leur devoir.* Anzi queſto buon Apologiſta tenendo alla lettera la ſua interpretazione, e la traduzione del Fleury, (che ſacrilego penſiero ei riputava forſe il ſolo ſoſpetto, che non foſſe eſatta) queſto paſſo di Cipriano ſceglie appunto tra tutti a dimoſtrarci la mite, catechiſtica influenza, che aver potevano a que' dì i Romani Pontefici nelle cauſe de' Veſcovi.

(*d*) Innocentius IV *in C.* 1 *de Sent. Excom. in 6.* „ Cum medicinalis ſit excommunicatio, non mortalis, diſciplinans, „ non eradicans; dum tamen is, in quem „ lata fuerit non contemnat; caute provideat Judex Eccleſiaſticus, ut in ea ferenda oſtendat, ſe proſequi, quod corrigentis eſt, & medentis. "

(*e*) Gregorius II *Ep. ad Leonem Iſaurum* „. Si quiſquam te offenderit, domum „ ejus publicas, & ſpolias, ſolam illi vitam relinquens; tandemque illum etiam „ vel ſuſpendio necas, vel capite truncas, „ vel relegas, eumque a liberis, & ab omnibus cognatis, & amicis ſuis amandas. „ Pontifices non ita. Sed ubi peccavit quis, „ & confeſſus fuerit, ſuſpendii vel amputationis loco Evangelium & crucem cervicibus ejus circumponunt, eumque tamquam in carcerem, in ſecretaria, Sacrorumque vaſorum æratia conjiciunt, in „ Eccleſiæ Diaconia, & in Catechumenia „ ablegant, ac viſceribus ejus jejunium, „ oculiſque vigilias, & laudarionem ori ejus indicunt. Cumque probe caſtigarint, „ probeque fame afflixerint, tunc pretioſum „ illi Domini corpus impertiunt, & ſancto „ illum ſanguine potant, & cum illum vas „ electionis reſtituerint, ac immunem peccati, ſic ad Dominum purum, innocentemque tranſmittunt. "

(*f*) Vid. Conc. Trid. *Seſſ.* 25, *De Ref. c.* 3.

(*g*) March. *l. c.* §. 9. E poichè ſiamo in materia di Giudizj Eccleſiaſtici, ognun ſa le ſentenze di alcuni moderni Politici fra' Proteſtanti, i quali vogliono che niun potere abbia la Chieſa nel coattivo, reſtringendo tutta la di lei autorità ad una blanda inclinazion pedagogica, ed alla forza unicamente della parola non mai del braccio. Celebri ſono in ciò i nomi de' Puffendorfi, Ennigj, Pffaffj, Oldemburgerj, Tomasj, Boemeri, e d'altri tali, che danno alla Chieſa le chiavi, ma ſenza verga; la Giuriſdizione, ma ſenza ſpada; ed il miniſtero della parola *ſine ſacculo, & pera.* Vedaſi Maſcovio *De princ. Jur. Publ. lib.* 2, *c.* 2, §. 1, 2, 3. Vecchio ſiſtema degli eretici Donatiſti, che ſentivano di mala voglia aggravato ſulle lor teſte il poter delle leggi, o dirette, o procurate dalla Chieſa Cattolica. Il gran Padre S. Agoſtino confutò già queſti eretici colla conſueta ſua robuſtezza; e diſpiacque però ſingolarmente al moderno Sociniano le Clerc, ſiccome può vederſi nella bell' Opra *della moderazion degli ingegni* del Sig. Muratori, che dottamente lo confuta. Vedaſi eziandio il citato Monſig. Boſſuet nella *III e X oſſervazione contro Dupinio* circa la Storia del Concilio

T. 37, §. 17, 27, *J. E. P.*) Sed nos hæc omnia diſlavimus (*Quæſt. III.*) In primæva Eccleſia hoc jus penitus conticuiſſe. (Vid. Boeh. *ibid.* & Pfaffium *de orig. Juris Eccl. pag.* 38.) At quo igitur jure Apoſtoli primo Eccleſiæ ſæculo diris devovebant? Extraordinario, inquis. (Vide Pfaffium *l. c. pag.* 39, & Boeh. *Diſſ. III*, §. 67, *ad Plin. & Tertull.*) At unde ſcis Jus illud Apoſtolorum extraordinarium fuiſſe, non ordinarium? Quibus id mihi probas teſtimoniis? At nos ordinarium illud jus fuiſſe, & ad Epiſcopos Apoſtolorum ſucceſſores gradum feciſſe invictiſſimis argumentis evicimus (*Quæſt. III.*) Secundo vero & tertio ſæculo quo jure nocentes Chriſtiani piorum communione interdicebantur? Fœderato, inquis. (V. Boeh. *l.* 5, *t.* 37, §. 31, *& alibi.*) At doceas oportet, quando, ubi, qua occaſione hoc fœdus primo ictum fuerit, atque hujuſce tui fœderis in re tanta tabulas ipſas nobis proferas neceſſe eſt. (Vid. quæ dicemus *Quæſt. X.*)

§. IV. Quarto autem, atque inſequentibus ſæculis, quibus Eccleſia Civitatis jam legibus defenſa erat, nullaque amplius neceſſitas fuerat *Confœderandi diſciplinam;* quo jure ſuos alumnos pervicaciæ reos omni gradu, locoque omni ſummovit? Per ſummum nefas, inquis, (Boeh. *l.* 5, *t.* 37, §. 37.) nullo omnino jure. At qui fieri unquam potuit, ut Eccleſiæ ſtatim ac in libertatem aſſertæ ſunt, tam cito, tam repente, quin ullum momentum temporis effluxerit, omnes omnino, nulla prorſus excepta, ſui, ſuæque conditionis immemores, Chriſti doctrinæ inſtitutique oblitæ, a ſuæ fidei puritate, a morum ſanctitate degeneres, conſpiratione facta in ipſius Civitatis jura ſceleſte, ac nefarie invaderent, eaque tam longo ſæculorum curſu uti ſua poſſederint, nec quiſquam per mille & amplius annos inventus ſit, qui reclamitaret, qui ſibi hæc jura per ſummam injuriam erepta eſſe conquereretur?

§. V. Nonne tam incredibilia, tam abſona, atque auribus animiſque hominum abſurda fundere deſipientis, ac delirantis eſt? Nam cum hoc jus ab Apoſtolorum ductum temporibus uſque ad hoc tempus ſemper continuatum in Eccleſia remanſerit, cum nullum tempus reperiri unquam poſſit, quo non hoc idem jus in Eccleſia viguerit, quam bellum erat, te confiteri potius, jus improbos coercendi Eccleſiæ inſitum eſſe, atque innatum, quam iſta tam putida effutientem nauſeare.

QU.

cilio di Efeſo; ſi conſulti una bella Diſſertazione di Natale Aleſſandro, *In Hiſt. Sæc. XIII*, *Diſſ.* 3, *Art.* 1, e contro gli eretici ſeguaci di Puffendorfio merita eſſer letto un bell'Opuſcolo, *Idea Nomothesiæ Eccleſiaſticæ &c.* del Padre Filippo Friderich riprodotto nel Tomo II del Teſoro del Gius Eccleſiaſtico dello Schmid, ed altri moltiſſimi, che vittorioſamente hanno difeſa alla Chieſa quella Giuriſdizione, *quæ exerceri poſſit in alium etiam invitum &c.*

Digitized by Google

Q U. X.

Quodnam pœnarum genus Eccleſiæ proprium eſt?

§. I. OMnis animadverſio, & caſtigatio Eccleſiæ in illa una exterminatione ſita eſt, quam Græci ἀφορισμὸν, & ἀνάθημα, latini autem Canones *excommunicationem* appellant. Nam omnia alia coercitionum genera, quibus utitur Eccleſia, ſive ea pœnas, ſive cenſuras, ſive pœnitentias dixeris, quid aliud omnino ſunt, quam vel ipſius Excommunicationis particulæ, vel voluntarii cruciatus ad excommunicationem vitandam ſuſcepti? Cum enim anathematizatus iis omnibus Eccleſiæ juribus excidat, quæ vi Baptiſmi (*a*) aliorumque Sacramentorum adeptus erat, Interdictus vero, Suſpenſus, Depoſitus, Degradatus, & ſi placet, etiam Irregularis nonniſi aliquibus, quis non videt Interdictum, Suſpenſionem, Depoſitionem, Degradationem, aliaque hujuſmodi nil eſſe præterea, niſi Anathematis, ſeu Excommunicationis particulas, atque in ipſa Excommunicatione contineri? Jejunia, vero Vigiliæ, Eleemoſynæ, cæteraque de genere hoc, quæ in Eccleſia audis, cum nonniſi iis indicantur, qui hoſce labores malunt ſuſcipere, quam excommunicationem perpeti, ejuſmodi ſunt, quæ ſpon-

(a) Bingham. *Orig. Chriſt. lib. XVI, cap.* 2, §. 1. Illud principio juvat obſervare, Eccleſiæ diſciplinam in puniendis ſuæ ſocietatis reis haud quidem in eo conſtitiſſe, ut irritum ullius hominis faceret baptiſmum. Nunquam enim ſecundum Baptiſmum recipere eos coegit, quos in ſui ſocietatem denuo admittebat, ſi ob gravius aliquod crimen prius ejecti fuerant. Quinimmo ipſi Hæretici, & Apoſtatæ, qui Chriſtianam unitatem omnium maxime violabant, non adeo ab Eccleſia erant disjuncti, quin aliquis inter ipſos, & Eccleſiam reſpectus ſupereſſet beneficiò Baptiſmi, cujus character in ipſa etiam omnimoda Chriſtianæ fidei ejuratione indelebilis erat. Hinc in hos quoque animadvertit Eccleſia, quandoquidem Baptiſmi ſemel in Eccleſia ſuſcepti legibus adhuc adſtricti erant. Quinimmo iſtuc perſpicuum erat argumentum, quod ad Eccleſiam aliqua ratione ſpectare non deſiiſſent: neque enim in extraneos poteſtate utebatur, juxta illud Apoſtoli: *Quid mihi de his, quæ foris ſunt, judicare?* Quamobrem, ubi hi reſipiſcentes ad Eccleſiam redibant, nullo unquam exemplo demonſtrari poteſt, quod per ſecundum aliquem Baptiſmum reciperentur. Baptiſmus enim ſemel legitime tributus nulla prorſus ratione iterandus eſt. Igitur Eccleſiæ diſciplina in re, de qua agimus, in poteſtate tantum conſiſtebat privandi homines omnibus Baptiſmi beneficiis per publicam ab Eccleſiæ ſocietate ejectionem, in qua ſola iis frui privilegiis licebat: cujuſmodi erant conjunctio in publicis precibus, Euchariſtiæ perceptio, aliique divini cultus actus. Aliquando Eccleſiam intrare penitus vetabantur, donec quædam reſipiſcentiæ ſigna edidiſſent. Denique reliqui fideles cum eis converſari aliquando recuſabant, partim ut Eccleſiæ cenſuras adprobarent, partim ut pudorem eis incuterent, partim etiam, ut ne eorum conſuetudine veluti contagione quadam inficerentur.

ſponte magis, quam vi tolerantur.

§. II. Jam vero cum Eccleſia nullos alios faſces, nullas alias ſecures habeat, quam excommunicationem, videndum eſt, quo tandem jure hoc etiam excommunicationis telo utatur. Si me audis, jure naturæ. Nonne ipſa nos natura docet, ut genus omne peſtiferum ex hominum communione exterminemus, ut membra omnia, quæ corpori perniciem intentant, enſe recidamus? (*Matth. V*, 29, 30.) Hinc fit, ut nulla gens, nulla Civitas, nulla Religio unquam extiterit, apud quam hæc excommunicationis vis non valuerit, & viguerit. Celeberrimum eſt, quod de Celtis narrat Cæſar *l. 6 de bello Gallico*: „ Si quis aut privatus, aut publicus Druydum Sacerdotum decreto non ſtetit, ſacrificiis interdicunt; hæc pœna apud eos eſt graviſſima. Quibus eſt interdictum, in numero impiorum, ac ſceleratorum habentur, ab iis omnes diſcedunt, aditum, ſermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant; neque iis petentibus jus redditur, neque honos ullus communicatur. " Græcos etiam εἴργεσθαι τῆς ἀγορᾶς, καὶ τῶν ἱερῶν, ideſt foro, & ſacris impios arcere ſolitos fuiſſe ferunt. Sed & Plinius teſtatur, Regem Arabum morte mulctari nullo interimente, adverſantibus cunctis, & commercia etiam ſermonis denegantibus. Apud Hebræos vero (*b*) quis, quantuſque non fuit ex-

(b) Proſpero dell' Aquila *Dizionar. Port. T. I, v. Anatema*. I Giudei avevano tre ſpecie d' anatema. Eſſi chiamavano la prima *Nidduì*, cioè ſeparazione, che era come la Scomunica minore; la ſeconda *Cherem*; la terza *Scammata*. La prima ſpecie di anatema, chiamata dagli Ebrei *Nidduì*, che ſignifica ſeparazione dal ceto della Chieſa, ſi fulminava per ventiquattro cagioni, che Maimonide ha raccolte da diverſi luoghi del Talmud. Primo, ſe ſi foſſe diſprezzato il Rabbino, o Savio, anche dopo morte. Secondo, ſe alcuno aveſſe diſprezzato il delatore del giudizio, o ſentenza. Terzo, ſe ſi foſſe chiamato oltraggioſamente un Uomo libero *Servo*. Quarto, ſe non ſi foſſe preſentato davanti al Giudice nel tempo ſtabilito. Quinto, chi aveſſe diſprezzato un ſolo comando degli Scribi. Seſto, chi ſi foſſe dimoſtrato diſubbidiente alla condanna ricevuta dal Giudice. Settimo, chi non aveſſe levato via ciò che ſarebbe ſtato ad altri di danno, come un cane arrabbiato, o una ſcala debole. Ottavo, chi aveſſe venduto un fondo al Gentile ſenza rimediare al danno derivato ſopra del ſuo proſſimo Iſraelita. Nono, chi aveſſe fatta teſtimonianza ne' tribunali de' Gentili. Decimo, un Sacerdore ſacrificante, che non dava agli altri Sacerdoti parte de' ſuoi ſacrificj. Decimoprimo, quello, che aveſſe profanato il giorno ſecondo delle ferie nella cattività, ſebbene ciò foſſe di conſuetudine. Decimoſecondo, chi aveſſe fatta opera ſervile nel giorno precedente alla Paſqua dopo mezzogiorno. Decimoterzo, chi aveſſe nominato il nome di Dio indarno. Decimoquarto, chi aveſſe indotto altri alla profanazione del nome divino. Decimoquinto, chi aveſſe indotto a mangiar coſe ſacre fuori del luogo Sacro. Decimoſeſto, chi aveſſe computati gli anni, e ſtabiliti i meſi fuor della Terra Santa. Decimoſettimo, chi aveſſe fatto cadere un cieco. Decimoottavo, chi aveſſe impedito agli altri l' adempimento, e oſſervanza della legge. Decimonono, il Sacerdore, che aveva permeſſo di ammettere una pecora ſtraviſata, o lacera. Vigeſimo, il Sacrificatore, che non avea moſtrato il ſuo coltello al perito. Vigeſimoprimo, chi foſſe moſtrato oſtinato di non ſapere. Vigeſimoſecondo, chi ripudiò la moglie, e la ripreſe, o ci ebbe commercio. Vigeſimoterzo, un ſaggio di mala fama, o ſtima. Vigeſimoquarto, chi aveſſe ſcomunicato uno ſenza ragione. La formola della ſcomunica è deſcritta dallo ſteſſo Maimonide, cioè, N. N. ſia ſcomunicato, e tale ſcomunica ſi proferiva dalla publica autorità, e anche da perſona privata, ſe il delitto era privato,

Digitized by Google

excommunicationis uſus? (Vide Morinum *de adminiſt. Sacram. l.* 4, *c.*23, Seldenum *de Syn. l.* 1, *c.* 7, Vitringam *de Synag. Vet.* Beveregium *in Comm. ad c.* 10 *Apoſt.*)

§. III. Hoc excommunicationis jus a natura hominibus inditum, Synagogæ moribus (*Joan. IX*, 22, 34. *XII*, 42. *XVI*, 2.) receptum Chriſtus Dei filius ratum habuit, (*Matth. XVIII*, 15, *ſeq.*) cumque ſuam Eccleſiam fundavit, eique ſuos Præſides præfecit (*Joan. XX*, 23. *XXI*, 17.) eos hac ipſa poteſtate, ſine qua nulla hominum ſocietas ſtare poteſt, armavit, & inſtruxit. (*Matth. XVI*, 19. *XVIII*, 18.) Hunc excommunicationis gladium in ipſis Eccleſiæ incunabulis e vagina eduxiſſe legitur Divum Paulum, cum inceſti reum exortem Eccleſiæ eſſe juſſit. *I ad Corinth.* Apoſtolorum exemplum ſecuti poſteri mucronem hunc in flagitioſos contumaceſque diſtrinxerunt, quo eos ad bonam frugem revocarent, ſemperque illud præ oculis habuere, quod Paulus ait *II ad Theſſal. III*, 14. *Si quis non obedierit verbo noſtro, hunc notate, nec commercium cum illo habete, ut confundatur. Non tamen quaſi inimicum exiſtimate, ſed ut fratrem corripite.*

§. IV. Verum alios fontes habet Boehmerus, (*Diſſ. III ad Plin. Secund. & Tertull.*) unde excommunicationem derivet. Non ex naturali lege, non ex jure divino, ſed ex confœderata Chriſtianorum inter ſe diſciplina eam nobis arceſſit. At confœderata diſciplina in ea demum ſocietate locum habet, in qua omnes ſunt pares. In Eccleſia vero Præfectura viget divinitus inſtituta ligandi, abſolvendique auctoritate armata, quam tu, ut nobis adimas, eo tandem confugere adactus es, ut, eam quæ a Chriſto inſtituta fuit, Præfecturam extraordinariam extitiſſe, neminemque habuiſſe hæredem ſomniares; quo nihil abſurdius dici, fingique poteſt. Nam ſi Eccleſiam perpetuo duraturam Chriſtus fundavit, quid ni etiam illius regendæ formam primitus inſtitutam perpetuo duraturam, ejuſque Rectores nunquam defituros, atque alios aliis continenter ſuccreturos inſtituit? Non ſemper, in-

---

to, e durava sì fatta ſcomunica giorni 30, ſe v'era ammenda; altrimenti ſi raddoppiava, o ſi triplicava; ma ſe dopo tanta pena lo ſcomunicato ſi moſtrava infleſſibile, ſe gli fulminava l' altra ſpecie d' anatema detto *Cherem*. Queſta ſcomunica ſi pubblicava in preſenza di tutta la Sinagoga; ſi accendevano le candele, e terminata la formola ſi ſmorzavano per ſegno, che lo ſcomunicato rimaneva indegno della luce del Cielo: ſi ſuonavano le trombe per dar maggior terrore; e ſi proferiva queſta formola: *N. N. devotus, atque maledictus habeatur. In illo ſit execratio, in illo ſit juramentum, in illo ſit anathema.* Per le quali parole ſi deſiderava allo ſcomunicato la vendetta di Dio, l'odio degli uomini, e tutte le coſe avverſe. Se poi lo ſcomunicato coll'anathema *Cherem* non ſi emendava, ſi paſſava all'anatema della terza ſpecie chiamato *Scammata*; che vale a dire: *Iddio certamente verrà, e ne prenderà la vendetta.* La differenza di queſta ſcomunica dalle precedenti conſiſte, che queſta ſia l'ultima pena, per cui l' uomo dopo aver ricevuti tutti i rimedj ſalutari indarno, rimane privo della comune ſocietà; e ſottopoſto ſolamente al divin Giudizio: *Judæorum Anathema Chriſtus quoad ſubſtantialia confirmavit in nova lege hiſce verbis: Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus es fratrem tuum; ſi te autem non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos.* (*En anathema* NIDDUI) *Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ.* (*En anathema* CHEREM) *Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus.* (*En anathema* SCAMMATA.)

inquis, eadem regiminis neceſſitas. Alia pariendorum Chriſtianorum, alia alendorum ratio eſſe debet. At opus pariendorum Chriſtianorum ab Apoſtolis jam inchoatum, ab eorum ſucceſſoribus nunquam intermiſſum (*c*), nondum eſt exædificatum. Plurimæ adhuc gentes, plurimæque terrarum oræ veterum ſuperſtitionum caligine obrutæ evangelicæ veritatis luce colluſtrandæ nobis ſuperſunt.

§. V. At operæ pretium eſt audire, quos tandem teſtes hujuſce confœderatæ diſciplinæ nobis edat Boehmerus. (*Diſſ. III ad Plin. & Tertull.* §. 4.) Plinium ſecundum laudat, (*Ep.* 97, *l.* 10, de rebus Chriſtianorum ad Trajanum Imperatorem) cujus verba ſunt hæc: *Affirmabant autem* (Chriſtiani) *hanc fuiſſe ſummam vel culpæ ſuæ, vel erroris, quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem convenire, carmenque Chriſto quaſi Deo dicere ſecum invicem; ſeque Sacramento* (*d*) *non in aliquod ſcelus obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarent: quibus peractis morem ſibi diſcedendi fuiſſe, rurſuſque coeundi ad capiendum cibum promiſcuum tamen, & innoxium.* Ex hiſce Plinii verbis confœderatam diſciplinam, atque excommunicationis natales extundere conatur Boehmerus. Verum ſi vacuum animum ad hæc Plinii verba expendenda attuliſſet, nil aliud in iis latitare comperiſſet, quam id, quod dicitur *Act. II*, 42. *Erant autem perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & Orationibus.* Singula Plinii verba penſitemus. *Affirmabant Chriſtiani, quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem convenire, carmenque Chriſto quaſi Deo dicere ſecum invicem.* En tibi Chriſtianorum comprecationes. *Seque Sacramento non in aliquod ſcelus obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne appellati depoſitum abnegarent.* En doctrinam Apoſtolorum, quam a ſuis Eccleſiæ Præſidibus in concionibus Chriſtiani audiebant. Quod ut facilius intelligatur, ſciendum eſt, Chriſtianos poſtulatos fuiſſe de nocturnis congreſſibus, deque conjurationibus in ſcelera, in flagitia, in fraudes, in proditiones. Interrogati igitur a Judice, num in iis conventiculis ſe ſe Sacramento in aliquod ſcelus obſtringerent, ut ad interrogata ſtricte reſponderent, ajebant, *ſe non in aliquod ſcelus obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adul-*

(c) Fleury Troiſieme Diſcours a' l' Hiſtoire Eccleſiaſtique, §. 24. *Chaque temps a eu ſa primitive Egliſe.*

(d) Dionyſius Sandellius *in Comm. de Priſc. Chriſtian. Synaxib. c.* 2, hæc Plinii verba *ſeque Sacramento &c.* ita interpretatur. „Ea verba, inquit, non de jurejurando „accipienda ſunt, cum nullo veterum te„ſtimonio conſtet, ſe invicem Chriſtianos, „ne peccarent, juramento adegiſſe, (Bar. „*ad an.* 10.) ſed de Euchariſtia, quod Sa„cramentum Plinio idem, ac ſacer ritus „erat; verbiſque propterea Chriſtianorum „locutus ipſam Euchariſtiæ ſumptionem Sa„cramentum appellavit, quod eam ſcilicet „Chriſtiani iis ſolum impertirentur, qui „mundi eſſent, vitæque pravæ abdicatio„nem impoſterum pollicerentur. Summo „nimirum animi fervore, intimoque cor„dis affectu Chriſtiani ſacra in Liturgia a „Jeſu Chriſto flagitabant, ut Sacramentum „Corporis, & Sanguinis ejus, quod ſuſci„piebant, ſibi vires ac robur adjungeret, „quo in corruptiſſimis hominum moribus, „ac quotidiano fere vitæ diſcrimine furta, „latrocinia, adulteria, aliaque ſcelera, qui„bus ſe ſe ethnici implicabant, evitare poſ„ſent, ac vitam Chriſtiano nomine dignam „traducere.“ Vereor ne hæc interpretatio Plinii verbis conſona videatur.

adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne appellati depoſitum abnegarent; quæ quidem ſumma erat doctrinæ morum, quam ab Evangelii præconibus ediſcebant Chriſtiani. *Morem ſibi fuiſſe coeundi ad capiendum cibum permiſſum tamen, & innoxium.* Habes hic *communionem fractionis panis, hoc eſt Euchariſtiæ*, quam primis Eccleſiæ temporibus cum Agapis conjunctam fuiſſe tute ipſe fateris. (*e*) (Boeh. *l. c. Diſſ. IV*, §. 12.)

§. VI. At Tertullianus, inquis, optimus Plinii ſecundi interpres confœderatæ hujuſce diſciplinæ teſtis eſt locupletiſſimus; ait enim, (*Ap.* 2, *p.* 3.) *Plinium præter obſtinationem non ſacrificandi, nihil aliud ſe de Sacramentis Chriſtianorum comperiſſe, quam cætus antelucanos ad canendum Chriſto, & Deo, & ad confœderandam diſciplinam*, ſeu ut alii rectius legunt *ad conferendam diſciplinam homicidum, adulterium, fraudem, perfidiam, & cætera ſcelera prohibentem.* At hic non ex ſuo, ſed ex Plinii ſenſu Tertullianus loquitur, neque hoc loco Tertullianus pro confœderata diſciplina, ſed pro Chriſtianorum innocentia pugnat, hujuſque unius a Plinio teſtimonium petit.

§. VII. Cæterum in medium prodeat Juſtinus Martyr Plinio ſecundo fere æqualis, Antonino Imperatori renuntians non quæ ab aliis audiverat, ſed quæ ipſe viderat, & quibus præſens interfuerat, nec reſponſa interrogatis adſtricta referens, ſed rem ipſam aperte loquens, omnia, quæ in Chriſtianorum Conventibus agebantur ex ordine renarrat. *Die, qui dicitur Solis*, (ait ille *Ap.* 2, ad calcem) *omnes, qui in oppidis, vel agris morantur, unum in locum conveniunt, commentariaque Apoſtolorum, vel Prophetarum ſcripta leguntur, quamdiu hora patitur; deinde ubi is, qui legit, deſtitit, is, qui praeſt, admonet, & hortatur, ut ea quæ lecta ſunt bona imitemur. Tum &c.* Hæc nimirum erat diſciplina illa confœderata, quam ſe ex Chriſtianorum confeſſione extorſiſſe Plinius rebatur, quæque revera nil aliud erat, quam doctrina Apoſtolorum, quam ab Eccleſiæ Præſidibus diſcebant Chriſtiani, & Catechumeni, quamque moribus ſuis exprimere non hominibus, ſed ipſi Deo pollicebantur. Renuntiat etiam in eadem epiſtola Plinius Trajano, poſt ejus edictum Chriſtianorum hæterias deſiiſſe, nec amplius Chriſtianos coiviſſe ad capiendum cibum promiſcuum, & innoxium, hoc eſt ad Euchariſtiam ſumendam, qua in re certe fallebatur. Nam Chriſtianorum ſynaxes in abditiſſimis quidem locis nonnunquam habitæ, nunquam tamen intermiſſæ. Unde illud, quod legitur *in Act. SS. MM. Saturnini Preſ., Dativi &c.* apud Baluz. *Tom. I Miſcell. p.* 14, Edit. Luc. *Dominicum cum fratribus congrua devotione celebravimus, quia non poteſt intermitti Dominicum.*

§. VIII. Hoccine igitur eſt illud tam præclarum, tam certum, tam firmum teſtimonium, quod ſuæ cauſæ fundamentum jaciunt noſtrorum temporum hæretici? (Præter Boehmerum *l. c.* Vide etiam Samuelem Baſnage *Tom. II An.*

(*e*) Boeh. *l. c. Diſſ. IV*, §. 12. Tempore Apoſtolorum Agapas cum Euchariſtia fuiſſe conjunctas, ipſa origo Agaparum, & calumniæ Gentilium occaſione illarum ortæ oſtendunt. Nam ab initio hujus Diſſertationis evictum eſt, ideo has coitiones ad capiendum cibum promiſcuum in crimen tractas fuiſſe, quod crederent Gentiles, infanticidia ibidem committi, & panem cruentatum convivis offerri, quæ calumnia ex myſterio Euchariſtiæ ortum traxit.

An. Eccl. pag. 478, *ſeq.* Joannem Seldenum *de Syn. Vet. Hebræor.*) Nonne in re tam gravi, tamque momentoſa, qua tota fere Chriſtianæ reipublicæ moles nititur, locupletiores teſtes, clarioraque monumenta in medium educenda tibi erant? Locus, ædepol, tempus, quo hæc Chriſtianorum diſciplina fœderata fuit, indicandum tibi erat, auctores etiam hujuſce fœderis nominandi, quinimmo tabulæ ipſæ proferendæ. Quam ſatius igitur eſt nobiſcum, cumque unanimi omnium ſæculorum conſenſu excommunicationis, qua utitur Eccleſia (*f*), originem, ex jure clavium divinitus inſtituto repetere, quam in fœderata Chriſtianorum diſciplina, cujus nullum certum teſtem, nullum clarum monumentum habemus, Pontificibus, Conciliis, Sanctis Patribus cunctis reclamantibus, eam requirere!

QU-

(f) Poteſtatem excommunicandi dependere ab auctoritate Clavium dubitare non ſinit contextus *Matth. XVIII.* Poſtquam enim Chriſtus dixit Petro, quod ſi peccator tertio correptus Eccleſiam non audierit, *ſit tibi tamquam Ethnicus & Publicanus*, mox ſubjungit: *Amen dico vobis, quæcumque ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in Cœlo &c.* quo patenter ſignificavit, auctoritatem abſcindendi peccatorem a corpore Eccleſiæ tamquam Ethnicum, & Publicanum, eſſe appendicem auctoritatis ligandi, & ſolvendi a Chriſto prædictis verbis expreſſæ. Van-Eſpen *in Tract. Hiſtorico Canonico de Cenſ. Eccl. c.* 2.

Q U. XI.

Quid eſt Excommunicatio? Et quotuplex?

§. I. EXcommunicatio eſt nota cenſoria, quæ Chriſtianum hominem ab univerſa Eccleſia ſeparat, eumque veluti Ethnicum, & Publicanum e fidelium albo expungit, abſcindit, eradit. Multiplex ea eſt. Alia eſt publica, alia privata. Publica quæ a poteſtate clavium proficiſcitur, nec niſi a ſuperioribus dignitate in ſibi ſubditos diſtringitur. Privata autem nec a jure clavium, nec a potentiore vi pendens ea eſt, qua Eccleſiæ, vel Epiſcopi ſeſe invicem communione privabant. Communio, qua Eccleſiæ, & Epiſcopi mutuo jungebantur ex duobus potiſſimum dignoſcebatur; primum ex Litteris Formatis (*a*), quæ etiam Canonicæ, Communicatoriæ,

(a) Johan. Cabaſſutius *de lit. form. ſeu Can.* Quæ litteræ Græce *Canonicæ*, Latine *Formatæ* dicebantur, uſitatiſſimæ fuerunt ab ipſis Chriſtianiſmi primordiis ab Apoſtolorum ſæculo. Verum quia his frequenter tum hæretici, tum etiam ex Gentilibus impoſtores abutebantur, viſum eſt Patribus in Nicæna prima Synodo congregatis novam illis formam præſcribere, ut fidem facit Atticus Conſtantinopolis Epiſcopus hoc ordine, ut in primis prima apponerentur SS. Trinitatis perſonarum pro voce πατὴρ littera π, pro voce υἱὸς littera υ, & pro voce ἅγιον πνεῦμα lit. α. Apoſtoli quoque Petri lit. π. Ejus demum, qui Formatam epiſtolam ſcribit prima nominis littera, & cui ſcribitur ſecunda, & pro quo ſcribitur tertia, & Civitatis de qua ſcribitur quarta littera. Denique indictionis, quæcumque tunc occurrit, numerus litteralis aſſumatur. Obiter ex illo Attici teſtimonio liquet Indictionum uſum jam viguiſſe Nicæni Concilii tempore. Indictionum plerique ſuſpicantur Auctorem Conſtantinum Magnum. Errare inſuper conſtat Cedrenum, alioſque illarum affirmantes Auctorem Theodoſium ſeniorem. Indictiones ſingulæ quindecim annorum ſeriem complectebantur. Earum triplex notatur diſcrimen: aliæ namque Conſtantinopolitanæ dicebantur, de quibus ita loquitur Ambroſius *in epiſtola ad Epiſcopos Æmiliæ*: Indictio Septembri menſe incipit, hoc eſt ipſis Calendis Septembribus. Aliæ Cæſareæ vocabantur, quarum ſumitur initium ab octavo Calendas Octobris. Tertiæ demum Romanæ, quia in Pontificiis diplomatibus adhiberi ſolent, earumdemque notatur exordium a Calendis Januarii. Ad finem Formatarum adhibebatur Græca vox, ſeu potius Hebraica, ſed litteris Græcis expreſſa, ἀμήν. Hanc de Formatis litteris obſervationem juxta Nicænum decretum tranſmiſit Atticus Conſtantinopolis Epiſcopus, quaſi additamentum ad viginti Nicæni Synodi Canones, quos ab ipſo expetiverat Aurelius Carthaginis Epiſcopus, quo tempore habebatur Concilium, cui præſidebat, Carthaginenſe ſextum, ut annotat Baronius *tom. 3, ad annum 325*, & reperitur in antiqua Creſconiana editione, ſub Attici titulo; & alibi excuſum legitur poſt finem Synodi Chalcedonenſis, ut monet Baronius dicto *anno 162*, & Bellarminus *lib. 1 de Summo Pontifice, cap. 24*.

II. Formatæ porro litteræ in varias diſtribuuntur ſpecies, quarum aliæ communicatoriæ, Græce κοινωνικαὶ γραφαί dicuntur, iſtæque ab Epiſcopis concedebantur ſubditis ſuis peregre euntibus, ut quocumque tendebant in communionem fidelium admitterentur, hoſpitioque admitterentur. Huc reſpiciunt

riæ, Pacificæ vocabantur, (quarum ſcribendarum rationem, ne fraudi locus eſſet, præſcripſerat Nicæna Synodus prima *Can.* 18.) quas tamquam ſuæ fidei

---

ciunt quæ ad Cajum ſcribit Joannes Apoſtolus *Ep. III. Chariſſime fideliter facis quidquid operaris in Fratres, & hoc in peregrinos, qui teſtimonium reddiderunt charitati tuæ in conſpectu Eccleſiæ: quos benefaciens deduces digne Deo: pro nomine enim ejus profecti ſunt, nihil accipientes a Gentibus. Nos ergo ſuſcipere debemus hujuſmodi, ut cooperatores ſimus veritatis. Scripſiſſem forſitan Eccleſiæ, ſed is, qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes, non recipit nos: neque ipſe ſuſcipit fratres, & eos, qui ſuſcipiunt prohibet, & de Eccleſia ejicit.* Hujuſmodi litterarum ſub nomine *conteſſerationis hoſpitalitatis* meminit Tertullianus *de præſcrip. adver. hæreti. c.* 20.

III. Sub Imperio Veſpaſiani veterator inſignis profeſſione Philoſophus, nomine Peregrinus, & ob verſatiles in omnem modum fraudes cognominatus Proteus, ſe aliquando Chriſtianum finxit, eoque dolo non modo frequentium peregrinationum certiſſimum viaticum retulit, ſed etiam innumera fabricatus mendacia, multas divitias ex liberalibus Chriſtianorum officiis, quorum tandem communione (detectis impoſturis) ejectus ſe ad priſtinam gentilitatem reduxit. Hujus veteratoris hiſtoriam flagitiis præſtigiiſque refertam Lucianus prætexuit.

IV. Nihil vero, quod ad rem attinet intercedebat diſcriminis inter litteras pacificas, & communicatorias, ideſt, ut Græci appellant, inter Εἰρηνικὰς, καὶ κοινωνικάς: ſub diverſis nominibus una, eademque res exprimebatur, nec his alio intendebatur, quam ut aliquis in communionem cum cæteris fidelibus admitteretur Chriſtianæ ſocietatis. At vero *Commendatitiæ*, non vulgaris notæ, & proletariis laicis, ſed ſolis honorificis perſonis indulgebantur, ut lautius, & liberalius exciperentur ab Eccleſiis, ut colligere eſt ex *Can.* 11 Chalcedonenſis Synodi, hoc ſanciente, ut pauperibus peregre ituris ſolæ darentur ad Eccleſias litteræ pacificæ, ſed non συστατικαὶ ideſt commendatitiæ, quippe quæ in favorem reſervandæ ſint τοῖς οὖσιν ὑπολήψει. Quia vere Græca vox ὑπόληψις nunc ſuſpicionem, nunc autem honorificam æſtimationem denotat, eam vocem hoc loco interpretati ſunt de ſiniſtra ſuſpicione poſteriores ſæculi, Zonaras, Balſamon, & Matthæus Blaſtares. Gentianus quoque Hervæus ibi exponit, *Commendatitias* ſolis perſonis, quæ ſuſpectæ ſunt, concedi oportere. Sed jam quæro, cur ſolis pauperibus, & ſimul ſuſpicione improba laborantibus, non alias, quam pacificas præberi litteras, cum tamen clarioris notæ peregrini minus habeant ſuſpicionis, & paupertas viliores perſonas, præſertim vagas, & errabundas, multo facilius, ac frequentius ad mendacia, & impoſturas adigere ſoleat? Quapropter cum ſit major de pauperibus & obſcuris perſonis, quam de claris, & ſublimioribus hominibus ſuſpicio, illis utique multo magis denegandæ ſunt commendatitiæ, quam iſtis, a quibus remotior eſt fraudulentiæ ſuſpicio. Sed longe prudentior mens Concilii fuit, indignum exiſtimantis, diſcrimini Eccleſiarum, & Antiſtitum objicere homines abjectos, & ſuſpicioni obnoxios per commendatitias, quibus majus ineſt privilegium, eaſque illis recuſare, quos ſua claritas, & honorabilis exiſtimatio longius ab omni ſuſpicione removet. Felicius igitur veræ intelligentiæ ſcopum veteres translationes attigerunt; Dionyſii quidem ſic vertentis: *Commendatitias litteras honoratioribus tantummodo perſonis præſtari*. Et deinde Iſidori ſic interpretantis: *Commendatitias epiſtolas eos tantum accipere convenit, qui in opere ſunt clariores*. Et ſane apud veteres Græcos voces duæ ὑπόληψις, & δόξα id commune habent, ut nunc opinionem ac exiſtimationem generatim, nunc vero glorioſam famam, & claritudinem ſignificent. Ideoque Chalcedonenſis *can.* 13 interdicit Clericis Eccleſiaſtica miniſteria in aliam commigrantibus civitatem, niſi commendatitiis inſtructi ſint litteris.

Quis vero inter obſcuros homines collocet Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos, cum ſint in Eccleſia digniores, & honoratiores præ aliis ſive Clericis, ſive laicis? Sardicenſis præterea *Can.* 9 providet, ut ad graviora negotia in majori civitate, aut in comitatu Principis gerenda, mittant Epiſco-

fidei teſſeras Epiſcopi ad ſe ſe invicem dabant.

Alterum Communionis indicium erat fidelium ultro, citroque ex una in aliam Eccleſiam commeantium ſuſceptio, modo Epiſcopi ſui litteras ſuas, quas *commendatitias* appellabant, ſecum adferrent.

§. II.

piſcopi Diaconum ad loci Antiſtitem cum commendatitiis litteris; Carthaginienſe pariter ſub Siricio Pontifice Concilium tertium, *can.* 28, non permittit Epiſcopis tranſmarinas profectiones inconſulto Metropolitano; a quo Formatam ſumere neceſſe habent. Prima Commendatitiarum epiſtolarum mentio fit *II Cor. III: Nunquid egemus ſicut quidam commendatitiis epiſtolis ad vos?* Græce συστατικῶν ἐπιστολῶν.

V. Quemadmodum dixi, ad exercendos alibi jam ſuſceptos Ordines, neceſſariæ ſunt Clericis commendatitiæ litteræ; ita, & ad novos alibi ſuſcipiendos neceſſariæ ſunt Clerico ex parte proprii Epiſcopi dimiſſoriæ litteræ ἀπολυτικαὶ γραφαὶ, ut admonet Theodorus Balſamon ad Apoſtolorum *can.* 15: diſtricte namque prohibetur Epiſcopis alieni Clerici ordinatio, niſi ex conſenſu proprii illius Epiſcopi, Nicæno *can.* 16, aliiſque innumeris canonibus priſcis, atque recentibus.

VI. Formatarum inſuper nomine deſignantur litteræ Paſchales, indicentes quota ejus anni Dominica celebrandum ſit proximum Paſcha. Fuit antiquiſſima conſuetudo, ut Romanus Epiſcopus quotannis ad univerſas Eccleſias ſcriptis encyclicis, ſeu circularibus litteris diem Paſchalem indicaret, ut legitur Arelatenſis Concilii primi *can.* 1. Quia vero Ægyptii Aſtronomiæ peritia præcellebant, ea cura per Nicænam Synodum demandata fuit Alexandrino Epiſcopo, ut in primis diem Paſchalem futurum Romano indicaret Epiſcopo ſedulo exploratum, a quo poſtmodum cæteris univerſi orbis Eccleſiis indiceretur, & promulgaretur: ut S. Leo Papa ſcribit *epiſt.* 64 ad Marcianum Auguſtum. Primates deinde, & Metropolitani ſuarum Provinciarum Epiſcopis, & hi ſubjectis ſibi Eccleſiis per litteras formatas ſignificabant; ut ſtatuit Concilii Carthaginenſis *can.* 3: *Ut dies Paſchæ formatarum ſubſcriptione omnibus intimetur*. Promulgabatur autem futurus ille dies per Diaconum inter Miſſarum ſollemnia ipſo Epiphaniæ die, ut conſtat ex Concilii Aurelianenſis quarti *can.* 1, & Bracarenſis ſecundi *can.* 9, qui eſt inſertus *de conſecrat. diſt.* 3. *c. placuit*, quo jubetur adveniente Natali Domini die in Eccleſia poſt decantatum Evangelium, adſtante populo, diem, ſeu Lunam Paſchæ adventantis intimari:

VII. Formatis pariter accenſendæ ſunt encyclicæ, ſive circulares epiſtolæ, quæ vel ab Epiſcopo Romano, vel a Primate, vel ab inferiore Prælato, vel a Synodo tranſmittuntur ad plures Eccleſias, vel perſonas diſtribuendæ, ſive in cauſa fidei, ſive in rebus diſciplinæ, ſive ad indicendas preces, ad jejunia, vel ad fideles de aliis rebus admonendos.

VIII. Inter Formatas recenſentur quoque commonitoriæ, ſeu memoriales litteræ, quæ Legatis, vel Nuntiis, vel Apocriſiariis, ac reſponſalibus Eccleſiaſticis expediuntur, præſcribentes, ut ſe gerere debeant in miniſterio ſibi injuncto. Harum fit mentio in *Can.* 98 Concilii Africani, & apud Cyrillum *ep.* 1 ad Succeſſum, apud Auguſtinum *ep.* 129, & 158, & Sidonium Apollinarem *lib.* 8 carm. ad Lampridium, alioſque veteres.

IX. Locum præterea inter Formatas habent Tractatoriæ, quibus providebatur, ut Prælatis ad Synodum commeantibus vecturæ & viatica ſuppeditarentur. Harum meminit Carthaginenſe Concilium quintum *can.* 10. Non hic ſermo eſt de Tractatoriis Imperatorum etiam in convocandis Epiſcoporum Synodis, quales innumeræ leguntur in veterum Conciliorum, & hiſtoriarum Eccleſiæ monumentis. De tractatoriis multa ex ſacris, & ex prophanis Scriptoribus teſtimonia congerunt duo Gallicani Juriſconſulti conſumatiſſimæ eruditionis, Barnabas Briſſonius *de verborum ſignificatione*, Ver. *Tractatoriæ*: & Jacob. Cujacius *ad leg.* 12 *Codicis*, *tit.* 51, ubi de Tractatoriis.

X. Inter commoda innumera, & emolumenta, quæ in univerſam Eccleſiam per Formatas diffunduntur, primum dignitatis habebat olim locum admirabilis illa fidelium toto terrarum orbe in unitate fidei, in officio charitatis, & ſanctitate diſciplinæ com-

Digitized by Google

§. II. Hinc facile patet, quomodo Eccleſiæ ſe ſe mutuo communione privarent. Nam cum aliqua Eccleſia, vel Epiſcopus aut gravem morum luem, aut peſtilens doctrinæ virus in aliqua alia Eccleſia graſſari ſuſpicabatur, tunc & litterarum *Formatarum* curſum abrumpere, & illius Eccleſiæ fideles ad ſe advenientes aditu prohibere, & *Commendatitiis* litteris fidem denegare ſolebat. Atque hæc ſocietatis privatio Excommunicatio dicebatur.

§. III. Excommunicatio (*b*) publica alia dicitur major, alia minor. Ma-

---

communio. Religioſiſſimam iſtam unitatem æmulati ſunt Schiſmatici, & Hæretici, ſed numquam aſſequi potuere. Hoc unitatis Eccleſiæ argumento tamquam inevitabili telo Tertullianus, Cyprianus, Auguſtinus, hæreticorum ſectas impugnarunt, & profligarunt. Optatus *libro 2 contra Parmenianum* recenſita Epiſcoporum Romæ, a Petro ad Damaſum uſque ſerie, addit, *Cum quo* (ſcilicet Damaſo) *nobis totus orbis commercio Formatarum in una communionis ſocietate concordat*. Auguſtinus etiam, ut Fortunium Epiſcopum Donatiſtam affirmare auſum ſuam, ſuorumque gregalium ſocietatem ubique terrarum protendi, dum vult ſibi *Catholici*, hoc eſt univerſalis denominationem vindicare, falli manifeſte convincat; ſic ſcribit *Epiſt.* 163, ad Eleuſium: *Quærebam* (ait) *ab eo, ut communicatorias epiſtolas, quas Formatas dicimus, poſſet quo vellem dare? & affirmabam quod manifeſtum erat omnibus hoc modo facillime illam terminari quæſtionem poſſe*. Refert Gregorius Nazianzenus *invectiva 1 in Julianum*, ſceleſtiſſimum illum Apoſtatam, invidia concitatum, transferre in Gentiliſmum propoſuiſſe multos laudabiles, quibus Eccleſia florebat, ritus, ac præſertim litteras hoſpitalitatis.

De litteris Formatis, & Commendatitiis præter Cabaſſutium, ex cujus *Notitia Eccleſiaſtica* hanc Diſſertationem excerpſimus, agunt Ferrarius libris tribus *de antiquo Eccleſiaſticarum Epiſtolarum uſu*; Priorius *in Diſſ. de litteris Canonicis* Pariſiis 1675; Sirmondus *ad Sidonium Apollinarem l. 6, ep. 8*; Rodolphus in libello *De litteris Canonicis*. Plures alios Scriptores, qui hac de re egerunt, recenſet Ittigius *de Bibliothecis Patrum*, *p.* 238, *ſeqq.* & Fabricius *in Bibliographia antiquaria*, *pag.* 1079.

(b) Berard. *in Jus Eccl. Un. Diſſ.* 3, *c.* 8. Etſi nomen excommunicationis olim ad cenſuras univerſas etiam minores ſignificandas uſurparetur, quemadmodum in præcedente capite demonſtratum eſt, ſæculo tamen duodecimo, aut decimotertio contractum fuit, ut ſignificaret cenſuram ſingularem a ſuſpenſione, & ab interdicto diſtinctam; nimirum excommunicatio omnibus Chriſtianæ communionis juribus privat, non ſuſpenſio, non interdictum. Non tamen interea adeo ſingularem indere potuerunt huic cenſuræ naturam, ut non amplius in varias ſpecies, veluti genus tribueretur. Recipi partitio debuit in majorem, & minorem excommunicationem. Minorem excommunicationem dixerunt cenſuram, qua qui notatur, interdicitur, ne Sacramenta ſuſcipiat, ne Sacramenta adminiſtret, quamquam ſi hæc adminiſtrentur, adhuc valida erunt, uti ſcholæ loquuntur, *Cap.* 10, *de Clerico excom. mini.*, item ne ad dignitates, & ad beneficia eccleſiaſtica eligi valeat, non ſane quod electio ſit ipſo jure nulla, ſed quod ſit ſuperioris, ad quem confirmatio pertinet, officio irritanda; dicto *Cap.* 10, *de Cler. excom. min.* Hujus rei ratio eſt, quia excommunicatio minor directo privat & Miniſterio, & Suſceptione Sacramentorum, *Cap.* 2, *de exception.*, nonniſi tamen indirecto electione, ut ajunt, paſſiva, propterea quod qui eligitur ideo eligitur, ut Sacramenta miniſtret, dicto *Cap.* 10, *Cap.* 49, *de ſent. excom.* Retinentur tamen ab excommunicato cætera Chriſtianæ, vel Clericæ communionis jura, qualis eſt juriſdictio ſeu interni, ſeu externi fori, & eligendi facultas. Neque enim negotium ullum faceſſit Capitulum 39, *de electione*, cum quod ibidem traditur, pertineat ad obtinendam ſolidiorem electionis firmitatem, non ad deſignandum certum minoris excommunicationis effectum. Tantum deduci ex eo Capitulo poteſt, temporibus Innocentii III dubitatum fuiſſe de vi illius excommunicationis; uti enim tunc nova de cenſuris diſciplina proponebatur, unde abrogatis vetuſtis excommunicationibus quædam tantum ſpecies

Major definiri ſolet Cenſura (*c*) (*Vid. pag.* 152.) Eccleſiaſtica, qua qui notati

cies iuventis ſingularibus nominibus retinerentur, ita res illa certis adhuc principiis undecumque conſiſtere non valebat. Majorem excommunicationem dixernnt, qua qui interdicitur, omni jure excidit Chriſtianæ communionis. Olim hæc diſtinctio erat ignota, quia non ad duas tantum ſpecies referebatur excommunicatio, ſed ad totidem, quot erant jura communionis. Abolitis gradibus pœnitentium, cœpit diſciplina novam formam induere, & duo veluti conſtituere generalia jura Chriſtianæ communionis, altera ſacratiora, uti erat adminiſtratio, & receptio Sacramentorum, quibus cohærebat electio, uti vocant, paſſiva, utpote quæ ad ſacra miniſtranda refertur; altera minus ſacra, uti erat juriſdictio, atque eligendi poteſtas. Facilius interdicebatur alicui juribus ſacratioribus; unde qui ab iſtis, non a cæteris excludebatur, minorem; qui præterea & a minus ſacris ejiciebatur, majorem excommunicationem incurrere dicebatur; immo initio non *minor*, ſed *ſimplex* excommunicatio appellari cœpit, *Cap.* 39, *de electione*. Nomen excommunicationis *majoris* non inveoitur in Eccleſiaſticis Canonibus uſurpatum ante ſæculum nonum, quamquam nec ſtatim, ubi uſurpari cœpit, eam quam nunc habet, ſignificationem obtinuit. Hinc depoſitio a gradu Sacerdotali dicta aliquando fuit excommunicatio major, prout ſcilicet opponebatur ſuſpenſioni, *Can.* 5, *Diſt.* 19. Tum primum major excommunicatio appellari cœpit juxta recentem ſignificationem, cum excommunicatio minor accepit ſingularem naturam ſejunctam a natura minorum excommunicationum, quas veteres in uſu habebant, *Cap.* 10, *de Cler. excom. min.*, *Cap.* 59, *de ſent. excom.*, *Cap.* 3, *eodem tit. in* 6.

Poſt invectam hanc diſciplinam minoris, & majoris excommunicationis, dubitari cœpit, an cum Canones ſimpliciter, & abſolute de excommunicatione mentionem facerent, ad majorem forent, an ad minorem referendi. Primum id definitum fuit a Gregorio nono in *Cap.* 59, *de ſentent. excom.*, quo declaratum eſt, ut major excommunicatio intelligatur, & quidem jure optimo, quia, uti inferius tradetur, excommunicatio minor nunquam abs judice fertur, & ſi abs jure illata proponatur, nunquam infligitur niſi in eum qui communicet cum excommunicato excommunicatione majore, juxta *Can.* 10, ex vulgo Apoſtolicis, *Can.* 19, *cauſ.* 11, *q.* 3, *Cap.* 2, *de exception.*

Itaque decretum eſt, ut excommunicatio minor tantum locum habeat in ea ſpecie, qua quis cum excommunicato non minore, ſed majore excommunicatione communicat. Verum enim vero in hac re diſtinguenda eſt communio in crimine, ob quod excommunicatio major lata fuerit, a communione in divinis, & a communione in cæteris cauſis. Si communicetur in crimine, in quo adhuc excommunicatus pertinax perſeveret, certiſſimum eſt, excommunicationem ſaltem minorem incurri, quandoque etiam majorem, videlicet cum Canones certam excommunicationem inferrentes, eam etiam in participes intulerunt, uti exemplum eſt in *Can.* 3, *cauſ.* 11; *quæſtione* 3; *in Cap.* 29, 30, 38, & 55, *de ſent. excom.* Si communicetur in divinis, non tantum excommunicationi minori ſe obnoxium reddit communicans, ſed auctoritate ſuperioris modo excommunicatione majore, modo ſuſpenſione, modo interdicto plectitur pro modo criminis, & ejuſdem adjunctis, *Can.* 6, 7, 19, *cauſ.* 11, *q.* 3, *Cap.* 2, *de Cler. excom. miniſtr.*, *Cap.* 8, *de privileg. in* 6, *Clem.* 1, *de ſepulturis*. Si communicetur in aliis cauſis, regula generalis eſt, excommunicationem minorem incurri, *Can.* 103, *cauſ.* 11, *quæſ.* 3, *Cap.* 30, *de ſent. excom.* Adjecta eſt pœna gravior adverſus illos, qui ſcienter excommunicato beneficium contulerint, nimirum cautum fuit, ut ſuſpenderentur a collatione beneficiorum, *Cap.* 7, *de Cler. excom. min.*, ex quo clarius adhuc explicari poteſt Capitulum 10, *eodem tit.* jam ſuperius laudatum, ubi cum dicatur, irritandam eſſe electionem excommunicati excommunicatione etiam minore, ſi excommunicatus ſcienter electus fuerit, ſignificatur, irritandam eſſe ita, ut eligentes excommunicationis conſcii jure eligendi priventur. Aliquando etiam proceditur adverſus communicantem cum excommunicato ad excommunicationem majorem, quum ſcilicet quis admonitus adhuc communicare pergat, *Can.* 26, *cauſ.* 11, *q.* 3, *Cap.* 10, *de Cler. ex-*

tati ſunt, Eccleſiæ ſacris, omnique pene aditu, & Chriſtianorum colloquio,

com. cap. 3, & 13, *de ſent. excom. in* 6. Scimus inſuper, quandoque indictam ſimilem majorem excommunicationem, quibus in temporum adjunctis multi ſpernebant Eccleſiæ mandata, & cum excommunicatis paſſim communicabant, *Can.* 103, *cauſ.* 11, *qu.* 3, *Cap.* 5, *de pæn. diſt.* 5, *Cap.* 18, *de ſent. excom.* Quod tamen extra ordinem fiebat; etenim conſtat, quandoque non excommunicationem fuiſſe propoſitam, ſed interdictum, *Cap.* 8, *de privileg. in* 6, quandoque depoſitionis pœnam, *Can.* 10, & 19, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3. Neque dicas, generalem Eccleſiæ diſciplinam olim fuiſſe, ut ſimilis excommunicatio communicantem cum excommunicato teneret, quaſi hoc conſtitutum adpareat *in Can.* 18, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3. Referendus eſt iſte Canon, non quidem ad octavam Synodum, cujus nomine perperam inſcribitur, ſed potius ad Regulas Monachorum, atque inter cætera ad *Canonem* 18, *eadem cauſa, & quæſtione*: tum vero adparebit, ibi ſermonem inſtitui, non de excommunicato excommunicatione majore, ſed de Monacho, ex Abbatis officio, e cœtu Monachorum cauſa pœnitentiæ ſegregato ad quamdam excommunicationis ſimilitudinem, qua in ſpecie, cum interdiceretur Monachis, ne quamdam cum ſegregato communionem inirent, ſi forte Monachus quidam temneret Superioris mandatum, & cum ſegregato communicaret, ſimili ſane pœnitentiæ ſubjiciebatur.

Pertinent hæc ad regulam generalem. Cæterum plurimi extant ſingulares caſus, quibus ille, qui cum excommunicato majore excommunicatione communicat, non ſolum jure excuſatur, ſed & quandoque laude dignus exiſtit. Iſtos caſus Pragmatici deſignaverunt hoc verſiculo: *Utile*, *lex*, *humile*, *res ignorata*, *neceſſe*. *Utile* dixerunt, habita eorum ratione, qui regimen animarum habent, quorum ſane munus eſt excommunicatum monere, hortari, excitareque, ut demiſſo animo veniam ab Eccleſia petat, ac ſatisfaciat, *Can.* 105, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3, *cap.* 54, *de ſentent. excomm.*, quamobrem laudabile ſemper fuit, etiam excommunicatos ipſos ad divini verbi prædicationem vocare, & excipere, *Cap.* 43, *de ſentent. excomm.* *Legem* dixerunt habita ratione conjugum. Scilicet quamquam alteruter ex ipſis ſit excommunicatione ligatus, ſanctiſſimum tamen conjugii vinculum, & individua vitæ conſuetudo minime diſſolvitur, *Can.* 103, *cauſ.* 11, *quæſ.* 3. *Humile* deſignaverunt ſervorum, ſive obſequiis præſtandis addictorum officia, quæ dominis utut excommunicatis adhuc ſunt exhibenda, dicto *Can.* 103, *cap.* 31, *de ſent. excom.* Quos *res ignorata* excuſare dicatur, nemo ſtatim non intelligit dicto *Can.* 103, *cap.* 29, *de ſent. excom.*, quemadmodum, & intelligitur quos excuſat *neceſſe*, nimirum ſi utilitas non levis, vel privata, vel publica poſtulat, ut certo in negotio cum excommunicato quis colloquatur, aut agat, *Can.* 105, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3, *cap.* 34, *de ſent. excomm.*, unde & illud proficiſcitur, etiam adverſus excommunicatum actionem edi libere in judicio poſſe, *Cap.* 7, *de judiciis*, *cap.* 5, 8, & 10, *de except.*

Hæc ſane perſpicua ſunt, ubi quis publice ſit excommunicatus ſpeciali Antiſtitis ſententia, & palam denuntiatus juxta formam *Capituli I de ſent. excomm. in* 6. Quid tamen ſi de excommunicatione juris, quam latæ ſententiæ appellant, diſputemus? Olim ubi nota publice, & perſpecta ea excommunicatio fuiſſet, idipſum, & in hac excommunicationis ſpecie obſervabatur, ut qui cum excommunicato communicaret, eo ipſo minorem excommunicationem incurreret. Sed cum de notorii qualitate crebræ diſceptationes haberentur, & faciles eſſent nonnulli in deneganda aliquibus de crimine aut conſciis, aut ſuſpectis communione, recentioribus ſæculis alia invaluit, & ſere ubique recepta diſciplina. Nimirum Martinus V decreto ſuo, quod ſub nomine Concilii Conſtantienſis edidit S. Antoninus *in Summa*, *parte* 3, *tit.* 25, *cap.* 3, ita cavit: *Ad evitanda ſcandala, & multa pericula, ſubveniendumque conſcientiis timoratis, quod nemo deinceps a communione alicujus in Sacramentorum adminiſtratione, vel receptione, aut aliis quibuſcumque divinis, vel extra, prætextu cujuſcumque ſententiæ, aut cenſuræ Eccleſiaſticæ, ſuſpenſionis, aut prohibitionis ab homine, vel a jure generaliter promulgatæ, teneatur abſtinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Eccleſiaſticum* ob-

Digitized by Google

quio ; conſortioque interdicuntur , precibuſque, & ſuffragiis Eccleſiaſticis mi-

obſervare, niſi ſententia, prohibitio, ſuſpenſio, vel cenſura hujuſmodi fuerit in, vel contra perſonam, Collegium, Univerſitatem, Eccleſiam, aut locum certum a judice publicata, vel denuntiata ſpecialiter, & expreſſe. Salvo, ſiquidem pro ſacrilega manuum injectione in Clericum in ſententiam latam a Canone adeo notorie conſtiterit incidiſſe, quod factum non poſſit aliqua tergiverſatione celari, neque ullo ſuffragio excuſari. Nam a communione illius, licet denuntiatus non fuerit, volumus abſtineri juxta Canonicas ſanctiones. Integram deſcribendam volui Conſtitutionem, ut illico quiſque & regulæ vim, & vim exceptionis intelligat; his enim conſiſtit hodierna diſciplina, ex qua novum profluxit excommunicatorum diſcrimen, quorum alii excommunicati tantum vocantur, alii excommunicati vitandi.

Quædam ſingularia occurrunt in excommunicatione minore. Primum eſt, olim ita quandoque proditam fuiſſe, ut intra cujuſdam moniti fines contineretur, non inſtar præcepti ferretur, argumento *Canonis* 25, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3, proindeque tunc temporis non tamquam cenſura conſiderabatur, ſed veluti animadverſio quædam, qua declararetur, aliquem excommunicato communicantem contra præcepta Eccleſiæ, indignum eſſe, qui accederet ad Sacramenta; & qui ſacra miniſtraret. In aliquibus Provinciis vigebat, ut cenſura quidem eſſet, ſed tum demum cum ſententia judicis pronuntiaretur, uti liquet *ex Can.* 5, *de pœnitent. diſt.* 5. At paullatim factum eſt, ut generaliter veluti cenſura haberetur, & numquam ſententia judicis inferretur; tantum ipſo jure in eam incurreret, qui cum excommunicato communicaret, *Cap.* 39, *de electione*, *cap.* 5, *de his, quæ vi met. cau. cap.* 2, *de except. cap.* 29, *de ſent. excomm.* Præterea obſervatur, eum qui eſt excommunicatus excommunicatione minore, ſi Sacerdos ſit juriſdictione in foro interno potitus, non licite quidem, ſed valide a peccatis, modo nulla obſtet reſervatio, abſolvere, immo etiam licite, ſi agatur de abſolutione a cenſuris extra forum pœnitentiale, propterea quod, ut diximus, ex ea cenſura juriſdictio non ammittatur, *cap.* 56, *de ſent. excom. argumento cap.* 10, *de Clerico excom. miniſtr.* Inſuper obtinet, ut hæc minor excommunicatio nunquam fuerit reſervata, & proinde a quocumque Sacerdote habente facultatem abſolvendi a peccatis abſolvi poſſet minore excommunicatione innodatus, *cap.* 29, *de ſent. excomm.* Quod & tradidit S. Thomas *in Supplemento* 3 *part. art.* 1, *quæſt.* 4. Immo non conſtat, aliquando abſolutionem ab hac cenſura explicatam fuiſſe in foro externo, propterea quod in externo foro vix videatur aliquem effectum habere; quamobrem de abſolutione in foro interno interpretari debemus laudatum *Capitulum* 56, *de ſent. excom.* Denique in hac cenſura obtinet, ut cum excommunicatus abſolvitur, non opus ſit, ut promittat abſolvendus, & jurejurando caveat, ſe ſatisfacturum, quemadmodum contingere ſolet in abſolutione ab excommunicatione majore, *cap.* 29, *de ſententia excommunicationis*.

Altera excommunicatio, quæ & major dicitur, & longe gravior eſt, ejicit excommunicatos ab Eccleſia, ita ut excommunicatis denegentur, quæ fidelibus tantum in Eccleſia conſiſtentibus conceduntur, *Can.* 5, *diſt.* 19, *cap.* 10, *de Cler. excom.*, *cap.* 30, *de ſent. excomm. cap.* 3, *eodem tit. in* 6. Hujuſmodi ſunt adminiſtratio, & ſuſceptio Sacramentorum, celebratio divinorum officiorum, ſacrorumque conventuum, dicto *Cap.* 5, *diſt.* 19, *cap.* 31, *de præbend.*, oblatio, & recitatio nominis inter publicas orationes, *Cap.* 13, *verſu credentes*, *de hæret.*, *cap.* 28, & 38, *de ſentent. excomm.*, ſpiritualis juriſdictio ſive in interno, ſive in externo foro, *Can.* 31, 36, 37, *cauſ.* 24, *quæſt.* 1, *cap.* 24 *de ſent.*, & *re judic. cap.* 1, *de ſuppl. neglig. Prælat in* 6, facultas aut eligendi, aut progrediendi ad Beneficia, vel dignitates Eccleſiaſticas, *cap.* 23, 53, *de appellat.*, *cap.* 8, *de Cleric. excom.*, item poteſtas utendi reſcripto a Sede Apoſtolica impetrato extra cauſam excommunicationis vel appellationis ab excommunicationis ſententia, *cap.* 1, *de reſcript. in* 6., & denique Eccleſiaſtica ſepultura, *can.* 37, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3, *cap.* 12, *de ſepultur.*, *cap.* 5, *de raptor. cap.* 5, *de privileg.* Sunt alia quoque, quæ excommunicatis denegantur hu-

ma-

minime juvantur, quæ ſi ſolemni ritu fertur, anathema appellatur. Minor au-

mana officia ex diſciplina Canonum, quæ univerſa recentiores Interpretes memoriæ juvandæ gratia hoc verſiculo perſtrinxerunt. *Os, orare, vale, communio, menſa negatur*. Nimirum *os* ideſt converſatio, vel verbo, vel ſcripto, *Can.* 16, 27, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3. *Orare*, ideſt recitatio nominis, uti diximus, inter publicas preces, *Can.* 19, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3, *cap.* 28, *de ſent. excom. Vale*, ideſt ſigna urbanitatis, ſive verbo fiant, ſive nutu, ſive Epiſtola, *Can.* 17, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3. *Communio*, ideſt cohabitatio, vel ſocietas, *Can.* 29, 38, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3, *cap.* 59, *de ſent. excom. Menſa*, ideſt communes epulæ, ac convivia, *Can.* 17, 26, *cauſ.* 12, *quæſt.* 3, *can.* 17, *cauſ.* 22, *quæſt.* 1, *can.* 27, *cauſ.* 27, *quæſt.* 1. Qui tamen, ſi in his communicent, excuſentur, nuper adnotabam cum de excommunicatione minore agerem. Si de cauſis in judicium deferendis ſermo ſit, certum quoque eſt, excommunicatos non poſſe, aut tamquam actores, aut tamquam accuſatores, aut tamquam advocatos, procuratores, vel teſtes in judicium accedere, *cap.* 7, *de probation. cap.* 38, *de teſtib.*, *cap.* 5, 8, *de except. cap.* 1, *eodem tit. in* 6, *cap.* 2, *&* 8, *de ſent. excom. in* 6. Sunt tamen quædam, at tamen paucæ ad has generales regulas exceptiones. Prima inducta eſt gratia ipſius excommunicati, ne ſpiritualibus omninò ſubſidiis deſtituatur; ipſi ſiquidem permittitur ut ad Evangelicam prædicationem etiam publice, & in Eccleſia accedat, *cap.* 43, *de ſent. excom.* Sunt enim excommunicati in ea conditione, de qua nondum Eccleſia ſpem abjicit, futurum, ut reſipiſcant; atque hanc ob cauſam permittitur unicuique fideli, ut pro excommunicatis orationes apud Deum fundat, dummodo non ſint publicæ, ſeu a recitatione nominum publica abſtineatur. Altera exceptio eſt gratia reipublicæ, quæ viget, ubi mortuo Pontifice Maximo, ſit ad ſucceſſoris electionem deveniendum. Si enim forte inter Cardinales, ad quos ſpectat electio, aliquis ſit excommunicatione innodatus, adhuc valet ſuffragium ferre, quod ad avertendas quaſcumque ſeditiones, & ſchiſmata indulſit Clemens V *in cap.* 2, *ver. Cæterum* de electione. Tertia exceptio eſt favore non excommunicati, ſed extranei, ex qua obtinet, ut ſi quis adverſus excommunicatum actionem habeat, eam in judicio proponere poſſit, & eumdem excommunicatum convenire; qua in ſpecie excommunicatum ad excipiendam, perſequendamque controverſiam in judicio admitti oportebit, ne alias lucrum potius ob inanes redditas creditoris actiones ex pœna referat, *cap.* 7, *de judiciis*, *cap.* 5, 8, *&* 10, *de except.*, atque hoc in caſu ad ſervandam judiciorum æqualitatem concedetur excommunicato, ut ſe defendere valeat, propoſitis, quæ ſibi competunt, exceptionibus; immo & quia appellatio naturalis defenſionis ſpecies eſt, neque denegabitur excommunicato appellandi facultas, *cap.* 10, 11, *&* 14, *de except.* Quicumque hæc omnia accurate perpendat, eam ſibi formabit excommunicationis imaginem, quæ illico tamquam coercitio inter ſpirituales omnium graviſſima videatur, quod & demonſtrant veteres ſeu excommunicandi, ſeu abſolvendi ab excommunicatione formulæ, quales exhibentur *in Can.* 106, 108, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3, *& cap.* 28, *in fine*, *de ſent. excomm.*, licet iſtæ ab uſu hodie receſſerint, aliis ſubſtitutis juxta recentiores Manualium, aut Pontificalium regulas. Quamobrem nemo inficiari poteſt, hanc cenſuræ ſpeciem nonniſi perquam cautiſſime eſſe infligendam. Infinitus propemodum eſſem ſi SS. PP. prudentia in hanc rem dicta adferre in medium vellem. Non prætermittam tamen indicare S. Auguſtini ſententiam, quam perſpicue editam unuſquiſque invenire poteſt apud Gratianum *in Can.* 32, *&* 33, *cauſ.* 2, *quæſt.* 3.

Nondum rem hanc confectam cenſeo, niſi quædam adhuc ſubjiciam neceſſario obſervanda de diſcrimine, quod intercedit inter excommunicationem, & anathema; quamquam enim identidem in Eccleſiaſticis Canonibus promiſcue hæc uſurpata inveniamus, plurimum tamen, ſi proprie ea vocabula ſumantur, diſtinguuntur inter ſe, atque ad diverſos coercitionum modos referuntur. Recte ſcribebat Bonifacius VIII *in cap.* 1, *de ſent. excom. in* 6, excommunicationem eſſe *medicinalem*, & *diſciplinantem*, non *eradicantem*: anathema vero, ajebat Auguſtinus *in Can.* 18, *cauſ.* 2, *quæſt.* 1, eſ-

Digitized by Google

autem ea eſt, qua qui icti ſunt, ali- quorum tantum Eccleſiæ bonorum commu-

1, eſſe *mortalem*, quod etiam legitur in *Can.* 41, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3, ubi dicitur *æternæ mortis damnatio*. Et quidem utriuſque ratio, & effectus valde diſſimiles ſunt. Etenim in primis anathema infligitur adverſus eos, qui maxime pugnaces Eccleſiæ obſiſtunt, & quorum nulla probabilis eſt ſpes futurum, ut reſipiſcant, quo ſenſu in dicto *Can.* 41, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3, ſtatutum fuit, anathema *nonniſi pro mortali imponi crimine*, nimirum pro eo crimine, in quo quis uſque ad mortem perſeverat, uti explicant illa ſubjecta verba, *& illi qui aliter non potuerint corrigi*. Hujuſmodi ſunt hæretici, qui non tantum charitatis, & gratiæ, verum, & vinculum fidei, quo ad unitatem Eccleſiæ colligabantur, reſciderunt, item rei graviſſimorum ſcelerum, qui poſtquam excommunicatione majore notati fuerint, in ſua manent perfidia pervicaces, ac propterea quod ſpernant omnino Eccleſiæ poteſtatem, tamquam hæretici exiſtimantur. *Cap. ult. de pœnis*. Hos Pragmatici appellant *inſordeſcentes in excommunicatione*. Hinc fit ut anathema pœna potius ſit, quam cenſura, ſit inſuper longe gravius excommunicatione, cujus rei argumento eſt, quod aliquando obtinuit, ut Epiſcopus neminem poſſet anathemate damnare ſine conſcientia Archiepiſcopi vel Coepiſcoporum, *Can.* 41, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3, quamquam hodie infligere illud poſſit quicumque cenſurarum inferendarum poteſtatem habet. Deinde quod ad effectus attinet, ſunt quidem utrique, nimirum ſeu tantum excommunicati, ſeu etiam anathematizati, extra Eccleſiam, non tamen eodem modo. Siquidem anathematizati jura omnia eccleſiaſtica radicitus ita dixerim avulſa amiſiſſe, cenſentur, inſtar deportatorum, qui a Civitate quaſi mortui amandantur, extinctis omnino juribus univerſis. At excommunicati necdum inſordeſcentes, utut extra Eccleſiam dejecti, & nihil cum fidelibus cæteris commune exercere valentes, aliqua tamen jura in radice, ita dixerim, ſervant, fere inſtar relegatorum, quibus extra civitatem conſtitutis nihil eſt, quod agere commune cum civibus in urbe valeant, ſummum tamen jus civitatis adhuc adhæret; dixerim paucis, non facto ipſi, ſed nudo jure ſunt cives. Ad rem Ovidius *in lib.* 2 *Faſt.* ita clementiam Cæſaris commemorabat:

Adde quod edictum, quamvis immitte, minaxque
Attamen in pœnæ nomine mite fuit,
Quippe relegatus, non exul dicor ab urbe:

Revera nonne ante inſordeſcentiam jura quædam eccleſiaſtica in excommunicatis adparent, quæ poſt inſordeſcentiam extinguuntur? Exempla ſunt *in Can.* 36, 37, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3. Nonne *in Cap.* 13, *verſ. Qui autem, de hæreticis*, *in Cap.* 7, *eod. tit. in* 6, *&* *in* Concilio Tridentino *Seſſ.* 25, *de ref. Cap.* 3, in fine, excommunicati tum demum cum fuerint inſordeſcentes, comparantur hæreticis, ſeu quod idem eſt, iis qui eccleſiaſtica jura penitus amiſerunt? Nonne Alexander III *in cap.* 3, 4, 5, *de Cler. excom. miniſt.* Clericum excommunicationem cui ſubjacebat, negligentem, deponi debere conſtituit; quod ſane fieri nullo modo poſſet, niſi quidquam juris ſupereſſet, a quo deponatur? Excommunicationem ita diſtinxit ab anathemate Joannes VIII *in Can.* 12, *cauſ.* 3, *quæſt.* 4, Symachus *in Can.* 3, *cauſ.* 3, *quæſt.* 5, Nicolaus *in Can.* 2, *cauſ.* 4, *quæſt.* 1, & Cæleſtinus III *in cap.* 10, *de judiciis*. Hoc ponere excommunicatorum diſcrimen oportet. Cæterum ſi factum conſideremus, ſive jurium exercitionem, æque omnes eſſe extra Eccleſiam dicimus; & quod anathemate ejectis, illud etiam convenire excommunicatione notatis, niſi illud obſervetur, opus eſſe cum anathematizatis diſpenſatione tamquam a pœna, cum excommunicatis abſolutione tamquam a cenſura, quo caſu iſti ad Eccleſiam revertantur; quamquam tamen etiam abſolutio concedatur anathematizatis, quia anathema excommunicationem ſub ſe complectitur, immo, & in excommunicationem flectitur, quoties reus ſpem de ſe bonam præbet futurum, ut reſipiſcat.

Equidem novi aliquando in ſacris Canonibus anathema improprie ſumi, & mitius, ut ſignificet excommunicationis cenſuram. Evenit in hac re quod in præcedente Capite

Digitized by Google

munione privantur. Verum, quemadmodum Communio, qua Eccleſiæ Chriſtiani conſociantur, plures complectitur partes, quique aliqua tantum Communionis parte diſſociabantur Excommunicati dicti ſunt, ita quot Chriſtia-

pite obſervabam eveniſſe in nomine excommunicationis, quod aliquando etiam ad ſignificandas pœnitentias quaſdam, & pœnas, immo & ſuſpenſionis cenſuram uſurpatum eſt. Quamobrem juvabit ſtatuere certas regulas ex quibus dignoſcatur, quibus in caſibus proprie anathema ſumitur, quibus e contrario ſub ejus nomine cenſura venit excommunicationis.

Prima regula eſt: Quibus in Canonibus nomen anathematis nomini excommunicationis opponitur, atque ita de anathemate mentio fit, ut gravius excommunicatione videatur, tunc anathema proprie dicitur. Exempla ſunt *in Can.* 12, *cauſ.* 3, *quæſt.* 4, *in cap.* 10, *de juditiis*.

Secunda regula eſt: Si dicatur de anathematizato omnem ſpem penitus abjici, eumdemque in extrema deduci, non excommunicationis cenſura erit, ſed anathematis pœna, uti in *Can.* 1, *diſt.* 23; quemadmodum & ſi dicatur anathema perpetuum eſſe, *Can.* 5, *diſt.* 79.

Tertia regula eſt: Quoties de hæreticis, aut de inſordeſcentibus in excommunicatione anathema pronuntiatur, tunc iſtud proprie ſumi facile conſtat ex iis, quæ modo de natura anathematis obſervabam.

Quarta regula eſt: Si agatur de nova lege, quæ veterem confirmet, & in nova lege anathematis ſententia proferatur ad normam legis veteris, in vetere autem lege anathema proprie uſurpetur, non erit dubitandum, quin in nova etiam lege anathematis nomen idem ſignificet. Exemplum eſt in *Can.* 1, *diſt.* 23, juncto *Can.* 5, & 6, *diſt.* 79.

Quinta regula eſt: Si anathema ad certum vel incertum tempus expreſſe in ſententia adjectum inferatur, erit potius excommunicatio vel major, vel minor, juxta regulas a me alibi poſitas judicanda, uti in *Can.* 38, *cauſ.* 12, *quæſt.* 2.

Sexta regula eſt: Si uſurpetur nomen anathematis promiſcue cum nomine excommunicationis in eodem Canone, neque dubito Canonem eſſe potius de excommunicationis cenſura, quam de anathematis pœna intelligendum, uti *in Cap.* 21, §. 1, *de jure patron. in cap.* 7, *de immunit.*, & *in cap.* 13, *ver. Qui autem de hæreticis*. Huic proxima regula eſt, qua tradi poteſt, quo in caſu cenſura excommunicationis infertur, & ad majorem ſententiæ ſolemnitatem, quam *fulminationem* Pragmatici appellant, graviores quædam formulæ adhibentur, adjecto etiam anathematis nomine ad terrorem concitandum, nihil ulterius pronuntiatum intelligi, quam excommunicationis cenſuram, uti *in Can.* 8, *Cauſ.* 5, *quæſt.* 1.

Septima regula eſt: Si adpareat, poſt anathema inflictum, adhuc procedi poſſe ad pœnas ulteriores, ex. gr. ad depoſitionem Clerici, qui anathematizatus dicatur, potius erit excommunicatio, *Can.* 5 *ex Apoſtolicis*.

Poſtrema regula eſt: Si dicatur anathema infligi in pœnam violatæ excommunicationis, diſtinguendum erit: vel enim violata eſt vera, & proprie dicta excommunicatio, quam majorem recentiores appellaverunt, tum vero proprie dicetur anathema, uti *in Can.* 2, *Cauſ.* 5, *quæſt.* 2, *in Can.* 3, *Cauſ.* 3, *quæſt.* 5, & *in cap.* 10, *de judiciis*. Vel violata eſt excommunicatio, quam minorem appellant, aut ſi de veterum Canonum interpretatione ſermo ſit, excommunicatio quædam ex levioribus, quæ non eſſet dejectio ab univerſa Eccleſiæ communione; tum vero proprie dicetur excommunicationis cenſura, uti *in Can.* 2, *Cauſ.* 5, *quæſt.* 1.

(c) Ber. *l. c. cap.* 1. Veteres Latini Scriptores cenſuram generaliter appellaverunt quamcumque notam, qua aut perſona, aut geſtum, aut ſcriptum aliquod afficeretur, derivato nomine ab eo, quod Romæ olim conſtitutum fuerat, Cenſoris officio. Eccleſiaſtici viri recentioribus præſertim ſæculis latiſſimam vocabuli ſignificationem contraxerunt, ut eo deſignarent aut excommunicationem, aut ſuſpenſionem, aut interdictum, *cap.* 20, *de verb. ſignifi.* Et quidem cenſuræ nomen ad hæc ſignificanda nonniſi recentioribus ſæculis, ſive circa tempora Gregorii IX adhiberi conſuevit; etenim olim per varias periphraſes illa explicaban-

ſuanæ Communionis partes, totidem etiam Excommunicationis minoris ſpecies erant. Hinc qui ab Euchariſtia repellebantur, item qui ad communionem

---

cabantur, nimirum dicebantur canonica diſtrictio, *can.* 23, *diſt.* 86, *can.* 21, *cauſa* 11, *quæſt.* 2, *can.* 2, *cauſ.* 15, *q.* 7: diſtricta ultio, *can.* 19, *cauſ.* 24, *q.* 3: canonica pœna, *cap.* 29, de ſimonia: gladius ſpiritualis, *can.* 2, *cauſ.* 15, *q.* 6, juncto *cap.* 7, *de ſent. excom. in* 6: pœna ſpiritualis, *can.* 1, *cauſ.* 24, *quæſt.* 3: nervus eccleſiaſticæ diſciplinæ, *cap.* 5, *de conſuetudine*, quod & uſurpatum eſt in Tridentino Concilio *ſeſſ.* 25, *de refor. cap.* 3: felix mucro, *can.* 1, *in fin. cauſ.* 16, *quæſt.* 2, quod & uſurpatum eſt in Lugdunenſi Concilio *cap.* 6, *de ſent. excom. in* 6: ferrum putridas carnes ſecans, *can.* 18, *cauſ.* 24, *quæſt.* 3: & pœna medicinalis, *can.* 28, *cauſ.* 2, *quæſt.* 1: quod & legimus in Lugdunenſi Concilio *in cap.* 1, *de ſent. excom. in* 6. Ut plurimum autem quæcumque cenſura appellabatur communi, & generali nomine excommunicatio. Quemadmodum enim excommunicationis vocabulum ex ſui natura ſignificat excluſionem a communione, ita facile uſurpari potuit ad demonſtrandum quemcumque modum, quo quis vel omnino a communione Eccleſiæ, vel a certa communionis ſpecie removeretur. Porro communio ſacrorum tot in ſpecies diſtinguitur, quot ſunt ſpecies jurium, ac donorum, quæ ſunt in Eccleſia. Igitur ſive Clericis interdiceretur, ne officia ſuo ordini competentia obirent, neve de Eccleſiaſtico peculio participarent, ſive laicis interdiceretur, ne Eccleſiam ingrederentur, ne divinis intereſſent in conventu populi, excommunicatio dicebatur. In *Canone ultimo*, *cauſ.* 2, *quæſt.* 1, ubi a ſacerdotali officio clericos excommunicatos legimus, nomine excommunicationis aut ſuſpenſionem, aut etiam depoſitionem intelligimus, quemadmodum etiam occurrit in *can.* 9, *diſt.* 28, *in can.* 6, *diſt.* 32, *in can.* 21, *diſt.* 50, *in can.* 29, *cauſ.* 7, *qu.* 1, *& in can.* 2, *cauſ.* 24, *quæſt.* 3. Memoratur inſuper excommunicatio *in can.* 10, *diſt.* 70, ubi tamen non proprie quidem interdictum, ſed quædam interdicti ſpecies, ac ſimilitudo deprehenditur. Id adeo verum eſt, ut Gregorius IX, & ſequentes Decretalium Collectores ſub titulo *de ſententia excommunicationis* multa congeſſerint non ſolum de vera, & ſpecialiter dicta excommunicatione, ſed etiam de ſuſpenſione, & de interdicto; immo & de depoſitione, quaſi hæc omnia ſub nomine generali excommunicationis tunc comprehenderentur. His adjicitur, adeo verum fuiſſe, excommunicationem illa ætate comp'ecti conſueviſſe & ſuſpenſionem, & interdictum, ut Bonifacius VIII *in cap.* 13, *de ſent. excom. in* 6, minime dubitavit aſſerere, ea quæ de excommunicatione olim ſtatuta fuerant, intelligi etiam ſtatuta de ſuſpenſione, & de interdicto oportere. Primum igitur nomen cenſuræ ſub finem duodecimi, aut ſub initium decimitertii ſæculi uſurpari proprie cœpit, nimirum temporibus Innocentii III, qua ætate tamen dubitabatur adhuc de vocabuli ſignificatione, eamque ob rem ſingulari reſcripto ejuſdem Pontificis definiendum fuit, cenſuræ nomine ſignificari aut excommunicationem, aut ſuſpenſionem, aut interdictum, *cap.* 20, *de verb. ſignif.* Equidem non ignoro, in vetuſtioribus, & jampridem editis can. cenſuræ nomen occurrere, uti *in can.* 13, *diſt.* 12, *in can.* 7, *diſt.* 56, *in can.* 10, *cauſa* 2, *quæſt.* 1, *in can.* 17, *&* 38, *cauſ.* 12, *quæſt.* 2, *& in can.* 118, *de conſecr. diſt.* 4: ſed in conſpectu horum monumentorum ſtatim liquet, ibidem cenſuræ vocabulum non id ſignificare, quod hodie intelligimus, ſed potius indicare ſententiam Prælati, qua alicujus geſta notentur, & generaliter corrigantur inordinata ſubditorum opera, quicumque tandem eſſet modus correctionis. Sic in dicto *can.* 13, *diſt.* 12, dicitur, fuiſſe quoſdam corrigendos *ſub pœnitentiæ cenſura*; in dicto *can.* 7, *diſt.* 56, legitur eſſe *contra eccleſiaſticam cenſuram*, ideſt contra diſciplinam canonum, ſi forte quis innocens damnetur; in dicto *can.* 16, *cauſ.* 2, *qu.* 1, ſtatuitur, ut rei Epiſcopali *cenſura cleri emendatione* corrigerentur, in dicto *can.* 17, *cauſ.* 12, *qu.* 1, fertur Epiſcopus Burdigalenſis *cenſuram* Pontificiæ Inſtitutionis popoſciſſe, ex qua regulam ſumeret animadvertendi in reum graviorum delictorum; in dict. *can.* 38, *cauſ.* 12, *qu.* 2, *cenſura* dicitur in Ilerdenſi Con-

nem Laicam, (*d*) (*Vid. pag.* 155.) vel peregrinam detrudebantur, ita qui a di-

---

Concilio edita, ſancita, & promulgata, & in dicto *can.* 118, *de conſecr. diſt.* 4, cujuſcumque ſit auctoris, & auctoritatis, dicitur, pueros delinquentes non eſse ordinaria pœna puniendos, propterea quod *cenſura*, ideſt providentia legum, eos excipit a coercitione. Hoc etiam ſenſu cenſuræ nomen uſurpavit Juſtinianus Imperator *in l.* 45, *cod. de Epiſc.*, *&* *Cler.* ubi referens, clericos majores eccleſiaſticis legibus a nuptiis arceri, leges ipſas eccleſiaſticas *Sacerdotalem cenſuram* nominavit. Itaque cenſura prout hodie accipitur definiri belle poteſt: *Nota quædam, ut plurimum perſonalis, aliquando vero localis, auctoritate Eccleſiæ inflicta, qua fit, ut certis perſonis in criminum conſuetudine pervicacibus interea interdicatur uſu quorumdam Jurium Eccleſiaſticorum, modo plurium, modo pauciorum, ut corrigantur, & ad demiſſam pœnitentiam agendam, & ſatisfactionem exibendam, de qua adhuc Eccleſia ſpem non mediocrem habet, quaſi adjectis vehementibus ſtimulis adducantur.* Dicitur in primis *nota quædam, ut plurimum perſonalis, aliquando vero localis*, ut diſtinguatur duplex cenſurarum genus, ex quibus omnes in perſonas ferri poſſunt, nimirum & excommunicatio, & ſuſpenſio, & interdictum, una vero ſolum, nimirum interdictum, in loca inferatur. Dicitur *auctoritate Eccleſiæ inflicta*, ut indicetur, neceſſarium eſſe actum quemdam Eccleſiaſticæ poteſtatis, ut cenſura inferatur, qualis eſt aut lex publica Eccleſiæ, aut ſententia, vel præceptum Eccleſiaſtici Superioris juriſdictionem in foro Eccleſiæ externo exercentis. Hanc ob rem ſi quis ſponte, vel ob privatam conſcientiam criminis, vel ex animi devotione, & reverentia in res ſacras a Sacramentis abſtineat, cenſura non erit; quemadmodum nec cenſura eſt peccatum ipſum, quod legitimam Sacramentorum plurium ſuſceptionem, aut miniſterium impedit, propterea quod nemo in his caſibus ſpeciali eccleſiaſtica auctoritate ab eorumdem Sacramentorum ſuſceptione, miniſteriove repellitur. Quod ſi Sacerdotes Sacramenti pœnitentiæ adminiſtri, pœnitentes quandoque jubeant, ne ad Euchariſtiam accedant, removeant etiam a Sacramentali abſolutione, non ideo hæc cenſura dicetur, ſive quod hæc mandata ad internum tantum forum pertineant, ſive quod in hac parte, non proprie juſſio, & imperium Eccleſiæ ſit, ſed tantum proponant Eccleſiaſtici adminiſtri certas conditiones, quibus demum impletis juxta divinas inſtitutiones Sacramenta rite percipiantur, aut adminiſtrentur. Aliud autem eſt, quoſdam edito abſoluto præcepto, juſſu, imperio repelli a Sacramentis, quod fit per cenſuram; aliud declarare, ex jure divino non licere quibuſdam accedere ad Sacramenta, niſi certis conditionibus, quemadmodum aliud eſt irregularitatis impedimentum, quo quis auctoritate Eccleſiæ a recipiendis ordinibus arcetur, aliud præceptum Eccleſiæ alicui factum, ne inſuper habitis certis conditionibus ad ordines ſuſcipiendos accedat. Clarius adhuc explicari res poteſt. Sunt in communione ſacra duplicis generis jura, alia quæ non ſubſunt omnino Eccleſiaſticæ poteſtati, ſed Deo reſervantur, alia quæ a Deo inſtitutore Eccleſiæ libere eidem Eccleſiæ conceſſa ſunt ita, ut pro Eccleſiæ ipſius arbitrio diſponantur. Primi generis ſunt intima conjunctio animæ cum Deo, quæ fit per gratiam, habitus fidei, ſpei, & charitatis, character Sacramentalis, præordinatio ad æternam vitam, & in eamdem æternam vitam admiſſio, atque his ſimilia, quæ ſane non alia ſicut dari, ita nec tolli poteſtate poterunt, quam divina. Quamquam enim Eccleſia identidem ſit adminiſtra divinæ virtutis, quod contingit in Sacramentis per Eccleſiaſticos adminiſtros collatis, in quibus & gratia ſanctificans, & multa alia divina dona conferuntur, & character imprimitur Eccleſiæ miniſterio, non tamen hæc omnia adeo pendent ab eccleſiaſtica poteſtate, ut ſemper effectus ſequatur operante Eccleſia, aut Eccleſia non operante effectus nullus obtineatur, aut deleatur auctoritate Eccleſiæ, quod ſemel factum eſt. Quid quod enim ſæpe ac ſæpius divina gratia prævenit quodcumque Sacerdotis officium, immo aut non amittitur, aut reſtituitur, Sacerdote etiam invito, ac reluctante? Quid quod character ſemel impreſſus in collatione Sacramentorum indelebilis omnino dicitur? Secundi generis ſunt externa communio

a divinis officiis vel omnibus, vel aliquibus excludebantur, præterea qui ſacris

---

munio Sanctorum, in Eccleſiam admiſſio, publicæ preces, ac ſuffragia, ſepulturæ conceſſio, participatio beneficiorum, & alia hujuſmodi bene multa, quæ ſane omnino relicta ſunt Eccleſiaſticæ poteſtati. Itaque cenſura illa dicitur, quæ privat bonis ſecundi generis, quamquam non ſpoliet aut omnibus, aut nullo ex bonis primi generis. Quæ cum ita ſint, intelligimus facile quid ſit, cenſuram inferri oportere ab Eccleſiaſtica poteſtate, reſpectu ſcilicet eorum jurium ac bonorum, quæ libere relicta ſunt Eccleſiaſticorum adminiſtrorum prudenti arbitrio, ac facultati. Hinc fit, non ſufficere ad cenſuram, quemquam lethali peccato detineri, immo nec ſufficere, quemquam gehennæ pœnis affligi ex divina ſententia; bonum enim gratiæ, quo privat hominem lethale peccatum, & bonum vitæ æternæ, quo privat hominem divina ſententia, liberæ diſpoſitioni Eccleſiæ relicta non ſunt. Dicitur inſuper cenſura inferri, ut *quibuſdam perſonis &c.*, quamquam enim duplex cenſura ſit, perſonalis, & localis, cenſura tamen localis, utut ratione loci indicta fuerit, præcipue refertur ad perſonas, quibus interdicitur, ne in certo loco certa jura ſacra, aut certis modis exerceant. Dicitur perſonas cenſura notari, *quæ ſint in criminum conſuetudine pervicaces*, ut indicetur ordinariam cenſurarum cauſam in contumacia eſſe poſitam; ſi enim delinquens ſtatim dolore percitus veniam apud Deum, & apud Eccleſiam poſtulet, non cenſuris notari ſolet, ſed pœnitentiis expiari. Quod ſi extra ordinem adhuc cenſura notari quandoque videantur atrocioris cujuſdam ſceleris rei, etiamſi de illorum contumacia non ſatis conſtet, ad magis, magiſque terrendos eos, qui enormia crimina admittunt, qui dum ſentiunt ſecum agi, ac ſi ageretur cum contumacibus, facilius adducuntur ad petendam admiſſi veniam, & acerbius dolent de admiſſo, aliiſque etiam in hoc exemplo ſunt, ut ejus generis ſcelera deteſtabilius adhorreant; tunc iſtam ſaltem in hac parte non proprie cenſuram dicemus, ſed pœnam; neque enim repugnat, ea jura, quibus aliquis ſpoliari ad tempus etiam incertum poteſt per cenſuram, ita ſuſpendi poſſe, ut id in pœnam flectatur. Dicitur præterea cenſura notatis *interea interdici uſu quorumdam jurium eccleſiaſticorum modo plurium, modo pauciorum*. In primis *interea interdici*, ut intelligatur, cenſuras non eſſe perpetuas, ſed eo uſque permanere, donec quis emendetur, & corrigatur. Quod ſi identidem dicatur quis per certum determinatumque tempus quadam excommunicatione, aut ſuſpenſione notari, excommunicationes iſtæ, aut ſuſpenſiones proprie cenſuræ non ſunt, ſed vel pœnitentiæ, vel pœnæ. Additur ſecundo *uſu*, ut indicetur, cenſuram jura, quibus privat, non omnino de medio tollere, ſed tantum ne exerceantur, impedire. Sic patronus excommunicatus non amittit jus patronatus, tantum non illud exercet, ubi interea beneficium vacet, quouſque cenſura non ſit abſolutus. Sic clericus ſuſpenſus a beneficio non amittit beneficium, tantum reditus interea non facit ſuos, quales faceret non ſuſpenſus. Subjicitur tertio *quorumdam jurium eccleſiaſticorum*, ut explicetur, non omnia jura ſacra, cenſura poſſe deleri, ſed tantum illa, quæ liberæ diſpoſitioni Eccleſiæ relicta ſunt, uti modo obſervabam. Ubi additum eſt *modo plurium, modo pauciorum*, indicandum fuit, cenſuras non omnes eſſe pares, cum excommunicatio ex. gr. omnibus juribus ab Eccleſia pendentibus privet, non ſuſpenſio, aut interdictum. Et revera poſt ſuſpenſionis cenſuram, inferri adhuc tamquam gravior poteſt cenſura excommunicationis, *cap.* 10, *de judiciis, cap.* 8, *de dolo, & contum. cap.* 13, *de vita, & hon. cler. cap.* 4, *de jurepatron. cap.* 1, 2, 3, & 4, *de cler. excom. min.* quod ſane fieri nequiret, ſi omnia jura eccleſiaſtica eſſent ſuſpenſione ſublata. Poſtrema definitionis verba *ut corrigantur &c.*, deſignant finem cenſurarum, quæ non ad perdendum inferuntur, uti inferuntur pœnæ, ſed ad corrigendum; qua in re obſervatur, ob eandem cauſam cenſuras in eos infligi, de quibus ſpes bona eſſe poſſit futurum, ut corrigantur, quæ ſpes ſi non eſſet, non cenſura, ſed pœna inferretur.

(d) Plerique nullum diſcrimen ponunt inter Laicam, & peregrinam Communionem. At longe diverſæ ſunt, nec aliud quid inter ſe commune habent, quam ut

ſacris vel cunctis, vel nonnullis interdicebantur, ſic qui ab Eccleſiæ aditu

ſint ambæ pœnales, quotieſcumque ad alterutram illarum clerici reducuntur. Jam eſt utraque ſeorſim explicanda. Laica communio clericis ſacris, ſeu majoribus ordinibus initiatis in pœnam decernebatur, ne intra ſanctuarium Euchariſtiam ſumerent. Statutum quippe fuit Laodiceno *canone* 19. *μόνοις ἱερατικοῖς ἐξὸν εἶναι εἰς τὸ θυσιαστήριον καὶ κοινωνεῖν*: *ſolis licet* (non quidem Sacerdotibus, ut minus perite aliqui tranſtulerunt, ſed ut accuratius vertit Dionyſius exiguus) *ſacro miniſterio dedicatis* ideſt Presbyteris, & Diaconis, *ingredi Sanctuarium, inibique communicare*. Cæterum in alicujus delicti pœnam ſacri Clerici quandoque privilegio iſto excidebant, nec niſi cum promiſcua turba licebat eis communione Divina refici. Hinc a Synodo Sardicenſi Eutichianus, & Muſæus, qui ordinationes indebitas exercuerunt, clericali etiam communione excluduntur, nec ipſis Laica indulgetur Communio, niſi poſtquam illam convenienti humilitate petierint, Sardicens. *can.* 19. Præterea Agathenſi *can.* 32, ita ſancitur. Si Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, capitale crimen commiſerit, aut chartam falſaverit, aut teſtimonium falſum dixerit, ab officii honore depoſitus, in monaſterium detrudatur; & ibi, quamdiu vixerit, laicam tantum communionem accipiat. Quem Canonem inſerit Gratianus *diſt.* 50, *ſi quis Epiſcopus*. Præterea Canon Apoſtolorum 15, vagos Clericos ad Laicam demittit communionem. Cyprianus *ep.* 2 *ad Antonianum* ita ſcribit de Trophnico Sacerdote in perſecutione lapſo: *Sic tamen admiſſus eſt Trophnicus, ut tamquam laicus communicet*. Baſilius item ad Amphilochium *can.* 3, ad laicam communionem redigit Diaconum, qui ſit fornicatus: *Quoniam*, inquit, *antiquus eſt Canon, ut qui a gradu exciderunt, hoc ſolo punitionis modo plectantur*. Quibus verbis ſignificat, illam ſacris initiati Clerici pœnam, dummodo permittatur ei laica communio, eſſe quidem genus quoddam depoſitionis a jure Eccleſiaſticæ communionis, ſed nullatenus excommunicationis: atque illatæ depoſitionis vindictæ non licere per Canones adjungere alteram excommunicationis pœnam. Quod idem repetit Baſilius ad Amphilochium *can.* 32; & comprobatur *can.* Apoſtolorum 25, ſic decernente: *Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, fornicationis, vel perjurii, vel furti convictus deponatur, & non ſegregetur: dicit enim Scriptura: De eodem delicto bis ultionem non exiges*. Supponit ergo duplicem acceſſuram vindictam ac pœnam, ſi ad depoſitionem adderetur abſoluta communionis privatio. Non raro tamen ſacris etiam Clericis Eccleſia excommunicationem abſolutam infligit, quæ una depoſitionem, aut ſuſpenſionem involvit, in unius Clerici perſona. Sic enim memorata Synodus Sardicenſis *can.* 1: Epiſcopos, qui priore Epiſcopatu dimiſſo, in alterum involaverint, laica etiam excludit communione. Ithacius quoque, eo quod Priſcillianum, tametſi flagitioſiſſimum hæreſiarcham, apud Maximum tyrannum, ad quem hæreſiarcha indebite appellaverat, capitali ſupplicio addici feciſſet, ab Epiſcopo Theognoſto cum Ithacianis fidelium communione ſejunctus eſt. Quæ damnatio tantum invaluit apud Deum, ut S. Epiſcopum Martinum, qui Treviris ad horam, gravi urgente neceſſitate, cum aliquibus Ithacianis communicaverat, per Angelum Deus ipſe coarguerit, & eidem ſolitam miraculorum edendorum virtutem diminuerit. Quia vero Clericis Eccleſiaſtica communione motis, & ad laicam, & promiſcuam redactis, ſolitæ (ut eas Cyprianus vocat) ſportulæ non præſtabantur, ſed ut plurimum, vel ex patrimonialibus, vel aliorum liberalitate, vel ex proprio labore ac induſtria victum ſibi quærere compellebantur: & excluſis ſimul a decimis, & oblationibus, & prædiorum Eccleſiæ fructibus, ſi nihil aliud ſuppetebat, ex commiſeratione Eccleſiæ victum illis providebat. Ad menſam igitur illos admitti curabat, quæ ad quotidianum victum fidelibus peregrinis apparari ſolebat, quos proprius Epiſcopus per litteras formatas Eccleſiis, ad quas, aut per quas peregre ibant, commendarat: his enim Eccleſiæ alimoniam tum ex propriis opibus reſervabant. Iſtiuſmodi humanitatis exempla ſuppeditat in primis Concilium Chalcedonenſe providens poſt *action.* 10; ut Domnus Antiochena Sede exauctoratus ejuſdem Eccleſiæ facultatibus alatur. Similii etiam modo ſuſtentationi Baſ-

tu vel omni, vel aliquo rejiciebantur, inſuper qui aliquo Chriſtianorum cœtu, vel Eccleſiaſticorum virorum conventu prohibiti erant, ii omnes excommunicati perhibebantur. Juverit nonnulla harum excommunicationum exempla ex antiquitate proferre. Anno 390 Patres Carthaginenſes in Concilio V, *Can.* 10 juſſere, eos Epiſcopos, qui ad Synodum vocati nec irent,

---

ſiani, & Stephani providet *Act.* 12, poſtquam Epiſcopali dignitate ambos ob delicta ſummovit. Simili exemplo Syneſius Epiſcopus ſuffraganei ejuſdem Epiſcopi, quæ ſui officii erant exequi negligentis, ideo juſte a Teophilo Patriarcha ſede pulſi curam ſuſcepit. Sic enim *ep.* 68 ſcribit Theophilo Alexandrino Patriarchæ: *In Eccleſia quidem illum admittere nolui, nec ſacram cum illo menſam communem habui: domi vero perinde ac innocentes honoravi.* Denique Agathenſis Concilii *can.* 12 decernitur: *Contumacibus clericis, qui prioris gradus elati ſuperbia communionem fortaſſis contempſerint, aut Eccleſiam frequentare, vel officium ſuum implere neglexerint, peregina communio tribuatur, ita ut cum eos pœnitentia correxerit, reſcripti in matricula gradum ſuum, dignitatemque recipiant.* Ad exemplum, & ſimilitudinem hujus pœnalis peregrinæ communionis, qua in Clericos animadvertebatur, altera vocabatur minus proprie peregrina communio, qua Epiſcopi, aliique inter Sacerdotes primarii, ſeu præfecturam habentes non deponebantur prorſus a Clero, ſed ſolum a digniori, & ſublimiori priſtino gradu, ut tamen in gradu inferiorum clericorum conſiſterent; adeo ut Epiſcopi ad inferiorum Sacerdotum ordinem redigerentur, ut & iſti ad Diaconorum, atque iſti ad minorum Clericorum ſtationem, & claſſem. Sic enim depoſitis Epiſcopis ſubtrahebatur illa redituum Eccleſiæ quarta pars, quam Epiſcopis Sacri Canones reſervabant, ut deinceps minora cum Sacerdotibus ſtipendia partirentur. Sacerdotes quoque illi, qui præſunt, & quos Apoſtolus judicat duplici honore, hoc eſt ſtipendio vitæ providendos, ab hoc excidentes honore minus, & exilius ſtipendium inter Diaconos nanciſcebantur. Iſti demum, ſed minus propria locutione, dicebantur peregrina communione ſuſtentari, licet quotidianum victum cum inferioribus clericis ex quotidianis Eccleſiæ diſtributionibus perciperent. Hujuſce pœnalis, ſed aliquanto humanioris, ac mitioris diſciplinæ legimus exempla luculenta. Primum in Nicæna Synodo *can.* 8, quo Novatianos dudum Epiſcopos ad Eccleſiaſticam unitatem redeuntes, ſi eorum loco aliquis jam fuerat Orthodoxus Epiſcopus conſtitutus, edicit potiri Sacerdotis, aut Chorepiſcopi gradu, miniſterioque. Concilium ſimiliter Toletanum primum *can.* 4 ſic decernit: *Subdiaconus defuncta uxore, ſi aliam duxerit, ab officio, in quo ordinatus fuerat, removeatur, & habeatur inter oſtiarios, & lectores.* His accedit Concilium Rhegienſe habitum in ſecunda Narbonenſi provincia, quod diſerte communionis meminit peregrinæ. Armentarius per ambitionem ſe in Epiſcopum fecerat ordinari Eccleſiæ Ebrodunenſis a duobus tantum Epiſcopis, invito etiam Metropolitano, qualem ſe prætendebat id temporis Arelatenſis Præſul, cujus cura, & ſolicitudine Synodus iſta convocata eſt anno 439. Hujus *can.* 3 ſic ſtatuitur: *Liceat ei* (Armentario) *in unam ſuarum Parochiarum concedere, in qua, aut Chorepiſcopi munere, aut peregrina communione foveatur, nec quidquam ipſi de Epiſcopalibus officiis uſquam uſurpare liceat, præterquam in Eccleſia, quam cujuſquam miſericordia fuerit indeptus, in qua ei ſolum neophytos confirmare, & ante Preſbyteros offerre conceditur.* Quæ ſane verba obſervatu digna ſunt. Sic enim Synodus Armentarium deponit, exauctoratque Epiſcopali gradu, ut non modo ei ſalva ſuperſint Sacerdotalia jura, ſed etiam Pontificalia quædam poſſit exercere, nimirum Confirmationis ſignaculum conferre, cæteroſque præcedere Sacerdotes; eidemque providetur, ut communione peregrina foveatur, ad victum nimirum quotidianum. Et quamvis contra Canonum præſcripta non fuerit a tribus Epiſcopis conſecratus, invito etiam Metropolita, character tamen in ipſo Epiſcopalis agnoſcitur ad neophytos confirmandos. Denique in Œcumenica Synodo VIII, *actione* 4, adverſus quoſdam Epiſcopos olim ob Photianam hæreſim depoſitos, aſſerentes ſe Romæ a Nicolao Pon-

tifice

Digitized by Google

irent, nec ullam non eundi cauſam prætexerent, *ſuæ Eccleſiæ communione contentos eſſe debere*. Quid tum poſtea? Hi Epiſcopi alios Epiſcopos nec viſendi, nec ſalutandi cauſa conveniebant, nec conveniebantur, ſacra munia in aliis Diœceſibus neque rogati obire poterant, neque ad Synodos vocabantur, injuſſique accedentes extrudebantur; cæterum in ſua Diœceſi integra omnia relicta illis erant. Hæc eadem pœna ab eodem Concilio *c.* 13 ſancita fuit adverſus eos Epiſcopos, qui Monachum, inconſulto Abbate, ſacris ordinibus ornarent, aut dignitate cumularent. Anno 452 Concilium Arelatenſe *can.* 19, anno 506 Concilium Agathenſe *can.* 35, Concilium Tarraconenſe anno 516 *can.* 6 Epiſcopos *Tractorias litteras* inſuper habentes *a fratrum communione alienos*, *charitate fratrum*, Eccleſiæ communione privatos eſſe edixerunt. Quid quod legitur in Regulis S. Benedicti *c.* 24: *Si quis frater in levioribus culpis invenitur, a menſæ participatione privetur*; & *c.* 25: *Qui gravioris culpæ noxa tenetur, ſuſpenditur a menſa, & Oratorio*: nonne hujuſmodi excommunicationis ſpeciem præſefert? Qui plura de hac excommunicatione minore deſiderat, conſulat Morinum *de Pœnitentia l.* 6, *c.* 25, qui Patrum teſtimoniis fretus ſingulos Pœnitentiæ gradus totidem Excommunicationes appellat. Hæc priſcis Eccleſiæ temporibus; ſed poſtea alia (*e*) invaluit diſciplina.

§. IV. Præterea Excommunicatio publica alia eſt latæ ſententiæ, alia ferendæ, alia, quæ inter utramque media quodammodo incedit. Quemadmodum nonnulla ſunt crimina, quæ contumaciam jam inſitam, atque adeo innatam habent, ut perduellionis, hæreſeos, ſchiſmatis, aliaque hujuſmodi crimina, quæ nonniſi ab iis perpatrantur, qui frontem jam perfricuerunt, quique adverſus Eccleſiam infeſta jam ſigna ſuſtulerunt, ita Eccleſia cenſuris latæ ſententiæ ea perſtricta eſſe voluit. Quid enim potius, ubi pervicacia primas agit? Hujuſce latæ ſententiæ imaginem Chriſtus adumbravit verbis illis *Joan. III*, 18: *Qui non credit, jam judicatus eſt*; exemplumque nobis reliquit Apoſtolus *I Chorinth. XVI*, 22: *Si quis non amat Dominum Jeſum Chriſtum, anathema ſit*. Hiſce ducibus præeuntibus cum atrociſſimorum criminum reis tam ſevere ſe geſſerunt priſci Eccleſiæ Patres, ut illis non ſolum Eccleſiæ communionem *ipſo facto*, ſed & poſtliminii ſpem omnem

---

tifice in communionem reſtitutos, hæc reſpondet Marinus Romanæ Diaconus Eccleſiæ, & in Synodo legatus Apoſtolicus: *Quando iſti Romam adventarunt, miniſtrabam ego in Eccleſia S. M. V., quæ dicitur Præſepis. Illic eos ſuſcepit Sanctiſſimus Papa Nicolaus per ſatisfactionem libelli, & juramenti, nec tamen contulit eis communionem in loco Epiſcoporum. Si vero contradixerint, oſtendant quod eos ſuſceperit in communionem, ut Epiſcopos*. Sanctus item Papa Gregorius Magnus, *lib.* 4, *ep.* 5, mandat, ut Saturninus Sacerdos juſte depoſitus, ſi digne pœnituerit, inter laicos accipiat communionem. Hæc ex Cabaſſutio.

(*e*) Berard. *In Jus Ecc. Un. T. IV*, *p.* 2, *Diſſ. III*, *c.* 5. Cauſa abolendæ vel reformandæ diſciplinæ fuit, quod in Eccleſia ſublata primum fuit communio peregrina, unde ceſſare debuit cenſura, qua quis in eam communionem deduceretur. Ceſſarunt deinde apud Laicos variæ ſtationes Pœnitentium, unde & ceſſaverunt cenſuræ, quæ variis eiſdem ſtationibus reſpondebant. Ceſſarunt inſuper plures communionis ſpecies inter viros Eccleſiaſticos, puta Epiſcoporum in negotiis Provincialibus una cum Metropolitano peragendis, Clericorum in adminiſtratione bonorum temporalium Eccleſiæ, aut participatione communium obventionum, uti erat olim, præſertim ante inſtituta beneficia. Cur non ceſſare exinde de-

omnem ademerint; (*f*) quod Excommunicationis genus *Maranatha* dictum fuit. Quid plura? Nonne Synodus Gangrenſis anno 324 omnes ſuorum viginti Canonum reos *lato* perculit anathemate? *Coll. Hard. T. I, Col.* 523, *& ſeq.* Nonne ſapientiſſimi Concilii Toletani IV Patres *anatema maranatha* in perduelles omnes dixerunt? *Coll. Hard. T. I, col.* 533. *Quicumque ex novis, vel cunctis Hiſpaniæ populis, qualibet meditatione vel ſtudio Sacramentum fidei ſuæ, quod pro Patriæ ſalute, gentiſque Gothorum ſtatu, vel incolumitate Regiæ poteſtatis pollicitus eſt, violaverit, aut Regem nece attrectaverit, aut poteſtate Regni exuerit, aut præſumtione tyrannica Regni faſtigium uſurpaverit, anathema ſit in conſpectu Spiritus Sancti, & Martyrum Chriſti, atque ab Eccleſia Catholica, quam perjurio profanaverit, efficiatur extraneus, & ab omni communione Chriſtianorum alienus, neque partem juſtorum habeat, ſed cum Diabolo, & Angelis ejus æternis ſuppliciis condemnetur una cum eis qui eadem conjuratione nituntur; ut par pœna perditionis conſtringat, quos in perniciem prava ſocietas copulat. Ed ideo ſi placet omnibus, qui adeſtis hæc tertia reiterata ſententia, veſtræ vocis eam conſenſu firmate. Ab univerſo Clero, vel populo dictum eſt: Qui contra hanc noſtram definitionem præſumpſerit, anathema maranatha, h. e. perditio in adventu Domini ſit, & cum Juda Scarioth partem habeat & ipſe, & ſocii eorum: Amen.* Cum autem iterati caſus cujuſdam quaſi contumaciæ ſpeciem præ ſe ferant, etiam adverſus eos, qui in eadem crimina iterum, iterumque reciderant, latæ ſententiæ pœnis itum eſt. Hinc Concilium Turronenſe I anno 461 ita ſanxit: *Si quis vero poſt acceptam pænitentiam, ſicut canis ad vomitum ſuum, ita ad ſæculares illecebras, derelicta quam profeſſus eſt pænitentia, fuerit reverſus, a communione Eccleſiæ, vel a communione fidelium extraneus habeatur. Coll. Hard Tom. II, col.* 795.

§. V. Alia vero crimina, in quorum venis medulliſque contumaciæ vis minime inſidet, licet graviſſima ea ſint, tamen monitionum primum vi, dein ferendæ ſententiæ enſe recidenda eſſe ſemper putavit Eccleſia. Quod ſi vero ejuſmodi crimina fuerint, quæ non perdurant, ſed perfecta completaque per ſe ſunt, in hæc illud virgarum genus expediendum eſt, quod medium inter latam ferendamque ſententiam locum tenet, abſunt enim ab hiſce monitiones; (nam quid poſt factum proſunt monita?) ſententia tamen non *declaratoria*, ut in latæ ſententiæ pœnis, ſed *condemnatoria* feratur neceſſe eſt. Verbo. Faſces, & ſecures Eccleſiaſticæ eo unice ſpectant, ut pertinaciam, & duritiem fran-

---

debuerunt cenſuræ his reſpondentes? quæ jura publica in Eccleſia remanſerunt communia, ſuſpendi poſſunt memoratis tribus cenſuris, quæ ſpeciale nomen, & ſingularem naturam obtinuerunt, excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto, niſi dixeris, aliquod adhuc veſtigium veterum excommunicationum partialium remanſiſſe in ea excommunicatione, quam adhuc hodie minorem appellant.

(f) Cardin. Bon. *Rer. liturg. lib.* 1. *c.* 17, *n.* 1. In exordio Chriſtianæ Religionis tantum erat pietatis ſtudium, tantum odium improbitatis, ut quibuſdam ſceleribus, quæ atrociora viſa ſunt, omnis prorſus veniæ ſpes, omnis pœnitentia denegaretur; adeo ut qui ea commiſiſſet, quamvis a Divina miſericordia eorum remiſſionem veræ contritionis ſubſidio obtineret, nunquam tamen poſſet cum Eccleſia reconciliari: ea erant Idololatria, Homicidium, Adulterium.

frangant; quæ vel crimen antecedit. (uti in perduellione, hæreſi, ſchiſmate, aliiſque hujuſmodi, atque etiam in caſibus nimium iteratis, & tunc latæ ſententiæ ſica vibranda) vel cum crimine ipſo cohæret, (cujuſmodi ſunt crimina, quæ perfecta, completaque per ſe ſunt, veluti homicidium, neque indigent monitionibus, ſed ſtatim ferendæ ſententiæ telum arripiendum) vel demum crimen conſequitur, quemadmodum in mulieroſitate, ebrioſitate, cupedia, aliiſque hujuſmodi, tum vero cenſoria virgula minime diſtringenda, niſi iterum ac tertio minas jactaveris, pericula intenderis, formidines oppoſueris, precibuſque, clamoribus, terroribuſque contumaciam pertentaveris.

QU.

QU. XII.

Quinam habent poteſtatem ferendi Excommunicationem, illiuſque vinculum ſolvendi?

§. I. **E**Ccleſia; illique uni, queis ab Eccleſia hæc auctoritas facta eſt. Eccleſiam porro cum dico (juvat repetere ea, quæ toties ſuperius a nobis dicta ſunt) Summum Pontificem dico, quicum haud exigua Eccleſiarum pars conſpiret, atque quæ a Summo Pontifice conceduntur vel denegantur, queis a nimio Epiſcoporum numero reclamatum non ſit, ea ab Eccleſia concedi vel denegari intelligo. Ii autem, quibus excommunicationis, cenſurarumque irrogandarum poteſtas ab Eccleſia facta eſt, (*a*) dicuntur habere

(a) Ber. *In Jus Eccl. Un. T. III, Par. II, Diſs. 3, Cap. II.* Poſitis his generalibus regulis multa fluunt conſectaria.

Et primo colligimus, attento jure Decretalium, Epiſcopos ante conſecrationem confirmata electione poſſe cenſuras inferre, *cap.* 15, *de elec.* Dico attento jure Decretalium, quia aliud obtinuit poſt *extravagantem* I, *de elect. int. com.* quibus in Provinciis ea recepta eſt.

Secundo colligimus, in neminem poſſe eam poteſtatem exerceri, niſi qui juriſdictioni ſubjiciatur, ejuſdem juriſdictionis modo ſervato, *cap.* 11, & 29, *de off. & poteſt. jud. deleg. cap.* 7, *de off. legati*, *cap.* 10, & 11 *de major.*, & *obed.*, *cap.* 21, *de ſent. excomm.*

Tertio, Vicarios Generales a Prælatis eam facultatem habentibus conſtitutos, etſi Sacerdotio minime initiatos, item Cardinales, atque Abbates, non Presbyteros, ſeu ſæculares, ſeu regulares in Eccleſiis, in quibus Epiſcopalem juriſdictionem exercent, cenſuras jure inferre.

Quarto colligimus, nihil repugnare, quominus Superior juriſdictione, licet ordine minor ſit, notet eum cenſura, qui minor ſit juriſdictione, & ordine major, quemadmodum contingit in Vicario Generali Archiepiſcopi juriſdictionem exercente in Epiſcopos Suffraganeos, argumento *canon.* 1, *diſt.* 34, *can.* 3, *cauſ.* 6, *quæſt.* 4, & *cap.* 52, *de ſent. excommunic.* quamquam tamen fatendum ſit, magis decorum, & honeſtum exiſtere, ſi in eo cauſarum genere Archiepiſcopi per ſe ſententiam ferant, argumento *canonis* 4, 5, 6, 7, 8, & 9, *diſt.* 21, eamque ob rem Pontifices Maximi aliquando quibuſdam Suffraganeis indulſerunt, ut ab Officialibus Metropolitanorum cenſura notari non poſſent, *cap.* 1, *in fine de Offic. judicis ordinar. in 6.*

Quinto, cenſuram extra territorium etiam in ſubditos latam nullum effectum habere, *cap.* 2, *de conſt. in* 6, licet cenſura perſonalis in territorio lata ſubditos ſemel notatos, deinde quocumque abeuntes, afficere pergat, *can.* 24, *cauſ.* 7, *quæſt.* 1, *cap.* 1, *de rapt. c.* 16, *de ſent. excomm. in* 6. Exceptio eſt in eo, qui a Diœceſi abeſt adverſus reſidentiæ leges; etenim in cauſa ipſa violatæ reſidentiæ licet abſens, cenſura notari poterit, cum inſpiciatur tunc non locus, in quo perſona invenitur, ſed locus delicti, ſive deſerti contra leges officii, *cap.* 11, *de cler. non reſident.* Eo autem minus poterit quis alienum ſubditum cenſura notare, argumento *can.* 1, & 2, *cauſ.* 6, *quæſt.* 3, niſi iſte deliquerit in illius Diœceſi, *can.* 4, & 5, *cauſ.* 6, *quæſt.* 3, vel niſi Diœceſanus conſentiat, *can.* 7, *cauſ.* 9, *quæſt.* 3.

Sexto colligitur, Epiſcopos, ſicut nec cæte-

Jus Pontificium.

Digitized by Google

bere Juriſdictionem in foro externo, ut ſecernantur ab iis qui poteſtatem ſuam non ab Eccleſia reos Eccleſiaſticæ injuriæ condemnandi, abſolvendique,

---

cætera Eccleſiæ ſuæ graviora negotia gerere, ita & hanc cenſuras inferendi poteſtatem non poſſe exercere ſine conſenſu ſui Capituli, ubi viget adhuc jus Decretalium, *cap.* 1, *de exceſs. Prælator.*, ac proinde mortuo Epiſcopo eam poteſtatem ad Capitulum devolvi.

Septimo, ſicut Archiepiſcopus regulariter nequit juriſdictionem exercere in ſubditos Suffraganeorum, niſi in cauſa appellationis, ita eumdem non poſſe, niſi in cauſa appellationis in ſubditos Suffraganeorum cenſuras infligere, *cap.* 5, *de ſent. excom. in* 6, *cap.* 1, §. *ult. de foro compet.*

Octavo, non poſſe Epiſcopos in Officiales, vel Nuntios Apoſtolicæ Sedis, quaſi privilegio ſingulari ſui muneris exemptis, cenſuræ ſententiam pronuntiare, quamquam valeant de eorum gravioribus admiſſis Pontificem Maximum certiorem facere, ut idem Pontifex cauſa cognita in illos animadvertat, *extravag.* 3, *de hæret. int. com.*

Nono, quamquam olim etiam in hac parte Monachi Epiſcopis ſubjacerent, *Can.* 6, 9, & 17, *cauſ.* 16, *quæſt.* 1, ob recentiores tamen exemptiones, & privilegia Monachos ab Epiſcopis cenſura notari non poſſe. Exceptio vetus fuit, ſi Monachi extra clauſtra vagentur, iſti enim privilegio Cœnobii ſui uti nequeunt, *cap.* 21, *de privileg.* Aliam exceptionem adjecerunt PP. Tridentini gratia Ordinariorum, qua ſcilicet non obſtantibus Monachorum exemptionibus Epiſcopi promulgent etiam in Eccleſiis Monaſteriorum cenſuras a ſe legitime latas, *ſeſ.* 25, *de regul. cap.* 12. Generalis quoque eſt exceptio in iis omnibus cauſis, in quibus Concilium Tridentinum voluit, Monachos Epiſcopis iterum eſſe ſubjectos, aut abrogatis in ea parte privilegiis atque exemptionibus, aut conſtitutis Epiſcopis tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatis; fruſtra enim Concilium Tridentinum excitaviſſet Epiſcopalem juriſdictionem in iis ſpeciebus, niſi & in eiſdem facultatem feciſſet coercendi cenſuris obſiſtentes, ac contumaces. Olim quæſtio erat, an Monaſteria exempta dicerentur ex eo, quod in protectionem Sedis Apoſtolicæ recepta fuiſſent, & in ea definitum fuit, Sedis Apoſtolicæ protectionem in cauſa eſſe, ut Monachi ab Ordinariis locorum neque excommunicari, neque interdici poſſent, in cæteris autem obnoxii manerent, *cap.* 18, *de privileg.*, *cap.* 1, *de verb. ſignificat. in* 6. Aliquando præter Monachos plurimi extiterunt, qui ſimili privilegio gaudebant, *cap.* 16, *de privileg.* Sed deinde hæc privilegia abrogata fuerunt, integris tamen manentibus iis, quæ Regibus, Regumque familiis competerent, & quæ gratia ſeu Cœnobiorum, ſeu Collegiorum conceſſa fuiſſent, *cap.* 5, *eodem tit. in* 6.

Decimo deinde colligitur, delegatos ad certam cauſam facultatem eo ipſo nanciſci, inobedientes litigantes cenſura notandi, etiamſi expreſſa in mandato non fuerit, ne alias juriſdictio irrita ſit, & inanis, *cap.* 5, 7, 11, & 29, *de off. & pot. jud. deleg.*

Duo adhuc obſervanda ſunt, quorum primum reſpicit Ordinarios juriſdictionem in certa Diœceſi habentes, alterum reſpicit eos, qui ſingulari titulo facultatem ferendarum cenſurarum nacti fuerint. Ad Ordinarios ſpectat, quod tradi ſolet, tum demum eos poſſe cenſuram inferre, cum cenſura ipſi irretiti non ſint. Si tamen, & ipſi cenſuris tenentur, diſtinguendum eſt inter cenſuras, & cenſuras. Sunt enim ex cenſuris aliquæ, quæ juriſdictione privant, aliæ, quæ hunc effectum non habent. Privant juriſdictione excommunicatio major, & ſuſpenſio ab officio; non privant autem aut excommunicatio minor, aut ſuſpenſio, quæ ſit tantum ab ordine, vel beneficio, integra manente officii adminiſtratione, quemadmodum nec privat interdictum. Igitur irrita erit cenſura, quotieſcumque feratur a Prælato, vel excommunicato excommunicatione majore, vel ſuſpenſo ab officio; rata e contrario erit, etiamſi feratur ab excommunicato excommunicatione minore, aut ab interdicto, aut a ſuſpenſo ab ordine tantum, vel beneficio, integra manente officii adminiſtratione. Perſpicuum id fit perpendenti poteſtatem ferendarum cenſurarum juriſdictioni cohærere; propterea non amitti niſi quibus in caſibus juriſdictio auferatur. Ad eos, qui ſingulari titulo facultatem adquiſiverunt cenſurarum inferendarum, ſpectat, ipſos non ſemper cenſuras omnes inferre. Quamquam

enim

Digitized by Google

que, ſed à Deo ipſo reos Divinæ injuriæ reconciliandi ἀμέσως acceperunt.

§. 2. Qui diſtinctionem fori interni externique ſæculo XII adinventam contenten-

---

enim ſi privilegium generale demonſtrent, aut alium ſingularem titulum poteſtatis cenſurarum in univerſum ferendarum, nulla dubitatio ſit, quin ampla habeatur eorum poteſtas, & ad omnes cenſurarum ſpecies referatur; quid tamen, ſi excommunicandi tantum, aut ſuſpendendi tantum, aut interdicendi tantum quæſiviſſe poteſtatem demonſtrent? Num quod de una cenſuræ ſpecie edocetur, ad alias extendetur? Plane ſi quis demonſtret, adquiſiviſſe ſe facultatem excommunicandi, ſatis erit, ut probatum etiam ſit, eo ipſo illi competere facultatem & ſuſpendendi, & interdicendi; etenim excommunicatio in ſe & ſuſpenſionem, & interdictum complectitur, quo referri poſſunt tres illæ juris regulæ, prior: *Plus ſemper in ſe continet quod eſt minus*; poſterior: *Cui licet plus, licet etiam quod eſt minus*; poſtrema: *In toto partem non eſt dubium contineri*, *cap.* 35, 53, & 80, *de regul. jur. in* 6. Non tamen e contrario qui demonſtrat, ſe adquiſiviſſe facultatem interdicendi, eo ipſo & tacite demonſtravit, ſe etiam adquiſiviſſe facultatem excommunicandi, & ſuſpendendi; quemadmodum nec qui demonſtrat, ſe adquiſiviſſe facultatem ſuſpendendi, tacite, & eo ipſo demonſtravit, ſe etiam adquiſiviſſe facultatem excommunicandi, aut interdicendi, argumento *Capituli* 12, *de major. & obed.* Neque enim in interdicto ſuſpenſio, in ſuſpenſione interdictum, in alterutra, aut in utraque cenſura, excommunicatio continetur.

Tria obſervanda ſunt ratione habita perſonarum, quæ cenſuris notari poſſunt.

In primis enim aliqui ſunt, qui omnino nequeunt cenſuris coerceri. Deinde ſunt aliqui, qui certis quidem cenſurarum ſpeciebus, non tamen omnibus obnoxii ſunt. Duæ hæ obſervationes in hoc principio collocatum fundamentum habent: nimirum cum cenſuræ ita inferantur, ut interdicatur certis Eccleſiæ bonis, aut juribus; nullo modo injici cenſura poteſt in eos, qui iiſdem juribus gaudere minime poſſunt, nec propterea poſſunt ſpoliari. Itaque in primis aliqui ſunt, qui cenſuris omnino coerceri nequeunt. Quod ut perſpicue explicetur, ponendum initio eſt generale principium, quo ſtatuatur, eos omnes poſſe cenſura notari, qui ſunt in Eccleſia, *Can.* 10, *diſt.* 96, e contrario neminem ex iis notari poſſe, qui extra Eccleſiam conſiſtunt. Cum enim ii dumtaxat, qui in Eccleſia ſunt, juribus, & bonis illis potiantur, quibus cenſura interdicitur, quomodo cenſura notabuntur illi, qui nunquam in Eccleſia extiterunt? Hinc Paulus Apoſtolus ab Auguſtino laudatus *in can.* 18, *cauſ.* 2, *quæſt.* 1, ajebat: *Quid enim mihi de his, quæ foris ſunt, judicare?* In conſpectu hujus traditionis forte aliquibus difficultatem ingeret aut *capitulum* 13, & 14, *de Judæis*, aut *capitulum* 12, & 18, *de uſuris*, ex quibus adparet, aliquando Judæos fuiſſe excommunicatione coercitos. Ego in his ſpeciebus agnoſco quamdam excommunicationis imaginem, non veram, proprieque dictam excommunicationem. Eſt imago quædam excommunicationis in eo quod feratur ea ſententia ad contundendam contumaciam Judæorum, quod tempus habet indefinitum, eo uſque provecta, quo Judæi a temere factis reſipiſcant; quod certis juribus, quorum illi capaces ſunt, interdicatur. At proprie cenſura excommunicationis non eſt, ſive quod quæ ab Judæis communio aufertur, non eſt communio ſacra, ſed civilis in commerciis conſiſtens, ſive quod ea pœna non directe fertur ab Eccleſiæ auctoritate, ſed potius Principum patrocinio implorato, dicto *cap.* 18, *de uſuris* verſ. *Principibus*, ſive denique quod non directo fertur in Judæos, ſed potius Chriſtianis mandatur, ut ab Judæorum commercio prorſus abſtineant, uti liquet ex omnibus laudatis monumentis. Ut paucis dicam, quoties Judæi in certo loco conſiſtunt, iis civilia negotia permittuntur, in quibus communionem habent cum Chriſtianis. Intereſt aliquando in Judæorum pœnam hac communione interdicere, qua Judæi fruuntur; verum hæc proprie excommunicatio dici nequit, ſed quoddam veluti excommunicationis ſimulacrum, eadem fere ratione, qua in *cap.* 11, *de conſt.* inſtar cenſuræ dici poteſt privatio cujuſdam officii minime ſacri, quæ tamen cenſura non eſt, & tantum habet cenſuræ imaginem, quod eadem forma illata fuit,

tendunt , næ intelligendo ii faciunt , ut nihil intelligant . Neque vero , ſi nomina inaudita ſunt, res etiam inauditas eſſe dicendum eſt . Quid enim ? Legis

---

qua ſolent inferri cenſuræ . Erit ergo potius pœna quædam civilis , & temporalis ad emendationem illata, quæ ideo confertur in tempus indefinitum .

Secundo aliqni ſunt, qui quibuſdam quidem cenſurarum ſpeciebus, non tamen omnibus obnoxii habentur . Quamobrem diſtinguenda ſunt varia hominum genera, ſtatus, aut rationes ut dignoſcatur , quæ ſpecies cenſurarum ſingulis conveniant . In primis obſervandum eſt, hominem conſtare ex anima, & corpore ; hinc quædam cenſuræ & animam, & corpus afficiunt, quædam in animam tantum feruntur . Sic major excommunicatio, & interdictum tenet etiam corpus poſt mortem , ita ut cadaver excommunicati, & interdicti nequeat eccleſiaſtica ſepultura donari, quin tamen aut excommunicatio minor, aut ſuſpenſio corpus afficere valeat . Inſuper obſervandum, alios viventes eſſe, alios defunctos . Viventes quidem cenſuris omnibus notari poſſunt , at defuncti notari quidem poſſunt excommunicatione majore, aut interdicto , minime vero excommunicatione minore , aut ſuſpenſione; etenim defuncti incapaces ſunt illorum jurium, quibus privant aut excommunicatio minor, aut ſuſpenſio , capaces autem ſunt jurium, quibus privat interdictum, veluti ſepultura eccleſiaſtica , aut quibus privat excommunicatio major, veluti publicæ preces & orationes, quæ fiunt pro defunctis, & eccleſiaſtica ſepultura . Id tamen ita intelligitur, ut excommunicatio major, vel interdictum poſt mortem inflictum non proprie cenſura ſit, ſed potius pœna, proptereaquod non ad corrigendum , & emendandum, ſed ad puniendum infligitur. His proximum eſt, ſuſpenſionem, & excommunicationem minorem vi ipſa morte notari interire ; excommunicationis autem majoris , & interdicti cenſuras in viventes latas etiam poſt mortem durare, quouſque abſolutione deleantur , quæ eatenus poſt mortem dici poſſunt cenſuræ, quatenus verum fuit , ad corrigendum , & emendandum ab initio fuiſſe inflictas, *Can.* 1 , 2 , *&* 3 , *cauſ.* 14 , *quæſt.* 2 , *cap.* 28 , *de ſent. excom.* , *cap.* 12 , *&* 14 , *de ſepultur.* Notatu dignum eſt hac in re, communionem ſacrorum duplicis generis eſſe, aliam juris, quæ ſcilicet alicui jure competit, veluti fidelibus innoxiis, aut graviorum criminum minime reis ; aliam tantum facti , qua gaudent qui graviorum criminum conſcii ſunt , & cenſura digni , quamquam cenſura necdum in ipſos publicata fuerit, quia forte crimen adhuc occultum fuit , nec perſpicue probatum . Sane ubi quis , & jure , & facto communione gaudebat, eodem poſt mortem privari nequit ; ſecus ſi facto tantum gaudebat, non jure , poterit cenſura notari , *Can.* 6 , *cauſ.* 24 , *quæſt.* 2. Quandoque vero contingit , ut qui in communione Eccleſiæ deceſſit , revera in communione non ſit, & e contrario , proptereaquod in rebus facti Eccleſia modo humano procedit , & eum credere poteſt in communione exiſtere, qui non exiſtit, & e contrario eum a communione repellere, qui adhuc in communione conſiſtit , quemadmodum ſcribebat Innocentius III, *in cap.* 28 , *de ſent. excom.*

Præterea obſervandum eſt, duplicem hominum rationem exiſtere, prout homines vel ſinguli atque in propria perſona conſiderantur , vel conſiderantur in communi tamquam Univerſitatem vel Collegium componentes. Hinc quamquam cenſuræ omnes ferri in ſingulorum perſonas poſſint , nimirum & excommunicatio , & ſuſpenſio , & interdictum , non tamen omnes , ſed tantum aliquæ ferri poſſunt in Corpora , ideſt Collegia, & Univerſitates . Sic neque Univerſitas , neque Collegium excommunicari poteſt, *Can.* 1 , *cauſ.* 24 , *quæſt.* 3 , *Cap.* 5, verſ. *in univerſitatem de ſent. excom. in* 6 , quamquam ſuſpendi valeat , aut interdici , *Cap.* 11 , *de ſponſal. Cap.* 13 , *de privileg. Cap.* 16 , *de ſent. excom. in* 6. Regulæ hujus ratio eſt, quia excommunicatio animam penitus afficit , quam in diſcrimen æternæ ſalutis adducit, cujus ſane periculi capacia Collegia non ſunt , & Univerſitates ; alias autem non decet excommunicari ſingulos de Collegio , aut Univerſitate ob delictum Collegii , aut Univerſitatis , uti recte notabat Bonifacins VIII in dicto *Cap.* 5 , *de ſent. excom. in* 6 , inhærens S. Auguſtini veſtigiis, qui in dicto *Can.* 1 , *cauſ.* 24 , *quæſt.* 3 , improbaverat factum Epiſcopi integram

Legis ne apud Auguſtinum *in Enchyridio*, c. 60: *Ob Idololatriam, Homicidium, & Mœchiam, ſatisfaciendum eſſe Deo, & Eccleſiæ*? nonne perinde eſt ac ſi dixiſſet, ea crimina ejuſmodi eſſe, quæ non ſolum in foro interno, ſed etiam in externo lui debent? Quid cum antiqui Patres Abſolutionis Canonicæ, & Sacramentalis meminerunt? Nonne ſatis diſerte iis verbis forum externum, internumque deſignarunt? cum illa ſolummodo in foro externo, hæc in foro interno locum haberet, illa cenſurarum vincula tantum perrumperet, hæc criminum maculam ipſam elueret. Neque enim graviſſimi teſtes hac de re nos dubitare ſinunt, cum docent, Abſolutionem ab Excommunicatione Maxima (b) in una inter Pœnitentes recenſione ſitam aliquando fuiſſe, ita ut Anathematizati ab Anathemate eo ipſo abſoluti haberentur, & eſſent, quod in Pœnitentium tabulis deſcriberentur. (c) (Morinus *de Adm. Sac. Pœnit. cap.* 10, *num.* 13.) Quod etiam de aliis omnibus excommunicationibus dicendum eſt, quæ ſola accenſione, cooptatione, electione, aliiſque hujuſmodi tollebantur. Atque hæ quidem abſolutiones Canonicæ etiam abſentibus impertiebantur, & licet Epiſcopis reſervatæ eſſent, (S. Cyprianus *Ep.* 12.) tamen non ſolum Presbyteris, ſed etiam Diaconis permiſſas fuiſſe ſcimus a S Cypriano *Ep.* 18, *pag.* 40, Ed. Oxo. *Quoniam video facultatem veniendi ad vos nondum eſſe, & jam æſtatem cœpiſſe, quod tempus infirmitatibus aſſiduis, & gravibus infeſtatur, occurrendum puto fratribus noſtris, ut qui libellos a Martyribus acceperunt, & prærogativa eorum apud Deum adjuvari poſſunt, ſi incommodo aliquo, & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectata præſentia noſtra apud presbyterum quemcumque præſentem, vel ſi presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud Diaconum quoque exomologeſim facere delicti ſui poſſint, ut, manu eis in pœnitentiam impoſita, veniant ad Dominum cum pace, quam dari Martyres litteris ad nos factis deſideraverunt.* Hinc patet, quantopere intercederet inter abſolutiones Canonicas, & Sacramentales, cum Canonice abſoluti adhuc indigerent abſolutione Sacramentali, quæ publice pœnitentibus proindeque Canonice atque etiam ab ipſo Anathemate abſolutis non impendebatur, niſi poſtquam (d) ſubſtrationis ſtadium decucurriſſent, antequam tamen

Con-

tegram familiam excommunicantis. Et revera delicta Univerſitatum, Collegiorum, ac familiarium dicuntur, quæ admiſſa ſint a majori parte, ſive ex majoris partis conſenſione, etiamſi aliqui non cojerint; eſt autem abſurdum, aliquem in diſcrimen ſalutis æternæ adduci, qui innoxius eſt, neque potuit multitudini obſiſtere &c. Vid. eundem *l. c.*

(b) Apud veteres Excommunicatio Minor dicebatur, cum quis vel ad conſiſtentes, vel ad ſubſtratos, vel ad audientes adigebatur; Major cum quis ad flentes detrudebatur; Maxima denique cum quis omni Eccleſiæ tecto ſubmovebatur, quæ etiam Anathema dicta fuit. Vide Juveninum *Diſs.* 12, *quæſt.* 5, *de Cenſuris*.

(c) De Pœnitentiarum uſu ſcripſerunt præcipue Albaſpinæus *Obſ. Eccl. l.* 2, Petavius *ad hæ.* 69 S. Epiphanii, & *in Diatriba ad Syneſium p.* 60, Joſephus Biner *Controv. hiſtorico-dogmatica de rigore pœnit. ſæc. III*, Duguetius *Conf. eccl. Tom. II*, *Diſs.* 61, Orſius *Diſs. De Capit. Crim. abſol.* Mediolani 1730, Nat. Alex. *Diſs.* 4 *in ſæc III.* Ex Proteſtantibus Strauchius *Diſs. de priſcis Pœnit. ritib.* Wittembergæ 1664, Sontagius *Diſs. de Hyemantibus &c.* Altdorfii 1705, Beyerius *Diſs. de magno vet. Eccl. circa Pœnit. rigore* Lipſiæ 1725., Walchius *Hiſt. Eccl pag.* 1168, *ſeqq.*

(d) Quatuor diſtinguebantur pœnitentium gradus. Flentium ſcilicet, Audientium, Subſtratorum, & Conſiſtentium.

Pri-

Conſiſtentibus nomen darent, (*e*) & tunc ſolummodo macula animæ delebatur, non abſolutionis Canonicæ ope, quæ ſolummodo in foro externo vim habebat, verum in Sacramentalis abſolutionis, quæ ope foro interno valuit uſque, ſemperque valitura eſt, quæ nonniſi præſentibus, atque a Sacerdotibus tribui unquam potuit antea, poteritque impoſterum. (Vide ea quæ inferius dicemus *Q. XXXVII.*)

§. III. Neque vero Morinus noſter rem acu tangit, (*n.* 11, *l.c.*) cum ait: *Sæculo VI tantum cœpit publicorum peccatorum Confeſſio, Pœnitentia, Abſolutio ad Epiſcopos, eorumque delegatos pertinere, occultorum autem ad quoslibet Presbyteros*. Nam ante Sæculum VI Presbyterorum fuiſſe occultorum criminum reos abſolvere præter Sozomenum (*f*), & Cyprianum, & Innocentium I (*g*), auctor mihi eſt S. Leo Magnus, qui obiit anno 461, *Ep.* 80, ubi ait: *Illam etiam contra Apoſtolicam regulam præſum-*

Primus gradus *Flentium* erat eorum, qui in exteriore porticu Eccleſiæ conſtituti, & crimina ſua publica confeſſione patefaciebant, & fidelium Eccleſiam ingredientium genibus advoluti orabant, ut pro ſe apud Deum, & Epiſcopum intercederent.

Secundus erat Audientium, qui in veſtibulo Eccleſiæ januis contiguo permittebantur audire lectiones S. Scripturæ, & Epiſcoporum, aut Sacerdotum ſermones, (quod neque hæreticis, Judæis, aut paganis vetabatur) ſed ante offertorium cum Catechumenis ab Eccleſia per Diaconum ejiciebantur.

Tertius gradus erat *Subſtratorum*, qui intra Templi ambitum ad ambonem uſque recipiebantur. Ambo erat parvum ædificium inſtar pulpiti, quo nos utimur, ambabus ex partibus inſtructus gradibus, & eodem loco erectum. In hac ſtatione poſiti digni Pœnitentium nomine judicabantur. Quare ibi expiantes delicta ſua Scripturarum lectione, meditatione, precibus, vigiliis, jejuniis ab Epiſcopo præſcriptis, (ſi quæ enim ſimilia præſtabant Audientes, vel Flentes, ea voluntaria erant, non imperata) recipiebant manuum impoſitionem. Hinc manuum impoſitio dicta eſt Pœnitentia, hinc Pœnitentes in hac ſtatione poſiti dicti Subſtrati, eo quod frequens ſuper eos proſtratos eſſet Epiſcoporum, ac Presbyterorum manuum impoſitio, cui ſemper conjuncta erat & oratio. Sed hi quoque jubente Diacono dimittebantur ante Miſſam Fidelium.

Quartum gradum conſtituebant *Conſiſtentes*, ſic dicti, quod non dimitterentur ab Eccleſia, quemadmodum *ſubſtrati*, ſed conſiſterent cum Fidelibus, & ſacrificio intereſſent, licet prohiberentur offerre ſua munera in altari cum reliquis fidelibus, iis dumtaxat exceptis, qui extrema paupertate oppreſſi fuiſſent. Jam vero, quia offerre & communicare ad Miſſarum ſolemnia ita inter ſe connexa erant, ut quibus non licebat offerre ea ex quibus Corpus, & Sanguis Chriſti conſecrabatur, iis neque liceret nec ipſum Corpus, & Sanguinem manducare, & bibere; hinc fiebat, quod Pœnitentiæ loco *Conſiſtentibus* prohibebatur Communio, uſque dum conſummato Pœnitentiæ curſu priſtinum dignitatis gradum cum reliquis fidelibus, & jus communicandi aſſecuti fuiſſent. Singulis ſtationibus non erat certum temporis ſpatium conſtitutum, ſed pro criminis gravitate univerſæ Pœnitentiæ tempus vel brevius, vel longius erat, & ſemper liberum erat Epiſcopis arbitrium, ſpectata vita, ac diſciplina Pœnitentium ſpatium a Canonibus præſcriptum coercere, labores temperare, immo pœnitentem ab infima ad ſupremam ſtationem perducere.

(*e*) Sozomenus medio Sæculo V *Hiſt. l.* 7, *c.* 16. Elapſo demum præfinito die, pœna jam debita exoluta (in ſubſtratione) a peccati reus abſolvitur, & populo fideli (h. e. in conſiſtentia) in Eccleſia conjungitur.

(*f*) Sozomenus medio Sæculo V *Hiſt. l.* 7, *c.* 16. Presbyterum vitæ integritate quam maxime ſpectabilem ſecretorum etiam tenacem huic officio præfecerunt.

(*g*) S. Cyprianus *l. c.* ſic de iis loquitur, qui de adolendo thure Idolis cogitaverunt medio ſæculo III. *Quoniam tamen de hoc cogitaverunt, hoc ipſum apud Sacerdotes Dei dolenter, & ſimpliciter confitentes Exomologeſim conſcientiæ ſuæ faciunt.*

(h) S.

ſumptionem, quam nuper agnovi a quibuſdam illicita uſurpatione committi modis omnibus conſtituo ſubmoveri, ne videlicet de ſingulorum peccatorum genere libello ſcripta profeſſio publicetur: cum reatus conſcientiarum ſufficiat ſolis Sacerdotibus indicari confeſſione ſecreta. Nonne hiſce verbis redarguuntur, qui putant quatuor primis Chriſti ſæculis conſueviſſe confeſſione publica manifeſtari peccata mortalia etiam occulta? Nonne enim S. Leo conſuetudinem hanc abrogavit, *ut præſumptionem Apoſtolicæ regulæ contrariam?* (h)

§. IV. Adeo vero abeſt, ut diſtinctio fori externi internique in Eccleſiam pedem ſæculo intulerit duodecimo, ut jam inde ab Apoſtolorum tempore uſurpari cœpit. Quorſum enim canon ille in Concilio Hieroſolymitano? *Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis, nil ultra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria, ut abſtineatis ab Idolotytis, a Fornicatione, ſuffocatis & ſanguine?* Quid opus erat, ut Apoſtoli *Fornicationem* lato canone prohiberent? nihilque præterea? Nonne libidines omnes divino vetitæ erant Decalogo? Illud igitur dicendum eſt, eo Canone *Fornicationem* ſeu *Mœchiam* in eorum criminum album relatam fuiſſe, propter quæ ſatiſfaciendum eſſet non ſolum Deo, ſed etiam Eccleſiæ, hoc eſt non ſolum in foro *interno*, ſed etiam in foro *externo*. Equidem ex hoc Apoſtolorum canone (non ex confœderata Boehmeri diſciplina) ortum fuiſſe minime dubito, ut crimina *Idololatriæ*, *Homicidii*, *Mœchiæ* digna habita fuerint, quæ publica pœnitentia in foro externo vindicarentur. Quid ni autem? Idololatria omnium maximum crimen eſt, quod qui patrant, cum nuntium Deo & Eccleſiæ remittant, quæ gratiæ reconciliatio videri poteſt, niſi & Deo, & Eccleſiæ factum ſatis ab illis ſit? Placuit igitur Apoſtolis hoc crimen externo pœnarum genere plecti, quod iis verbis decretum ab illis fuit: *Ut abſtineatis ab Idolotytis* (i): hoc eſt non ſolum ab omni Idolorum cultu, verum etiam ab iis, quæ Idolorum cultum redolere poſſunt. Cum vero ethnici (Idololatræ) fornicationi operam darent, atque humano ſanguini minime parcerent, cumque qui talia agerent, ethnicorum, ſeu Idololatrarum moribus vivere putarentur, ideo, ut Chriſtianis non ſolum Idololatriam, verum etiam omnem Idololatriæ ſuſpicionem amoverent, Fornicationem etiam, & Homicidium fori externi cenſura notari voluerunt. Nam cum Apoſtoli juſſerunt, ut Chriſtiani *a ſuffocatis* abſtinerent, homicidium præ oculis habuerunt, a quo ut longe abeſſent Chriſtiani, ipſis cibos ſanguine illitos vetuerunt, unde Octavius apud Minucium:

(h) S. Innocentius initio Sæculi V. *Cæterum de pondere æſtimando delictorum Sacerdotis eſt judicare, ut attendat ad Confeſſionem Pœnitentis.*

(i) S. Hieronymus *in c. 15 Matth. Si quod intrat in os, non coinquinat hominem, quare Idolotytis non veſcimur? Sciendum, quod ipſi quidem cibi, & Dei creatura per ſe omnis munda ſit; ſed Idolorum, & Dæmonum invocatio ea faciat immunda.*

Divus Auguſtinus *de bono conjugali c. 16. Satius eſt fame mori, quam Idolotytis veſci & lib. 32* contra Fauſtum Manichæum, *c. 15. Cur non expediat Chriſtianis immolatis veſci? ne Dæmonibus communicaſſe videantur.*

Concilium Ancyranum in *9* prioribus Canonibus publicæ Pœnitentiæ tempus ſtatuit iis, qui Idololatria polluti ſunt ſive ſacrificando, ſive comedendo Idolotyta.

cium: *Tantum ab humano ſanguine cavemus; ut nec edulium pecorum in cibis ſanguinem noverimus*. Atque hæc tria crimina dumtaxat, nimirum Idololatria, Homicidium, & Mœchia (immo una Idololatria, Homicidium vero, & Mœchia tamquam Idololatriæ appendices) ſi publica erant, publica, atque adeo externa pœnitentia digna quatuor prioribus ſæculis habita fuerunt, nec aliorum criminum Tertullianus, Cyprianus, Gregorius Thaumaturgus, nec Canones Illiberitani, Ancyrani, Neocæſarienſes meminerunt, alia vero peccata, etiamſi manifeſta, quinimmo etiam hæc tria ipſa, ſi occulta, privata, & ſecreta pœnitentia, ſeu quod idem dixeris in foro externo expiari conſueverunt, uti S. Gregorius Nyſſenus *Ep. Can.* ad Lejojum Mytilenes Epiſcopum, atque (*k*) Auguſtinus *ep. 6* ad Aurel. Epiſcopum, aliique teſtes (*l*) omni exceptione majores teſtantur.

§. V.

(k) S. Auguſtinus *ſerm.* 82. Novit (alt *cap.* 8.) neſcio quem homicidam Epiſcopus, & alius illum nemo non novit. Ego nolo publice corripere, ut tu quæris inſcribere. Prorſus nec probo, nec negligo; corripio in ſecreto, pono ante oculos Dei Judicium, terreo cruentam conſcientiam, perſuadeo pœnitentiam. Hac charitate præditi eſſe debemus. Sunt homines adulteri in domibus ſuis, in ſecreto peccant, aliquando nobis produntur ab uxoribus ſuis plerumque zelantibus, aliquando meritorum ſalutem quærentibus: nos non prodimus, ſed in ſecreto arguimus: *Ubi contigit malum, ibi moriatur & malum*.

(l) Concilium Vaſ. ann. 442, *c.* 8, ita ſtatuit: Si Epiſcopus ſe tantum alieni ſceleris conſcium novit, quamdiu probare non poteſt, nihil proferat; ſed cum ipſo ad compunctionem ejus ſecretis correctionibus elaboret, illo, quamdiu probari nihil poteſt, in communione omnium permanente.

Vide Animadverſiones Conſtantini Rocanglia in Natalis Alexandri *Diſ. VI*, ad ſæc. *III*, ubi contra Natalem Alexandrum diſſertiſſime probat peccata Canonica omnino occulta pœnitentiæ publicæ vi Canonum ſubjecta non fuiſſe.

Marchetti *Critica Tom. I*, *Art. I*, *§.VI*, *n.* 33. I peccati occulti mai per legge univerſal della Chieſa ſono ſtati ſoggetti alla Canonica Penitenza. Egli è queſto un Articolo, ſe non mi abbaglio, così evidente, che par mirabile, che ſe ne ſia dubitato da alcuno. *Qui occulta ſubſtratione ſibi alienum uſurpat* (dice S. Gregorio Niſſeno nella ſua lettera Canonica *T. I*, *op. p.* 954.) *ac deinceps per confeſſionem peccatum ſuum Sacerdoti aperit; ſtudio, quod circa contrarium illius vitii adhibebit, morbum curabit, res inquam ſuas largiendo pauperibus*: non colle canoniche penitenze. Quindi S. Innocenzo I, come bene avverte Fleury *l. XXII Hiſt. n.* 4, nella ſua decretale ad Eſuperio nota „ che gli uomini facevano più di rado „ penitenza per l' Adulterio, che non le „ femmine: non che la Religione Criſtiana „ non condanni egualmente un tal delitto „ in amendue; ma perchè le femmine ac„ cuſano più di rado i loro Mariti, e „ perchè la Chieſa *non puniſce i delitti* „ *occulti: non habent latentia peccata vin*„ *dictam*, “ nel foro cioè eſteriore della Chieſa, nella Penitenza Canonica. Ne è eſpreſſiſſimo il teſtimonio di S. Paolino, e la pratica di S. Ambrogio, di cui il primo racconta, che il Santo Arciveſcovo piagneva egli ſteſſo col Penitente, che ſi confeſſava da lui, ma non parlava dei peccati, che gli erano ſtati confeſſati, che a Dio ſolo, laſciando un buon eſempio ai Veſcovi ſucceſſori di farſi piuttoſto interceſſori avanti Dio, che accuſatori avanti agli uomini. Perciò il Concilio Cartagineſe III dell' anno 397: *Cujuſcumque* (dice) *publicum ac vulgatiſſimum crimen eſt, quod univerſa Eccleſia noverit, ante abſidem manus imponantur*. Chiariſſime anche ſono le teſtimonianze di S. Agoſtino in più luoghi, di S. Ceſario Arelatenſe *Hom.* 1, fra le 14 publicate da Baluzio, del Concilio Valen. I, *c.* 8, *Tom.* 3 *Conc. p.* 1458, e di altri. Di fatti la ſingolar ſentenza di Morino, di Natale Aleſſandro, di Albaſpineo, del Vaneſpen, e di Selvagio, i quali pretendono, che anche gli occulti peccati ſoggetti foſſero alla pubblica Penitenza Canonica, comunemente è rigettata da tutti i dotti.

§. V. Ex hiſce omnibus facile intelligimus, quare fiat ut *interni fori* tribunal nonniſi ab iis compleri poſſit, qui Sacerdotio præditi ſunt, in foro autem exter-

---

dotti. E con ragione. Salta troppo agli occhi di chi ſi ſia, per non dir altro, l' inconveniente, che vi ſarebbe ſtato nel ſottoporre i rei di occulto omicidio, ed adulterio ad una pubblica manifeſtazione tanto pericoloſa in tai caſi. E ciò è che Sozomeno *l.* 7, *Hiſt. c.* 16, dice, eſſere ſempre ſtata riputata dai Veſcovi odioſa coſa *il venire obbligato alcuno a manifeſtare i proprj delitti occulti, in preſenza di tutta la Chieſa, e come ſu d' un Teatro*. Perciò nota S. Baſilio *Ep. ad Amphil. can.* 34, la ſingolar cautela tenuta colle donne adultere, che *publicare quidem Patres noſtri vetuerunt, ne convictis cauſam mortis præbeamus*. Ognuno vede quanto forte preſunzione ſiniſtra dovea indurre nell' animo del Conſorte una Giovine ſpoſa collocata nelle pubbliche ſtazioni de' Penitenti. Lo ſteſſo rifleſſo addattiſi all' occulto omicidio. Or quando pubblico era il misfatto commeſſo, ogni inconveniente ceſſava, nè vi era diſordine, che l' eſterno linguaggio delle pratiche Penitenziali manifeſtaſſe un delitto, che già ſapeaſi da tutti. Poichè la riſpoſta, che alcuni danno, che queſta rivelazione del peccato era nella pubblica penitenza impedita da quelli, che abbenchè non rei di grave colpa, per privata loro divozione ſpontanea ſi framiſchiavano fra pubblici penitenti, onde così non era agevole il diſcernere chi piagneva ne' veſtiboli delle Chieſe moſſovi dal fervore di Criſtiana mortificazione, da chi coſtretto vi era da Canonica legge: tal riſpoſta, *dir volli*, ben può darſi da uno ſtudioſo Giovine, che nei banchi di una Univerſità ſi trovi meſſo alle ſtrette da qualche forte obbiezione; ma non mai da maturo, e grave Teologo. E' troppo noto quanto diverſa era la condotta che teneva la Chieſa con queſte due claſſi di Penitenti. I puramente ſpontanei facoltà aveano di aſſumere, interrompere, laſciare a talento loro le ſtazioni Canoniche; ed or giacer fra i piangenti, ora ſtare fra gli Uditori, or comunicar co' Fedeli; nulla di ciò era permeſſo a' Penitenti per Canonico fallo. Queſti obbligava la Chieſa ad intraprendere, e proſeguire l' ingiunta Penitenza Canonica con diſtinte aſtinenze, con diſtinte pratiche. Queſti ſe ricadevano in nuovo delitto Canonico, non potevano più eſſere ammeſſi alla Penitenza pubblica, che da ciaſcuno poteva ſubirſi una volta ſola, *unam Pœnitentiam*, come dicea Clemente Aleſſandrino *l.* 2 *Stromat. p.* 15, i primi potevano eſſer ammeſſi, quante volte volevano. I veri rei dopo la Penitenza pubblica erano *Irregolari*, non così gli altri. Ad eſſi da alcuni Canoni in qualche caſo fu vietato l' ammogliarſi dopo tal Penitenza; i volontarj in niun caſo furono proibiti. Non è egli dunque evidente, che tutta queſta diverſità di Diſciplina era impoſſibile ad eſeguirſi, ſe non aveſſe ſaputo la Chieſa, e diſtintamente, quali facevano Penitenza pe' lor peccati, quali per lor Divozione? Quali poi per tal peccato, quali per tal altro? perchè diverſo tempo, diverſe regole eran preſcritte a cadauno delitto Canonico. Ed ecco ſempre inevitabile la manifeſtazione del reo occulto, moſtro il più peſtifero, che in tutto lo ſpirito della Chieſa, anzi dell' Evangelica Legiſlazione finger ſi poſſa. Eh via! paradoſſi di ſpiriti melanconici, direbbe S. Cipriano, che nella Sinodica del Concilio Cartagineſe ſecondo, favellando appunto del foro eſterior della Chieſa nell' imporre a caduti la pubblica Penitenza, *Nos* (ſaviamente avvertiva) *in quantum nobis & videre, & judicare conceditur, faciem ſingulorum videmus, cor ſcrutari, & mentem perſpicere non poſſumus. De his judicat occultorum ſcrutator, & cognitor*. Quindi il Pontefice Benedetto XIV (*Encycl. ad Epiſcopos Galliæ an.* 1756.) nella ſagra erudizion verſatiſſimo ne fiſsò dopo la ſentenza di tutti i Teologi, che la Chieſa mai niega la Comunione pubblica de' ſagri Simboli, benchè reputi alcuna volta reo di occulto delitto, chi alla ſagra menſa s' accoſta: *Eccleſia eum idcirco a Sacra Menſa non repellit, dum ipſum licet peccatorem in conſpectu Domini reputet, non tamen in proprio tribunali publicum, atque notorium Peccatorem agnoſcit*. Dee averſi dunque a ſentimento ben certo, che la ragione, i fatti, l' autorità altamente reclamano, anzi annientano il Paradoſſo, che Diſciplina mai foſſe *della Chie-*

externo etiam illi ſedeant Judices, qui ſacris non ſunt initiati. Illi enim Chriſti, hi Eccleſiæ perſonam ſuſtinent: illi Deo, hi Eccleſiæ illatas injurias perſe-

---

ſa di Dio (notiſi non di qualche Chieſa particolare, che cader poſſa in aſſurdo) l' imporre pubblica Penitenza per occulti Peccati.

Erano dunque, non v' ha dubbio, i ſoli *pubblici* Peccatori alla Canonica Penitenza ſoggetti. Ma ſi continuerà a dimandarmi, ſe qualunque peccato pubblico alla pubblica Penitenza veniva aſſoggettato dalla univerſal diſciplina Eccleſiaſtica? Che debbo io dirne? Ho già ſopra accennato, che alcuno potrebbe garantirſi coll' autorità ſpecialmente del Concilio Niceno, ad aſſerire, che i ſoli pubblici Apoſtati dalla Criſtiana Religione foſſer quivi compreſi. Ma ove ſi tratta di piantar principj, che debbono poi tirarſi a conſeguenze contro Fleury, non vo' giovarmi di ſentenze, che poſſano plauſibilmente oppugnarſi. Concederò dunque alla comune de' migliori Eruditi, che dir ſi poſſano aſſoggettati dalla Chieſa alla pubblica Penitenza non ſolamente gli accennati Apoſtati, ma gli *Omicidi* anche, e gli *Adulteri*, che le tre ſpecie formano de' Peccati (come dicono) Canonici. E di vero di molto ſtabili fondamenti non è priva queſta ſentenza. L' uniformità, che ſi ſcorge in quaſi tutti gli antichiſſimi monumenti Penitenziali (trattane ſpecialmente l' Epiſtola Canonica di S. Pietro Aleſſandrino dell' anno 3 6, che alla ſola Idolatria, e ſue ſpecie diſtendeſi, *Tom. I Concil. pag. 936.*) nel comprendere tutte tre le riferite ſpecie di pubblici peccati, e la diſciplina della Chieſa Romana, che da Tertulliano, e dalle da noi citate Decretali di S Innocenzo, e S. Celeſtino ſi rileva, che gli Adulteri vi compreſeſſe; forti argomenti ſono a far riſultare la giuſta idea della univerſal diſciplina in queſto punto. (Vedaſi il Morino *l. V de Pœnit. c.* 4, 5.) Ma che di più gli altri, benchè pubblici Peccatori, foſſer mai dalla Chiſa compreſi nelle Canoniche Penitenze, ſpecialmente ne' primi ſecoli, de' quali contro Fleury ragioniamo, vi è certamente chi lo ha detto, (e qual è, dicea Cicerone, sì aſſurda coſa, che non l' abbia detta qualcuno?) ma non ſi è mai dimoſtrato, nè ſi moſtrerà mai, ſe non col ſolito Paralogiſmo di arrecare alcun uſo di qualche Chieſa particolare, di qualche tempo, a prova della Univerſal Diſciplina, di tempo diverſo. Notate però, che la ſentenza, che quì impugniamo, ha anche meno ſeguaci dell' altra *de' peccati occulti*, di cui finor ragionammo: e a tutta ragione; poichè ben avverte il Sig. Tournelli, recente erudito, e quivi accurato Scrittore: (*Tract. de Pœn. quæſt.* 8, *act.* 3, *Concl.* 1.) *Neque veteres Scriptores, qui tertio Eccleſiæ ſæculo floruere, Tertullianus, S. Cyprianus, Origenes, S. Gregorius Thaumaturgus; neque Concilia, quæ initio quarti ſæculi celebrata ſunt, alia peccata, præter tria graviſſima Idololatriam, Homicidium, Adulterium, eorumque ſpecies manifeſtas Pœnitentiæ addicunt.* E le aggiunte, che ſeguentemente ſi fecero, aliene ſono dal noſtro ſcopo, perchè varie di tempo, di qualità, di autorità, e per lo più recenti. Gli autorevoli monumenti, che la ſpoſta ſentenza confermano ſono tra gli altri S. Cipriano in più luoghi (*l. de lapſis*) Ep. Cleri Rom. (*Cyprian.* 31.) i Concilj d' Elvira an. 3 4, di Neoceſarea, (*Tom I Concil. p.* 1484.) Leodicea, e Toletano I, (*Tom. I. Conc. p.* 1213.) S. Gregorio Niſſeno, (*Op. p.* 953.) Tertulliano, (*l. de Pudicitia*, c. 5, 12.) S. Agoſtino ſoventemente, S. Paciano, S. Leone. Vedagli chi n' ha deſio, che a me non conviene quì riferirli. Conchiuderò intanto, che la diſciplina della Chieſa de' primi ſecoli, che Fleury tanto invidia pe' ſommi vantaggi della Canonica Penitenza, vi ſottoponeva ſoltanto i pubblici Idolatri, Omicidi, Adulteri. Nè recar dee meraviglia, che queſte ſole ſorgenti sì abbondevol meſſe di Penitenti pubblici ne preſentino nelle memorie de' primi ſecoli. *I ſoli* Idolatri, che forman quivi il più frequente ſpettacolo, biſogna confeſſare, che in queſti tempi di Perſecuzione erano molti. *Molti* niegando l' Autore della Veneranda loro Religione ſi inducevano a ſacrificare a' buglardi Dei delle genti. S. Cipriano ſuddetto (*ep.* VI.) parlando della perſecuzione di Decio, ſi duole, che maſſima parte del ſuo gregge, e porzione del Clero foſſer miſeramente caduti: Dice altrove (*l. de lapſis*) *Ad prima ſtatim verba minantis inimici*

maxi-

ſecuntur. Illi nonniſi ex Spiritus Sancti illapſu (cùm Sacerdotio imbuuntur) vicariam Chriſti perſonam ſibi induunt, hi ab Eccleſiæ ſuffragiis ſatis habent, ut

maximum fratrum numerum fidem ſuam prodidiſſe. Non expectaverunt ſaltem, *ut interrogati negarent, ut aſcenderent apprehenſi. Ante aciem multi victi ... ultro ad forum currere &c.* Ed il Clero Romano preſſo S. Cypriano ſteſſo: (*ep.* 31.) *Aſpice* (dicea) *totum orbem pene vaſtatum, & ubique jacere dejectorum ruinas, & reliquias*. Nelle ſeguenti perſecuzioni del ſecol IV è a dirſi lo ſteſſo: (Vedanſi i Canoni del Concilio Ancirano, e ciò che ne dice Baronio all' anno 314, §. *Quod autem actum ſit*) è lo ſteſſo de' tempi ſeguenti, quando gli Eretici perſecutori ſuccedono agl' Infedeli. Reſtituita però la pace alla Chieſa dopo la perſecuzione, molti di queſti infelici caduti ritornavano ad eſſa, e ſoffrivano la dilazione, che da cauti Veſcovi ſi poneva alla Reconciliazion loro ne' primi tempi, o ſubivano le ſtazioni Canoniche ne' ſeguenti.

Si richiamino adeſſo alla mente le tanto ſpecioſe coſe, che contro l' uſo moderno di amminiſtrare la Penitenza ha dette il Fleury, e gl' infocati deſiderj, che egli ha moſtrati in tanti luoghi della diſciplina de' primi ſecoli ſu queſto punto. Rammentiamci, quanta occaſione ha quindi di vituperare i divoti Pellegrinaggj, le ſacre Indulgenze, i moderni Teologi ec., e figuratevi, che commoſſo da tanti lamenti, e perſuaſo da tante apparenti ragioni tutto il Mondo divenga in un momento Fleuriano, e voglia di propoſito abbracciar quivi i di lui penſamenti: ecco toſto riformata tutta la diſciplina della Liturgia: ecco diviſe all'antica le ſacre funzioni, l' amminiſtrazione della parola, e de' Sacramenti; ecco tutte atterrate le moderne fabbriche de' ſagri Templi, e ſoſtituite delle nuove colle porte volte all' Oriente, con un ſolo Altare (nella guiſa, che non ha molto acconciò la ſua Chieſa un Gianſeniſta in un Paeſe di queſto Mondo) co' *Veſtiboli*, co' *Narceti*, e cogl' *Impluvj*, e con tutte le altre diviſioni neceſſarie per le ſtazioni Canoniche. Ecco che i Preti comunicano alla Meſſa del Veſcovo, I Diaconi invigilano al regolamento eſterno del Popolo ec.: ecco riformato il Mondo ſul gran modello de' primi ſecoli. Idea ſpecioſiſſima, che allucinò tanto gli ultimi Autori della falſa Riforma. Or ſu via. Si conducano una volta i Penitenti alle preparate ſtazioni; ſi conducano gl' Idolatri; ſi ricerchino i pubblici, notorj omicidi, i pubblici Adulteri. Ma quanto a' caduti nell' Idolatria non ſo ſe ſarà facile ritrovargli. Quanto agli Omicidi volontarj, e notorj, noi non ſiam più adeſſo ne' tempi della legge *XVIII*, *c. de Tranſact.* nella quale diceaſi: *Tranſigere, vel paciſci de crimine capitali . . . prohibitum non eſt*: e della ragione che ne allegavano i Legiſti nella Legge I, *de bonis eorum qui ante ſent.* cioè: *ignoſcendum Principes cenſuerunt ei qui ſanguinem ſuum qualiter qualiter redemptum voluit*. I tempi barbari, che con le pecuniarie redenzioni di pena, colle fazioni, le prepotenze, e altri mezzi aprivano un facil adito a' rei di pubblico omicidio per deludere il rigore delle leggi umane, ſono omai paſſati a dì noſtri. La ſaviezza, il regolamento vegliante de' Magiſtrati, e l'ordinata attività delle Potenze Laiche impongono a' notorj omicidi Penitenza ben più grave della Canonica, onde ſi ſtenta a trovare chi porre nelle ſtazioni per queſto Capo. E i pubblici Adulteri come ſi vedon frequenti? Dia uno ſguardo ciaſcheduno al Paeſe, in cui vive; cerchi in eſſo i Criſtiani pubblici Idolatri, gli Omicidi impuniti, gli Adulteri *manifeſti*, e tutti quei di coſtoro, che troverà, ſe gli figuri poſti in Penitenza Canonica dopo avere ſconvolta per ciò fare tutta la diſciplina preſente. Io ſon certo, che a tal viſta non vi farà che ſi trattenga dall' eſclamare: Oh! tanti bei diſcorſi, tante ſpecioſe ragioni, tanti rumori perpetui del Fleury, e di chi penſa con eſſo per mettere finalmente in Pubblica Penitenza coſtoro. Ecco tutto lo ſvantaggio della diſciplina preſente ſu queſto punto, tanto declamato da certi ſpiriti ſingolari de' noſtri tempi. Vedaſi quanto in pratica egli è vero, che chi ſi ponga a cenſurare *quod univerſa per orbem frequentat Eccleſia*, può ben addurre degli ſpecioſi ſofiſmi, atti a ſedurre gli ſpiriti piccioli, i lettori ſuperficiali; ma non può mai aver dal canto ſuo la ragione. Il ſoſtanzial pagamento, che Dio richiede dal

ut Vicario Eccleſiæ muneri ſuccedant (*m*).

§. VI. Atque hic nobis aperiuntur fontes, unde reſervationum jura haurire

---

Peccatore, ſi è la Penitenza, la Converſione del cuore inteſa in tutta la ſua ſignificazione; e quindi è più ridicola, che giuſta l'inſultante comparazione *del Creditore, che faccia la quietanza prima del pagamento*, addotta dal Fleury. Quando il Sacro Miniſtro dà la Sacramentale Aſſoluzione ad alcuno, che prudentemente crede contrito, fa la quietanza ad un che ha già pagato; ed anche poca Teologia baſta a capirlo. Il ſentimento in mille luoghi dello dello Spirito Santo ſi è, che *Impietas impii non nocebit ei in quacumque die converſus fuerit ab impietate ſua*. Ed il ſentimento della Chieſa ſempre ben più autorevole di quello del Fleury, e di ogni privato Scrittore è quello eſpreſſo da S. Leone *Ep. 97 ad Theodor. Miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera converſio*. In oltre egli è noto che nell'antichiſſima diſciplina a'libelli dati dai Martiri in favore d'un Penitente, purchè s'uſaſſe moderazione, ſi rilaſciava la di lui Penitenza Canonica, e ciò andava all'abuſo, come può vederſi in mille luoghi di S. Cipriano. Se dunque la ragione del Fleury, (*Diſſ. 2, n. 16.*) *Che il peccato non è come un debito pecuniario, che ogni altro poſſa pagarlo in iſconto del debitore*, pendaſi in tutto il rigore di chi la porta, proverà più contro l'antica diſciplina de'libelli, che contro le Indulgenze, alle quali ſempre è ingiunta un'opera da praticarſi da chi vuole acquiſtarle, (I libellarj non ſi ſa, che doveſſero fare altro, che prendere il libello, e portarlo al Veſcovo) e ſingolarmente la Contrizione del cuore, che non ammette ſoſtituzione di pagatore: e ſe conclude il Diſcorſo del Fleury, tanto *le diſcipline, che un S. Monaco ſi faceva per un tal peccatore*, quanto il ſangue che per lui ſpargeſſe un Martire, non ſono *per un tal peccatore penitenze medicinali*. Ma niente quì ragionando di quella ſoddisfazione, che dal Sacro Miniſtro imponeſi al Penitente, la giuſta dottrina, della quale più chiaro uſo bramerei fatto quivi dall'Autor noſtro è quella del Concilio di Trento, (*Seſſ. 14, de Pœn. c. 8.*) confermata dal di lui Catechiſmo, (*de Satisfact.*) che la ſoddisfazione non ha la ſola proprietà di medicinale, ma è anche ſoddisfattoria, compenſatoria dell'Offeſa a Dio fatta; e ſotto queſt'ultimo riguardo, può bene darſi il caſo, che venga ad applicarſi per uno da un altro, e molto più ſupplirſi dalla Chieſa del teſoro de' meriti di Gesù Criſto e de'ſuoi Santi, che l'erario formano delle Sacre Indulgenze. Notate per ultimo, che anche la preſente diſciplina Eccleſiaſtica, anche i placiti del Concilio di Trento, e del Rituale Romano a confeſſione di Vaneſpen, pubblica Penitenza ai pubblici Peccati preſcrivono.

(m) Reſtat, ut nonnulla etiam de Abſolutione cenſurarum dicamus. Habe ea ex Berard. *l. c. Cap. XI.* Quæ potiſſimum obſervanda ſunt, ſpectant ad poſtremum delendarum cenſurarum modum, qualis eſt abſolutio, quæ fit cum cenſura vera cenſura eſt, & jam rite inflicta, ac damnatus devoto animo ad Eccleſiam confugit pœnitentiæ ſigna exhibens atque ad ſatisfaciendum paratus. Locum habet in univerſis cenſuris perſonalibus: at in interdicto locali non proprie abſolutio, ſed relaxatio dicitur cauſa cognita, *Cap. 10, de ſent. excom. in 6.* Cæterum nihil ſingulare in hac relaxatione obſervandum occurrit, cum eidem fere omnia conveniant, quæ traduntur de abſolutione a cenſuris perſonalibus. Quamobrem ſatis erit de abſolutione dicere, ut quæ de ea tradentur, ſervata proportione relaxationi accommodentur, niſi quædam identidem occurrant ſingulari ratione relaxationi localis interdicti accommodanda.

Igitur quod ad eos attinet, qui poteſtatem habent abſolvendi a cenſuris, generaliter ſtatui poteſt, eos qui poſſunt cenſuras ferre, poſſe etiam a cenſuris abſolvere, non tamen e converſo omnes qui nequeunt ferre cenſuras, abſolvere non poſſe. Item generaliter verum eſt, quoſcumque Sacerdotes facultatem habere a quibuſcumque cenſuris abſolvendi, cum cenſura notatus in extremo mortis periculo eſt conſtitutus, argumento *Cap 25, de appellation. Cap. 11, §. 1, de officio jud. ordin.* Concilio Tri-

rire poſſimus. Nam cum Eccleſiæ ſit ſuas injurias condonare, (quid Eccleſiæ nomen ſibi velit ſatis jam dictum eſt) atque hoc negotium aliis etiam mandare poſſit, quid vetat Eccleſiam ſua mandata modo latioribus, modo brevioribus terminis circumſcribere? At cur, inquis, hæ reſervationes locum ha-

---

Tridentino *Seſſ.* 14, *de Pœn. Cap.* 7. Immo etiam ubi deeſſet copia Sacerdotis, & quis cenſura notatus moreretur, facti pœnitens, eoque animo, quo paratus eſſet ad ſatisfaciendum Eccleſiæ, abſolutus coram Deo decederet, ut ut apud Eccleſiam adhuc tamqnam cenſuræ obnoxius haberetur, *Cap.* 28, *de ſent. excom.* Præterea generaliter dici poteſt, eum qui poteſtate abſolvendi deſtitutus nihilominus abſolvit, nihil penitus agere, *Cap.* 11, *de privileg.* quin obſtet, quod ibidem legitur, abſolutos *reduci* debere in cenſuram; etenim reductio illa non in jure conſiſtit, ſed in facto, quaſi dictum fuerit, eos in eadem cenſura permanere debere, a qua cum ſe revocatos crediderint, tamquam ſolutos ſe geſſerunt. Ut vero propius ad rem accedamus, dixero, non omnes poſſe a cenſuris abſolvere. Nimirum diſtinguendum in primis inter cenſuras latas ab homine, & cenſuras latas ab jure. Si latæ ab homine proponantur, is tantum qui eas tulit, non inferior, ne in interno quidem foro, ab Ipſis abſolvet, *Cap.* 11, *de privileg.* eo defuncto ad ſucceſſorem in dignitete abſolutio pertinebit, *Cap.* 11, §. 1, *de offic. judic. ordinar.* ex quo deducitur, etiam Capitulum Sede vacante eſſe notatos ab Epiſcopo abſoluturum, *Cap. un. de major. & obed. in* 6. Quod ſi de Superiore agatur, diſtinguendum eſt inter Epiſcopum abſoluturum eos, qui notati ſunt ab inferiore Prælato in Diœceſi Epiſcopi conſtituto, & inter Metropolitanum, ſeu alium Epiſcopum Superiorem, qui abſoluturus eſt notatum ab Epiſcopo. Si de Epiſcopo agitur nulla dubitatio eſt, quin abſolvere indiſcriminatim poſſit notatum a Prælato inferiore conſtituto in Diœceſi, neque enim egreditur tunc Epiſcopus Ordinarii qualitatem, dummodo Prælatum inferiorem certiorem reddat, & curet, ut abſolutus inferiori Prælato ſatisfaciar, *Cap.* 3, *de off. jud. ord.* Si agatur de Metropolitano, vel alio quocumque Epiſcopi ſuperiore, is tum demum abſolvere poterit a cenſura inflicta ab Epiſcopo, cum cauſa per appellationem, aut querelam ad ſuum tribunal deducta fuerit, *Cap.* 8, 9, *de off. ordin. Cap.* 1, *eod. tit. in* 6, *Cap.* 40, 48, *de ſent. excom. Cap.* 1, 7, & 1, *eod. tit. in* 6, *Cap.* 3, *verſu Sententias*, *de appell. in* 6, quamquam id olim fieri in Concilio Provinciali ſoleret, *Can.* 2, 4, 5, 30, 34, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3, quo tamen caſu Metropolitanus debet conceſſæ a ſe abſolutionis conſcium Epiſcopum reddere, dicto *Cap.* 3, *de off. jud. ordin.* Nihil autem prohibet quominus etiam pendente appellatione Epiſcopus valeat abſolvere, *Cap.* 8, *de off. jud. ord. Cap.* 10, *de appell. in* 6: immo Metropolitanus, aut alius ſuperior tenetur appellantem ad Epiſcopum remittere abſolvendum, quo caſu juſte fuiſſet cenſura notatus, *Cap.* 40, *in fine de ſent. excom. Cap.* 7, *eod. tit. in* 6. Quod ſi cenſura notatus apud Superiorem conqueratur in cauſa appellationis irritam fuiſſe cenſuram ab Ordinario latam, tunc erit etiam ſine abſolutione audiendus, ne alias contingat probata nullitate, abſolutionem vacuam reddi, niſi eligat Metropolitanus abſolvere ad cantelam, quæ abſolutio ſemper concedi ſolet, ubi quis appellatione propoſita de injuſtitia cenſuræ queritur, dicto *Cap.* 40, & dicto *Cap.* 7, *Cap.* 36, *de off. jud. deleg.* Cæterum non obſtante appellatione apud Superiorem introducta, atque abſolutione ab eodem Superiore conceſſa, poterit adhuc Epiſcopus iterum cenſuram inferre, ſi reus in crimine pervicax perſeveret, *Cap.* 6, *de offic. jud. ord.* Quæ de Epiſcopis, & de Prælatis ſuperioribus dicta ſunt, facile etiam accommodantur Sedis Apoſtolicæ Delegatis. Etenim ſi Delegatus cenſuram intulerit, ad eum tantum abſolutio ſpectat, vel ad delegantem, aut ad Succeſſorem in eadem delegatione, *Cap.* 11, §. 1, *de off. jud. ord. Cap.* 26, *de off. jud. deleg.* ex quo liquet intra annum tantummodo hanc abſolvendi facultatem in Delegato perdurare. Item Delegatus poteſt abſolvere a cenſura, de qua quæſtio eſt apud eum, vel quæ impediret

Digitized by Google

habent etiam in foro interno, ipſorumque Sacerdotum poteſtatem minuunt juxta Canonem ſecundum Concilii Tridentini *Seſſ.* 14, *de Sacramento Pœnitentiæ* ? *Si quis dixerit Epiſcopos non habere jus reſervandi ſibi caſus, niſi quoad externam politiam, atque ideo caſuum reſervationem non prohibere quominus Sacerdos a reſervatis vere abſolvat, anathema ſit*. Hoc fit tum quia qui lædit Eccleſiam, Deum etiam lædit, tum quia Deus nemini ignoſcit, qui prius reconciliationis gratiam ab Eccleſia non iniit. Cæterum ea tantum crimina, quæ Eccleſiæ injuriam conflant, reſervationibus eſſe obnoxia, patet ex eo; quod neque peccata, quæ cenſuram comitem, ac ſociam non habent, neque ſcelera intimo animo, & corde concepta, licet graviſſima, Eccleſia ſolita fuerit reſervare. (*n*) Hinc Concilium Tridentinum *Seſſ.* 14, *de Sacram. Pœnit. c.* 7. *Magnopere ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinere Sanctiſſimis Patribus noſtris viſum eſt, ut atrociora, & graviora crimina non a quibuſvis, ſed a ſummis tantum Sacerdotibus abſolverentur : unde merito* Pon-

---

diret certam perſonam, ne Delegatus in cauſa procederet, *Cap.* 21, §. *Sexta*, *de off. jud. deleg.* Immo & Delegatus nunquam denegare poterit abſolutionem, quæ petatur ad cautelam, niſi adverſarius opponat, aliquem eſſe cenſura notatum ob crimen manifeſtum, & probet intra terminum competentem, dicto *Cap.* 21, ideſt intra octo dies, *Cap.* 2, & 7, *de ſent. excom in* 6, quamquam hodie obtinuerit, ut indiſcriminatim abſolutio ad cautelam concedatur, dummodo cautiones de ſatisfaciendo præſtentur. Hæc vera ſunt, ſi cauſa cenſuræ in judicium delegationis veniat: nam ſi forte quis cenſura notatus fuerit ob aliam cauſam, quæ apud delegatum non fuerit inſtituta, cenſura notatus ad ſuum Ordinarium erit remittendus dicto *Cap.* 21, *de off. jud. deleg.* Porro illud quoque in hac re veriſſimum eſt, eos omnes qui ordinario jure abſolvere poſſunt, poſſe alteri abſolvendi auctoritatem mandare, argumento *Cap.* 4, *de off. leg.* eſt enim hæc poteſtas juriſdictionis, quæ ſuapte natura alteri committi valet.

Quod ſi agatur de cenſura inflicta ex juris poteſtate, quam latæ ſententiæ appellant, multum intereſt, an ſit cenſura improprie dicta, quæ ſcilicet ad determinatum tempus illata ſit, & vices habeat pœnitentiæ, vel pœnæ, an cenſura proprie ſit, & in tempus indefinitum concepta. Si de cenſura impropria agatur, is tantum delere cenſuram poterit, qui valet ab jure diſpenſare, quandoquidem cenſuræ illius ſolutio, diſpenſatio potius legis eſt quam vera abſolutio. Si de cenſura proprie dicta ſermo ſit, multo iterum intereſt, an ſententia declaratoria fuerit ab judice pronuntiata, an minus. Si ſententia jam pronuntiata fuerit, ad eum abſolutio pertinet, qui ſententiam declaratoriam pronuntiavit, niſi ſpecialis obſtet reſervatio gratia Prælati ſuperioris; idem enim obſervatur in propoſito, quod viget, ubi cenſura ab judice ipſo lata fuiſſet, qua judex ſententia ſua alterius cujuſcumque juriſdictionem cenſuram publicando, ſive palam denuntiando prævenerit. Quod ſi nulla facta eſt denuntiatio, quod ut plurimum in occultis criminibus evenit, ego puto, unumquemque Sacerdotem, qui ſit facultate præditus abſolvendi a peccatis, poſſe etiam a cenſuris abſolvere, niſi obſit ſpecialis reſervatio. Revera præterquamquod id demonſtrat quotidiana Eccleſiæ Praxis, qua conſtat, Sacerdotes, antequam abſolvant a peccatis, abſolvere ab omnibus cenſuris, perſpicuum deducitur argumentum ex *cap.* 29, *de ſent. excom.* ex quo diſcimus conditorem canonis eo ipſo conceſſiſſe videri aliis relaxandi facultatem, ſtatim ac eam ſibi ſpecialiter non reſervavit &c. Vid. eundem *l. c.*

(n) Van-Eſpen *in Tract. Hiſtorico Canonico de cenſuris Eccleſiaſticis c.* 11, §. 6. Nunc pro regula receptum eſt, nullum eſſe caſum Papæ reſervatum, qui non habeat cenſuram annexam reſervatam.

(o)

Pontifices Maximi pro ſuprema poteſtate ſibi in Eccleſia univerſa tradita, cauſas aliquas criminum ſuo potuerunt peculiari judicio reſervare. Neque dubitandum eſt, quando omnia, quæ a Deo ſunt, ordinata ſunt, quin hoc idem Epiſcopis omnibus in ſua cuique Diœceſi in ædificationem tamen, non in deſtructionem, liceat pro illis in ſubditos tradita ſupra reliquos inferiores Sacerdotes auctoritate, præſertim quoad illa quibus Excommunicationis cenſura annexa eſt. Hanc autem delictorum reſervationem conſonum eſt Divinæ auctoritati non tantum in externa politia, ſed etiam coram Deo vim habere. Neque ullum tibi ſcrupulum injiciant vox illa *præſertim*, nonnullæque reſervationes Epiſcopales eorum etiam peccatorum, quæ nulla cenſura ſunt notata. Nam cum ſuperioribus hiſce ſæculis in Eccleſiam irrepſerint Presbyteri ad honorem, non ad rem, quique proinde nullum campum habent quem excolant, nullas oves, quarum curam gerant, cumque materia omnis, in qua eorum ſeſe exercet poteſtas ſit precaria, nil eſt quin hiſce non poteſtas divinitus accepta, ſed materia ab hominibus precario habita vel ex toto, vel ex parte illis ſubtrahatur. (*o*) Nec verba illa, *pro illis in ſubditos ſuper reliquos inferiores Sacerdotes auctoritate* aliud ſibi velle videntur, quam Epiſcopos aliam auctoritatem habere cum agitur de Presbyteris (Parochis), qui a Deo & poteſtatem, & rem (*p*) acceperunt, aliam vero cum agitur de Presbyteris (ſimplicibus), qui poteſtatem quidem a Deo, ſed rem ab hominibus habent; non poſſe ab illorum ſellis nonniſi reos cenſuris irretitos arcere, ab horum vero judiciis etiam ſontes nulla cenſoriæ ſeveritatis nota inuſtos poſſe prohibere. Verum Reſervationibus ſuam dabimus dieculam, cum ad ſacram Pœnitentiariam ventum erit. (*V. Quæſt. XXXVIII.*)

QU.

(o) Van-Eſpen *p. 2, tit. 6, c. 7, n. 2.* Sicuti enim Epiſcopus poteſt Presbyterorum tam ſæcularium, quam regularium præſertim Parochiale beneficium non habentium, approbationem ad tempus limitare; ita eamdem quoad materiam ſeu peccata reſtringere poteſt.

(p) D. Hieronymus *in Epiſtolam ad Titum.* In Actibus Apoſtolorum ſcriptum eſt, quod cum veniſſet Apoſtolus Miletum, miſit Epheſum, & vocavit *Presbyteros* Eccleſiæ ejuſdem, quibus poſtea inter cæteros ſic locutus eſt: *Attendite vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos paſcere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit per ſanguinem ſuum.*

Digitized by Google

QU. XIII.

Excommunicatio quoſnam parit effectus?

§. I. M*Atthæi* XVIII Chriſtus ait: *Sit tibi veluti Ethnicus, & Publicanus*. Ergo ea omnia, quæ (*a*) Ethnicis, & Publicanis denegabantur, Excommunicatis etiam ſeu Anathematizatis deneganda. Atque hæc Chriſto ſic conſtituente. Eccleſia vero longius progreſſa eſt, atque Anathematizatos non ſolum ſacra, ſed etiam profana Chriſtianorum communione Ethnicis minime interdicta prohiberi voluit. (*b*) Quod ſane ſapientiſſime ab Apoſtolis

(a) Quantopere Chriſtiani abhorrerent ab Ethnicorum ſocietate, vide apud Tertull. *Apol. c.* 42, *l.* 2, *de cul. Fœminar. c.* 11, *p.* 155, 159, Concil. Illiberitan. *c.* 1, 2, 59, Cæcilium apud Min. Felic. *in Oct. p.* 346, *p.* 106, 308, 345, S. Cyprian. *ep.* 67, *p.* 170, edit. Oxon. Tertull. *de Spect. cap.* 4, *p.* 74.

(b) Binghamus *Orig. Eccleſiaſt. Lib. XVI, Cap. II, §. XI.* Syneſius in ante memorata excommunicationis formula non tantum loquitur de neganda *Andronico*, & ſociis communione in rebus ſacris, ſed in civili quoque commercio, & externa converſatione. Neminem enim ejuſdem cum excommunicatis iſtis tecti vel menſæ participem eſſe volebat, vetabatque ipſos viventes ſalutari, & mortuos ritibus ac cærimoniis inter Chriſtianos uſitatis deduci. Iſtæ præceptiones dabantur ad modum regularum Apoſtolicarum, quibus Chriſtiani publicis peccatoribus, in ſceleris perſeverantia obſtinatis, in civili etiam conſuetudine adſpirare prohibebantur. Cujuſmodi aliqua erat *Paulina* illa *I Cor. V*, 4. *Nunc ſcripſi vobis, ne commiſceamini. Si quis, quum frater nominatur, ſit ſcortator, aut alieni avidus, aut idololatra, aut convitiator, aut ebrioſus, aut rapax: cum ejuſmodi, inquam, ne edatis quidem.* Et iterum *Rom. XVI*, 17. *Precor vos, fratres, ut obſervetis diſſidiorum, & offendiculorum auctores, contra doctrinam, quam vos didiciſtis, & declinetis ab eis.* Et *II Theſs. III*, 14. *Si quis non auſcultat noſtro per epiſtolam ſermoni, hunc notate, & ne commercium habete cum eo, ut erubeſcat.* Et *Joannea* illa: *Si quis venit ad nos, & hanc doctrinam non adfert, ne recipite eum domum, nec ave ei dicite: qui enim dicit ei ave, communicat operibus ejus malis: II Joan. V*, 10, 11. Secundum has regulas, & ex rationibus, pro earum obſervatione hic allatis veteres ſeveras condiderunt leges ad prohibendam omnem familiaritatem cum hominibus excommunicatis in quotidiana converſatione, niſi abſoluta quædam neceſſitas, vel major aliqua, magiſque urgens conſideratio moralis aliter eos facere juberet. Concilium Toletanum primum quatuor, vel quinque canones hanc in rem habet. Sufficerit eorum primum interponere, verbis conceptum ſequentibus: *Si quis laicus abſtinetur, ad hunc, vel ad domum ejus clericorum, vel religioſorum nullus accedat. Similiter, & Clericus ſi abſtinetur, a Clericis devitetur. Si quis cum illo colloqui, aut convivari fuerit deprehenſus, etiam ipſe abſtineatur.* Concilium Arelatenſe ſecundum: *Suſpenſum Epiſcopum*, inquit, *non ſolum a Clericorum, ſed etiam a totius populi colloquio, atque convivio placuit excludi.* Et plures hujuſmodi canones alii in Conciliis Venetico, Turonenſi primo, & Aurelianenſi primo occurrunt, excommunicatos a conviviis fidelium excludentes. Canones Apoſtolici cum excommunicato, in domo etiam privata, orare ſub eadem excommunica-

ſtolis commendatum (I *ad Cor. V*, 4. *ad Romanos XVI*, 17. *ad Teſſal. III*, 14. *II Joan. V*, 10, 11.) tum ut Excommunicati pudore ſuffuſi ad ſaniora con-

---

nicationis pœna interdicunt. Quod ſi in manifeſta rebellione, & pœnitentiæ contemptu morerentur, tractabantur, ut omnes reliqui divinarum inſtitutionum contemptores, dum Chriſtianæ ſepulturæ honos, ac beneficium eis denegabatur. Nulla pſalmodiæ, & precum ſolemnitas in eorum exequiis adhibebatur, neque unquam inter fideles de diptychis recitabantur, quemadmodum in precibus ad altare fieri conſueverat. Hoc non ex iis tantum liquet, quæ a Syneſio dicuntur, ſed ex univerſo etiam tenore diſciplinæ Eccleſiaſticæ, quæ omnes eos, qui in aperta prævaricatione ac contemptu diem ſuum obeunt a Chriſtiani funeris privilegio excludit, quales erant Catechumeni, in voluntaria Baptiſmatis neglectione mortui, & qui violentas manus ſibi ipſis intulerant, & iſtiuſmodi alii, in impœnitentia, & deſperata animi conditione defuncti. Præterea id ex exceptione iſta apparet, quam antea obſervavimus fieri conſueviſſe in iſtorum pœnitentium gratiam, qui cum diſciplinæ eccleſiæ voluntarie, ac ſubmiſſe ſe ſubjeciſſent, de obtinenda ſui reſtitutione ſerio laborantes, ſubita morte erepti fuerant, antequam ſolemnem & formalem abſolutionem obtinere potuiſſent. Rebus ita ſeſe habentibus, canones, uti oſtendimus, eorum oblationes accipi, & exequias more Eccleſiæ uſitato celebrari permittebant. Quæ exceptio arguit, reliquis omnibus, in delicti, & delinquendi contumacia defunctis, hoc privilegium fuiſſe denegatum tamquam juſtam cenſurarum conſecutionem. Ut ne jam memoremus conſuetudinem excommunicatorum nomina diptychis, ſive albo eccleſiaſtico eradendi, qui proximus excommunicationis effectus erat, eoſque omnibus privilegiis futuræ commemorationis privabat, donec reſtituerentur.

Id certum eſt, quod, quoad hæc nomina excommunicatorum diptychis eradendi, ſive expungendi conſuetudo in Eccleſia Chriſtiana obtinuit, ſemper communionis negationem etiam poſt mortem complexa ſit. Non poterant habere Chriſtianorum, nec chriſtianam commemorationem inter eos, qui in vera fide, & unitate Eccleſiæ diſceſſerant; ſed tam viventes, quam mortui ab omni ſocietate ſacra pariter, & civili, excludebantur; quippe quæ res proximus effectus erat, & conſecutio vel voluntariæ, vel electæ, vel judicialis, & pœnalis excommunicationis. Ut enim has non prorſus ſteriles, ac inefficaces leges fuiſſe oſtendamus, ſæpius eas memorabili ratione in praxim deductas obſervare licebit. Irenæus ex ore eorum, qui ipſum Polycarpum audierant, ſe percepiſſe narrat, quod cum aliquando ipſe, & S. Joannes Apoſtolus lavandi cauſa balneum Epheſi eſſent ingreſſi, viſo intus Cerintho, Joannes ſtatim exſilierit de balneo, dicens: *Fugiamus hinc, ne forte balneum concidat in quo eſt Cerinthus veritatis inimicus*. Ejuſmodi hiſtoriæ ex Irenæo mentionem faciunt Euſebius, & Theodoretus. Epiphanius etiam eam fuſe narrat, cum hoc tantum diſcrimine, quod fuerit Ebion hæreticus, quem S. Spiritus impulſu ita averſatus ſit Joannes, ad commendandam ejus rei memoriam. Unde Cæſar Baronius utrumque hæreticum forte ſimul in balneis repertum, & de utroque Joannis verba intelligenda eſſe conjicit. Irenæus eodem loco hoc præterea de Polycarpo addit, quod Marcioni aliquando occurrenti ſibi, & dicenti: *Cognoſcis nos?* reſponderit: *Cognoſco te primogenitum Satanæ. Tantum*, inquit Irenæus, *Apoſtoli, & horum diſcipuli habuerunt timorem, ut nec verbo communicarent alicui eorum, qui adulteraverant veritatem, quemadmodum & Paulus ait: Hæreticum autem hominem poſt unam & alteram correptionem devita, ſciens quoniam perverſus eſt, qui eſt talis, & a ſemetipſo damnatus*. Similiter Ambroſius de certo quodam Judice Chriſtiano tempore *Juliani* obſervat, quod cum unum de fratribus ſuis, qui aram dejecerat, condemnaſſet, nemo illum congreſſu, nemo illum unquam oſculo dignum putaverit. Et Baſilius ſcribens ad Athanaſium de quodam Libyæ Præſide (quem Athanaſius ob ferinos mores excommunicaverat, eaque de re Baſilium more uſitato fecerat certiorem) adfirmat, averſandum, & execrabilem illum arbitraturos eſſe omnes, ita ut nec ignis, nec

Jus Pontificium. Z aquæ,

Digitized by Google

conſilia redirent, tum ne ipſo afflatu, ut ita dicam, & contactu alios polluerent; a poſteris autem tam ſancte cuſtoditum, ut qui Anathematizatorum congreſſus, conſuetudinem victus, ſermones non vitarit, eadem ac ipſi anathematizati ſcabie eos infici voluerint, atque anathematis pœnam aliis omnibus afflare, quorum ipſi uterentur conſuetudine, ac familiaritate. (*Can.* 7, 16, *& ſeq. Car.* 26, *& ſeq. Cauſ.* 11, *q.* 3.)

§. II. Verum cum hoc modo peſtis tam dira in infinitum ſerperet, (*c*) ſtatutum primum fuit ne anathematizatorum conſuetudo neceſſario, atque uti-

aquæ, nec tecti communionem cum illo ſint habituri. Innumera exempla iſtiuſmodi alia addi poterant, ſed unum tantum adjiciam exemplum *Monicæ* matris *Auguſtini* erga filium ſuum Manichææ hæreſi adhuc adhærentem. Ipſe Auguſtinus narrat, tantopere erronis filii blaſphemias averſatam eſſe, & deteſtatam, ut habere cum eo eamdem menſam in domo noluerit. Factum hoc ſecundum diſciplinam tum quidem in Eccleſia obtinentem, quæ peccatoribus non tantum communionem in rebus ſacris, ſed in civili etiam commercio, & vita communi, denegabat.

(c) Van-Eſpen. *Tract. Hiſtorico Canonico de cenſuris c.* 7, §. 3. Primis Eccleſiæ ſæculis cum rariores eſſent excommunicationes, hæc etiam a Civili, & communi commercio excommunicatorum ſervabatur, in quantum videbatur, & ad ſalutem ipſius Excommunicati confuſionem, & ipſorum fidelium a contagio criminis conſervationem eſſe conveniens, uti latius oſtendit Albaſpinæus. Vix dici poteſt, quam frequens decimo ſæculo, & ſequentibus uſus excommunicationum eſſe cœperit. Ut autem hæ excommunicationes effectum ſuum conſequerentur facilius, interdictionem commercii cum excommunicato tam in civilibus, quam in ſacris latiſſime extendebant, ſummoque cum rigore ſervaram volebant. Prætendebant inprimis, neminem poſſe excommunicato communicare, nequidem domeſticos, liberos, uxorem, neque excommunicato licere comparere in judicio, neque judicio experiri. Præterea cum juxta antiquos canones communicans cum excommunicato incideret in eamdem excommunicationem, cenſebant, quod rurſus communicantes cum hoc excommunicato in eamdem excommunicationem inciderent, & ita ulterius; ita ut ex hoc capite una excommunicatio plures ſæpe produceret excommunicationes, & ſic contagium hoc excommunicationis in infinitum quaſi traducebatur. Gregorius VII videns, quod ſcandala hæc excommunicatio produceret, dum ejus effectus tam late, tantoque cum rigore extenderentur, decretum edidit prioris reſtrictivum; in quo decreto, relato *in cauſ.* 11, *q.* 3, *can.* 103, *præfatus Pontifex, quod multos peccatis noſtris exigentibus, pro cauſa excommunicationis perire quotidie cerneret partim ignorantia, partim etiam nimia ſimplicitate, partim etiam neceſſitate*: His præmiſſis ſubjungit: *Devictus miſericordia, Anathematis pœnam ad tempus, prout poſſumus, temperamus.* Apoſtolica namque auctoritate ſubtrahit ab hoc vinculo *Uxores, liberos, ſervos, ancillas, ſeu mancipia, nec non ruſticos, & ſervientes &c.* Præterea in hoc ſuo decreto aliud temperamentum effectui excommunicationis contrahendæ per communionem cum excommunicato induxit per hæc verba ſui Decreti: *ab anathematis vinculo liberamus eos, qui communicant cum eis, qui communicant cum excommunicatis.* Pontifices ſucceſſores Gregorii non tantum probarunt hoc Decretum in perpetuum, verum etiam amplius mitigarunt, & contraxerunt: a proximo niſi ſit in ipſo crimine excommunicati communione ſtatuerunt contrahi ſolam excommunicationem minorem. Temperamentum autem præcedentibus efficacius attuliſſe dicitur Concilium Conſtantienſe ſub Martino V celebratum ineunte ſæculo XV, Conſtitut. *Ad evitanda*, in qua evitandi decernuntur ſolum excommunicati publice, & nominatim denuntiati, ac publici, & notorii Clericorum percuſſores. Quamvis vero Fagnanus probare conetur evitandos etiam eſſe quoſcumque, qui facti notorietate certo dignoſcuntur in excommunicationem incidiſſe juxta poſteriorem ſanctionem Concilii Lateranenſis V, *ſeſſ.* 11, ejus tamen doctrina communiter rejecta non eſt, cum utique moribus ſit recepta laudata Conſtitutio *Ad evi-tan-*

Digitized by Google

utili convictui ac ſocietati obeſſe poſſet, (*c.* 103 *eod.*) poſtea decretum ne excommunicationes, quæ ex communione cum excommunicatis ortæ eſſent, primos prætergrederentur, neve ad ſecundos manarent; (*can. eod.*) tum ſancitum, ne amplius excommunicatio major, ſed tantum minor eorum qui cum Excommunicatis conſueſſent, capiti impenderet, *can.* 19, *cauſ.* 11, *q.* 3, *c.* 2, *de Except.*: tandem eo ventum eſt, ut eorum tantum Excommunicatorum, qui nominatim renuntiati ſunt, & ſpeciatim deſignati, quive eam vim Clerico intulerint, quæ adeo manifeſto crimine conſtricta teneatur, ut nullus ſuperſit evadendi locus, conſociatio minoris excommunicationis lata ſententia interdicatur vi *Extr. ad evitanda*, quæ laudatur a D. Antonino, quæque a Martino V lata eſſe dicitur in Concilio Conſtantienſi, licet nulla ejuſdem in illius Concilii Actis mentio occurrat.

§. III. Habe illam. *Ad evitanda ſcandala, & multa pericula, ſubveniendumque conſcientiis timoratis, quod nemo deinceps a communione alicujus in ſacramentorum adminiſtratione, vel receptione, aut aliis quibuſcumque divinis, vel extra, prætextu cujuſcumque ſententiæ, aut cenſuræ Eccleſiaſticæ, ſuſpenſionis, aut prohibitionis ab homine, vel a jure generaliter promulgatæ, teneatur abſtinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Eccleſiaſticum obſervare, niſi ſententia, prohibitio, ſuſpenſio, vel cenſura hujuſmodi fuerit in, vel contra Perſonam, Collegium, Univerſitatem, Eccleſiam, aut locum certum a Judice publicata, vel denuntiata ſpecialiter, & expreſſe. Salvo ſi quem pro Sacrilega manuum injectione in Clericum, in ſententiam latam a Canone adeo notorie conſtiterit incidiſſe, quod factum non poſſit aliqua tergiverſatione celari, neque ullo ſuffragio excuſari. Nam a communione illius, licet denuntiatus non ſit, volumus abſtineri juxta Canonicas ſanctiones.*

§. IV. Verum extravagantem illam, (cujus jure hodie utimur) quæ ad ſcrupulos evellendos lata fuit, expendenti plurimi mihi ſcrupuli oborti ſunt. Ac primum quidem ibi ſtatuitur: Ut nemo deinceps a communione alicujus in Sacramentorum adminiſtratione, vel receptione, aut aliis quibuſcumque divinis prætextu cujuſcumque ſententiæ vel cenſuræ Eccleſiaſticæ ab homine vel a jure generaliter prolatæ teneatur

tanda. Illud tamen, quoad hanc Martini V Conſtitutionem *Ad evitanda* mirum videri poteſt, quod cum ab eo Pontifice in Conſtantienſi Concilio edita fuiſſe dicatur, nulla tamen illius mentio vel minima occurrat ſive in Actis ejuſdem Concilii, quæ ab Hermanno Vonderhard collecta, & ſex Voluminibus in folio edita fuerunt, in quibus minutiſſima quæque habentur, quæ ſingulis diebus in Concilio geſta aſſeruntur, ſive in tot aliis monumentis ad idem Concilium pertinentibus, quæ extant in Labbeana Conc. coll., ſive in aliis nuperrime prolatis a Dominico Manſio in ſuo Supplemento *T. IV.* Quare tota illius Conſtitutionis auctoritas deſumitur ex teſtificatione S. Antonini, qui eam per extenſum refert tum *in 3 part. ſuæ Summæ Hiſtorial. t.* 22, *c.* 6, §. 4, tum etiam *in tertia parte ſuæ Summæ Theologicæ tit.* 25, *c.* 2, 3, ubi eorum dicta refellit, qui vel aſſerebant propoſitam quidem in Concilio fuiſſe prædictam Conſtitutionem, ſed Fratrum ſuffragiis, & Italicæ præſertim nationis ſententia fuiſſe rejectam, vel etiam ita editam fuiſſe, ut ad quinquennium dumtaxat vigere deberet; contra quos docet, eamdem non modo propoſitam, ſed etiam acceptatam in Concilio fuiſſe, eique perpetuam vim, & auctoritatem fuiſſe tributam; quarum rerum teſtem appellat Julianum tunc Auditorem Cameræ Apoſtolicæ, deinde Cardinalem S. R. E. inſignem illius ætatis virum, & Juriſprudentia maxime celebratum. Vide Benedictum XIV *de Synodo Diœceſana l.* 12, *c.* 5, §. 4.

tur abſtinere. (*d*) Verum hæc divino juri adverſari mihi videntur. Nonne Chriſtus ait, *Sit tibi tamquam Ethnicus, & Publicanus?* Nonne a communione Ethnicorum in ſacris atque divinis abſtinere tenemur? Quid ni igitur etiam a communione Excommunicatorum, præcipue eorum, qui non ſolum ex ſententia Eccleſiæ, ſed etiam ex ſententia Chriſti anathematizati ſunt, hoc eſt eorum, qui nullo modo adduci poſſunt, ut Eccleſiam audiant? Do, Ec-

---

(d) Benedict. XIV *de Synod. Diœceſan. l. 6, c. 5.* Quantum Eccleſia abominata fuerit Catholicorum cum Hæreticis conſortia, plane liquet ex ep. II Apoſtoli Jaonnis, in qua *v.* 10, 11, diſcipulos ſuos in hunc modum admonuit: *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec ave ei dixeritis; qui enim illi dicit ave, communicat ejus operibus malignis.* Et inſuper ex Epiſtola Apoſtoli Pauli ad Titum III, 10. *Hæreticum hominem poſt unam, & ſecundam correptionem devita.* Quocirca idem Apoſtolus Joannes, ut cæteris ſuo præiret exemplo, noluit cum Cerintho hæretico in eodem balneo lavari, ſed dixit ad Collegas: *Fugiamus ocius, ne balneum, in quo eſt Cerinthus veritatis adverſarius, extemplo corruat*: uti Irenæus, Hieronymus, atque Epiphanius teſtantur, ſuique Magiſtri exemplo edoctus S. Polycarpus Smyrnenſis Epiſcopus obvium, & ſalutantem Marcionem, nec reſalutare auſus, repoſuit: *Cognoſco primogenitum Diaboli.* Hujus autem diſciplinæ adeo tenax fuit magnus Antonius, ut de eo ſcribat Athanaſius in Vita *n.* 68, *Tom. I, p.* 2, *op. p.* 844. *Cum Meletianis ſchiſmaticis nunquam communicavit compertam habens eorum ab initio malitiam, atque defectionem. Nec cum Manicheis unquam, aut aliis quibuslibet hæreticis amice collocutus eſt, niſi admonendi cauſa, ut mutata ſententia ſuam ſectarentur fidem, ratus, eorum amicitiam, & colloquia animi damnum eſſe, atque perniciem: quod item alios monebat.* Eamdem prohibitionem inſtaurarunt innumeri Eccleſiæ canones, ſed potiſſimum inſtitere, ne Catholici cum Hæreticis communicarent in rebus ſacris; neve eorumdem frequentarent conventus. Inter Apoſtolicos Canones 45, *al.* 37, ſtatuit: *Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus, qui cum hæreticis oraverit, tantummodo communione privetur*: & 65, *al.* 64, *vel* 57: *Si quis Clericus, aut Laicus ingreſſus fuerit in Synagogam Judæorum, vel hæreticorum ad orandum, deponatur, & ſegregetur.* Similem in modum Synodus Laodicena *c.* 9, ex verſione Dionyſii exigui *Tom. I Collect. Hard. col.* 781, decrevit: *Quod non permittantur Eccleſiaſtici ad hæreticorum cœmeteria, vel ad ea, quæ ab eis Martyria appellantur, orationis cauſa, vel ſanctitatis, accedere: ſed hujuſmodi, ſi fideles fuerint, certo tempore communione privari.* Et rurſus *Can.* 33, *col.* 788. *Quod non oporteat cum hæreticis, aut ſchiſmaticis pariter orare.* Et Concilium Carthaginenſe IV, *can.* 72, *Tom. I Coll. Harduin. col.* 983, quem laudat Auguſtinus in Sermone ad populum Cæſarienſem ait: *Cum hæreticis nec orandum, nec pſallendum.* Hinc Cyrillus Hieroſolymitanus *Cath. IV, n.* 37, *in fin.* Catechumenum ſuum præcipue odiſſe jubet perfidorum hæreticorum conventicula, idemque monent cæteri Patres, quos adduxit Chriſtianus Lupus. Et nihilominus, ea eſt miſera noſtrorum temporum conditio, ut multis in Provinciis, in quibus hæreſes aut dominantur, aut graſſantur impune, duram Catholici ſubeant neceſſitatem cum hæreticis converſandi, & familiariter agendi. Quamvis autem per Canonem Concilii Conſtantienſis a Martino V approbatum, qui incipit *Ad evitanda*, quique in ſuo vigore ſemper permanſit, non obſtantibus contrariis ſubſequentibus Conſtitutionibus Conciliorum Baſilienſis, & Lateranenſis, nonnihil relaxata fuerit diſciplina in eo, quod pertinet ad converſandum, atque etiam in divinis ad communicandum cum hæreticis, qui tolerantur, & expreſſe denuntiati non ſunt tamquam vitandi, non idcirco tamen arbitrari debent Catholici, fas ſibi eſſe, indiſtincte cum hæreticis quamvis non denuntiatis in rebus ſacris, & divinis communicare. Si quidem Paulus V, poſt maturam rei diſcuſſionem neutiquam licere definivit Catholicis Regni Angliæ hæreticorum templa adire, ritibuſque intereſſe, quos inibi exercent, uti legere eſt in duobus Decretis

Eccleſiam edicere potuiſſe, ut nulla notentur cenſura, qui cum hujuſmodi hominibus ſacra peragunt; (nam nec Chriſtus notandos eſſe dixit) at, ut nullo modo teneamur abſtinere quis unquam dabit? Patiatur Eccleſia civiles eorum conſuetudines, & ſi placet etiam forenſia colloquia; (nam neque Chriſti tempore civiles forenſeſque ethnicorum communiones devitabantur) ſed qui pati unquam poteſt, ut hoſtias etiam ad ſacrificium illis præbeamus?

§. V. Præterea quæ mens, quod conſilium, quod propoſitum huic Decretali fuit? Nonne, ut vitarentur pericula, ut ſcrupuli eximerentur? Cur igitur mores noſtri hanc extravagantem ita interpretantur, ut Eccleſiæ perduellibus faveat, eorum contumaciam foveat, pervicaciam alat, pudorem minuat, graviora vero pericula Eccleſiæ alumnis creentur? Ergo certe eam fuiſſe Eccleſiæ in Decretali illa ferenda ſententiam ſemper exiſtimarim, ut non ab omni culpa, ſed ſolummodo ab omni excommunicationis etiam minoris metu (id enim ſatis eſt ad ſcrupulos demendos) liberaret eos, quibus cum excommunicatis non deſignatis aliqua communio intercederet. Nullum enim fuit tempus, quo non proviſione maxima ab excommunicatis metuendum nobis eſſe atque cavendum ſenſerit Eccleſia. Quorſum virulenta ovis a caula extruditur, niſi ut etiam reliquo pecori ſcabies caveatur? (*e*)

QU.

---

tis ab eodem Pontifice editis, uno ſcilicet anni 1606, altero anni 1607.

(e) Berard. *In Jus Eccl. Un. Tom. III, p.* 2, *Diſ.* 3. *Cap.* 10. Multiplices deſignari poſſunt cenſurarum effectus, quorum rationes, ut in certam methodum redigantur, diſtinguendi initio ſunt effectus illi, qui generaliter cenſuris omnibus communes ſunt, ab iis qui ſunt cenſuris ſingulis ſpeciales. Deinde diſtinguendi effectus cenſurarum ferendæ ſententiæ, ab iis qui pendent ex cenſura ex juris poteſtate inflicta. Denique ſecernendi ſunt effectus cenſurarum eo ipſo, quo cenſuræ feruntur, ab effectibus cenſurarum, poſtquam iſtæ illatæ fuerunt, & contimnantur. In primis generaliter obſervatur in cenſuris univerſis, ut appellatione interpoſita poſt ſententiam cenſuræ devolvatur quidem ad ſuperiorem cauſæ cognitio, non tamen ſententiæ executio ſuſpendatur, ſeu, uti ſcribunt Pragmatici, habeat appellatio effectum dovolutivum, non ſuſpenſivum, *Cap.* 13, 14, 37, *de appellation. cap.* 8, *de off. jud. ord.*, *Cap.* 20, *de ſent. excomm. in* 6, Concil. Trid. *ſeſſ.* 22, *de reform. cap.* 1. Quod ex eo proficiſci arbitror, quia in hac ſpecie ſpiritualium jurium, executio ſententiæ ab ipſa ſententia non diſtinguitur, nec poſt ſententiam ullo intervallo temporis prorogatur. Exceptio eſt in præcepto conditionali cenſuræ, ſi ex. gr. decreverit Prælatus, ut quis ab aliqua re abſtineat, & ſi non abſtinuerit, cenſuram incurrat; tunc enim ſi appellatio ab eo præcepto, & cenſuræ comminatione interponatur, nullum effectum inde exercet cenſura, dummodo conditio, ſub qua cenſura illata eſt, non evenerit ante appellationem, *Cap.* 40, *de appellat.* Deinde in univerſis cenſuris generaliter verum eſt, ut ligent etiam apud Deum, dummodo juſtæ ſint, *Can.* 6, *cauſ.* 24, *quæſt.* 1. Præterea in omnibus cenſuris obtinet, ut qui in una Diœceſi eſt cenſura notatus, habeatur notatus in Eccleſia univerſa, *Cap.* 8, *de offic. jud. ord.* Siquidem cenſuræ privant bonis Eccleſiæ non uti particularis, ſed uti univerſæ. De cenſura excommunicationis ita expreſſe Canones docuerunt, *Can.* 82, *cauſ.* 1, *quæſt.* 1, *Can.* 7, *cauſ.* 2, *quæſt.* 1, *Can.* 24, 26, 73, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3. De cenſura ſuſpenſionis concepti ſunt etiam *Canones* 11, & 12, ex Apoſtolicis, *Can.* 26, *cauſ.* 11, *quæſt* 3, *junct. Cap.* 1, & 2, *de Cler. excom. Miniſtr.*, & *can.* 24, *cauſ.* 7, *quæſt.* 1. De cenſura interdicti perſonalis idipſum verum eſt, quamquam exceptio ſit de interdicto locali, utpote quod natura ſua certo loco circum-

QU. XIV.

Quid eſt Interdictum?

§. I. INterdictum eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua qui notati ſunt, quorumdam Sacramentorum diſpenſatione, publica divinorum officiorum cumſcribitur, *Cap.* 16, *verſ. Cæterum*, *de ſent. excomm. in* 6. Exinde plane profluxit, quod in more apud veteres erat, ut nomina illorum, qui cenſura notati eſſent, præſertim excommunicatorum, nota fierent Epiſcopis, aut fere omnibus, aut ſaltem vicinis, aut certe illis, quorum magis intereſſe poterat, *Can.* 106, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3, *Cap.* 1, *de rapt.* Inſuper commune eſt cenſuris, ut quicumque cum eo, qui cenſura notatus eſt, communicat in iis, quæ cenſura prohibentur, & quidem poſt publice factam denuntiationem, mereatur & ipſe ſimili cenſura notari, ſi ſuæ conditioni conveniat, alias alterius ſpeciei cenſura, *Can.* 14, *cauſ.* 16, *quæſt.* 7. Plures in hac re edidit Canones Burchardus *in lib.* 11, *Cap.* 32, 34, 35, & 38. Obſervandum denique eſt, nullam cenſuram iis privare, quæ ſunt ad animæ ſalutem, aut ad hominis vitam neceſſaria, *Can.* 103, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3: nullam cenſuram, ne ipſam quidem majorem excommunicationem, privare jure excipiendi in judicio, *cap.* 8, 10, *de except.*, & nullam cenſuram privare charactere ſacramentali, qui indelebilis eſt, atque ideo poteſtatem Ordinis non adimere, quamquam adimere poſſit Ordinum exercitationem, quemadmodum explicari debent Canones 2, 3, 4, 5, *cauſ.* 9, *quæſt.* 1. Quid modo commemorem ſpeciales ſingularum cenſurarum effectus? Omnes jam recenſui ſuperius, ubi de ſingulis cenſuris, excommunicatione ſive majore, ſive minore, ſuſpenſione, interdicto actum fuit. Paucis tantum dicam, excommunicationem majorem privare univerſis juribus Chriſtianæ communionis, immo, & pluribus juribus alias in ſocietate exercendis. Adjicio, ex neceſſitate graviſſima ſalutis animarum receptum eſſe, ut Sacerdos excommunicatus, (potiore jure aut ſuſpenſus, aut interdictus) non valide tantum, ſed etiam licite, ubi alius Sacerdos deſit, abſolvat eum, qui eſt in mortis articulo conſtitutus, argum. *Can.* 52, *cauſ.* 16, *quæſt.* 1, Conc. Trid. *Seſſ.* 14, *de pœnit. cap.* 7. Notaverunt quidam, tanto olim fuiſſe in odio excommunicatos, ut qui eos occidiſſet, tamquam homicida in Romana Eccleſia non haberetur, *Can.* 47, *cauſ.* 23, *quæſt.* 5. At ſi accurate iſte Canon expendatur, adparebit quidem, cum eo interfectore mitius actum eſſe, non eum ab homicidii crimine liberatum; quaſi ordinaria homicidii pœna eximeretur, attamen extra ordinem certæ adhuc pœnitentiæ ſubjiceretur.

Effectus excommunicationis minoris ſunt privatio & miniſterii, & ſuſceptionis Sacramentorum. Effectus ſuſpenſionis varii ſunt pro diverſis ſuſpenſionum ſpeciebus, ita ut cum ſuſpenſio ſit ab officio, privet juriſdictione in utroque foro; cum ab ordine, privet ejuſdem Ordinis exercitatione; cum a beneficio, perceptione privet fructuum beneficii, immo & quacumque ejuſdem beneficii adminiſtratione. Non memoro varios interdicti effectus, perſpicue enim jam ſuperius enumerati fuerunt.

Obſervandum quoque eſt diſcrimen, quod intercedit inter cenſuras, quas appellant latæ abs jure ſententiæ, ſeu quæ ipſo facto inferuntur, & cenſuras, quæ demum ex ſententia judiciis infliguntur. In iis, quæ demum ex ſententia judicis infliguntur, etiamſi ex juris definitione infligendæ mandentur, nullus eſt effectus ante ſententiæ pronuntiationem, immo ante ejus publicationem; etenim uſque ad publicationem imperfecta ſententia eſt. Qua in re diſtinguenda eſt publicatio ſententiæ, quæ fit tantum, ut reo ſit nota, a publicatione ſolemni, quæ fit, ut unuſquiſque ſit conſcius latæ cenſuræ. Si tantum ſententia publicata fuerit reo,

Digitized by Google

rum celebratione, Eccleſiaſticæque ſepulturæ uſu interdicuntur. (a)

---

reo, nondum tamen ad omnium notitiam pervenerit, effectus cenſuræ habebunt tantum locum reſpectu notati, non reſpectu cæterorum, quod vigere cœpit poſt extravagantem *Ad evitanda* editam in Conſtantienſi Concilio. Id recipi debuit exemplo cenſuræ, quæ ipſo jure infligitur, & dicitur latæ ſententiæ: nimirum ubi quis hanc cenſuram incurrerit, ſtatim ſe gerere debet pro cenſura notato; nihilominus tamen cæteri excuſantur, ſi necdum cenſura publicata fuerit, quoties cum cenſura notato communicent, etiam in iis, quibus notato interdictum eſt. Quamobrem Clericus excommunicatus, nondum tamen denuntiatus, illicite quidem, ſed valide Sacramenta quæcumque adminiſtrabit, quaſi in conſpectu Eccleſiæ pro non excommunicato habeatur.

Supereſt nunc, ut ſingulares effectus perſequar, qui non ex cenſura ipſa proficiſcuntur, ſed ex violatione cenſuræ; quum ex. gr. excommunicatus adhuc ea peragit, quæ ſibi interdicta ſunt; quum ſuſpenſus ea peragit, a quibus eſt ſuſpenſione remotus; quum interdictus interdicti cenſuram minime ſervat: Delinquitur in hac re tribus modis. Primo, quum is, qui cenſura tenetur, per longum tempus in ea contumax perſeverat, quin devoto animo ab Eccleſia veniam petat. Secundo, cum poſt cenſuram inflictam adhuc in crimine perſeverat, ob quod fuit cenſura innodatus. Tertio, cum ea peraguntur, quæ cenſura prohibentur.

Itaque in primis, qui per annum contumax in cenſura perſiſtit, non fruitur beneficio abſolutionis, quæ in reſcriptis Pontificiis indulgeri ſolet reſcripta Pontificia obtinentibus juxta *regulam 66* Cancellariæ. Item ſi de excommunicatione agatur, dicitur *inſordeſcens*, qui proinde aut tamquam hæreticus, aut certe tamquam de hæreſi ſuſpectus judicatur, *Cap.* 13, verſ. *Credentes*, *de hæret.* Conc. Trid. *ſeſſ.* 25, *de ref.* Sunt qui putant Tridentinum hoc caput non ad Excommunicationem tantum, ſed & ad cæteras cenſuras referri ob illa verba *cenſuris adnexus*. Verum ex toto contextu liquet, tantum ibidem ſermonem inſtitutum fuiſſe de excommunicatione majore, ad quam eadem verba coercenda recta interpretatione ſunt. Si de aliis cenſuris agatur, non deſunt modi, quibus Antiſtites contumaciam puniant, procedendo ad graviores cenſuras ſeu pœnas, argumento *Can.* 2, *diſt.* 55, *Cap.* 2, *de Cler. excom.* & *Cap.* 8, *de ætate qualitat. & ord. præficiend.* Neque dicas, in dicto *Cap.* 8, Clericos gravius fuiſſe coercitos, qui non per annum tantum, ſed per triennium in cenſura manſiſſent; quod enim triennium ibidem memoratur, ad factum pertinet, non ad jus; & quamquam nonniſi poſt triennium ad pœnas deventum ſit, deveniri tamen ad eas poterat ſtatim poſt annum.

Secundo quicumque poſt cenſuram ita delinquit, ut in eo crimine ob quod notatus eſt, pervicax perſeveret, graviore adhuc cenſura plectendus eſt, aut ſi jam graviſſima illata fuerit, ad pœnas deveniendum pro prudenti Superioris arbitrio, ac ſi actus prohibitos elicuiſſet, ut modo erit adnotandum.

Tertio ſi ita delinquatur, ut ii actus fiant, quibus vi cenſuræ interdicitur, obtinet, ut quæcumque fiunt in cenſuræ contemptu, in irritum penitus cadant, uti contingit in eo, qui interdicti cenſuram negligit, ac contemnit, *Cap.* 18, *de priv.* Præterea quicumque violat cenſuram alienam, ideſt communicat in vetitis cum eo, qui cenſura tenetur, & ipſe aliqua cenſura coercetur pro modo admiſſi, *cap.* 3, *de uſur. cap.* 2, *de raptor. cap.* 2, *de hæret. in* 6, *Clem.* 1, *de ſepult.* Inſuper ſi violetur non aliena, ſed vel propria cenſura perſonalis, vel localis, imminet ipſo jure violanti pœna irregularitatis, *Can.* 6, 7, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3, *cap.* 1, *de poſt. cap.* 12, 14, 18, *de homicid. cap.* 1, 5, 6, 9, *de Cler. excom. miniſt. cap.* 47, *de ſent. excom. cap.* 1, *in fin. cap.* 18, §. 1, *cap.* 20, *eod. tit. in* 6. Atque id in cenſura perſonali adeo verum eſt, ut locum habeat, etiamſi notatus non ſit publice denuntiatus, propterea quod ob non factas publicas denuntiationes excuſantur quidem cæteri, ſi cum notato communicent, non excuſatur ipſe notatus, qui conſcius eſt cenſuræ, qua tenetur. Dixi aliud vigere, ſi quis non omnino ſervet alienam cenſuram perſonalem, veluti ſi Sacerdos divina celebraverit excommunicato præſente, ſiquidem nullam in hac ſpecie immine-

(*a*) Hujſce interdicti effigiem adumbratam habemus in illis Chriſti verbis *Matth. XIV. Et quicumque non receperit vos, neque audiverit ſermones veſtros, exeuntes foras de Domo, vel Civitate excutite pulverem de pedibus veſtris: amen dico vobis; tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die Judi-*

---

minere irregularitatem declaraverit Bonifacius VIII *in cap.* 18, *princ. de ſent. excom. in 6.* Sed de hac re uberius agendum erit inferius, ubi de irregularitatis pœna differendum.

Sunt & aliæ coercitiones; & pœnæ adverſus eos, qui violant propriam perſonalem, aut localem cenſuram; videlicet Laici excommunicatione etiam plectuntur, quo caſu interdictum violaverint, aut anathemate, quo caſu excommunicationem non ſervaverint, argumento *cap.* 11, *de priv. & Clement.* 2, *de ſent. excom.* Quod ſi de Clericis agatur, qui & ſuſpenſioni obnoxii eſſe poſſunt pro qualitate violatæ cenſuræ, majoribus cenſuris ſubjiciuntur, aut etiam pœnis, *cap.* 13, §. *quia vero de hæreticis.* Hinc aliquando idcirco excommunicantur, *Can.* 2, *diſt.* 55, *cap.* 2, *de Cler. excom. min. Clem.* 3, *de ſent. excomm.*, quandoque beneficio privantur, uti in ſpecie *cap.* 8, *de ætat. qualit. & ord. præfic.* ubi notandum eſt, ideo Clericum beneficio ſpoliari, non tam quod per longum tempus in cenſura perſtiterit, quam quod dum cenſura tenetur aliud beneficium adipiſci conatus eſt. Addi poteſt *cap.* 4, *de cohabit. Cler. & Mulier. cap ult. de exceſ. Prælat. & cap.* 16, verſ. *Cæterum*, *de elect. in 6.* Quandoque etiam a gradu ſuo dejiciuntur, *cap.* 8, *de dolo, & contum. cap.* 13, *de vita, & honeſt. Cler. cap.* 3, *&* 4, *de Cler. excom. miniſtr.* Quod ſi Clerici cenſura notati turbas concitent, & ſeditione facta adverſus Eccleſiaſticam poteſtatem irruant, exuuntur Clericali privilegio, & traduntur Curiæ ſæculari juxta qualitatem ſceleris puniendi, *Can.* 7, *cauſ.* 11, *quæſt.* 3, argum. *cap.* 10, *de judiciis*. Sunt denique certi effectus violatæ cenſuræ, ratione Eccleſiæ, ſeu loci ſacri, in quo violatio admiſſa eſt. Nimirum polluitur Eccleſia ſi in ea excommunicati, vel interdicti cadaver fuerit tumulatum, *cap.* 7, *de conſ. Eccl. vel altar.*, & amittit Eccleſia jus ſepulchri, quo caſu in ea aut hæreticorum, aut hæreticis faventium cadavera ſepeliantur, *cap.* 2, *princip. de hæret. in 6.*

(a) Ber. *In Jus Eccl. Un. Tom. III, p. II, Diſs.* 3, *cap.* 8. Late admodum patet apud Latinos Scriptores generale interdicti nomen, quod tamen eccleſiaſtico jure ſingularem jamdiu ſignificationem obtinuit ad certam cenſuræ ſpeciem ſignificandam. Definitur autem Cenſura, qua aliquo in loco, vel aliquibus perſonis, aut corporibus, uſus, & adminiſtratio quarumdam rerum divinarum prohibetur, *cap.* 5, *de conſuet. cap.* 1, *de poſtul. Prælat. cap.* 11, *de ſponſ. cap.* 57, *de ſent. excom. cap.* 20, *de verb. ſignif.*

Triplex hodie agnoſcitur Interdicti ſpecies, perſonalis, localis, & mixti. Perſonale perſonas afficit; locale loca, ideſt civitates, oppida, templa; mixtum refertur & ad perſonas, & ad loca.

Perſonale interdictum recentiorem quidem formam accepit ex diſciplina interdicti localis, attamen origine inſpecta eſt antiquius locali. Siquidem perſonale interdictum facile referri poteſt ad quaſdam leviores excommunicationes, quæ olim erant in uſu, uti ſæpe ſuperius dicendum fuit, eas, inquam, excommunicationes, quibus aliquis non ab univerſis, ſed a quibuſdam tantum Chriſtianæ communionis juribus arcebatur.. Imago quædam perſonalis interdicti erat in primo pœnitentium gradu, qui arcebantur a cœtu Eccleſiæ. De ſepultura Eccleſiaſtica aliquibus denegata vetus eſt ſanctio in *Can.* 12, *cauſ.* 23, *quæſt.* 5. Qua in re obſervatur, non eamdem perpetuo fuiſſe rationem denegandæ ſepulturæ, modo enim denegabatur ita, ut quis ne ſepeliretur quidem in loco ſacro, modo ut ſepeliretur quidem in loco ſacro, ſed ſine celebritate, & omiſſa inter cætera pſalmodia. Sepulturam in loco ſacro abſolute prohibitam fuiſſe patet in *Can.* 32, *cauſ.* 23, *quæſt.* 8, *in cap.* 11, 12, *de ſepultur. cap.* 2, 4, *de ſtatu Monach. cap.* 3, 5, *de uſur. cap.* 12, *de pœnitent. & remiſs. cap.* 7, *de conſ. Eccleſ. cap.* 12, *de privileg. cap.* 1, *de torneamentis*, *cap.* 20, *de ſent. excom. in 6*, Conc. Trident. *ſeſs.* 23, *de ref. cap.* 19. Hæc communia ſunt & excommunicationi, & interdicto: aliquando

v.ro

Judicii, *quam illi Civitati*. Ex hiſce Chriſti verbis tria colligi poſſunt. Primo, in quo ſita ſit Interdicti pœna. Secundo, propter quæ crimina ſit infligenda. Tertio, quæ mala, ni cives reſipuerint, Interdicti ſententiam ſint conſecutura. *Exeuntes foras de domo, vel civitate excutite pulverem de pedibus veſtris*. En Interdicti pœnam: Nam Dei miniſtros e Civitate abire perinde eſt, ac Civitatem ſacris omnibus interdicere. *Quicumque non recipit vos, neque audierit ſermones veſtros*. En crimen. Hæc enim verba concinunt cum illis Chriſti verbis *Matth. XVIII*: *Si Eccleſiam non audierit &c.* Hoc unum in-

vero conceſſam fuiſſe ſcimus ſepulturam in loco ſacro, ſed ſine ſolemnitatibus, *cap.* 11, *de pœnit. & remiſs. cap.* 2, *de rapt.* atque hoc tantum interdicto congruere poteſt, prout a veteribus cum pœnitentia vel leviore quadam excommunicatione confundebatur, adeo ut etiam ſepultura denegata quandoque fuerit iis, quibus morientibus denegata non fuerant Sacramenta; non enim uti Sacramenta, ita ſepultura Eccleſiaſtica neceſſaria videri poterat, *Can.* 16, & 17, *cauſ.* 13, *quæſt.* 2. Sed hæc vera olim erant, deinde tamen invecta diſciplina interdicti localis, factum eſt, ut interdictum perſonale ſingularem naturam indueret ad ſimilitudinem localis, & a cenſura excommunicationis omnino diſtingueretur. Illud adhuc remanſit ad veſtigium antiquæ diſciplinæ, ut interdictum perſonale exemplo excommunicationis ſequatur perſonam, quocumque abierit, *cap.* 31, *de præbendis*, *cap.* 16, *in fine de ſent. excom. in* 6, *cap.* 3, verſ. *Excommunicatos*, *de privilegiis*, ubi interdicti junguntur excommunicatis, licet aliud vigeat in interdicto locali, quod locum interdictum minime egreditur, dicto *cap.* 16, *in medio*, *de ſent. excom. in* 6. Itaque interdictum perſonale illud dicitur, quod certas perſonas afficit, vel certum perſonarum genus, qua in ſpecie traditur, in primis non facile de uno perſonarum genere in aliud genus extendi; neque enim ex. gr. interdicto clero intelligetur interdictus populus, aut e converſo, *cap.* 16, *de ſent. excom. in* 6: deinde perſonas interdicto notatas, uti dictum eſt, ita teneri interdicto ubicumque inveniantur, ut etiamſi interdictus eſſet populus, non ſingulares perſonæ, tamen unuſquiſque de populo interdicto ſubjaceat, quocumque perrexerit. Equidem verum eſt, Univerſitatem a ſingulis de Univerſitate diſtingui, id tamen in Interdicto minime attenditur, ne ſententia effectu careat, cum, ut ait Bonifacius VIII *in cap.* 16, *de ſent. excom. in* 6, divinorum auditio, & Sacramentorum perceptio populo ut univerſis minime competat.

Locale interdictum dicitur cum certa loca cenſuræ ſupponuntur ita, ut perſonæ in iis locis ſacra non faciant, certis rationibus, & modis adjectis, unde hæc cenſura directo in loca, indirecto in perſonas fieri videtur, ac proinde perſonæ locum egreſſæ minime tenentur. Eſt autem duplex, vel generale; cum ſcilicet univerſæ Eccleſiæ civitatis, aut oppidi interdicuntur; vel particulare, cum una tantum, aut altera Eccleſia interdicitur, non cæteræ in eodem oppido, aut civitate conſtructæ, *cap.* 11, *de ſponſ. cap.* 17, *de verb. ſignif.* Animadvertendum eſt in hac re, interdictis generaliter Eccleſiis alicujus urbis, cenſeri quoque interdictas ſacras ædes, quæ ſitæ ſunt in vicis ſuburbanis, ſeu locis adjacentibus, *cap.* 17, *de ſent. excom. in* 6; immo & eas, quæ in urbe ſunt a Diœceſani juriſdictione exemtæ, *Clem.* 1, *de ſent. excom.* Cæterum ea ipſa ætate, qua frequentiora localia interdicta eſſe cœperunt, non ſtatim apprime conſtitit, quinam eſſent horum interdictorum effectus. Ex eo id evenit, quod olim ſub excommunicationis nomine quæcumque interdicta, ſicuti, & cenſuræ cæteræ veniebant, & plurimum pendebat ab arbitrio Prælati in infligendis cenſuris modo unum, modo alterum, modo plura ex juribus Chriſtianæ communionis auferre. At deinde in certam methodum, ac formam redactis cenſurarum rationibus, diſcretiſque cenſuris in tres veluti ſpecies, excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum, *cap.* 20, *de verbor. ſignif.* certi effectus deſignandi erant, qui interdicto convenirent; & quando cenſura interdicti localis aut gravior erat, aut ſæculo undecimo, & duobus ſequentibus frequentior, cenſura interdicti perſonalis, cer-

intereſt; *Matth. XVIII* loquitur de civibus ſingillatim ; *Matth.* vero *X* de civitate univerſim ſumpta . *Intrantes domum , vel Civitatem non receperit vos.* Hinc fit , ut noxæ ſi a ſingulis patrantur, Anathemate, ſi ab Univerſitate , Interdicto ſint coercendæ. Tandem verba illa: *Tolerabilius erit terræ Sodomorum , & Gomorrhæorum , in die Judicii , quam illi Civitati*: Civitatibus Eccleſiaſtico Interdicto conſtrictis obventura mala ſatis aperte denuntiant : quæ verba reſpondent verbis *Amos VIII*: *Venit finis ſuper populum meum Iſrael. Stridebunt cardines templi in die illa; in omni loco projicietur ſilentium .... & con-*

---

ta primum forma indi cœpit locali interdicto , non quidem ſtatim integra , ſed paulatim , & ſenſim , prout res incideret, & Eccleſiæ utilitas poſtularet. Regula generalis erat , ut in locis, ſive Eccleſiis interdictis nulla Sacramenta conficerentur , aut adminiſtrarentur. Tantum initio exceptio erat in Sacramento Baptiſmatis, quod parvulis, & in Sacramento pœnitentiæ, quod in vitæ diſcrimine conſtitutis concedebatur , *cap.* 11 , *de ſponſal.* Deinde cum perpenderent, Sacramentum Confirmationis eſſe quamdam Baptiſmatis veluti perfectionem , ac complementum, permiſſum eſt, ut exemplo Sacramenti Baptiſmatis etiam Sacramentum Confirmationis adminiſtraretur , *cap.* 43 , *de ſent. excom.* juncto *Can.* 3, *de conſecrat. diſt.* 5 : quamobrem etiam permittendum fuit , ut ſacrum Chriſma conficeretur , *cap.* 19 , *de ſent. excom. in* 6. Inſuper ſtatuit Innocentius III, ut morituri ſacro Euchariſtiæ viatico refici poſſent , *cap.* 11, *de pœnit. & remiſs.* Adjecit Bonifacius VIII , ut Sacramentum Baptiſmatis etiam adultis petentibus non denegaretur , *cap.* 19 , *de ſent. excom. in* 6; immo, & pœnitentiæ Sacramentum etiam extra caſum neceſſitatis , *cap. ult. eod. tit.* quod ſane olim tantum indulgebatur aut iis, qui ſingulare privilegium obtinuiſſent, vel in locum interdictum ex alia Eccleſia adveniſſent , *cap.* 11 , *in fin. de pœnit. & remiſs.* Quod attinet ad Eccleſiaſtica , & religioſa officia , ea omnia interdicta fuerunt , niſi ſingularis ratio, aut expreſſa Conſtitutio quædam exciperet . Singularis ratio poſtulat , ut non obſtante interdicto divini Evangelii prædicatio fieret , utpote a qua ne excommunicati quidem arcentur, uti diximus ſuperius . Singularis Conſtitutio permiſit , ut ſepultura in loco ſacro concederetur Clericis , qui tamen interdictum non violaviſſent , dummodo ſine ulla ſolemnitate cadavera tumulentur , *cap.* 11 , *de pœnit. & rem.* juncto *Can.* 12 , *cauſ.* 23 , *quæſt.* 5, reſpectu laicorum antiquo jure ſervato juxta *cap.* 3 , verſ. *quod ſi de privilegiis* . Permiſſum quoque fuit , ut divina officia fierent , demiſſa tamen voce , & januis clauſis, quod olim Regularibus tantum , aut Collegialibus Eccleſiis , aut Epiſcopis indulſerat Innocentius III in dicto *cap.* 11 , & *cap.* 25 , *de privileg.* deinde ad Eccleſias omnes extendit Bonifacius VIII in dicto *cap. ult. de ſent. excom.* qui , & ibidem addidit , in diebus Natalis Domini , Paſchæ, Pentecoſtes , & Aſſumptionis B. Mariæ & officia ſolemniter celebrari poſſe , & ſacra diſpenſari . Martinus V & Eugenius IV idipſum ſervandum eſſe voluerunt in feſto , & per totam octavam Corporis Chriſti juxta inſtitutionem Clementis V *in cap. un. de rel. & vener. Sanct.* Fuerunt etiam aliquando , qui ex Sedis Apoſtolicæ privilegio poterant occaſionem præbere , ut , cum ad locum interdictum accederent , ſacra ſolemnia ſemel celebrarentur , *cap.* 24 , *de privileg.* quemadmodum & gratia Epiſcoporum inductum fuit , ut non obſtante interdicto privatum altare habere poſſint , in quo ſacra faciant , vel ſacris adſint , *cap. ult. de priv. in* 6. Liquet ex his , memoratas exceptiones ex neceſſitate quadam fuiſſe conceſſas , aut ſaltem ex utilitate graviſſima fidelium , ne forte omiſſis univerſis divinis officiis , aut miniſteriis in aliqua urbe vel oppido divinarum rerum cultus , & veneratio penitus ceſſet , & tepeſcat fidelium religio , aut penitus extinguatur. Quamobrem minime dubito , laudatas exceptiones tantum locum habere , ubi univerſæ Eccleſiæ civitatis , aut oppidi interdicto ſuppoſitæ fuerint , non vero ubi una , vel altera tantum Eccleſia ; quia hac in ſpecie aliæ Eccleſiæ ſuperſunt , in quibus divinis vacetur , *cap.* 11 , *de privileg.* atque ob hanc ipſam cauſam conſtitutum puto in *cap.* 10 , *de ſent. excom. in* 6 , ab-

& convertam feſtivitates veſtras in luctum .... & mittam famem in terram, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei. Quod ſi ea omnia, quæ Civitati Jeruſalem, Judæiſque Antiochiam Piſidiæ incolentibus obtigerunt, poſtquam Apoſtoli ex earum urbium finibus expulſi ſunt, in mentem revocare velimus, quantam malorum ſegetem Sacrorum interdictio ſecum ferat, facile divinare poterimus.

§. II. Neque vero eſt cur hanc ſacrorum interdictionem recentioris inſtituti eſſe putemus, eo quod prioribus Eccleſiæ ſæculis nulla Civitas, nullum municipium Sacris interdictum fuiſſe legatur. At quas mihi Chriſtianorum Civitates memoras, quæ municipia tribus prioribus ſæculis, quibus

---

6, abſolutionem ad cautelam in generali interdicto non prodeſſe, propterea quod in generali interdicto adhuc ea fieri poſſunt, quæ aut neceſſitatis ſunt, aut gravis utilitatis.

Poſt conſtitutam diſciplinam interdictorum localium, eidemque certam inditam formam, clarius adparere cœpit, quinam effectus eſſent interdicti perſonalis, aut mixti. Ubi eſt perſonale interdictum, qui interdictus eſt excluditur a divinis, & ſacris juribus, exemplo illorum apud veteres excommunicatorum, qui interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ dicebantur, quaſi in primo pœnitentium gradu collocati, *can.* 8, *cauſ.* 5, *quæſt.* 6, *can.* 11, *cauſ.* 13, *quæſt.* 2, *can.* 10, 11, *cauſ.* 17, *quæſt.* 1, *can.* 19, *cauſ.* 17, *quæſt.* 4. Hinc ab ingreſſu Eccleſiæ arceri interdicti dicuntur, & ſepultura Eccleſiaſtica privari morientes, *cap.* 12, & 13, *de pœnit. & rem. cap.* 6, §. *ult. in fine de homicid. cap.* 31, *de præbendis*. Et quamquam nonnullæ exceptiones receptæ paulatim fuerint in interdicto locali, eæ tamen in interdicto perſonali locum non habent, propterea quod in interdicto locali multæ perſonæ ſunt innoxiæ, & quæ interdicto cauſam non præbuerunt, quarum ſingularis habenda ratio erat, ut certa privilegia concederentur. Tantum interdicti admittuntur ad evangelicam prædicationem; admittuntur inſuper ad orationes in Eccleſia faciendas, quo tempore publicus ad eas non ſit fidelis populi conventus; tum demum autem admittuntur ad Sacramentum pœnitentiæ cum Eccleſiæ ſatisfecerint, aut de ſatisfaciendo jurejurando caverint, *cap. ult. de ſent. excom. in* 6, *juncto cap.* 3, *verſu excommunicatos de privileg.* Non prohibentur tamen interdicti agere in jure, *cap.* 23, *de verb. ſignif.* in integra Decretali. Quod ſi agatur de interdicto mixto, eo ſcilicet, quo certa loca ſunt interdicto ſuppoſita, & nominatim aliquæ perſonæ interdictæ, obtinuit, ut ratione locorum ea omnia obſerventur, quæ ſuperius diximus in interdicto locali; perſonæ autem nominatim interdictæ habentur, ac ſi reſpectu ipſarum perſonalis fuerit cenſura. Tantum ex dicto *cap. ult. de ſent. excom. in* 6, viget, ut cum quandoque in loco interdicto ſacra fieri conceditur, excluduntur quidem interdicti ab eiſdem ſacris generaliter, admittantur tamen in certis majoribus ſolennitatibus ibidem deſignatis, dummodo tunc *in Sacro Altari nullatenus appropinquent*. Quod ſi privilegium alicui concedatur, ut tempore interdicti localis ab interdicto in aliquibus diſpenſetur, hæc diſpenſatio minime proderit illis, qui occaſionem aut cauſam interdicto dederint, *cap.* 11, *de privileg.* & cum abſolutio indulgenda ſit ab interdicto locali, hæc minime proderit perſonis nominatim interdictis, niſi iſtæ ſpecialiter ſatisfecerint, aut de ſatisfaciendo præſtiterint cautionem, dicto *cap. ult. de ſent. excom. in* 6.

Ii omnes poſſunt interdictum ferre, qui poſſunt generaliter cenſuras infligere; atque ideo interdictum modo abs jure infertur, modo ex ſententia judicis. Exempla interdicti localis abs jure inflicti ſunt *in cap.* 3, *in fin de privil.*, & *in cap.* 1, *de ſepult. in* 6. Exempla interdicti perſonalis juris poteſtate inflicti ſunt *in cap.* 9, *de off. ord. in* 6, & *in cap.* 8, *de privil. in* 6. Ex ſententia judicis infertur ab eo qui juriſdictione pollet, atque ob hanc cauſam improbatum fuit factum quorumdam Canonicorum, qui ſine conſenſu Epiſcopi ſententiam interdicti protulerant, *cap.* 2, *de his, quæ fiunt a major. part. Capit.*

bus Chriſtiani ſe ſe occultare hoſtium metu, ac tegere cogebantur, quibus fideles ſpeluncas, ac latibula quærita-bant, ubi ſacris operarentur, Deoque ſacrificarent?

§. III. At ſæculo IV, inquies, & ſuæ Chriſtianis Civitates erant, ac municipia, eorumque in Urbibus, & agris publica templa conſpiciebantur. At ſæculo IV etiam Chriſtianorum municipia Sacris interdicta fuiſſe audio a D. Baſilio (an. 361.): *Villa* (ait *ep.* 244.) *quæ raptorem ſuſceperit cum rapta, nec reddiderit, prorſus ſuſpenſa ſit a precibus, & orationum communione*. Quid? Nonne Auxilius Epiſcopus apud Auguſtinum *Ep.* 250, (an. 395.) laudat magnorum nominum Sacerdotes, qui ſibi in hac ſacrorum interdictione infligenda exemplo præiverant? Num ab illis eadem ratione, qua ab Auxilio id factum fuerit, dubitat Auguſtinus, at factum fuiſſe non negat. Quid dicam de S. Dionyſii templo? Quid de Eccleſia Rhotomagenſi, quas ſacris interdictas fuiſſe ſcimus a Gregorio Turronenſi (an. 573.) *Hiſt. l.* 55, *c.* 32? Quid dicam de Hincmaro Laudunenſi, quem ſuæ Eccleſiæ ſacra vetuiſſe Hinmarus Rhemenſis (an. 870) teſtatur?

§. IV. Quid igitur obganniunt adverſarii, nullum Interdicti reperiri veſtigium in ante ſæculum XI? Hanc Interdicti vocem priſcis temporibus uſurpatam non fuiſſe haud gravate concedam. (*b*) Sed dum rem habemus, quid

Singulare illud obtinet in localibus interdictis, ut ob alienum crimen etiam innoxii una cum reis cenſuræ ſubjacere poſſint, *cap.* 5, *de jurejur. cap.* 11, *de ſponſ. cap. ult. de ſent. excommunic. in* 6, *Extravag.* 2, *eod. tit. int. com.* quod ſane ſicut in cauſa fuit, quare mitius, atque indulgentius cum iis agi ſoleat juxta Conſtitutiones modo laudatas, ita continere Antiſtites debet, ne faciles ſint in ea cenſura inferenda, ac præſertim ne interdictum inferant ex cauſa pecuniaria; licet enim aliquando id fieret, dicto *cap.* 9, *de jurejur.* dicto *cap.* 2, *de his quæ fiunt a maj. part. Capituli*; hodie tamen irritum foret, dicta *extrav.* 2, *de ſent. excommunic. int. com.*

Denique obſervatione dignum eſt, interdictum quidem perſonale iis omnibus modis deleri, quibus cenſuræ univerſæ delentur, at ſi agatur de interdicto locali, receptum eſſe, ut ſi favore quorumdam interdictum latum fuerit, & illi, quorum gratia latum eſt, cenſuram minime ſervent, tacite abolitum cenſeatur, *cap.* 20, *de privileg.*

Ad cenſuram interdicti proxime accedit, quæ a noſtris appellatur Ceſſatio a divinis, de qua ait Panormitanus, intelligendum eſſe *cap.* 11, *de ſponſal.* falſo tamen, cum ex veteribus Collectionibus liquido conſtet, ibidem agi de vera interdicti cenſura. Hæc Ceſſatio a divinis ſane diſtincta ab interdicti cenſura nihil aliud eſt, quam non factum quoddam, conſiſtens in mera abſentia a rerum ſacrarum miniſterio, & divinis officiis. Fit autem aut ex juris poteſtate, quod contingit, ubi Eccleſia dicitur polluta, vel auctoritate Eccleſiaſtici Superioris, ſive Concilium Provinciale, aut Diœceſanum ſit, ſive Epiſcopus, ſive etiam ex conventione Canonicorum, aut Clericorum, ubi id receptum moribus, aut privilegio fuerit, ad repenſandam injuriam Eccleſiæ factam, *cap.* 13, *de off. ord. cap.* 2, 8, *eod. tit. in* 6, *Clem.* 1, *de ſent. excomm.* Differt a cenſura interdicti, quod in primis Ceſſatio a divinis nullibi cenſuræ nomine appelletur; ſecundo, quod non ex poſitiva ſententia proficiſcatur aliquid poſitivum jubente, ſed tantum ex mera detrectatione peragendi eccleſiaſtica miniſteria, eadem ratione, qua aliud eſſet, judicem pronuntiata ſententia aliquem damnare, aliud, nolle in alicujus cauſa ſententiam pronuntiare; tertio quod ea ceſſatio revocatur etiam ſine ulla abſolutione, & ſola ſatisfactione; quarto quod interdictum locale generale certas habet juris relaxationes, ut ſuperius adnotatum eſt, contra quam contingat in Ceſſatione a divinis; quinto quod neminem faciat irregularem. Ut paucis dicam, interdicti cenſura magis in jure, Ceſſatio a divinis magis in facto conſiſtit.

(b) Boehm. *T.* 5, *l.* 5, *tit.* 39, §. 63. Cum Excommunicandi poteſtas Pontifici, & Epi-

quid de nomine laboramus? Hujuſce ſacriſtitii non eumdem olim, ac nunc fuiſſe ſtatum, inceſſum, ſeſſionem, accubationem facile dabo. At quid tum? Num proinde homines, uti nunc, antiquis temporibus extitiſſe negaveris, quod non idem ac nunc veſtitus, non ornatus, non ſermo, non eædem litteræ, non iidem mores, non eadem vivendi ratio extiterit? Idem dixeris, & de Eccleſiæ regimine; idem ſemper extitiſſe, idemque ſemper futurum. Non idem fortaſſe oris habitus, ſed idem ſpiritus, non eædem voces, at ſemper idem ſermo, non eædem ſemper vires, ac robur, ſed idem ardor, ac fervor & viguit uſque, & viget nunc, vigebitque impoſterum, quamdiu duratura eſt Eccleſia.

§. V. Deſinant igitur Eccleſiam tantopere allatrare nonnulli antiquitatum Venatores; qui, cùm nonnulla verba, voces, formulaſque, quibus nunc utitur Eccleſia, apud veteres non inveniunt, clamores tollunt, atque Eccleſiam in Eccleſia fruſtra nunc quæri cum magno blaterant clamore.

§. VI. Haud igitur abs re erit vices referre, quibus Sacrorum Interdictio obnoxia fuit. Antæ ſæculum XII ſevere admodum cum iis agebatur qui Interdicto erant illigati, ut conſtat ex Concilio Lemovicenſi habito anno 1034. *Niſi de pace acquieverint, ligate omnem terram Lomovicenſem publica excommunicatione* (hoc eſt Interdicto), *eo videlicet modo, ut nemo niſi Clericus, aut pauper mendicans, aut peregrinus adveniens, aut infans a bimatu & infra in toto Lemovicinio ſepeliatur, nec in alium Epiſcopatum ad ſepeliendum portetur: divinum officium per omnes Eccleſias latenter agatur, ſed Baptiſmus petentibus tribuatur; Altaria per omnes Eccleſias, ſicut in Paraſceve, nudentur, & cruces, & ornamenta abſcondantur, quia ſignum luctus, & triſtitiæ omnibus eſt. Ad Miſſas tamen, quas unuſquiſque Sacerdotum januis Eccleſiarum clauſis fecerit, altaria induantur; & iterum poſt Miſſam nudentur. Nemo in ipſa Excommunicatione* (hoc eſt Interdicto) *uxorem ducat, nemo alteri oſculum det; nemo Clericorum, vel habitantium, vel tranſeuntium in toto Lemovicinio carnem comedat, neque alios cibos, quam illos, quibus in Quadrageſima veſci licitum eſt; nemo Laicorum, aut Clericorum tondeatur, neque radatur, quouſque Diſtricti Principes, & Capita populorum per omnia*

Epiſcopis jure divino dicatur conceſſa, quis Interdicti cenſuram eiſdem negaret, quæ eſt quædam ſpecies excommunicationis? ad minimum tam proxime ad eam accedere videtur, ut etiam interdicto ipſi nonnunquam tribuatur. Auctor vitæ S. Virgilii Epiſcopi Saltzburgenſis apud Mabilonium *in Act. Benedict.* Sæculo III, *P. 2, p. 313*, recenſet Excommunicationem Eccleſiæ a Virgilio Epiſcopo factam, his uſus verbis. *Quo cognito Virgilius Epiſcopus excommunicavit eam Eccleſiam, & appellavit eam Diſcordia, & omnibus Presbyteris contradixit, ut nemo ibi cantaret Miſſam, nec aliud officium Dei, & ita excommunicata permanſit, quouſque Virgilius Epiſcopus vixit*. Nemo in dubium vocabit, ſub appellatione *Excommunicationis* his verbis deſignatum fuiſſe *interdictum*, quod Eccleſia illi ſubjecta a communione Eccleſiaſtica quoad uſum excluſa ſit. Vixit vero Virgilius Epiſcopus circa annum 780, & ita palam eſt Interdictorum uſum ad minus Sæculo VIII jam cognitum fuiſſe. Obſervat Eſpenius *P. III Jur. Eccl. tit. XI, c. 9*, §. 21, Cenſuram Lemovicenſium Epiſcoporum in Concilio habito an. 1031, *ſeſſ. 7*, (de qua nos ſupra) fuiſſe novam, & inſolitam, ut antiqui Scriptores, & ipſe Ivo faſſi ſunt. Facile quidem admitto, ſi formam ejus ſingularem intueor. Principia tamen, unde profluxit, jam antea nota fuere, & ſatis decantata, ex quibus etiam excommunicationem Eccleſiarum deduxerunt.

Digitized by Google

mnia ſancto obediant Concilio. Si quis vero probatus fuerit aliquo modo hujus vinculi violator, non recipiatur niſi cum digna pœnitentia.

§. VII. Mitius vero agi cœptum eſt, Innncentio III Eccleſiaſticarum rerum potiente (an. 1200.), qui conceſſit (*C. reſponſo de ſent. Excomm.*) Evangelii præconibus, ut diebus Dominicis ſua munia obirent, Epiſcopiſque ut baptizatos ſacro Chriſmate linire poſſent, veniamque præterea fecit, ut Clericorum cadavera terræ ſanctæ abſque tamen funebri pompa mandarentur, laudeſque divinæ ſine Nolarum ſonitu ab Regularibus viris in Eccleſia pſallerentur (*C. quod in te, de Pœnit. & Remiſs.*). Gregorio vero IX Pontifice (ann. 1230.) morti proximis data Viatica, Miſſæque Sacrum ſemel ſingulis hebdomadis abſque celebritate peractum. (*C. permittimus eod.*)

§. VIII. Multum etiam a priſtina ſeveritate receſſit Innocentius IV: (an. 1243) verum Bonifacius VIII (an. 1294.) omnium maxime habenas laxavit, quo Pontifice ventum eſt ad eum locum, in quo nunc res eſt. Licuit igitur per hunc Pontificem Sontibus, præterquam Interdicti reis Pœnitentiæ Sacramento opitulari, licuit Clericis privatim divinas laudes pſallere, licuit ſolemnioribus diebus populum (Interdicti tamen reis ſummotis) ſacra Synaxi publice reficere, ſacriſque ſolemnibus Canticis recreare: licuit demum ſocietatem privato Matrimonii Sacramento ſolari. (*C. alma Mater de ſent. excomm. in 6.*)

Q U.

Q U. X V.

Quid eſt Suſpenſio?

§. I. SUſpenſio eſt Cenſura Eccleſiaſtica, vi cujus Clerici Clericalia munia obire, clericaleſque fructus percipere prohibentur. (*a*)

(a) Berard. *In Jus Eccl. Un. Tom. III, Diſ. 3, p. 2, c. 7.* Quemadmodum ſæpe apud veteres ſub generali Excommunicationis nomine, uti ſuperius obſervatum eſt, veniebat etiam ſuſpenſio ad certum, vel incertum tempus indicta, aut perpetua depoſitio a Sacris, religioſiſve officiis, *Can.* 5, ex Apoſtolicis, *Can.* 13, *diſt.* 12, *Can.* 13, *diſt.* 18, *Can.* 9, *diſt.* 23, *Can.* 9, *diſt.* 35, *Can. ult. Cauſ.* 2, *quæſt.* 1, *Can.* 16, *Cauſ.* 7, *quæſt.* 1, *Can.* 2, *Cauſ.* 24, *qu.* 3, *Can.* 35, & 57, *de conſ. diſt.* 1, *Can.* 11, *de conſec. diſt* 2, ita & aliquando contigit, ut excommunicatl, ii ſcilicet, qui cenſura excommunicationis, nou pœna anathematis plectebantur, ſuſpenſi a communione dicerentur, etiamſi de laicis ageretur, *Can.* 7, *Cauſ.* 27, *quæſt.* 1, *Can.* 5, *de pœn. diſt.* 5, & *in Can.* 11 Concilii Arelatenſis II anni 452, ubi ſtatuitur, laicos metu perſecutionum a fide recedentes per certum tempus haberi *a communione ſuſpenſos*; quod potiore jure de Clericis dicebatur, ubi communione tantum Clericali arcebantur, uti in *Can.* 2, *diſt.* 34, *Can.* 12, *cauſ.* 2, *quæſt.* 1, *Can.* 1, *cauſ.* 4, *qu.* 5, *Can.* 2, *cauſ.* 15, *qu.* 8, *Can.* 2, *cauſ.* 21, *qu.* 4. Hodie proprie ſuſpenſio appellatur Cenſura, qua Clerico, vel Monacho, vel etiam Clericorum Monachorumve Collegio interdicitur, ne ordine ſuo, officiove fungantur, neve fructus beneficii ſui percipiant, jure beneficii, officiive retento. Speciale hoc ſuſpenſionis nomen ad hanc cenſuram deſignandam a recentioribus uſurpari conſuevit, poſtquam cenſurarum diſcrimina clarius a Pragmaticis, & interpretibus tradi ceperunt juxta *cap.* 20, *de verb. ſignif. cap.* 8, *de conſuet. cap.* 7, *in fin. cap.* 16, & 26, *de elect. cap.* 8, *de ætat. qual.* & *ordin. præf. cap.* 18, *de exceſs. Prælat.* Neque vero negotium faceſſit *cap.* 2, *de cler. excommun.* quod eſt Concilii Antiocheni quarto ſæculo celebrati; ſiquidem quod ibidem occurrit ſuſpenſi Clerici nomen, recentioris Interpretis manu adjectum deprehenditur, quemadmodum liquet ex collatione dicti Capituli cum *Can.* 6, & 7, *cauſ.* 11, *qu.* 3. Non memoro *Canonem* 5, *cauſ.* 26, *qu.* 5, utpote in quem mendum irrepſiſſe, & pro voce *ſuſpenſus* in Toletano Concilio legi *depoſitus* jam obſervarunt Romani correctores. Similia etiam menda occurrunt in *Can.* 2, *cauſ.* 21, *quæſt.* 4, &, uti multis placet, in dicto *Can.* 2, *diſt.* 34, ſeu quod idem eſt, in *cap.* 1, *de Clerico venatore*. Cum autem, uti dictum eſt, apud veteres aliquando nomen ſuſpenſionis indicabat depoſitionem, id verum erat, ubi ſuſpenſio in perpetuum indicebatur, *Can.* 5, *cauſ.* 26, *qu.* 5, quemadmodum & e converſo non ſemel qui depoſiti, & damnati generaliter dicebantur, proprie ſuſpenſi tantum erant quoties in certum, vel incertum tempus depoſitio conferretur, quemadmodum interpretari poſſumus Canonem 13, & ſequentes, uſque ad vigeſimum nonum *diſt.* 50. Hinc regula præſtitui poteſt, ut ſi quis in veteribus Canonibus dicatur deponi, aut carere dignitate, dejici a Clero, intelligeretur ſuſpenſio, niſi adpareret adjectam fuiſſe clauſulam *ſine ſpe reſtitutionis*, vel aliam ſimilem, quæ pœnam perpetuam deſignaret, quemadmodum intelligo *Can.* 13, *diſt.* 23, *can.* 5, & 7, *diſt.* 24, *Can.* 1, *diſt.* 48, *Can.* 22, 25, 29, 32, 33, 35, & 58, *diſt.* 50, *Can*, 1, & 5, *diſt.* 51, *can.* 2, & paſſim *diſt.* 54, *Can.* 4, & 2, *diſt.* 70, *Can.* 1, 3, 4, & paſſim *diſt.* 71, *Can.* 4. *diſt.* 77, *can.* 4, *cauſ.* 1, *qu.* 7, & *Can.* 7, *cauſ.* 2, *qu.* 3. Quod ſi quandoque in vetuſtis Canonibus talis concepta fuerit formula, quæ

æque

Digitized by Google

§. II. Suſpenſio etiam veteribus nota (*b*) (*Vid.pag.* 195.) fuit. Nam Clerici, qui primis Eccleſiæ ſæculis ad Laicam communionem detrudebantur, ii ex

---

æque commode & ad ſuſpenſionem, & ad depoſitionem referri valeret, ego cenſeo poſitum fuiſſe in Epiſcoporum arbitrio, ut quam pro arbitrio judicarent ſeu ſuſpenſionis, ſeu depoſitionis pro qualitate criminis, & adjunctis ſententiam proferrent.

Itaque proprie dicta ſuſpenſio in primis appellatur cenſura, non ſane quod omnis ſuſpenſio, quæ in Canonibus memoratur, cenſura ſit, ſed illa tantum, quæ infertur ad coercendos reos criminum, donec ipſi Eccleſiæ ſatisfaciant. Hinc multiplex ſuſpenſio eſſe poteſt, alia nimirum, quæ pœnitentiæ, vel pœnæ locum tenet; alia, quæ neque pœnitentia, neque pœna, neque cenſura eſt, ſed potius ſalutaris quædam providentia, qua Epiſcopus ex certis factorum adjunctis conſulit decori ſacrorum, ſive Sacramentorum honori; alia denique, quæ eſt proprie cenſura. Qua in re obſervatione dignum eſt, non omnia, quæ paſſim ſtatuta, ac recepta ſunt de cenſura ſuſpenſionis, certis ſuſpenſionum ſpeciebus convenire. Sita eſt aliquando ſuſpenſio in pœnitentia, vel pœna, veluti cum quis ad certum, & determinatum tempus, puta ad annum, jubetur a ſacris officiis abſtinere, uti in *Can.* 13, *diſt.* 12, *Can* 17 *diſt.* 18, *Can.* 9, *diſt.* 35, *Can.* 36, *diſt.* 50, *Can.* 2, *diſt.* 55, *Can.* 29, *cauſ.* 7, *quæſt.* 1, *Can.* 2, *quæſt.* 4, *cauſ.* 21, *Can.* 32, *cauſ.* 23, *quæſt.* 8, *cap.* 1, *de cuſt. Euchariſtiæ*, *cap.* 7, *de elect. cap.* 1, §. *adjicientes*, *cap.* 16, §. *Cæterum*, *cap.* 37, §. *porro*, *cap.* 44, *eod. tit. in* 6, *cap.* 2, & 4, *de temp. ord. in* 6, *cap.* 1, *de ſent. excomm. in* 6, *Clement.* 1, §. *Verum de hæret.*, Conc. Trid. *ſeſſ.* 23, *cap.* 8, & 10, *de reform.* Conſiſtit deinde aliquando ſuſpenſio in eo quod Epiſcopali providentia quis arcetur a miniſterio ſacro, non ſane quod qui ſuſpenditur criminis reus ſit, aut de crimine convictus, aut crimen confeſſus, ſed quod non deceat ſancta tractari ab eo, contra quem fama publica aliquid minus honeſtum refert, vel jam criminis publici accuſatio vel inquiſitio fuerit inſtituta, ita poſtulante politiæ Eccleſiaſticæ ratione, quæ non patitur ad exercitionem ſacrorum admitti niſi eos, qui integræ vitæ & exiſtimationis ſint apud homines, ut honeſta undecumque ſit, & decora Sacramentorum adminiſtratio. Hæc ſuſpenſio nec per ſententiam ſit, nec ex juris diſpoſitione, ſed per mandatum Prælati. Exempla autem ſunt *in can.* 13, & 14, *cauſ.* 2, *quæſt.* 5, *in cap.* 26, *de accuſ.*, *in cap.* 10, *de purgat. Canon*, *in cap.* 4, 5, 10, & 31, *de ſimonia*. Hinc fluit, ut quamquam nemo excommunicari poſſit, aut interdici, niſi ob certum crimen, immo ut plurimum cauſa excommunicationis, aut interdicti eſſe ſoleat contumacia; aliud tamen obſervetur in ſuſpenſione, quæ etiam ad cautelam adhibetur, qua in ſpecie nunquam cenſura dici poteſt. Hinc etiam fluit, ut ſuſpenſio infligi poſſit ob peccata præterita, quæ quis forte jam pœnitentia deleverit, aut etiam ex ſola ſuſpicione peccati; quemadmodum & rite indiceretur ex defectu corporis temporali, quod potius in honorem ſit ſacri ordinis, quam ad privationem jurium ſpiritualium cauſa Clerici emendandi. Porro in hoc ſuſpenſionis genere obtinet, ut ſuſpenſus non ſtatim ac purgatus, abſolutuſque ab judicio fuerit, abſolvendus ſit a ſuſpenſione, & ad ſacra miniſteria obeunda admittendus, ſed debeat adhuc expectari, donec rumor publicus, ac ſcandalum evanuerit, ſecus ac vigeat in ſuſpenſione a beneficio, quod ſtatim reddendum eſt, *cap.* 10, *de purg. Canon*. Hinc præterea fluit, ſuſpenſionem, quæ ſit ad cautelam, ſeu ad honorem ſacrorum miniſteriorum, eſſe partialem, nimirum tantum ab exercitione ordinis non a beneficiis; etenim in eo, quo quis beneficii redditibus utatur, non eſt, quod detrahatur venerationi ſacrorum miniſteriorum, unde in *cap.* 10, *de purgat. Can.* Innocentius III adprobavit quidem ſententiam ſuſpenſionis a muneribus ordinis latam adverſus ſuſpectum, non tamen eodem modo adprobavit ſententiam ſuſpenſionis a beneficio, quam tantum profeſſus eſt, ſe *nolle improbare*, factum ſuperioris excuſans, propterea quod de *immanitate criminis*, in quo ſeverioris diſciplinæ extra ordinem uſus eſſe poterat, ageretur. Hinc denique fluit, aliquando eſſe poſſe aliquem ſuſpenſum ratione ſui, non aliorum, ut contingit in crimine occulto, cui immineat ipſo facto ſuſpenſionis cenſura; aliquando poſſe aliquem ſuſpendi ratione aliorum, non ſui, veluti ab exercitione ſacrorum ex ſimplici ſuſpicione criminis, qua in ſpecie nonnihil re-

lin-

Clericorum muneribus excidebant, quique minore aliqua excommunicatione icti erant, aut omnimoda ſuſpenſione conſtricti erant, aut aliqua ſuſpenſioni particula aſper ſi.

§. III. Verum cum noſtris temporibus ſu-

linquitur arbitrio Prælati, ut coerceat ſuſpenſionis mandatum ad ſacra publice gerenda, & permittere valeat, pro ſuſpicionis modo, Clerico ſuſpecto exercitionem ordinis privatim habendam, & aliquando poſſe eſſe aliquem ſuſpenſum, & ratione ſui, & aliorum, ubi crimen verum ſit, & publicum, ideſt judicio publico probatum. Proprie cenſura ſuſpenſionis eſt cum ad tempus indeterminatum infligitur ad reum emendandum, & in hoc a depoſitione perpetua diſtinguitur. Refertur autem ad functiones univerſas, ſive Clericales ſive Monaſticas, ſive illæ ſint ordinis, ſeu adminiſtrationis; & in hoc diſtinguitur ab excommunicatione, quæ refertur ad bona fidelibus univerſis communia, eamque ob cauſam ita definita eſt, ut per eam Clericis, aut Monachis interdicatur, ne ordine ſuo, officiove fungantur, neve fructus beneficiorum percipiant, non ſolum jure ordinationis, ſed & jure officii, beneficiique retento. Igitur inferri poteſt cenſura ſuſpenſionis in Clericos æque, ac Monachos, aut Sanctimoniales, immo & in Clericorum, Monachorum, aut Sanctimonialium Collegia. Siquidem hærent iis omnibus jura, circa quæ ſuſpenſio verſatur. Reſpectu Capitulorum ſunt quæ fiunt in communi, puta jus eligendi, jus celebrandorum officiorum, jus ſuffragii in negotiis Capitularibus, & ſimilia. De ſuſpenſione abs jure eligendi fit mentio *in cap.* 7, §. *ult. de elect.* De ſuſpenſione ab officiis mentio fit *in cap.* 40, *de elect. in 6*, & in Concil. Trid. *ſeſſ.* 23, *cap.* 10, *de reform.* Notandum autem eſt, ubi Capitula dicuntur ſuſpendi a divinis, intelligi ſuſpenſa a divinis, quæ fiunt in communi, non autem ab iis quæ ſinguli de Capitulo obirent, cum multum diſtet ſuſpenſio Collegiorum a ſuſpenſione ſingularium perſonarum, ut ut iſtæ Collegium componant. Reſpectu ſingularium perſonarum ſuſpenſio refertur ad omnia jura quæ ſingularibus eiſdem perſonis competunt.

Specialis eſt de Epiſcopis conſtituta diſciplina, item de Prælatis quibuſcumque Epiſcopo majoribus, ut ii non ſubjaceant generalibus ſuſpenſionibus ex juris auctoritate indictis, niſi in lege ſuſpenſionem indicente facta fuerit de eiſdem Epiſcopis, & Prælatis expreſſa mentio, *cap.* 37, *de elect. in 6*, *cap.* 4, *de ſent. excom. in 6.* Sunt qui putant hoc Epiſcopale privilegium utpote primum competens ex providentia Concilii Lugdunenſis, ſpectare tantum ſuſpenſiones generaliter indictas ab iis legibus, quæ editæ fuerint poſt Lugdunenſe Concilium, non vero reſpicere Canones præcedentes, ſive editos olim uſque ad annum 1245; propterea quod regula ſit, leges futuris tantum, non præteritis caſibus proſpicere, argumento *cap.* 13, *de Conſt.* Mihi hæc opinio placere non poteſt, obſervanti in primis, Lugdunenſem Canonem in dicto *cap.* 4, *de ſent. excom. in 6*, non exprimi verbis directis in leges, quæ ſententiam ſuſpenſionis intulerunt, ſed in Epiſcopos, qui exemti declarantur a ſuſpenſione a quacumque Conſtitutione indicta, ut perſpicue probant verba illa, *nullius Conſtitutionis occaſione;* obſervanti deinde, rationem Lugdunenſis Concilii generalem eſſe, & æque ad futuras, atque ad præteritas leges referri: quomodo enim ſatis proſpectum eſſet juxta mentem Lugdunenſium Patrum periculis Eccleſiarum ſi adhuc Epiſcopi ſubjacere pergerent ſuſpenſionibus antea indictis? obſervanti denique nihil in contrarium probari generali regula *Capituli* 13, *de Conſt.* quamquam enim verum ſit, leges plerumque non reſpicere caſus præteritos, in propoſito tamen Lugdunenſe privilegium proſpicere futuris caſibus. Eſto, legem proponi latam ante Lugdunenſe Concilium; factum tamen, ex quo Epiſcopus ſuſpenſioni ſubjaceret, Lugdunenſi Concilio ſucceſſit; eamque ob rem in hac ſpecie adhuc Conſtitutio Lugdunenſis ad futuros tantum caſus referretur. Epiſcoporum mentio ſpecialis fit in ea ſpecie, qua damnandi ſint, qui Apoſtolicæ Sedis præcepta contemnant, *Can.* 2, *diſt.* 12. Secundo, in ea ſpecie, qua plectuntur Clerici Venatores, *Can.* 2, *diſt.* 34, *cap.* 1, *de Cler. venat.* Tertio, in ea ſpecie, qua Epiſcopi conſentiant Clericis incontinentibus, *Can.* 10, *diſt.* 32, & *Can.* 1, *diſt.* 83. Quarto, quoties Epiſcopi mutuis ſe ſe officiis non adju-

ſuſpenſio modo Cenſuræ modo Pœnæ perſonam induat, (idem dicito de Excommunicatione, & Interdicto) quandonam inter Cenſuras, quando inter pœ-

verint ad pacem populorum conciliandam, *Can.* 11, *diſt.* 90. Quinto, ſi Epiſcopi Parochias alienas invadant, vel concitent ſeditiones, *Can.* 6, *diſt.* 92. Sexto, ſi pecuniam pro ſacro oleo aut balſamo Epiſcopi acceperint, *Can.* 102, *cauſ.* 1, *quæſt.* 1. Septimo, ſi Epiſcopus alienum Diœceſanum cenſura notaverit, *Can.* 7, *cauſ.* 9, *quæſt.* 3. Octavo, ſi Epiſcopus temere res Eccleſiaſticas alienaverit, *Can.* 8, *cauſ.* 10, *quæſt.* 2. Nono, ſi Epiſcopus præter Superioris conſenſum a ſua Diœceſi abſit, *Can.* 26, 27, *cauſ.* 23, *quæſt.* 8. Decimo, ſi Epiſcopus conniventiam in depopulatores agrorum, & incendiarios exhibuerit, *Can.* 32, *cauſ.* 23, *quæſt.* 8. Undecimo, ſi Epiſcopus decimas, & oblationes laicis conceſſerit, *cap.* 17, *de decimis*. Duodecimo, ſi Concilium Provinciale ſtatutis temporibus non celebraverit, *cap.* 25, *de accuſat.* Decimotertio, ſi Epiſcopus non eam ſollicitudinem adhibuerit, quæ indicitur in *cap.* 9, *de hæreticis* in integra Decretali. Decimoquarto, in ſpecie *cap.* 10, *de exceſſ. Prælat.* ubi Epiſcopus contra Canones adverſus fures judicium inſtitui curaverat, graviterque deliquerat. Denique, ſi Epiſcopus ordinaverit invitum, *Can.* 1, *diſt.* 74.

Duplex eſt ſuſpenſionis Cenſura, nimirum totalis, & partialis, uti Pragmatici loquuntur. Totalis univerſa jura afficit, ſeu quæ ab officio, ſeu quæ a beneficio, ſeu quæ ab ordine pendent, uti in *Can.* 5, 6, 10, 11, *diſt.* 32. Partialis aliqua tantum jura elevat, vel ea nimirum, quæ ſunt officii, vel quæ beneficii, vel quæ ordinis, uti in *cap.* 2, *de cler. non ord. min. cap.* 7, §. 1, *cap.* 26, 44, *de elect. cap.* 1, *in fin. cap.* 13, 37, *de elect. in* 6, *cap.* 1, *de ſent. & re jud. in* 6. Immo & ipſa partialis ſuſpenſio adhuc in minores partes ſubdividitur; ſic ex. gr. poteſt ita quis ſuſpendi ab ordine, ut unius careat ordinis miniſterio, alterius miniſterium retineat, *Can.* 17, *diſt.* 34, *Can.* 39, *diſt.* 50, *cap.* 13, 14, 16, *de temp. ord. cap.* 4, *eod. in* 6, *cap. un. de Cler. per ſalt. prom. cap.* 2, 3, *de eo qui furtive*. Sic ex. gr. poteſt per ſuſpenſionem alicui denegari jus unius beneficii, alterius reſervari, *cap.* 37, *de elect. in* 6. Multa ſane ſunt in propoſito obſervanda.

Et primo quidem, ſi quis generaliter ſit ſuſpenſus, ideſt ita aut lege aut ſententia judicis notetur, ut abſolute ſuſpendatur, intelligetur ſuſpenſus ab omnibus juribus ſeu ordinis, ſeu officii, ſeu beneficii, argumento *Can.* 2, *cauſ.* 21, *quæſt.* 3.

Secundo licet ſuſpenſio a minore ordine, officio, vel beneficio in cauſa ſit, ut majori, & præſtantiori ut plurimum interdicatur; non tamen e converſo ſuſpenſo a majore, & præſtantiore interdictum intelligetur, ne in minore miniſtret, *cap.* 4, 17, *de temp. ord.* Hanc ob rem ſuſpenſus ab ordine recepto, vi ejuſdem ſuſpenſionis interea impeditur ne ad majores ordines aſcendat.

Tertio quod attinet ad ſuſpenſionem ab ordine, qui ab hoc tantum ſuſpenſus eſt, poterit nihilominus exercere juriſdictionem in foro externo.

Quarto quod attinet ad ſuſpenſionem ab officio, qui ab hoc ſuſpenſus eſt neque eligere, neque eligi poteſt, neque ſuffragium ullum ferre, *cap.* 8, *de cenſ. cap.* 26, *de elect. cap.* 8. *de ætat.*, *& qual. præfic. cap.* 10, *de Cl. excom. miniſt. cap.* 8, *de exceſ. Prælat.* Neque ulla ratione poteſt exercere juriſdictionem ſive fori interni ſit, ſive externi, ita ut actus juriſdictionis editi irriti penitus habeantur.

Quinto, quod attinet ad ſuſpenſionem a beneficio, obſervatur, olim hanc perquam raro indictam fuiſſe, propterea quod beneficia non habebant eam formam, quam in præſentia exhibent. Nimirum beneficia Clericorum ex communi diſciplina in eo conſiſtebant, quod Clericus ex redditibus Eccleſiarum neceſſaria alimenta perciperet, ſive in communi, ſive certas obventiones ſibi præcipuas faciens. Potius in hoc cenſuræ ſpecies erat, quod Clerici cogerentur alimenta capere ſegregati a cæteris, quod dicebatur deduci in peregrinam communionem. Recentioribus ſæculis, poſtquam beneficia in aliam formam redacta ſunt, & Clerici ſibi blanditi fuerunt, arbitrati ſe in illis majus jus habere, frequentior eſſe cœpit hæc ſuſpenſio, ut in iis rei gravius punirentur, in quibus quoddam ſibi delicium conſtituerunt. Itaque ſi quis ſuſpenditur a beneficio tantum, non cenſebitur ſuſpenſus ab officio, vel ordinis miniſterio, *Can.* 22, 39, *diſt.* 50,

pœnas familiam ducat, ſcire atque dignoſcere hoc opus hic labor eſt. Magni enim id intereſt, cum Cenſuram fractam, non itidem Pœnam Irregularitas conſequatur.

§. IV. Ut ex hoc tam impedito loco noſmet

50, *de cleric. non ord. min.*: ideoque adhuc eligere poterit, immo & beneficium reſignare, ac permutare, propterea quod ſuſpenſio a beneficio non privet ipſo beneficii jure, ſed tantum a commodis beneficii temporalibus arceat, *cap.* 7, *de elect.* Tantum prohibetur ſuſpenſus, ne fructus percipiat, ne bona, & jura beneficii adminiſtret, neve bonorum beneficiariorum cauſa in judicio agat, aut excipiat, *cap.* 8, *de dolo & cont. cap.* 9, *de except.* dato interea auctoritate Prælati curatore beneficio eidem, ut ſit qui fructus colligat, & jura beneficii tueatur. Quod ſi quis ſuſpenſus tantum a beneficio proponatur ſui ſuperioris auctoritate, ea ſuſpenſio tantum afficiet beneficium quod poſſidetur in Eccleſia, quam ſuſpenſus offendit, non cætera beneficia, *cap.* 37, 44, *de elect. in* 6, niſi aliud in ſententia exprimatur, *cap.* 40, *eod.* in 6. Ex his omnibus nemo non intelligit cauſam, quare ſuſpenſio, magis quam cæteræ cenſuræ, hodie in uſu eſſe ſoleat atque obſervari. Afficit ipſa tantum perſonas Eccleſiaſticas, eaſque, quæ eccleſiaſticarum numero recenſentur, proindeque Eccleſiaſtici Prælati preſſius, & expeditius curare valent, ut hujus generis ſententia executioni mandetur.

(b) Boehm. *J. P. ſect. VIII*, *c.* 2, §. 14. Conſtat ex hiſtoria primitivæ Eccleſiæ Chriſtianos in primis ſtuduiſſe, ut non tantum fidem in Chriſtum *ore*, ſed etiam ipſo *opere* confiterentur, & quia nihilominus evitari non potuit, quin ſæpe cœtui Chriſtianorum ſeſe adjungerent, qui priſtinum vivendi morem corrigere haud amarent; diſciplina Eccleſiaſtica adhibita fuit, qua talium mores, vel in melius reformarentur, vel cœtu fidelium plane excluderentur. Ita enim Origenes *l.* 3 *contra Celſum*. *Jam*, inquit, *erga peccatores quam ſevera eſt diſciplina, præcipue contaminatos libidine, quos e ſua communione rejiciunt noſtri, quantumvis Celſus eos nugacibus Circulatoribus ſimiles faciat*: (& poſt pauca) *ac rurſum reſipiſcentes haud ſecus quam redivivos recipiunt poſt longiorem melioris mentis approbationem, quam cum primum ad Religionem diſcendum admitterentur, ea tamen conditione, ut quoniam lapſi ſunt, excludantur in poſterum ab omnibus dignitatibus, & Magiſtratibus Eccleſiaſticis*. Hic erat *lapſorum*, & *receptorum* ſtatus, ubi merito obſervanda eſt priſtinorum Chriſtianorum ſingularis precatio in recipiendis Pœnitentibus, qui per plures gradus demum recipiebantur, quos explicat Chriſtophorus Juſtell. *Bibl. Jur. Can. antiq. Tom. I*, & fuſiſſime Morinus. In primis vero *lapſi* inhabiles judicabantur ad quævis munia Eccleſiaſtica, adeo ut etiam Epiſcopi, & Presbyteri lapſi, poſtea Pœnitentes reciperentur quidem, ſed officio ſuo haud amplius membra potuerint; aliquando honorem quidem retinebant, ſed ad ſacrum miniſterium non amplius admittebantur, Conc. Ancyr. *cap.* 1, 2. Atque hoc ipſum quoque variis Juris Canonici textibus confirmatur *c.* 1, *ſeq. c.* 60, *c.* 66, *ſeq. Diſt.* 50. Verum ſequioribus temporibus, cum Clerici vitam irreprehenſibilem plane deponerent, paulatim ab hoc rigore recedi cœpit, ne forſan vetere diſciplina retenta, Clerici rareſcerent. Sic enim Calixtus ait *in c.* 14, *diſt.* 50. *Errant enim qui putant, Domini Sacerdotes poſt lapſum, ſi condignam egerint Pœnitentiam, Domino miniſtrare non poſſe, & ſuis honoribus frui, ſi bonam deinceps egerint vitam, & ſuum Sacerdotium condigne cuſtodierint*: id quod in ſequentibus textibus *eadem Diſtinct.* confirmatur. Fuiſſe vero inter Patres Sæculi V & VI hac de re diſſenſiones, evidens eſt ex *c.* 16, *Diſt.* 50. Sed in tanta diſſenſione prævaluiſſe tandem, & recepta videtur ſententia, poſt *Pœnitentiam* poſſe Clericos redire ad priſtinum officium, niſi crimen eſſet graviſſimum admiſſum, ob quod *Pœnitentia perpetua* eidem injuncta eſſet, quia non conveniens videbatur, *in ſtatu Pœnitentiæ* ſacris præeſſe officiis. Cæterum propter leviora crimina Pœnitentia aliquando ad certum tempus reſtricta, intra quod *interim* non poterat Pœnitens Sacris præeſſe, ſed tempore Pœnitentiæ finito, officio, & communioni reddebatur *c.* 36, *diſt.* 50. Inde orta eſt *ſuſpenſio ab officio ſacro*, quia durante Pœnitentia executio officii ſuſpendebatur, quod clarius ex Nicolai Epi-

noſmet expediamus, cenſuræ naturam expendamus. Primo: Cenſura a vi clavium vim ſuam dicitur mutuari; eæ igitur ſuſpenſiones, quæ a non Clericis latæ in Jure leguntur, non cenſuræ, ſed puræ putæ putandæ pœnæ ſunt. Secundo: Cenſuræ in foro exteriore ſedem ſuam fixerunt; illæ igitur ſuſpenſiones, quæ abſque Judiciaria tela texenda feruntur, Cenſurarum tribu movendæ ſunt. Neque Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 14, *c.* 1, *de Ref.* hiſce verbis: *Cum honeſtius, ac tutius ſit ſubjecto debitam Præpoſitis obedientiam impendendo in inferiori Miniſterio deſervire, quam cum Præpoſitorum ſcandalo graduum altiorum appetere dignitatem, ei, cui adſcenſus ad ſacros ordines a ſuo Prælato ex quacumque cauſa, etiam ob crimen occultum, quomodolibet, etiam extrajudicialiter, fuerit interdictus: aut qui a ſuis ordinibus, ſeu gradibus, ſeu dignitatibus Eccleſiaſticis fuerit ſuſpenſus; nulla contra ipſius Prælati voluntatem conceſſa licentia de ſe promoveri faciendo, aut ad priores ordines, gradus, & dignitates, ſive honores reſtitutio ſuffragetur*: aliud ſibi vult, (pace Benedicti XIV *de Synod. Diœc. l.* 12, *c.* 8, §. 3.) quam occultorum criminum reis ad ſuperiores ordines aditum ab Epiſcopis obſtrui poſſe, quin ad Judiciariam telam texendam adigantur. Ubi vero agitur de ſuſpenſionis cenſura irroganda, ab hujuſce texendæ telæ cura Epiſcopi minime liberantur. Nam in altera Decreti parte, ubi loquitur de ſuſpenſione, Tridentina Synodus ea verba *ex quacumque cauſa, etiam ob crimen occultum, quomodolibet etiam extrajudicialiter*, prudens omiſit. Tertio: Cenſuris ſuæ ſolemnes, ſtatæque formulæ ſunt, quæ ſi Suſpenſionibus deerunt, ab omni te Cenſuræ ſcrupulo liberabo. Quarto: Cenſuræ locus non eſt, ubi lethale crimen pervicacia comite ſe ſe non præbeat conſpiciendum, quorum alterum ſi a te ſuſpenſo abfuerit, non cenſura, at pœna torquebere.

QU.

ſtola *in c.* 39, *D.* 50, conſtat, ubi Clerico incaute agenti Pœnitentia indita legitur, & *ut aliquanto tempore a Miſſarum Solemniis ſuſpendatur, denuo poſt hæc ad Sacerdotale rediturus officium*: quin non raro ſuſpenſio talis indeterminate fiebat; quia enim potiſſimum decernebatur, ut pœnitentiam interim ageret, & ad mores Chriſtiano dignos reverteretur; congruum erat, tamdiu eumdem a Miniſterio divino arcere, donec de emendata vita probabiliter conſtaret. Sic in Concil. Aurel. *c.* 25 dicitur: *Tamdiu a ſacrificando ceſſabit, quamdiu legitima Pœnitentiæ ſatisfactione correctus ad gradus ſui officium redeat, quod amiſit.* Hæc itaque ſuſpenſio potiſſimum *ob impoſitam Pœnitentiam* oriebatur, & hoc intuitu inter Cenſuras Eccleſiaſticas refertur, *c.* 20, *de V. J.* quia durante hoc *ſtatu Pœnitentiali* Sacris vacare non poterat.

De Solemnitatibus, deque ordine ſervando in ferendis Cenſuris agemus Lib. III.

Digitized by Google

Q U. XVI.

Quinam ſunt Pontificis Maximi Conſiliarii, atque Adminiſtri?

§. I. PRimarii ſummi Pontificis Conſiliarii, atque Adminiſtri ſunt Cardinales (*a*) S. Romanæ Eccleſiæ. Neque eorum natales recentioris ævi ſunt, neque auctoritas , ut blaterant Heterodoxi, nova eſt, verum Apoſto-

licis

(a) De ratione eligendi Cardinales Bullam edidit Xiſtus V, in eaque ſic ferme ſtatuit . Primo , ut Cardinalium electio fiat ſemel in anno Menſe Decembri In temporibus ſeu diebus Jejuniorum. Secundo, ut eligantur qui in ſingulis orbis Catholici nationibus præſtant, pietate, doctrina, prudentia, atque animarum zelo. Tertio , ut ſaltem quatuor non pauciores in ſacra Theologia Magiſtri ex Regularibus , & Mendicantium Ordinibus . Quarto , ut eligendi compleverint annum ætatis vigeſimum ſecundum , quo Diaconatus ordine inſigniri poſſint. Quinto , ut nullo Canonico impedimento laborent , quominus queant initiari ſacris. Sexto , ut in quatuor ordinibus minoribus conſtituti ſaltem per annum Clericalem habitum detulerint, antequam eligerentur. Septimo, ut vere legitimi ſint , adeo ut neque legitimatio per ſubſequens Matrimonium, multo vero minus per Privilegium ſuffragetur. Octavo, ut non habeant filios, vel Nepotes quamvis procreatos ex legitimo Matrimonio in ſtatu Laicali. Nono, ut nullum habeant in S. Collegio vel fratrem, vel Patruellem, vel Amitimum, vel Conſobrinum. Decimo, ut ne ſeptuaginta excedant, ex quibus quinquaginta ſint Presbyteri, Diaconi quatuordecim, Epiſcopi ſex. Quod poſtremo loco ſtatutum exacte ſervatum eſt hactenus, præcedentia porro pro arbitrio Pontificum . Cardinalibus datus eſt rubeus Galerus ab Innocentio IV ann. 1243, rubra capicia a Paulo II ann. 1464, Titulus Eminentiſſimi, quo ab omnibus, exceptis Regibus , ac Senatu Veneto, appellari deberent, ab Urbano VIII anno 1623. Alia privilegia ab aliis obtinuerunt, de quibus diſſerere longum eſſet, eo vel maxime quod de eorum numero non convenitur. Albanus triginta tria enumerat Privilegia , Cohelius quadraginta unum, Manfredius octoginta novem. Quidam in opere mſſ., cujus meminit Germonius, ter centum. Vide Triam in Synopſi Card. præcipuorum Privilegiorum impreſſa poſt Plarum *de Card. Off. & dignitate* ed. Rom. an. 1746.

Benedict. XIV *de Synod. Diœceſ. l.* 3, *c.* 10, *n.* 1. Cardinales ſuper Epiſcopos, & Archiepiſcopos ſediſſe legimus in Conc. Lugd. I ſub Innocentio IV, in cujus Actis habetur Tom. VII *Coll. Hard. col.* 378: *Ad dexteram, & in eminentioribus locis ſederunt Epiſcopi Cardinales, ex altera vero Presbyteri Cardinales , Archiepiſcopi, & Epiſcopi poſt eos.* In Concilio Lugdunenſi II anni 1274 ſub Gregorio X, Cardinales omnibus antelatos Epiſcopis, & Metropolitanis legitur apud Raynaldum ad eumdem annum *n.* 3, eamdemque loci prærogativam Cardinalibus delatam in Concilio Florentino ex ejuſdem Actis liquet. In Concilio pariter Romano anni 1059, ſub Nicolao II, quod ex antiquo Codice Vaticano tranſcriptum publici Juris fecit Petrus Poſſinus, Cardinales ante Epiſcopos, Conciliaribus decretis ſubſcripſerunt *Tom. 6 Collect. Hard. p.* 1, *col.* 1066. Nec mirum eſt, Cardinalibus, qui ſupremi Eccleſiæ Moderatoris Conſiliarii ſunt, eique, tamquam membra ſuo capiti adhærent, hanc attribui Præeminen-

tiam;

Digitized by Google

licis orta (*b*) temporibus plurimorumque ſæculorum ſtadium emenſa eadem ferme ad noſtram uſque ætatem pervenit. Nam ſæculo III ab Euſebio *l. 6 H. E. c.* 43, Romæ memorantur Presbyteri quatuor ſupra quadraginta, ſeptem Diaconi, totidem Subdiaconi, Accolyti duo & quadraginta, Exorciſtæ, & Lectores, & Oſtiarii quinquaginta duo. Quamvis autem tam ingens Clericorum numerus Romæ iis temporibus eſſet, in Eccleſiæ ſenatum non includebantur niſi Presbyteri, & Diaconi, uti conſtat ex Epiſtolis D. Cypriani 9, *&* 20, quæ ita inſcriptæ ſunt: *Cyprianus Presbyteris, & Diaconis Romæ conſiſtentibus ſalutem:* quæ litteræ datæ fuerunt anno 253, cum Eccleſia Pontifice vacaret.

§. II. Quanta porro primis Eccleſiæ temporibus huic Ordini auctoritas fuerit, liquet etiam ex iis, quæ *hær.* 42 S. Epiphanius ſcribit de Marcione an. 143, quem ab Epiſcopo ſuo exauctoratum ad Romanæ Eccleſiæ Presbyterium (interregnum erat) provocaſſe, triſtemque litteram tuliſſe narrat. At juvat ea intelligere, quæ Romanæ Eccleſiæ Senatus ab Clero Carthaginenſi, cum Cyprianus ab ſua exularet Eccleſia, conſultus reſpondit: *Et cum incumbat nobis, qui videmur præpoſiti eſſe, & vice Paſtoris cuſtodire gregem* .... (Vid. op. Cypr. *Ep.* 8, Ed. Oxon.)

§. III. Hæc Clerus Romanus, Sede vacante, ex quibus conjici etiam poteſt quanta ampliſſimo huic ordini, Sede etiam plena, ineſſet auctoritas. Certe S. Cornelius Pontifex D. Cypriano ſcribens *ep.* 44, teſtatur, ſe contraxiſſe *Presbyterium*, ut firmato conſilio omnium ſtatueretur....

§. IV. Hunc Ordinem, cui olim Presbyterio, nunc Cardinalium Collegio nomen, coaluiſſe olim ex Parochis

chis

---

tiam; cum in Eccleſia Conſtantinopolitana eamdem obtinuerint ſeptem Diaconi Cruciferi, quin immo etiam Syncelli, hoc eſt ſimplices Clerici, aut Monachi, familiares, & commenſales Patriarchæ, qui loco ſuperiore in Synodis ſedebant, quemadmodum ad rem obſervat Chriſtianus Lupus *in Schol. ac Not. ad Can. Concil. Tom. II*, *p.* 1474, *& Tom. III*, *pag.* 441.

De Cardinalibus ſermo recurret *l.* VII, ubi de Parochis ex condicto agemus.

(b) Joan. Cabas. Prioribus Eccleſiæ ſæculis viguit Sacerdotum, & Diaconorum, quibus tum Eccleſiæ nobiliora miniſteria, & officia incumbebant, Collegium; quod quoties convocabatur, ſolebat Presbyterii nomine deſignari. Hujus meminit Paulus dicens *I Tim.* 4: *Cum impoſitione manuum Presbyterii:* Et *Act. Apoſt.* qui Antiochenæ Eccleſiæ miniſtrabant, & S. Sancto commonente, manus Paulo, & Barnabæ impoſuerunt, & ad prædicandum gentibus miſerunt; hi componebant Eccleſiæ Antiochenæ Presbyterium, quemadmodum etiam Hieroſolymitanæ ſeniores illi, qui una cum Apoſtolis decretum ſuum de immunitate a legalibus obſervationibus ad Eccleſias Antiochiæ, Siriæ, & Ciliciæ tranſmiſerunt per communes, & Synodicas litteras. Tertull. (*Apolog. c.* 39.) *Præſident probati quique ſeniores*. A ſenioribus enim, qui Græce πρεσβύτεροι dicuntur, denominatur Presbyterium. Inſuper apud Cyprianum extat *epiſt.* 3 Cleri Romani ad Clerum Carthaginenſem, quo tempore per Fabiani Romani Pontificis recens martyrium ſuprema Sedes vacabat. Cyprianus vero per fugam, eadem ſæviente perſecutione, latebat; unde colligitur, Presbyterium non modo a conſiliis præſente Epiſcopo fuiſſe, ſed ad ipſum quoque, vacua Sede Pontificia, Præfecturam, & ſollicitudinem Eccleſiarum pertinuiſſe; idque hiſce verbis ibidem ſatis exprimit Romanus Clerus: *Et cum incumbat nobis qui videmur præpoſiti eſſe vice Paſtoris, & cuſtodire gregem*. Iidemque alias ad Cyprianum Romana ex urbe litteras miſerunt, quibus iſte reſcribit Epiſtolam ſuam quartam. Cumque diuturnior eſſet Romanæ Sedis

dis

Digitized by Google

chis Romanæ urbis, atque nunc etiam coaleſcere, primaſque (*c*) in creando Summo Pontifice, qui plerumque ex eo ordine deligebatur, partes ſibi vindicaſſe, ac nunc etiam ſibi vindicare, teſtatur hiſtoria, ita, ut quæ præcipue nunc ornant Cardinalium dignitatem, olim etiam hunc eumdem ordinem eadem maxime commendarint.

§. V. Neque vero Cardinalium Collegium e ſolis Romanæ Eccleſiæ Presbyteris, & Diaconis conſtat, verum etiam ex Epiſcopis Urbi proximis, (*d*) quo fit, ut hodierna Cardinalium comitia, quæ, cum de rebus agitur magni momenti, patent etiam Epiſcopis non Cardinalibus, ſi qui in Urbe adſunt, non ſolum antiqui Presbyterii, verum etiam priſcorum Romanorum Conciliorum abſolutiſſimam imaginem referant: quod eo fidentius dico, cum videam modo Cardinales, ex toto terrarum orbe deligi viros virtute, & ſapientia, & rebus gerendis præſtantiſſimos, & conſilio, omnigenaque prudentia ſpectatiſſimos, in quorum ſuffragiis maximum certe ponderis ac momenti ineſſe debet.

§. VI.

---

dis vacatio, Cyprianus iterum Romanum presbyterium interpellat *ep.* 23, 29, cui a Romano Clero reſpondetur *ep.* 30, 31. Presbyterii pariter idem meminit Cyprianus *Ep.* 35, 46, & 49. Qui Fabianum Martyrem exceperat Cornelius Papa, in eadem *ep.* 46, ad Cyprianum de Clero Romano in Concilium a ſe convocato ſic ait: *Omni igitur actu ad me perlato, placuit contrahi Presbyterium*. Siricius item Papa *ep.* 2, *Facto igitur* (ait) *Presbyterio conſtitit doctrinæ noſtræ id eſt legi Chriſtianæ eſſe contraria*. Quod hic dicitur *Presbyterium*, Hieronymus ad Ruſticum, *Cleri Romani Senatum* vocat, quia ſine hujuſmodi conſilio Romanus Epiſcopus nihil arduum aggredi ſolet. Senatus iſte componitur etiam nunc ex Epiſcopis Romanæ Provinciæ ſuffraganeis, & Presbyteris, atque Diaconis titulorum, ſeu Baſilicarum Romanæ Civitatis, qui jam vocantur Cardinales.

(c) Cypr. *Ep.* 52. Nondum plane tranquillatis Romæ rebus anno 254, Cornelius Caſtini filius Romanus vim paſſus eſt, ut Epiſcopatum coactus exciperet, & factus eſt Epiſcopus a plurimis Collegis noſtris, qui tunc in urbe Romæ aderant. *Factus eſt autem Cornelius Epiſcopus de Dei, & Chriſti ejus judicio, de Clericorum pene omnium teſtimonio, de plebis, quæ tum affuit, ſuffragio, & de Sacerdotum antiquorum, & bonorum virorum Collegio, cum nemo ante ſe factus eſſet, cum Fabiani locus, ideſt cum locus Petri, & gradus Cathedræ Sacerdotalis vacaret*. Baronius ad an. 254, §. 44, ait: Ex hiſce ſane Cypriani verbis, qualiter fieri ſoleret olim Romani Pontificis electio (cujus ritus, obortis ſæpe ſchiſmatibus, ſæpius mutari contigit, ut omnis temeritati aditus præcluſus undique foret) expreſſum ſatis habetur. Nimirum quod præcedere ſoleret Judicium, atque ſuffragium, Deo, quem vellet eligi, ſigno aliquo admonente, Apoſtolico more. Qui igitur videretur Dei Judicio prælectus, coacto *Presbyterio* (hoc enim nomine tunc ſacra illa Comitia dicebantur) rogabantur ſingulorum ſententiæ; eorum itidem vota, & teſtimonium explorabatur, qui plebis totius vicem repræſentarent. Admittebantur æque ad eadem Comitia, ſi qui aderant in urbe Epiſcopi, cum prærogativa ſuffragii. Quæ omnia acta eſſe in electione Cornelii, quæ ex Cypriano recitata ſunt, aperte declarant. Aderant tunc in urbe Epiſcopi ſexdecim, ut ipſe ſcribit ad Antonianum *Ep.* 52 Hæc Romani Pontificis creandi ratio tenuit uſque ad Sæculum XI. Cum enim Clerus numero creviſſet, ad tollendas turbas, quæ ſolent exiſtere ex multitudine, jus ſuffragii datum eſt ſolis primariis Presbyteris, & ſolis Epiſcopis Urbi proximis, qui Cardinales vocabantur. Itaque hodierna eligendi ſummi Pontificis ratio non diſcrepat ab antiqua. Siquidem Cardinales Cleri nobiliſſimi vicem ſuſtinent, & inter ipſos ſemper numerantur Epiſcopi, qui ab Urbe propius abſunt. Vid. Bellarm. *l.* 1, *de Clericis c* 10, & 16, Mabillonium *comment. in ord Rom. c.* 17, *tom.* 2 *Muſei Italici*, *p.* 110.

(d) Boehm. *l.* 3, *t.* 5, §. 61. Stephanus IV, Sæculo nono ineunte, hoc eſt anno 817,

§. VI. Quid mihi nomen, veſtes, titulos, aliaque Cardinalium ornamenta commemoras? Recentiora hæc ſunt, fateor; verum, dum rem habemus; quid de nomine, (*e*) ac cortice adeo laboramus? Ne videamur ſimiles

---

817, conſtituit, ut ſeptem propinquiores Epiſcopi, qui ejus ſuffraganei erant, Dominicis diebus ad Altare B. Petri Miſſas celebrarent, docente Thomaſſino *de Vet. & Nov. Eccleſ. Diſcipl. p.* 1, *l.* 2, *c*, 116, quo ipſo Romanæ Eccleſiæ quodammodo incardinati ſunt, ſimulque ad Senatum Eccleſiaſticum cum reliquo Clero admiſſi, ut minus recte Eſpenius *de Jur. Eccl. p.* 1, *t.* 12, §. 14, eos demum circa ſæculum XI, vel XII, innotuiſſe opinetur.

(e) Moſhemius *Hiſt. Eccl. ad ſec. XII, p.* 2, §. 7, in notis. De Cardinalibus, eorumque nomine, origine, juribus plurimi ſcripſere, quos enumerat Jo. Alb. Fabricius *Bibliogr. Antiquar. p.* 455, 456, Gaſpar. Sagittarius *Introd. ad Hiſt. Eccl. c.* 29, *p.* 771, & Jo. Schmidius *in ſuppl. p.* 644, Chriſt. Gryphius *Iſagoge ad Hiſt. Sæculi XVII, p.* 430. Addo Ludovicum Muratorium, cujus de origine Cardinalatus Diſſ. extat *Ant. Ital. medii ævi Tom. V, p.* 156, & Ludovicum Thomaſſinum *Diſcipl. Eccleſ. Vet. & Nov. T. I, l.* 2, *c.* 115, 116, *p.* 616. In his multi ſunt, quorum copia, & doctrina ſummo jure laudari poteſt, & debet: neſcio an ullus, qui ſatis perſpicue, ac concinne rem expoſuerit, de qua proprie quæritur, cum de origine, & vera ratione Cardinalium Romanorum diſputatur. Plerique multum diligentiæ ponunt in poteſtate vocabuli Cardinalis definienda, & ex antiquis monumentis eruenda: quod in ſe quidem viri eruditi officio non indignum eſt, verum ad origines Collegii, & dignitates Cardinalium Romanorum aperiendas nihil confert. Certum eſt nomen Cardinalis, ſive de rebus, ſive de hominibus, ſive nominatim de ſacri ordinis viris adhibeatur, medii, quod vocant, ævi ſermone dubiæ poteſtati eſſe, varioque ſenſu accipi. Novimus etiam non Romanæ Eccleſiæ Sacerdotibus, & Sacrorum Miniſtris vocabulum hoc olim proprium, ſed omnibus fere Latinorum Eccleſiis commune fuiſſe, nec illos tantum, qui ſæculares appellantur, Clericos, verum etiam Regulares, Abbates, Canonicos, Monachos, diverſa licet ſignificatione, Cardinales nominatos eſſe. Poſt Alexandri III tempora vero communis ille nominis uſus paulatim deſiit, & illis ſolis, quibus jus erat Pontificem eligendi, vocabulum iſtud honoris cauſa relictum eſt. Quando vero de ortu Collegii Cardinalium Romanorum ſermo inſtituitur, non diſceptatur, quinam olim cum in univerſum inter Latinos, tum Romæ nominatim Cardinalium nomine a reliquis Sacrorum Miniſtris diſtincti ſint, neque qualis vera poteſtas, & ratio hujus vocabuli ſit, aut quotuplici ſenſu id quondam poſitum fuerit, exploratur: ſed hoc unice in quæſtionem venit: quoſnam Cardinalium nomine Nicolaus II intellexerit, cum Nicolaus Cardinalibus Romanis ſolis poteſtatem eligendi Pontificis, excluſis reliquis Sacrorum Miniſtris, militibus, civibus, & populo, committeret. Hoc cognito, & *initia Collegii Cardinalium* patent, & ſimul quantum hodierni Cardinales a primis diſtent apparet. (Melius dixiſſet Moshemius *initia nominis Collegii Cardinalium*. Nam ſolum quoad nomen, & numerum mutatio contingit ſub Nicolao II, non vero quoad rem. Nam quod nunc Cardinalium Collegii, olim Romanæ Eccleſiæ Presbyterii proprium erat; nec ſi nunc malumus vocare Cardinalium Collegium, quod jure; ac merito adhuc poſſemus appellare Romanæ Eccleſiæ Presbyterium; idcirco hac mutatione *nominis* facta, rem etiam, dignitatem, poteſtatemque immutatam fuiſſe putandum eſt. Dicendum igitur eſt, *quoad rem* initia Collegii Cardinalium, hoc eſt Romani Presbyterii (idem enim eſt) ab Apoſtolicis uſque temporibus eſſe repetenda, *quoad* vero *nomen* initia Collegii Cardinalium poſterioribus ſæculis eſſe collocanda). Illud vero ex ipſo Nicolai II de eligendo Romano Pontifice edicto, meo quidem judicio, manifeſtum eſt: *Conſtituimus* (inquit Pontifex) *ut obeunte hujus Romanæ Univerſalis Eccleſiæ Pontifice, in primis Cardinales Epiſcopi diligentiſſima ſimul conſideratione tractantes, mox ſibi Clericos Cardinales adhibeant, ſicque reliquus Clerus, & populus ad conſenſum novæ electionis accedant*. (Mutationem hinc inductam fuiſſe a Nicolao II ſolummodo forte

taſſe

les eſſe iis Sycophantis, quos Poeta irridet, qui cum Venerem culpare non poſsent, ejus ſandalia reprehendebant?

QU.

taſſe quoad nomen, & quoad numerum eligentium, non vero quoad rem, nec quoad perſonas ipſas eligentes patet ex verbis Cypriani, quæ mox attulimus in N. (c). Vide notam ipſam, & animadverſiones ibidem in ipſa Cypriani verba). Clariſſime Pontifex Cardinales, a quibus Pontificem eligi vult, in duos diſtribuit ordines. In Cardinales Epiſcopos, & in Cardinales Clericos. Illi ſine omni controverſia ſunt ſeptem Urbis, & agri Romani Epiſcopi, comprovinciales Epiſcopi, quod vocabulum ipſe Nicolaus paullo poſt hæc verba ex Leone I ſumit. Hi ſeptem Epiſcopi diu ante hanc ætatem jam nomen Epiſcoporum Cardinalium habuerunt. Et ipſe Pontifex hanc interpretationem omnem extra controverſiam ponit, indicans ſe per Cardinales Epiſcopos intelligere illos, ad quos conſecratio electi Pontificis pertineret: *Quia ſedes Apoſtolica ſuper ſe Metropolitanum habere non poteſt, Cardinalis Epiſcopi Metropolitani procul dubio vice fungantur, qui electum Antiſtitem ad Apoſtolici culminis apicem provehant. Septem autem illos*, quos dixi, Epiſcopos conſecrare ſolere Romanum Pontificem, in vulgus notum eſt. (Conſecrat ſolus Hoſtienſis Epiſcopus, vel Decanus, vel Decanus Cardinalium Epiſcoporum cum duobus Cardinalibus Epiſcopis aſſiſtentibus.) Hos igitur *Epiſcopos Cardinales* Nicolaus primum ſolos conſultare, ac deliberare jubet de Candidatis tanto munere quale Pontificium eſt, dignis. Eoſdem vero paullo poſt Clericos Cardinales in ſocietatem negotii hujus vocare, & una cum illis Pontificem eligere vult. *Clericus* idem hic eſt, quod *Presbyter*. Presbyteri vero Cardinales, quod nemo negat, vocabantur viginti octo *Parochiarum* Romanarum, ſeu præcipuorum templorum Antiſtites. Omnes reliquos Sacrorum miniſtros Romanos, cujuſcumque gradus, & dignitatis eſſent, Nicolaus una cum *populo* diſerte ab eligendi Pontificem munere ſegregat: at vult tamen *Clerum, & populum ad conſenſum novæ electionis accedere*; ideſt ſuffragium, quod *negativum* dicunt, & approbationem *Clero, & populo* relinquit. Perſpicuum igitur eſt, Collegium electorum Pontificis Romani, qui novo poſtea, nec antea uſitato nomine *Cardinales* nominati ſunt, ut a Nicolao primum formatum eſt, binos tantum habuiſſe ordines, *Cardinales Epiſcopos, & Cardinales Clericos, ſeu Presbyteros*. Deferendus igitur eſt, errat ſine dubio Onuphrius Panvinius apud Mabillonium, qui Alexandrum III demum ſcribit collegio Cardinalium *Epiſcopos Cardinales* addidiſſe. Repudiandi item illi ſunt, qui ab initio inter Cardinales, illos puta, quibus eligendi Pontificem poteſtas erat, *Diaconos* fuiſſe, cenſent. Erant tum, & fuerant dudum Romæ, ut hodie ſunt *Diaconi Cardinales*, ideſt Præfecti Diaconiarum ſeu templorum, ex quorum proventibus pauperes vivunt, & quibus domus hoſpitales adjunctæ ſunt: at ſolis Epiſcopis, & *Clericis Cardinalibus* eligendi negotium demandat Nicolaus, & *Diaconos* idcirco ab eo excludit. (Nomine Clericorum venire non ſolum *Presbyteros*, ſed etiam *Diaconos*, noto notius eſt apud Canoniſtas omnes. Neſcio igitur quo fundamento nixus Moſhemius, e Cardinalium Collegio Diaconos hic excludat.) Hinc & in Diplomate electionis S. Gregorii Septimi Cardinales clare a Diaconis diſtinguuntur. (Ex Decreto electionis Gregorii Septimi ita colligit Angelus de Nuce *ann. in Chron. Caſin. l.* 4, *c.* 2, *tom.* 4, *Script. Rer. Italic. pag.* 491. *Gregorius Septimus a ſolo Clero Romano, præſentibus tamen Epiſcopis Cardinalibus, aliiſque Epiſcopis, & Abbatibus, eligitur*. Et verbis Decreti interjectis: *Clerus ergo Romanus, ad quem ſpectabat electio, Presbyteros, & Diaconos tantum Cardinales cum inferioribus ordinibus complectebatur, non Epiſcopos*. Cardinales igitur a Diaconis in eo Decreto non diſtinguuntur.) Hoc vero Decretum Nicolai vim certæ legis obtinere nullo modo poterat. *Patet*, inquit Anſelmus Lucenſis, *præfatum Decretum nullius momenti eſſe, nec unquam aliquid virium habuiſſe. Et hæc dicens non præjudico B. M. Papæ Nicolai, nec quidquam ejus honori derogo ... Homo quippe fuit, eique ut contra fas* ageret ſurripi potuit. Loquitur Anſelmus de illa potiſſimum Decreti parte, qua Nicolaus Imperatoribus jus attribuit ratam habendi electionem Pontificis Romani; at de toto Decreto verum eſt, quod dicit. Nam qui per illud a gra-

 viſſi-

QU. XVII.

Quid habes de Cardinalium Comitiis? ac primo de Conſiſtorio?

§. I. PRimum inter Romanæ Eccleſiæ Comitia locum ſibi vindicat Conſiſtorium, (*a*) in quo creari ſolent Cardinales, Metropolitæ, alii-

---

viſſimo hoc negotio excluſi erant, primum ſeptem *Judices*, ut vocabantur Palatini, nempe *Primicerius*, *Secundicerius*, *Arcarius*, *Sacellarius*, *Protoſcrinarius*, *Primicerius defenſorum*, & *Adminiculator*, deinde nobiliores Clerici, qui muneribus gravioribus fungebantur, porro inferiores Sacrorum Miniſtri Diaconi, & reliqui denique milites, cives, populus injuriam ſibi factam eſſe conquerebantur, atque varias Cardinalibus quos conſtituerat Nicolaus, moleſtias, & turbas ciebant. Igitur hæc bella ut componeret Alexander III, dilatandum, & augendum ſibi eſſe cenſebat eorum, qui jam arctiori ſenſu Cardinales vocabantur, Collegium. Nempe Sacerdores quoſdam præcipuæ dignitatis, Priorem, ſeu Archipresbyterum Lateranenſem, Archipresbyteros S. Petri, & S. Mariæ Majoris, Abbatem S. Pauli, & S. Laurentii extra muros, ſecundum hos ſeptem illos Judices Palatinos in Cardinalium numerum cooptabat. *Cenſ. Præf. ad Concil. Lat. Stephani III*, *p* 19, Mabillon. *Comm. de Ord. Rom. p.* 115, *ex Panvin.* Hac arte Clerus primi ordinis, ſeu ſuperior vincebatur, ut electionem Cardinalium turbare deſiſteret. Capitibus enim Cleri hujus Collegio eligentium adſcriptis, reliqui nihil amplius efficere, ac moliri poterant. Reſtabat Clerus inferior. Is vero eadem ratione ad ſilentium redigebatur. Principes enim ejus, Diaconi Cardinales, ſeu Regionarii adſcribebantur ordini eligentium, quo facto reliquæ turbæ Diaconorum, Subdiaconorum, Acolytorum quieſcendum erat. Quiſnam vero Pontificum, Alexander III, an alius Diaconorum Romanorum præcipuos Cardinalibus addiderit, nondum compertum habeo. (Ego vero una cum aliis Presbyteris Cardinalibus etiam Diaconos Cardinalium nomen accepiſſe exiſtimo. Ut id credam, faciunt Epiſtolæ Cypriani 9, & 20, quæ ita inſcriptæ ſunt: *Cyprianus Presbyteris*, & *Diaconis Romæ conſiſtentibus ſalutem*: quæ litteræ datæ fuerunt ann. 253, cum Eccleſia Romana Pontifice vacaret, ut ab eis conſilium exquireret; quod ſane argumento firmiſſimo eſt, tunc Senatum Eccleſiæ Romanæ conſtitiſſe ex ſolis Presbyteris & Diaconis præter Epiſcopos, qui Romæ fuiſſent præſentes. Veroſimile eſt ex ſingulis hiſce tribus ordinibus, qui Senatum Eccleſiæ Romanæ componebant, primarios ſelectos fuiſſe, qui Cardinalium nomine donarentur.) Hoc ſcio, & video, factum id ideo eſſe, ut inferiori Clero jurium ſuorum violationem moleſte ferenti ſatisfieret. Placato Clero tam inferiori, quam ſuperiori, facile erat Populum Romanum ab electione Pontificis arcere. Hinc cum mortuo Alexandro III ſucceſſor ejus Victor eligendus eſſet, neque Cleri amplius, neque Populi, quod antea ſemper factum erat, conſenſus, & approbatio expetebatur: ſolum Cardinalium Collegium, excluſo populo Pontificem creavit, qui mos ad noſtram ætatem obtinet. (Vera ne, an falſa omnia hic effutierit Moshemius, collige ex Thomaſſino *de vet.*, & *nova Eccl. Diſcipl. p.* 1, *l.* 2, *c.* 113, 114, 115. Vid. Eybel. *Tom.* 2, *p.* 85.

(a) Van-Eſpen *p.* 1, *l.* 22, *c.* 2. Conſiſtorium eſt quilibet locus, ubi conſiſtitur. Ita jampridem Tertullianus *de Reſurrectione mortuorum*, *c.* 20, terram in qua homines conſiſtimus, Conſiſtorium dixit. Interdum vero Conſiſtorium veteres dixerunt locum, in quo Princeps de rebus publicis conſultat, ac deliberat cum ſuis Conſiſtorianis, uti multis probat Gotofredus *in notis ad l.* 3, C. *de officio omnium Judicum*, *l.* 1, *t.* 10. Hinc poſtmodum invaluit, ut Cardinalium conſeſſus coram Pontifice in ejus Palatio

aliique primarii Eccleſiarum Præſides, (Vide Card. de Luca *l. XV, p. 2, Rel. Cur. Rom. Diſc. V,* §. *9, &* 15.) atque graviora Eccleſiæ Univerſæ negotia expediri. (V. Card. de Luca *ibid.* §. 23.) Si ad primos illos Apoſtolorum conventus, in quibus Mathias in Apoſtolorum numerum adſcitus eſt (*Act. I.*), & graviſſima Circumciſionis cauſa (*Act. XV.*) cognita, atque dirempta fuit, intentis oculis reſpiciamus, næ eorum veſtigium, atque ſimulacrum in noſtris Conſiſtoriis extare deprehendemus. Ac primum de illo videamus, in quo Mathias in Judæ locum ſuffectus eſt. Habe illum ex ſacro textu. Cum Apoſtoli in Cœnaculum conveniſſent, Petrus Apoſtolorum Princeps, ut Eccleſiæ Judæ ſcelere afflictæ conſuleret, de alio in locum ejus ſubrogando conſtituit, atque hiſce verbis Apoſtolos affatus eſt: *Viri Fratres, oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus Sanctus per os* Da-

---

tio per modum Senatus dictus ſit Conſiſtorium.

Duplex autem hodie eſt Conſiſtorium. Aliud ſcilicet extraordinarium, magiſque ſolemne, cui præter Cardinales interſunt alii quoque Prælati, Miniſtri, & Principum Oratores, & Magiſtratus, qui Papæ præſidenti aſſiſtunt; quod & publicum dicitur. Alia ſpecies Conſiſtorii eſt, quod, ordinarium vocatur, fitque in forma minus ſolemni cum ſolo conventu Cardinalium pro negotiis pertractandis, ſoletque ſecretum dici. Ter in hebdomada Conſiſtorium ſolemne haberi tempore Innocentii III ſolitum fuit. Hodie vero rarius habetur ad Papæ beneplacitum, prout negotiorum urgentia exigit. Pro frequentiore tamen praxi bis in menſe, atque ordinaria dies eſt feriæ ſecundæ de mane, quamvis aliquando alia etiam die habeatur, quia hoc a Pontificis arbitrio dependet. Reſoluta ergo a Pontifice Conſiſtorii in certum diem, & horam, & locum indictione, & Cardinalibus in Curia præſentibus die præcedente inſinuata, ſinguli Cardinales ſolemniter ad illud accedunt. Congregatis Cardinalibus Papa in ſede aliquantum altiore, atque adhuc januis apertis, patentique omnibus Nobilibus, qualificatis viris aditu, ſingulis Cardinalibus petentibus præſtatur a Papa privata auricularis audientia. Hac privata audientia pro Papæ beneplacito abſoluta, omnes e loco Conſiſtorii ejiciuntur, ſolis Cardinalibus cum Papa remanentibus; atque tunc negotia tractari incipiunt. Tempore Innocentii III cauſæ minores in Conſiſtorio, auditis utrinque partibus, per Pontificem deciſæ fuerunt.

Inter negotia Conſiſtorialia hodierna primaria eſt novorum Cardinalium creatio, atque juxta ſtilum conſuetum hoc modo. Papa vel in Conſiſtorii initio, aut frequentius in fine dicit Cardinalibus, quod habent fratres, atque nominando illos, quos in Collegium cooptare vult, eos interrogat, quid ipſis videatur: eiſque approbantibus, vel laudantibus fit decretum promotionis, quæ illico publicatur extra Conſiſtorium per Curiam, quandoque tamen non exprimendo numerum eorum, qui promoventur, aliquorum nomina publicare non ſolet, ſed ea ut dicitur *reſervat in pectore:* & quamvis illa quandoque etiam extra actum Conſiſtorii aperire valeat; attamen obſervantia huc uſque dedit, quod tam promotio, quam publicatio jam promotorum nonniſi in Conſiſtorio fieri conſuevit.

Altera Conſiſtorialis functio eſt proviſio Eccleſiarum Patriarchalium, Metropolitanarum, & Cathedralium vacantium. Iſta proviſio eſt de duplici ſpecie. Una ſcilicet Eccleſiarum titularium tantum abſque reſidentia, & adminiſtratione; eo quod Diœceſis de facto occupata ſit ab Infidelibus, vel hæreticis, aut ſchiſmaticis; & altera de Eccleſiis habentibus actualem Juriſdictionem, & adminiſtrationem in Eccleſia Catholica. Prima ſpecies proviſionum fit ſolo nutu, & placito Papæ, cum quamdam honorificam præeminentiam importare ſolum videatur, conſtituendo Perſonam in ordine Pontificali abſque aliquo Pontificalium exercitio jure proprio, ſed ſolum jure alieno; unde propterea de conſuetudine Curiæ receptum eſt, ut per hujuſmodi proviſiones non reſultet vacatio aliarum Eccleſiarum, vel Beneficiorum incompatibilium. Ubi vero agitur de alte-

David de Juda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jeſum, qui connumeratus erat in nobis, & ſortitus eſt ſortem miniſterii hujus . . . . Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum . . . . Et Epiſcopatum ejus accipiat alter. Oportet ergo ex hiſce viris, qui nobiſcum ſunt congregati, in omni tempore, quo intravit, & exivit inter nos Dominus Jeſus, incipiens a Baptiſmate Joannis uſque in diem, quo aſſumptus eſt a nobis, teſtem Reſurrectionis ejus nobiſcum fieri unum ex iſtis. Hunc locum expendens Chryſoſtomus (*Homil. 3 in Act. Apoſt.*) quærit in primis, cur Petrus præ cæteris ſatagit, & de ſubrogando aliquo in Judæ locum ſollicitus eſt, ac ſibi ita reſpondet: *Quod fervido eſſet ingenio, & quod gregis ei cura commiſſa fuerat: tum quod primus erat e collegio, ſemper ante alios loqui incipit.* Et paullo poſt: *Quid igitur? Nonne Petrus ipſemet eligere poterat? Poterat quidem. Sed hoc non fecit, ne gratiæ deferre aliquid videretur.* Hæc Chryſoſtomus, qui ibidem etiam animadvertit, Apoſtolos omnes Petri ſententiam comprobaſſe, omneſque in Petri auctoritate de tota re conquieviſſe. (V. Petavium *l. 3 de Eccleſ. Hierarch. c.* 7, §. 10, *Theologic. Dogmatum tom.* 3, *pag.* 838.) Quod ſi hæc cum iis, quæ modo aguntur in Conſiſtorio, cum S. Pontifex Primores Eccleſiæ vel creat ipſe, vel ab aliis deſignatos ratos habet, omni partium ſtudio remoto, contuleris, plumis fortaſſe diſcolorem, ſed eandem tamen avem, eundemque cantum agnoſces.

§. II. Veniamus modo ad alterum Apoſtolorum conventum, (*Act. XV.*) in quo graviſſima de Moſaicis Cærimoniis controverſia ſublata fuit, ejuſque pede noſtra Conſiſtoria, in quibus graviora Eccleſiæ negotia explicantur, expediunturque, quæſo metiamur. Cum Antiochiæ Chriſtianorum numerus in dies magis augeretur, Ethnicique plurimi Chriſtianæ militiæ nomen darent, nonnulli Judæi in Chriſtianorum album jam relati, quorum dux, & princeps erat Cerinthus, cœperunt acutum frangere, Ethniciſque recens converſis obſtrepere, quod ſeſe circumcidendos minime traderent. Paulus, & Barnabas Apoſtoli minime

id

---

altera ſpecie proviſionum actualium, tunc prævia reſpectu Eccleſiarum Italiæ, & Inſularum adjacentium ſolemnitate examinis; ſive promovendus ſit electus per Papam, ſive per Capitulum, aut nominatus per Principem reſpective pro Regionum diverſis uſibus coram Cardinali ad id per Papam deputato, per Notarium particularem his actibus generaliter deputatum efformatur Proceſſus ſuper vita, moribus, legitimis natalibus, ætate, gradu, aliiſque neceſſariis requiſitis pro Epiſcopatu, ac etiam ſuper ſtatu Eccleſiæ; iſtoque proceſſu completo, idem Cardinalis in primo Conſiſtorio facit Eccleſiæ, ac Perſonæ providendæ Præconizationem tam oretenus, in ipſo Conſiſtorio omnibus Cardinalibus audientibus, quam cum Memorialibus, ſeu brevibus Informationibus antecedenti die tranſmiſſis per manus ſingulorum Cardinalium ſuper omnibus, quæ in Proceſſu continentur, ac juſtificata ſunt, ad effectum, ut in eo intermedio ſpatio uſque ad alterum Conſiſtorium, extrajudiciales Informationes per Cardinales haberi valeant, ſuper iis, quæ in contrarium eis obſtare poſſint, atque tempore propoſitionis opponi. In ſequenti vero Conſiſtorio idem Cardinalis proponit Papæ illam Perſonam electam tanquam idoneam, ut eam Eccleſiæ viduatæ præficiat; atque, nemine aliquid habente in contrarium, Papa deſuper in ipſo Conſiſtorio interponit decretum, ideoque extunc Proviſus dicitur Epiſcopus, atque obtinet ea, quæ ſunt Juriſdictionis, non autem ea, quæ ſunt Ordinis Pontificalis, pro quibus neceſſaria eſt Conſecratio, quæ Ritualia potius, vel Cærimonialia concernit. Quandoque autem ibi agatur de

Pro-

Digitized by Google

id neceſſe eſſe ajebant. Contentio valde admodum conferbuit, maximeque turbæ editæ ſunt. Ad Hieroſolymitanam Eccleſiam, ubi tunc ſummum Sacerdotium erat, cauſa perfertur. Delecti fuerunt Paulus, & Barnabas, qui rem illam Hieroſolymis tranſigerent. Illuc etiam nonnulli e Cerinthianis ſe contulerunt. Illi de ſua prædicandi ratione multa dicere, atque oſtendere quantopere illa Deo jucunda, ac grata accidiſſet, nec ſe Moſaicæ legis onus ullum unquam impoſuiſſe; hi contra ſumma vi adniti, ac propugnare, Cærimoniarum uſum, Moyſiſque legem in Eccleſia eſſe retinendam. Ecce tibi omnia e ſacro textu: *Facta ergo ſeditione non minima Paulo, & Barnabæ adverſus illos, ſtatuerunt, ut aſcenderent Paulus, & Barnabas, & quidam alii ex aliis ad Apoſtolos, & Presbyteros in Jeruſalem ſuper hac quæſtione . . . . Cum autem veniſſent Hieroſolymam, ſuſcepti ſunt ab Eccleſia, & ab Apoſtolis & ſenioribus annuntiantes, quanta Deus feciſſet cum illis. Surrexerunt quidam de hæreſi Phariſæorum, qui crediderunt, dicentes: Quia oportet circumcidi eos, præcipere quoque ſervare legem Moyſis.* Res in concionem delata eſt, utriuſque partis momenta excuſſa, ac omnia rationum pondera ad examen revocata. Tandem Petrus Apoſtolorum, Conciliique princeps, totiuſque (b) Eccleſiæ Magiſter ſententiam tulit: *Convene-*

Proviſione Perſonarum, conſpicuæ, ac notæ qualitatis, ipſemet Papa propoſitionem facit, atque illico, ſi nihil opponatur, fit decretum abſque neceſſitate Præconizationis.

Conſiſtorialiter quoque providentur aliqua Monaſteria Regularia, quæ propterea Conſiſtorialia vocantur; ac etiam Coadjutoriæ cum futura Succeſſione tam Cathedralium, quam Metropolitanarum, quam dictorum Monaſteriorum Conſiſtorialium. Atque ubi agatur de Eccleſiis Metropolitanis, tunc in altero immediato, vel mediato ſubſequenti Conſiſtorio pallium conceditur, ipſius proviſi procuratore ſupplicante, atque pro eo orante uno ex Advocatis Conſiſtorialibus. Dimiſſio quoque ſive libera, ſive per translationem alicujus Eccleſiæ, vel Monaſterii Conſiſtorialis pariter in Conſiſtorio admittenda eſt; prout etiam novæ erectiones Cathedralium, aut Metropolitanarum cum diſmembratione territorii novæ eccleſiæ aſſignandi, ſive earumdem eccleſiarum uniones, vel diviſiones in Conſiſtorio fiunt, dicunturque cauſæ Conſiſtoriales.

Quia vero in pleriſque ex dictis actibus Conſiſtorialibus, intereſſati oppoſitores adeſſe ſolent, adeo ut formam, vel diſputationem contentioſam habere oporteat, quæ ob majorem Conſiſtorii Majeſtatem exulavit, ideo erecta fuit particularis Congregatio dictorum negotiorum Conſiſtorialium præparatrix, ſeu Conſiſtorii conſultrix, quæ proinde Conſiſtorialis nuncupatur, conſtituta ex aliquo competenti numero Cardinalium, ac etiam peritorum Prælatorum cum proprio Secretario, qui juxta hodiernam obſervantiam non eſt Prælatus, ſed peritus togatus: atque in iſta Congregatione prius formiter examinantur materiæ, partibus opponentibus auditis in forma mere contentioſa, proportionata tamen ſtilo Congregationum Cardinalitiarum circa formalitatem telæ Judiciariæ. Verbo, hæc Congregatio Conſiſtorialis eſt ipſius Conſiſtorii pars, & quaſi Aſſeſſor; adeo ut nonniſi de ejus voto negotia, quæ pati poſſunt controverſiam, expediantur. Item in eodem Conſiſtorio Papa cum Cardinalibus agit de gravioribus Sedis Apoſtolicæ, & Eccleſiæ Univerſalis negotiis &c. V. Card. de Luca *l. XV, p. 2, diſcurſ. V.*

(b) Mamachius *Antiq. Chriſtianarum T. 4, pag. 54.* Venio ad Petrum. Ajo, præſediſſe hunc Synodo, finemque impoſuiſſe controverſiis Antiochenorum. Quum enim Apoſtoli, ſenioreſque ad Concilium de Moſaicæ legis cærimoniis deliberaturi veniſſent, quæſiviſſentque, obſervandæ ne ab Ethnicis, qui Chriſto paruerant, an prætermittendæ eſſent, ac Petrus ſe delectum a Deo fuiſſe, qui gentes ad veram Religionem addu-

veneruntque Apoſtoli, & Seniores videre de verbo hoc. Cum autem magna conquiſitio fieret, ſurgens Petrus dixit ad eos : Petri ſententiam audiamus : *Viri*

---

duceret, eiſque quid facto opus eſſet, oſtenderet, affirmaſſet, tum ſententiam de omittendis cærimoniis Moſaicæ legis ab Ethnicis, qui Chriſtianam legem amplexi fuiſſent, dixit; viroſque qui aderant, ut ſibi acquieſcerent, permovit. Id autem niſi ab eo, qui primas in Synodo partes obtinuiſſet, impetrari potuiſſe quis credat? Præfuerit ergo ei Concilio Petrus neceſſe eſt.

Cucag. in Vita S. Petri *Tom. III*, *c.* 4. Le Chieſe Orientali, e maſſime quelle della Siria, e della Cilicia erano in que' tempi grandemente turbate dall'ereſia di Cerinto, che ſempre più imperverſando alla teſta di un numeroſo partito difendeva la neceſſità della Circonciſione, e delle altre Moſaiche oſſervanze, onde conſeguir l'eterna ſalute. Il luogo però dove maggiormente bollivano le diſpute, e ogni giorno più ſi moltiplicavano gli ſcandali, era la gran Città d'Antiochia, dove Cerinto mandato avea alcuni de' ſuoi diſcepoli per ivi ſoſtenere gl'intereſſi dell'ereſia contro i Santi Paolo, e Barnaba, che con gran zelo difendevano la libertà della grazia Evangelica. L'autorità di eſſi non per anco riconoſciuti come Apoſtoli delle genti, non ſembrando ſufficiente a quietare la contraria fazione, fu ſopernaturalmente rivelato a S. Paolo l'arrivo di S. Pietro in Geruſalemme, e gli fu perciò da Dio comandato di colà portare la controverſia al ſupremo tribunal della Chieſa. Egli medeſimo ei reſe la ragione di queſto divino comando, ch'è quella di rimediar con ciò al pericolo, in cui era egli ſteſſo di perdere il frutto delle paſſate fatiche, e di renderſi inutile alla propagazione dell'Evangelio. *Ne in vacuum currerem, aut cucurriſſem*. Era neceſſario, che ognuno ſi perſuadeſſe, che la ſua dottrina non diſcordava punto da quella di S. Pietro, e degli altri Apoſtoli, di cui veniva egli accuſato, quaſichè condannaſſe la Circonciſione nel mentre, che i primi uſavano ſu ciò dell'indulgenza verſo gli Ebrei convertiti. (*ad Galat. II*, 2. Vid. Œcum. *Com. in hunc locum*.) Ma perchè Paolo ſtimò bene di non prendere sì fatta riſoluzione, ſe non col conſentimento d'ambe le parti, propoſe perciò alla moltitudine il ſuo penſiere; il quale eſſendo piaciuto, ſi venne dall'una, e dall'altra parte alla ſcelta de' Deputati da ſpedirſi in Geruſalemme, affinchè tutti aveſſero campo di eſporre al Principe degli Apoſtoli la propria cauſa, e in faccia di lui ſoſtenere ognuno le ſue ragioni. Ciò adunque riſoluto, Paolo, e Barnaba con molti della Chieſa Antiochena, e co' Deputati contrarj partirono d'Antiochia, e ſi portarono in Geroſolima. Ecco le parole, colle qual. un gran Padre della Chieſa Greca ha ciò brevemente narrato, d'accordo ſempre con que' della Chieſa Latina: *Paulus præco veritatis, tuba Spiritus Sancti, ad magnum Petrum ſe contulit, ut iis, qui Antiochiæ de Legali converſatione ambigebant, explicationem ab illo referret*. (Theodoret. *epiſtola* 113 *ad Leon. in princ.* Caſſian. *Collat.* 2, *c.* 15, & *Collat.* 16, *c.* 12, Hieronym. *Epiſt.* 103 *ad Paulin.*) Ma giunti appena in Geruſalemme, i Cerintiani di quella Città ſi ſollevarono toſto contro S. Paolo, e pretendevano di obbligarlo a circoncidere Tito, che ſeco aveva per compagno, e che convertito s'era dal Gentileſimo. Paolo armato di nobil coraggio, e d'inſuperabil fortezza, nè pure un momento cedè ai clamori di que' ribelli, ed eſponendo fedelmente agli Apoſtoli lo ſtato delle Chieſe di Siria, e di Cilicia, e le turbolenze ſuſcitatevi dai diſcepoli di Cerinto, fece di più iſtanza, che per ſedarle della ſua autorità v'apponeſſer il peſo. S. Pietro non ignorava, qual foſſe la riſoluzione da prendere in un affare, intorno al quale egli medeſimo avea molto prima inſegnato, qual' eſſer doveſſe la regola della fede. Ma perchè in materia di Religione ſpecialmente le vie compendioſe ſeco portano de' pericoli, potendo ſomminiſtrar occaſione ai fazioſi, contro de' quali non v'è cautela che baſti, di vie più gridare, e di lamentarſi, che non ſono ſtate udite le loro ragioni; perciò S. Pietro non vollè ſommariamente trattare, e decidere la preſente quiſtione, ma intimò una ſolenne adunanza, e diede a tutti la libertà di eſporre i proprj ſentimenti, e di perorare la propria cauſa. S. Pietro, che preſedeva a queſto Concilio, dopo avere adunque aſpettato, che dalle

Digitized by Google

Viri Fratres, vos ſcitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os

parti ſi ventilaſſe la preſente queſtione, e ſi diſcuteſſero le difficoltà, che quinci, e quindi ſi proponevano, nè quietandoſi ancora, fu egli moſſo da particolare iſtinto dello Spirito Santo, *e colla ſolita ſua libertà* proferì l'oracolo della deciſione, e perentoria ſentenza. (Hieron. *epiſt.* 89 *ad Aug. c.* 2.) *Voi ſapete*, diſſe, *o Fratelli, come fin da principio Iddio mi eleſſe fra noi tutti, onde per bocca mia udiſſero le genti la parola del Vangelo, e credeſſero. E Dio, il quale conoſce l'interno de' cuori, ſi dichiarò per eſſe, dando loro lo Spirito Santo egualmente, che a noi, e colla fede purificando i lor cuori, non fece differenza veruna tra Noi, e loro. Ora dunque perchè tentate voi Dio coll'imporre ſul collo de' Diſcepoli un giogo, che nè i Padri noſtri, nè noi abbiamo potuto portare? Ma per la grazia del S. N. G. C. crediamo di poter noi egualmente che loro conſeguir la ſalute*. La ſentenza fu breve, chiara, e preciſa, piena di vigore, e di maeſtà; e tale, che colla ſomma di lui modeſtia fa, che traſpirino eziandio le prerogative del di lui Primato. E il ſagro Teſto ſembra aver avuto particolar premura di farci ſapere, che tutta quella ſacra adunanza ſi arreſe toſto alla di lui autorità, e per riverenza ſi tacque. *Tacuit autem omnis multitudo*. Paolo e Barnaba profittarono perciò di queſto ſilenzio, e affinchè colla ſperienza veniſſe ognuno a conoſcere, e toccare quaſi con mano la verità di ciò, che S. Pietro coll'autorità, *e ſenza il giro degli Epicheremi, e dei Sillogiſmi* avea già definito, (Chryſoſtomus *in Act. hom.* 33.) ſi miſero a raccontare, quanti ſegni, e quanti prodigj ſi era degnato il Signore di operar fra i Gentili per mezzo loro. Dopo un tal racconto preſe a parlar S. Giacomo; ma lo fece con tanto riſpetto verſo il Principe degli Apoſtoli, che cominciò dal Giudizio medeſimo da lui teſtè pronunziato, e ſi rivolſe alla moltitudine colle ſeguenti parole: *Udiſte già per bocca di Simon Pietro, come Iddio diſpoſe di ſceglierſi dalle Genti un popolo pel ſuo nome. Or ſappiate, che tutto predetto era da i Profeti, e tutto puntualmente ſi accorda cogli oracoli, che abbiamo per divina diſpoſizione regiſtrati ne' loro libri*: e addotta la teſtimonianza d'Amos Profeta riguardante la vocazione de' Gentili alla fede di Gesù Criſto, e la loro unione colla Sinagoga, propoſe la condanna principalmente di que' vizj, per i quali con ragione riputati erano impuri; dell'immondezze cioè degli Idoli, della Fornicazione, delle carni d'animali ſuffogati, e del ſangue. Fu aſſai prudente il ripiego, onde togliere a Giudei quella naturale avverſione, colla quale erano ſtati educati contra le Genti, e quindi facilitare vie più dell'uno, e dell'altro popolo l'unione. Concioſſiachè imponendoſi qualche giogo a' Gentili ſembrava, che ſi deſſe ragione a' Giudei, ma poi coll'eſentargli dalla Circonciſione, ch'era l'articolo principal della diſputa, ſi dava loro eguale ſoddisfazione, e ſi contentavano gli uni, e gli altri. Or dunque che la ſentenza di Pietro non ſolo non era ſtata contraddetta, ma era ſtata per lo contrario riconoſciuta, ed abbracciata come un oracolo dello Spirito Santo da tutto il Concilio: *In ſententiam ejus Jacobus Apoſtolus, omneſque ſimul Presbyteri tranſierunt*: (Hieronym. *ib.* & *comm. in Amos, c.* 9.) altro non rimaneva, che di ſtendere il Sinodale decreto, di renderlo pubblico a tutta la Chieſa, e traſmetterlo principalmente in quelle Provincie, nelle quali era nata la controverſia. Così fu fatto, e a nome degli Apoſtoli, e di tutto il Concilio furono ſcelti a portarlo Paolo, Barnaba, Giuda ſopranominato Barſaba, e Sila detto ancora Silvano, perſone tutte delle più anziane tra i Fratelli, e che facevano tra eſſi la prima figura. Ma ciò, che quivi oſſervare dobbiamo con S. Girolamo, ſi è la premura, ch'ebbe tutto il Concilio, onde S. Pietro foſſe ravviſato come il Principale Autore di tal Decreto: *Principem hujus decreti*: e che ſi ſapeſſe da tutti, come per di lui autorità ſpecialmente la legge dopo l'Evangelio non più eſigeva la primiera oſſervanza: *Legem poſt Evangelium non eſſe ſervandum*. E che da tutti ſi reputò neceſſaria una tal cautela, perciocchè ſapendoſi che in lui principalmente ripoſto era il depoſito della fede, veniſſe ognun ſimilmente a ſapere eſſere ſtato S. Pietro l'autor primario di tal ſenten-

za,

os meum audire gentes verbum Evangelii, & credere; & qui novit corda Deus, te-

za, nè vi foſſe, chi di ciò ſoſpettar mai doveſſe, e molto men dubitare della validità, e peſo di eſsa. E così avvenne. *Nulli ergo dubium eſt, quod Petrus Apoſtolus ſententiæ hujus.... primus auctor extiterit.* (Hieronym. *ibid.*) E pure a diſpetto della verità della Storia di queſto Concilio, che ſebbene non ſia il primo adunato dagli Apoſtoli, è il primo contuttociò nella Chieſa, di cui ci rimangono gli atti ſinceri, e genuini, d'onde apprendere la maniera di ſtabilire i dogmi controverſi dagli eretici, di proſcrivere i loro errori, e di condannare chi rimane in eſſi oſtinato, creduto hanno i Moderni ſeguaci della preteſa Riforma di poterſi abuſare per deprimere l'autorità del Romano Pontefice, pretendendo, che S. Giacomo, e non S. Pietro abbia pronunziato in eſſo l ultima, e deciſiva ſentenza. A ſmentire ſolennemente coſtoro in verità baſtar potrebbe quel tanto, che ſi è detto fin' ora ſulle traccie della ſacra Scrittura, e de' Santi Padri, d'onde apprendiamo colla maggior ſicurezza, che a S. Pietro, non a S. Jacopo portarono i Deputati la controverſia, e da lui riportarono anche la ſpiegazione. Ma ſiami permeſſo di qui trattenere un altro poco il lettore, onde col riſalire fino ai tempi Apoſtolici, al lume chiariſſimo di tutta la tradizione, ſi veda, come nella Chieſa di Gesù Criſto ſi è mai ſempre creduto diverſamente da quello ne penſano gli eretici de' noſtri giorni. S. Ireneo, il quale ſigillò col martirio la verità, che inſegnava, allorchè viene a parlare di queſto Concilio ricorda in primo luogo l'Elezione di S. Mattia, che ſebbene avvenuta in mezzo d'una ſimile adunanza della Chieſa, contuttociò egli l'attribuiſce a S. Pietro in maniera, come ſe fatta foſſe da lui ſolamente: *Petrus igitur... volens adimplere duodecim Apoſtolorum numerum, & eligere providentia alterum, qui electus eſſet a Deo, his qui aderant dixit: Viri fratres &c.:* (Iren. *adverſ. hæres l. 3, c. 12, in princip.*) Non parla diverſamente di tutte le altre funzioni, che di lui regiſtrate abbiamo in San Luca, nelle quali ſi è veduto a ſuo luogo, come ſi contenga il Primato. E quando ſcende agli Atti di queſto Concilio, egli ci avviſa principalmente della preſidenza di S. Pietro, non fa veruna menzione dei racconti di S. Paolo, e di Barnaba, perchè non appariſce aver eglino ſeduto in qualità di congiudici, e fermandoſi alquanto ſopra S. Giacopo, riflette che ſebbene anch' egli pronunciò il ſuo giudizio, nol fece però, ſe non in ſequela del Giudizio di S. Pietro, e con ripigliare unicamente, e unicamente ſpiegare con diffuſione la di lui pronunziata ſentenza. *Cum Eccleſia conveniſſet in unum, Petrus dixit eis &c. Poſtquem Jacobus dixit: Viri fratres, Simon retulit, quemadmodum &c.* (Iren. *ibid. prope fin.*) Da S. Ireneo paſſiamo ad aſcoltare un altro gran Padre (S. Gio. Griſoſtomo) il quale era Veſcovo, e Patriarca d' una delle più gran Sedi d'Oriente. Mirate (*dic' egli*) come anche Paolo parla dopo di Pietro, e ſenza che verun ardimento abbia di contraddirgli, anche Jacopo ſegue il di lui giudizio, e da quel *non recedit: Jacobus fert, & non reſilit*: e perchè ciò? Perchè a Pietro affidato era il Primato della Chieſa: *Illi erat Primatus concreditus.* E andando più oltre, quaſichè il S. Dottore tanti ſecoli innanzi de' moderni eretici preſagiſſe i cavilli, gli prevenne col render loro ragione, perchè S. Jacopo, e non S. Pietro fu quegli, che propoſe al Concilio l'eſpediente d' imporre ne' ſedeli convertiti dal Gentileſimo il peſo accennato. E dice, che ciò non convenendo all' eminente, e coſpicua dignità di Pietro, egli per decoro del ſuo Primato moſtrar ſi dovea piacevole, e manſueto, e laſciar che un ſuo inferiore ſi caricaſſe di fare una parte piuttoſto odioſa. E vuole finalmente, che ſull' eſempio di eſſo per lo bene maggiore della Repubblica, e della Chieſa debbano fare altrettanto que', che per la dignità ſi diſtinguono ſopra gli altri. *Ita ſemper faciendum eſt his, qui in magna poteſtate ſunt, ut oneroſa illa aliis permittant, ipſi autem manſuetius agant.* Qual fu dunque preciſamente la parte, che ſecondo il Griſoſtomo preſe Jacopo in quel Judicato? quella di citare la ſentenza di Pietro: *Simon narravit*: e quaſi non ſuo recitare il di già pronunziato Giudizio da Pietro, *quaſi alienam dicat ſententiam.* (Chryſoſt. *hom. 33 In Act.* Hieron. *in Amos, c. 9.*)

Col

teſtimonium perhibuit dans illis Spiritum Sanctum ſicut & nobis, & nihil decrevit inter nos, & illos fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid tentatis Deum imponere jugum ſuper cervices diſcipulorum, quod neque Patres noſtri, neque nos portare potuimus? Sed per gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti credimus ſalvari, quemadmodum & illi. Poſtquam Petrus dicendi finem fecerat, omnes illius ſententiam ſilentio comprobarunt. Tunc Paulus, & Barnabas miracula, & ſigna renarrare, queis Deus eorum Prædicationem æqui bonique fecerat. *Tacuit autem omnis multitudo, & audiebant Paulum, & Barnabam narrantes, quanta Deus feciſſet ſigna, & prodigia in gentibus per eos.* Cum hi tandem dixiſſent, Jacobus Petri ſententiam collaudare, eamque Prophetarum auctoritate vallare, atque ut ethnici Chriſtianam fidem amplexi ſuum omnem Idolorum cultum exuerent, veteremque ſuperſtitionem ex animo penitus ejicerent, non abs re fore putavit, ſi lata lege caveretur, ut ab Idolotitis, & fornicatione, & ſuffocato & ſanguine os, oculos, manus, animumque abſtinerent: *Et poſtquam tacuerunt, reſpondit Jacobus dicens: Viri fratres audite me: Simon narravit, quemadmodum Deus viſitavit ſumere ex gentibus populum nomini ſuo. Et huic concordant verba Prophetarum, ſicut ſcriptum eſt: Poſt hæc revertar, & reædificabo tabernaculum cum David, quod decidit, & diruta ejus reædificabo, & erigam illud; ut requirant cæteri hominum Dominum, & omnes gentes ſuper quas invocatum eſt nomen meum, dicit Dominus faciens hæc. Notum eſt a ſæculo Domino opus ſuum; propter quod judico non inquietari eos, qui ex gentibus convertuntur ad Deum, ſed ſcribere ad eos, ut abſtineant ſe a contaminationibus ſimulacrorum, & fornicatione, & ſuffocatis, & ſanguine. Moyſes enim a temporibus antiquis habet in ſingulis Civitatibus, qui eum prædicent in Synagogis, ubi per omne Sabathum legitur.* Jacobi ſententia ab omnibus, qui in Concione erant, magna animorum conſenſione probata fuit. Quamobrem fit decretum, & decernuntur Legati, qui ſententiam Hieroſolymis latam Antiochiæ promulgent. Promulgatur, Antiochenique omnes magna alacritate Apoſtolicam legem acceperunt. En verba legis: *Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria, ut abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione.* Jam vero quæ quantaque hujuſce Hieroſolymitani Conventus cum iis, quæ nunc Romæ habentur in gravioribus controverſiis dirimendis ſimilitudo ſit, diſpiciamus. I, Cum lis de Moſaicæ legis cærimoniis Antiochiæ orta eſſet aleæ, difficultatiſque pleniſſima, Hieroſolymam cauſa delata fuit, ubi tunc erat Petrus Apoſtolorum Princeps, Summuſque Sacerdos. Si qua hunc fidei, morumque graviſſima oritur quæſtio, Romam perfertur, ubi ſedet Petri ſucceſſor Pontifex Maximus. II, Petrus quamvis is erat, pro quo rogaverat Chriſtus ut non deficeret ejus fides, tamen voluit, ut in Concione res ſerio expenderetur, ac ſeniorum (hoc eſt Pre-

Col Griſoſtomo, con S. Ireneo, con S. Girolamo, con Teodoreto, e con gli altri, che da me ſi vedono citati, ſi può dire, che ſono d'accordo altresì l'Autore del libro della vocazione de' gentili (*l.* 2, 17, ſub nomine Ambros. vel Proſp.) Aratore, (*Hiſt. Apoſt. l.* 2, *c.* 5,) Beda, (*in Act.*) Ecumenio, (*in Act. c.* 15) i quali per mia notizia formano tutta la ſchiera de' Padri, che ſu di ciò hanno in qualche maniera parlato. Anzi mi luſingo di poter dire con ſicurezza, che i falſi Dottori della preteſa Riforma in tutta l'antichità non troveranno chi dica loro il contrario.

Jus Pontificium. Dd

Presbyterii) eorumque Apoſtolorum, qui tunc (forte fortuna Hieroſolymis erant, cribro incerneretur, quæque eſſet omnium ſententia, exquireretur. Summus Pontifex itidem, licet tuta ſpe nitatur, Sanctum Spiritum ſuppetias ſibi laturum, nihilominus quid veriſſimum, ac factu optimum ſit, ex Cardinalibus, qui antiqui Presbyterii locum tenent, ex iiſque qui Romæ forte tunc adſunt, Epiſcopis exquirit. III, Poſtquam Petrus rem definierat, ejuſque definitionem, (cui jam Antiocheni omnes, exceptis Cerinthianis, pluteſque alii præiverant) ſeniores, Apoſtolique qui Hieroſolymis aderant qua voce, qua ſilentio comprobaverant, ea non ſecus ac Spiritus Sancti effatum edita fuit, atque recepta. Ita Romanus Pontifex ubi ſuam, cui plurimarum Eccleſiarum conſenſio jam præiverit (Vide ſupra, *qu. VI.*) ſententiam tulit Cardinalium, Epiſcoporumque omnium qui Romæ adſunt ſuffragio comprobatam, ea perinde ac divinum oraculum habetur, & eſt.

§. III. Qui in hoc Hieroſolymitano Conventu Generalium Conciliorum originem ſe inveniſſe autumant, laborant, cum ventum ad verum eſt. Nam nec Apoſtoli omnes, nec aliarum Eccleſiarum Præſides interfuere, nec ut intereſſent, moniti fuerunt. Unum Petrum Univerſæ Eccleſiæ Principem, unumque Jacobum, cui ſortito Hieroſolymorum, Judææque provincia obtigerat, ex numero Apoſtolorum ſacræ litteræ memorant. Nam Paulum & Barnabam non moror, qui a Cerinthianis ad ſupremum hoc tribunal rapti fuerant non rem judicaturi, ſed ſuæ geſtæ provinciæ, prædicationiſque rationem reddituri. Conſtat autem, tunc temporis alios omnes Apoſtolos ex Judæorum regione (*c*) in longinquas oras profectos procul abfuiſſe. Non igitur Generale Concilium ibi tunc celebratum fuit, ſed ſolummodo illorum Apoſtolorum, & ſeniorum, qui Hieroſolymis aderant, concio habita; (*d*) cui Romanæ Eccleſiæ Conſiſtoria primum ex unis Presbyteris & Diaconis, (*e*) tum ex Italiæ Epiſcopis, demum ex Cardinalibus, Diaconis, Presbyteris, Epiſcopiſque collecta ex æquo ferme reſpondent. Neque vero ullum excm-

(c) Haud ita multo poſt baptizatum a Petro Centurionem Cornelium (an. 35.) ex Judæorum Regione profecti Apoſtoli ethnicis evangelium prædicare cœperunt. Tunc enim per viſum lintei omne animalium genus complectentis ter Cœlo demiſſi juſſus eſt Petrus, ac proinde cæteri Apoſtoli Cœleſtem doctrinam etiam cum gentibus communicare. Conventus autem Hieroſolymitanus habitus fuit anno 51, uti notat Sandin. *in Hiſtoria Apoſtolica*, quem vide. Quare a profectione Apoſtolorum, uſque ad conventum Hieroſolymitanum quindecim anni jam effluxerant.

(d) Moshem. *Sæcul. I, p. 2*, §. 14, in Nota *a*. Dicunt vulgo, Conventum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, cujus Hiſtoria *Act. XV* legitur, primum Chriſtianorum Concilium; ſed abutuntur nomine *Concilium* qui ſic loquuntur. Illius enim Conventus unius Eccleſiæ concio eſt; quales ſi *Concilia* dici debent, innumerabilia primis temporibus Concilia habita ſunt.

(e) Marchet. *Crit. Tom. I, Act. I*, §. 8. Notiſſima coſa ella è nella erudizione eccleſiaſtica, ſiccome avvertono Pietro Couſtant, (*Præfat. General. ad Epp. RR. PP. n. 33.*) ed il Padre Steſanucci, (*de Appell. ad Rom. Pont. p. 1, c. 3.*) che i Romani Pontefici imitando il primo loro Predeceſſore S. Pietro, che inſorta controverſia circa la Circonciſione riſolver non volle, e definire, ſe non che ſentito il parere degli Apoſtoli, e de' Preti adunati in Geruſalemme, niun affare grave della Chieſa ſiano ſtati ſoliti trattare ſenza conſultare o il proprio Clero, o il proprio loro Concilio, che di Veſcovi d'Italia, o preſenti in Roma, o chiamativi ſolea negli antichi tempi comporſi. Un tal ſaggio regolamento, che ſino a noſtri dì vigoroſo rimiraſi ne' Cardinali, che il Romano Clero ne formano, ſervì mai ſempre a con-

xemplum mihi dederis Conciliorum Generalium ante ſæculum IV, neque Provincialium ante Victorem I, & Policratem, qui altero medio jam elapſo ſæculo floruerunt. Id dum reputo, Generales Synodos, atque Provinciales non ex jure divino, non ex Apoſtolico inſtituto, ſed ex humano conſilio tantum profectos eſſe fateri cogor. Quæ igitur cauſa horum habendorum Con-

cooiliare alle Pontificie determinaziooi un certo eſteriot carattere di maturità, e ſenſatezza, e può dirſi anche uno di que' mezzi umani, che prudentemente nelle proprie deliberazioni ſi adopra anche da chi ſappia aver in eſſe la divina aſſiſteoza. Così oe' più antichi tempi S. Clemente ſcriſſe la genuioa ſua lettera a quei di Corioto di conſiglio del Clero Romaoo, ed a nome perciò la direſſe della Chieſa Romana. Così S. Zeſfirino a rapporto dell' antico Autore del libro contro Artemone ammeſſe alla Comunione il Confeſſor Natale dall' ereſia rivenuto; S. Ponziano all' eſame della dottrina di Origene adunò il Senato, cioè il ſuo Clero, come atteſta Girolamo (apud Rufin. *l.* 2.). Riferiſce S. Cornelio, (*epiſt. IX*, ap. Cyprian.) che il di lui anteceſſore S. Fabiano ricevè Novaziano, *ex Cleri, Populique conſenſu*; e c'inſegna di ſe medeſimo di aver riammeſſi i Penitenti Sciſmatici *contracto Presbyterio*, (*ibid. epiſt. VI.*) e per tacer di altri più, da S. Atanaſio (*l. de Synodis*, *&* *Apol. II.*) rilevaſi, che il Pontefice S. Dioniſio *ex Synodi ſententia* diè lettera a S. Dioniſio Aleſſandrino; e che S. Giulio I riſpoſe agli Euſebiani col ſuffragio de' Veſcovi d' Italia. Noi veggiam qualche coſa di ſimile ne' ſaggi governi laici, ne' quali oon vogliono i Principi, gravi importanti materie riſolvere ſenza ſentire il parere del loro Conſiglio, e de' Maeſtrati riſpettivi della lor Corte. Quindi per avventura la ragione di taoti fatti s' intende nell' eccleſiaſtiche antichità, perchè i Romani Pontefici uſino alcune volte dell' eſpreſſioni plurali nelle loro lettere come *: doveaſi ſcrivere a Noi : ſentir la deciſione noſtra : Noi diciamo, vogliamo ec.* perchè ſimilmente alcune lettere ſcritte ſi trovino ai Papi dai Veſcovi ſpecialmeote d' Oriente, nelle quali queſte pluralità pur ſi adoprano, e fraſi uſano, quaſichè non ad una Perſona ma a più ſi teneſſe ragionamento; perchè qualche volta ritroviam l' eſpreſſione di ſcrivere al Coocilio del Papa, ed anche appellar ſentaſi; e del traſmarino Concilio, o d' Italia, e del Romano Sinodo i Legati alcuna fiata rammeotiſi; (V. Fleury *l.* 25, *l.* 47.) perchè in qualche occaſione ſi vede, che alcun Veſcovo, o altro ſtraniero ſpecialmente d' Oriente, che cauſa avea da trattarſi innanzi al Romano Poorefice, ſcriva aoche contemporaneamente ad alcuno de' più diſtioti Prelati d' Italia, come all' Arciveſcovo di Milano, o d' Aquileja; e dell' affare lo informi, e ne lo preghi; giacchè come membro del Concilio del Papa poteva ivi proteggere, e promuovere il buoo ſucceſſo. Di ſimili eſempj credo non infrequenti occorreranno anche a dì noſtri nelle Perſone degli Eminentiſſimi Cardinali. Ma, mi ſi dica di grazia, in tutta queſta materia vi è egli oienre di miſterioſo, niente di recoodito? Fleury ſembra, che ce ne veda moltiſſimo. Egli ſe alcuna lettera ſcrivaſi dal Papa ne' vecchi Secoli, ove luminoſo atto di Giuriſdizione eſercitato vedaſi in qualche Chieſa lontana; ſe non ha potuto tutto ſopprimere, o ſnervare con traduzione alterata, ſi ſtudia almeno, ove può, di avvertire minutamente il Lettore, che tal lettera è il riſultato di un Concilio, e ſcritta in un Concilio ec. Così all' incontro, ove troviſi, che qualche Chieſa rimota la ſuperiore autorità implori del Romano Pontefice; ſe alcuna pluralità vi ſi ſcorga, eccoti ſubito Fleury affaccendato ad ammonirne, che tal lettera ſcritta non è al Papa ſolo, ch' è diretta anche ad altri, che ſi appella il Concilio Romano ec. I luoghi occorreranno frequentiſſimi a chi legge con attenzione. Per eſempio, ove la lettera riportaſi (*l.* 21, *n.* 49.) di S. Giov. Griſoſtomo al Pontefice S. Innoceozo riferitaci da Palladio, nella quale dice il S. Dottore: *Vi prego di ſcriver lettere, nelle quali voi dichiariate nullo tuttociò, che ſi è fatto contro di me* (nella Sinodo ad Quercum), *e mi accordiate la voſtra Comunione, ſiccome avete fatto fin quì :* (quindi ſiegue) *Il Papa in fatti ſcriſſe lettere, nelle quali . . . rigettava il preteſo Giudizio di Teofilo ec.* Il Noſtro Autore ſembra indebolirlo notando, che il Griſoſtomo manda pur ſimile lettera a Venerio Veſcovo di Milano, ed a Cromazio di Aquileja, (locchè in Labbè neppur ſi verifica), e che quantunque eſſa lettera non ſia iodirizzata, ſecondo la Iſcrizione, che al Papa Innocenzo, nel ſeguito

 del

Conciliorum? Ecce tibi illam. Cum heterodoxi, ut ſuas opiniones tuerentur, ad doctrinam Apoſtolorum non ſcriptam provocaſſent, fictamque pro vera obtruſiſſent, eo ventum eſt ut germinarum Traditionum ab adulterinis ſecernendarum ratio quæri debuerit, quam nemo etiam obſtinatiſſimus repudiare poteſt. Quæ autem tutior, ac ſecurior via eligi poterat, quam Epiſcopos undeunde accire, qui ſuarum eccleſiarum (f) Traditiones ab Apoſtolicis uſque ductas temporibus in medium proferrent, eaſque tandem pro legitimis habere, quæ ſimul una omnes congruerent? Quod primo Eccleſiæ ſæculo, quo Apoſtoli ipſi, Diſcipulique Traditionum Magiſtri (g) vivebant, minime neceſſe fuit. Alias Conciliorum habendorum cauſas addit Claudius Fleurius hiſce verbis: „ Pour les „ affaires plus generales, les évêques „ de la Province s' aſſembloient, & „ tenoient dés Conciles .... Ces fre„ quen-

del diſcorſo vi ſi parla come a più, ſupponendo certamente, ch' ella ſarebbe letta in un Concilio. (Quæ ſequuntur hujuſce Auctoris, palato noſtro minus arrident. In uno enim Summo Pontifice omnem Eccleſiæ auctoritatem reſidere contendit, quin aliarum Eccleſiarum ratio habeatur; contra ac nos ſtatuimus *in quæſt. V*, *quam vide*.)

Berard. *Comm. in Jus Eccleſiaſt. Un. diſſ. I*, *c.* 2. Per novem, ac decem priora ſæcula cogere ad dirimendas controverſias ſpectantes ad Univerſam Eccleſiam ſolebant Romani Pontifices, non ſolum ſeptem ſuburbicarios Antiſtites (hodie ſex tantummodo numerantur ob unitum Epiſcopatum Sanctarum Ruffinæ &c. alias Sylvæ candidæ, cum Epiſcopatu Portuenſi) quaſi ſuffraganeos ſuos, & Provinciales, ſed etiam plures ſelectos ex Univerſa Italia quaſi nationales, ſeu Primatui Romano ſingulari quoque jure ſubjectos; atque horum exploraro conſilio definiebant, definitumque Univerſæ Eccleſiæ proponebant. Optima ſane rerum gerendarum prudentia, ubi potiſſimum diſcutienda foret fidei, morumve doctrina. Ut enim hæc ad traditionem veterem, & Apoſtolicam erat exigenda, utile erat teſtimonia illorum advocare, in quorum Eccleſiis integra magis videri poterat, quales erant Italicæ, quas Apoſtoli Petrus, & Paulus, eorumdemque ſocii, ac diſcipuli per ſe erexerant, a quibus deinde, quæ in remotioribus Provinciis conſtitutæ fuerunt, derivatæ doctrinam primigeniam quaſi e fontibus puriſſimis acceperunt. Non poteſt tamen exinde non proficiſci quoddam Italicarum Provinciarum incommodum, quando illarum Epiſcopi frequenter avocabantur a Diœceſana ſollicitudine, aliquando etiam non reſidere per diuturnum tempus cogebantur, item quoties per Conſtitutiones novas Generalis diſciplinæ capita eſſent ſtabilienda, non videbantur ſatis opportuna unius Italicæ Eccleſiæ Epiſcoporum conſilia forte tantummodo Italicis moribus accommodata, & non facile aliarum Provinciarum adjunctis conſentanea. Eam ob rem Sæculo X, & XI, Pontifices Maximi ſatius duxerunt, ut alia ratione Eccleſiarum commodis conſulerent, Cardinalium Collegium tamquam a conſiliis deſignando, in quod admitterentur primum ſex Epiſcopi ſuburbicarii, ut aliquod veteris diſciplinæ veſtigium ſupereſſet, adjectis Presbyteris, ac Diaconis titulos in Urbe eccleſiaſticos adminiſtrantibus, immo & receptis in idem Collegium viris ex Univerſo Orbe ſelectis eximiis, qui ſingularum Provinciarum mores callerent, eaque in congreſſu proponerent, quæ utilia viderentur; atque huc pertinet, quod ajebat S. Bernardus *in l.* 4 *de Conſ. c.* 4. An non eligendi de toto Orbe Orbem judicaturi? Quibus conſonat Concilium Tridentinum *in c.* 1, *ſeſſ.* 24, *de Ref.* §. *Ea vero*.

(f) Boehm. *ad Plinium II*, *& Tertull. diſſ.* IX, §. 13. Diſputatum eſt Sæculo II, de Traditionibus genuinis, quas hæretici fundamenti loco in controverſiis ſuis adducebant. Alligabant Traditiones, quaſi ex doctrina Apoſtolica fluentes; huic contradicebant orthodoxi, eaſque falſas eſſe conſtanter aſſerebant. Ut autem exceptionem ſuam probarent, in hac ipſa diſputatione prolapſi ſunt ad auctoritatem Eccleſiarum, & quidem hunc in finem, ut, quia tales traditiones penes nullam eccleſiam cognitæ forent, inde liquidum, planumque eſse deberet, traditiones hæreticorum mera ſomnia eſſe.

(g) Fleury *diſcours Cinquième*, §. 13. „ La „ longue vie di Saint Jean l' Evangeliſte, „ & de S. Policarpe ſon diſciple firent paſ„ ſer

„ quentes aſſemblées cauſoiént deux „ grands biens: elles conſervoiént l' „ union & l'amitiè dés evêques, & l' „ uniformitè de la diſcipline .... D' „ ailleurs les reſolutions communes „ font toûjours mieux executéés: cha- „ cun croit en être l'auteur, & ne „ fait que ſa volonté: " *Diſcours ſecond.* §. 5. Verum ſi de Generalibus (*h*) Synodis loquimur, illarum indicendarum eam potiſſimam cauſam fuiſſe dicendum eſt, ut exploraretur, (*i*) an tanta eſſet capitis ac membrorum conſenſio, quanta requiritur, ut Eccleſia Spiritu Sancto afflata dicatur & ſit.. (Vid. ea quæ diximus *Quæſt. V.*) Sed cum hæc conſenſio aliunde etiam erui poſſit, quinimmo erui ſolita fuerit, nulla hinc nobis Generalium Conciliorum exoritur neceſſitas. Quare videant ii, qui nullum, præter Generale Concilium, ſupremum Eccleſiæ tribunal norunt, ad quem tandem Judicem provocent. Nempe ad eum, qui quarto tantum ſæculo in Eccleſia natus eſt, quo tamdiu adhuc caruit Eccleſia, impoſterum etiam tamdiu caritura, quamdiu publicæ res in eo, in quo nunc ſunt ſtatu, perdurant, qui non eoſdem ſemper habuit conſeſſores, qui aliquando Epiſcopos Presbyteroſque, aliquando unos Epiſcopos, nonnunquam etiam Cardinales, & Abates, quin & Regularium Ordinum Præfectos ſuffragii jure donavit, ad eum denique, qui nunc non eſt, nec amplius fortaſſe futurus eſt.

Generalium, quæ hucuſque habita fuerunt, Conciliorum ſeriem exhibet tibi Tabula ſequens.

TA-

„ ſér la tradition juſques a S. Irenée, qui „ la consérvoit ſi ſoigneusément dans ſa mé- „ moire, & qui vivoit a la fin du ſecond „ ſiecle. Il nous en a beaucoup laiſsè dans „ ſes écrits, auſsì bien que Saint Clement „ Alexandrin inſtruit comme lui par ceux, „ qui avoient vû les Apôtres. "

(h) Berard. *l.* 1, *c.* 3. Generale Concilium juſtum ac legitimum appellatur, cum a Pontifice Maximo indicitur tamquam ab eo, qui unus in Epiſcopos Univerſæ Eccleſiæ convocandos poteſtatem exercere poteſt, quemadmodum in Univerſis fere Conciliis actum eſt; vel ſaltem a Pontifice Maximo ratum habetur, confirmaturque, ut in Concilio Conſtantinopolitano II, & Generali V, Cardinalis Noriſius obſervavit in eleganti ſua *diſſert. de Synodo V.* Uſu quoque antiquiſſimo receptum eſt, ut Chriſtiani Principes vel per ſe, vel per legatos admittantur, ſive ut validiſſima eorum auctoritate, atque in res eccleſiaſticas patrocinio Canones in Conciliis editi executionem facilem, & paratam inveniant, ſive ut contentiones malorum hominum, atque ſeditioſarum turbarum in eiſdem Conciliis avertantur, ſedenturque ſchiſmata, ſive ut per ipſos ea proponantur, quibus generali totius Eccleſiæ decreto ſit occurrendum. C. 2, 3, 4, *diſt.* 96. Præterea quanquam neceſſe non ſit, eo convenire Univerſos Provinciarum Epiſcopos, requiritur tamen, ut omnes generali edicto convocentur. Etenim cum ipſi ſint, qui ſingulis Eccleſiis præſunt, quæ ab illis præbentur ſuffragia, communem totius Eccleſiæ exprimunt conſenſionem. Ex conſuetudine quoque conveniunt ad Concilia Generalia Romanæ Eccleſiæ Cardinales ut ut non Epiſcopi, ſive ob ampliſſimam ſui dignitatem, ſive ob Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, quam in titulis ſui Cardinalatus obtinent. C. *II*, *de Majorit*, *& Obed.* Ex moribus etiam, ac privilegio ad Concilia conveniunt Abbates Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ſive Diœceſim habentes, atque Ordinum Religioſorum Præpoſiti Generales. Solent denique advocari ad ea Concilia Viri & in Sacra Theologia, & in Canonum doctrina periti, non quidem ut ſuffragium ferant, cujus jus Juriſdictionem in Eccleſia obtinentibus reſervatur, ſed ut conſilium ſuppeditent iis, qui ſuffragium laturi ſunt, ad majus rei gerendæ graviſſimæ decus, ampliorem Majeſtatem, firmioremque auctoritatem.

(i) Hinc colligere eſt, quis quantuſque circiter Epiſcoporum numerus interſit, ut Generale Concilium dici poſſit, & quare Epiſcoporum in eo ſuffragium *definitivum* dicatur.

T A B U L A

Exhibens Concilia Generatim in Orientali Eccleſia Celebrata.

	Locus.	*Tempus.*	*Numerus præſentium Patrum.*	*Occaſio.*
I.	NICÆA in Bithynia.	A. C. CCCXXV, ſub SYLVESTRO P. & CONSTANTINO M. Imper.	CCCXVIII.	Hæreſis ARII.
Appendix Concilii Nicæni.	SARDICA in Dacia.	A. C. CCCLXII, ſub JULIO I P. CONSTANTE, & CONSTANTINO Imp.	Juxta *Theodoret.* CCL, *Sozomenum*, & *Socrat.* CCC Occiden. LXXVI Oriental.	Impugnata ab Arianis fides Nicæna.
II.	CONSTANTINOPOLIS in Thracia.	A. C. CCCLXXXI, ſub DAMASO P. & THEODOSIO M. Imp.	CL. Juxta alios CLXXX.	Hæreſis MACEDONII.
III.	EPHESUS in Aſia.	A. C. CCCCXXXI, ſub CÆLESTINO P. & THEODOSIO II Imp.	CC.	Hæreſis NESTORII.
IV.	CHALCEDON in Bithynia.	A. C. CCCCLI, ſub LEONE I P. & MARCIANO Imp.	DCXXX.	Hæreſis EUTYCHETIS.
V.	CONSTANTINOPOLIS, inde Conſtantinopolitanum II.	A. C. DLIII, ſub VIGILIO P. & JUSTINIANO Imp.	CLXV.	Tria Capitula ſeu Libelli THEODORI MOPSUESTENI, THEODORETI Cyrenſis, & IBÆ EDESSENI.
VI.	CONSTANTINOPOLIS, inde Conſtantinopolit. III.	A. C. DCLXXX, ſub AGATHONE P. & CONSTANTINO POGONATO Imp.	CLXVI, numerantur in ſubſcr. Juxta *Photium* CLXX, Juxta *Zonaram* CCLXXXIX.	Hæreſis MONOTHELITARUM.

Lo-

	Locus.	*Tempus.*	*Numerus præſentium Patrum.*	*Occaſio.*
Appendix Concilii V, & VI.	CONSTANTINOPOLIS in TRULO Palatii.	A. C. DCXCII, ſub SERGIO P. & JUSTINIANO RHINOTMETO Imp.	CVII.	Defectus Canonum in Conciliis generalibus V, & VI, inde QUINI-SEXTA Synodus dicta.
VII.	NICÆA, inde Nicænum II.	A. C. DCCLXXXVII, ſub ADRIANO P. & IRENE Matre cum CONSTANTINO filio impubere Imp.	CCCL.	ICONOMACHORUM hæreſis.
VIII.	CONSTANTINOPOLIS, hinc Conſtantinopol. IV.	A. C. DCCCLXIX, ſub ADRIANO II P. & BASILIO Imp.	CII.	Schiſma PHOTII.

TA-

TABULA

Exhibens Concilia Generatim in Orientali Eccleſia Celebrata.

Dogmata.	*Canones.*	*Acta.*
Symbolum fidei pro Divinitate Jeſu Chriſti contra Arium ſtabilienda.	XX.	Extant in Collectione Labbeo Veneta cura COLETI T. II, Col. I, & in collect. HARDUIN. T. I, Col. 310.
	XXI, a Latinis ſtatim, a Græcis tardius recepti.	In COLET. T. I, Col. 653, HARDUIN. T I, Col. 635.
Clarius expoſitum Symbolum Nicænum pro divinitate Spiritus S. contra Macedonium adferenda.	III, quibus dein IV adjecti diu a Latinis non probati.	In COLET. T. I, Col. 1089, HARDUIN. T. I, Col. 807.
Definitum, unam Chriſti eſſe perſonam contra doctrinam Neſtorii.	VIII, magis tamen ad hæreſis Neſtorianæ damnationem quam Diſciplinam ſpectantes.	In COLET. Tom. III, Col. 509, HARDUIN. T. I, Col. 1271.
Deciſum pro duabus Chriſti naturis contra Eutychetem.	XXVIII, quorum poſtremum ſubreptitie adjectum Eccleſia Latina non recepit.	In COLET. Tom. VI, Col. 1611, HARDUIN. T. II, Col. 1.
Anathematiſmi XIV, contra Capitula, & XV, contra errores Origenis.		In COLET. Tom. VI, Col. 1, HARDUIN. T. III, Col. 1.
Catholicum dogma geminæ in Chriſto voluntatis & operationis contra Monothelitas explanatum.		In COLET. T. VII, Col. 600, HARDUIN. T. III, Col. 1.

Dogma-

Dogmata.	*Canones.*	*Acta.*
	CCII, a Latinis admiſſi, niſi ſtatutis priorum Conciliorum ſint contrarii.	In COLET. T. VIII, Col. 35, HARDUIN. T. III, Col. 1479.
Adſertus Sacrarum imaginum cultus.	XXI.	In COLET. T. VIII, Col. 645, HARDUIN. T. IV, Col. 1.
Repetita Iconomachorum damnatio, & antecedentium Conciliorum confirmatio.	XXVII.	In COLET. Tom X, Col. 471, HARDUIN. Tom. V, Col. 749.

T A B U L A

Concilia Generatim in Occidentali Eccleſia celebrata exhibens.

	Locus.	*Tempus.*	*Numerus præſentium Patrum.*	*Occaſio.*
I.	ROMA in LATERANENSI Baſilica. Hinc Lateranenſe I.	A. C. MCXXII, ſub CALLIXTO II P. & HENRICO V Imper.	Amplius CCC.	Diſſidium inter Sacerdotium & Imperium circa inveſtituram per annulum & baculum.
II.	ROMA in eadem LATERANENSI Baſilica. Inde Lateranenſe II.	A. C. MCXXXIX, ſub INNOCENTIO II P. & CONRADO III Imp.	Circiter M.	Schiſma PETRI LEONIS ANTIPAPÆ, & Hæreſes PETRI de BRUIS & ARNOLDI de Brixia.
III.	ROMA iterum in LATERANO. Hinc Lateranenſe III.	A. C. MCLXXIX, ſub ALEXANDRO III P. & FRIDERICO II Imp.	CCC.	Hæreſes WALDENSIUM & ALBIGENSIUM.
IV.	ROMA denuo in Baſilica LATERANENSI. Inde Lateran. IV.	A. C. MCCXV, ſub INNOCENTIO III P. & FRIDERICO II Imp.	Metropolitæ & Primates LXXVI, Epiſcopi CCCCXII, Abbates & Priores circiter DCCCC.	Expeditio contra Saracenos, & errores JOACHIMI ABBATIS, & ALMARICI Carnotenſis.
V.	LUGDUNUM in Gallia, hodie Lion.	A. C. MCCXLV, ſub INNOCENTIO IV P. & FRIDERICO II Imp.	CXL, & *Balduinus* Imp. Orientis.	Diſſidium inter Sedem Romanam & Imperatorem, & Expeditio contra Saracenos ſuſcipienda.
VI.	LUGDUNUM. Inde Lugdunenſe II.	A. C. MCCLXXIV, ſub GREGORIO X P. & RUDOLPHO I Imp.	D Epiſcopi, LXX Abbates, M aliorum Prælatorum.	Nova contra Saracenos expeditio, & unio Eccleſiæ Græcæ cum Latina.
VII.	VIENNA in Gallia.	A. C. MCCCXI, ſub CLEMENTE V P. & HENRICO V Imp.	Præter Cardinales, Epiſcopi CCC.	Extirpatio Ordinis Templariorum, & Hæreſes PET. JOANNIS, BEGUARDORUM, & BEGUINARUM.

Locus.

Digitized by Google

	Locus.	*Tempus.*	*Numerus præſentium Patrum.*	*Occaſio.*
VIII.	PISA in Tuſcia.	A. C. MCCCCIX, ſub RUPERTO Imp. & duobus Antipapis GREGORIO XII, & BENEDICTO XIII.	Præter Cardinales, Epiſcopi amplius CCC, & plurimi Abbates.	Abolendum Schiſma ex electione duorum Pontificum ortum.
IX.	CONSTANTIA in Germania.	A. C. MCCCCXIV, ſub JOANNE XXIII, & SIGISMUNDO Imp.	Fere M, inter quos IV Patriarchæ, CCC Epiſcopi.	Tollendum Schiſma trium Pontificum, & hæreſes WICLEFFISTARUM & HUSSITARUM.
X.	BASILEA in Germania.	A. C. MCCCCXXXI, ſub EUGENIO IV P. & SIGISMUNDO Imp.	Numerus Patrum Ingens.	Statutum Concilii Conſtantienſ. quod poſt 5 annos celebrationem Synodi generalis ad reformationem diſciplinæ præcepit.
XI.	FERRARIA, dein FLORENTIA in Tuſcia.	A.C.MCCCCXXXVIII ſub EUGENIO IV P. & ALBERTO II Imp.	CXLI.	Reunio Græcæ Eccleſiæ cum Latina, & Concilii Baſilienſis translatio.
XII.	ROMA in Baſilica Laterahennſi. Inde Lateranenſe V.	A. C. MDXII, ſub JULIO II P. & MAXIMILIANO Imp.	Circiter CXIV.	Ad diſſolvendum conciliabulum a rebellibus quibuſdam Cardinalibus Piſis inchoatum.
XIII.	TRIDENTUM in Germania.	A. C. MDXLV, duravit uſque MDLXIII, ſub PAULO III, PIO IV PP. & CAROLO V, & FERDINANDO I Imp.	Subſcripſerunt CCLV Patres, inter quos CXLVI Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi.	Doctrinæ LUTHERI & CALVINI, & reformatio diſciplinæ.

T A B U L A

Concilia Generatim In Occidentali Eccleſia celebrata exhibens.

Dogmata.	*Canones.*	*Acta.*
	XXII, & expeditio contra Saracenos ad recuperandam terram ſanctam propoſitis indulgentiis decreta.	Extant in Collectione COLETI T. XII, Col 1327, & in Collect. HARDUIN. T. VI, P. II, Col. 1109.
Pronuntiata ſunt anathemata in hæreticas PETROBRUSIANORUM, & ARNALDISTARUM doctrinas.	XXX, inter quos notabilis eſt decimus quintus ob datum *privilegium* ſic dictum *canonis*.	In COLET. T. XII, Col. 1497, HARDUIN. T. VII, §. II, Col. 1207.
Rejecti & Anathemate proſcripti errores WALDENSIUM & ALBIGENSIUM.	XXVII, quorum primus notabilis, qui ad evitanda in Electione Papæ Schiſmata conditus.	In COLET. T. XIII, Col. 409, HARDUIN. Tom. VII, §. II, Col. 1671.
Expoſitum fidei Symbolum ad ſtabiliendam præcipue transſubſtantiationis doctrinam contra ALBIGENSES, & damnata JOACHIMI & ALMARICI doctrina.	LXX.	In COLET. T. XIII, Col. 909, HARDUIN. T. VII, Col. 1.
	IX: Dicta quoque Sententia excommunicationis, & depoſitionis in Imperatorem c. 2, *de Sent. & re jud.*	In COLET. Tom. XIII, Col. 39, HARDUIN. T. VII, Col. 375.
Eccleſia Græca ejuratis ſuis erroribus ad Romanæ Eccleſiæ unionem rediit.	XXXI.	In COLET. T. XIV, Col 477, HARDUIN. T. VII. Col. 669.
Expoſita fides Catholica damnatis erroribus *Petri Joannis, Beguardorum & Beguinarum*.	Diverſa circa diſciplinam decreta maximam libri *Clementinarum* partem conſtituunt.	In COLET. Tom. XV, Col. 1, HARDUIN. T. VII, Col. 132.
	Integra fere Concilii acta electionem legitimam Pontificis Alexandri V reſpiciunt.	In COLET. T. XV, Col. 1333, HARDUIN. T. VIII, Col. 109.

Dogma-

Digitized by Google

Dogmata.	*Canones.*	*Acta.*
Anathemate proſcripta impia dogmata WICLEFFI, & *Jo. Huſſ.*	Plurima acta ad electionem Martini V P. pertinent, nonnullis tamen circa diſciplinam conſtitutis.	In COLET. Tom. XVI Col 1, HARDUIN. T. VIII Col. 209.
	Habitæ ſunt ſeſſiones XLV, in quibus actum præcipue de auctoritate Concilii ſupra Papam, de reſervation. Prælat. &c.	In COLET. T. XVII, Col. 217, HARDUIN. T. VIII, Col. 1103.
Conditum decretum, quo Eccleſia Græca repudiatis ſuis erroribus in communionem recepta fuit.	In ſeſſionibus XXV edita decreta VI.	In COLET. T. XVIII, Col. 1, HARDUIN. T. IX, Col. 1.
	Præter Concordata cum Rege Galliæ nonnulla circa diſciplinam decreta.	In COLET. T. XIX, Col. 791. HARDUIN. T. IX Col. 1561.
Singulæ fere ſeſſiones exhibent canones, quibus fidei dogmata contra Lutheri & Cal. errores ſtabiliuntur, & renovantur addito quoque ſymbolo fidei.	Seſſiones, quæ inſcribuntur de reformatione morum, continent decreta ad diſciplinam Eccleſiaſticam, & mores pertinentia.	In COLET. T. XX, XXI, HARDUIN. T. X, Col. 1.

Digitized by Google

QU. XVIII.

Epiſcopi de rebus gravioribus referre ne debent ad Eccleſiam Romanam?

,, §. I. AD Romanam Eccleſiam de
,, rebus gravioribus ab o-
,, mnibus Eccleſiis relatum ſemper fuiſ-
,, ſe, conſtans antiquorum temporum
,, ad nos uſque permanans traditio e-
,, vincit. (*a*) Nam primo Eccleſiæ ſæ-
,, culo exeunte, anno ſcilicet nonage-
,, ſimo ſeptimo S. Clementem a Corin-
,, thiorum Eccleſia conſultum litteras
,, auctoritatis pleniſſimas illis redid-
,, diſſe S. Irenæus, (*l. 3 adverſus Hæ-
,, reſ. c.3.*) S. Epiphanius, (*hæreſ.* 27)
,, S. Hieronymus, (*l. de viris illuſtri-
,, bus, c.* 15) teſtes ſunt locupletiſſi-
,, mi. Secundo vero medio ſæculo S.
,, Soterem ad Corinthiorum interroga-
,, ta reſpondiſſe, atque tum Clemen-
,, tis, tum Soteri epiſtolam non ſecus
,, ac Apoſtolorum epiſtolas in Eccle-
,, ſia diebus dominicis legi conſueviſ-
,, ſe, ut populus inde virtutum, ac
,, officiorum præcepta caperet, ipſe
,, S. Dionyſius Corinthiorum Epiſco-
,, pus ad eumdem Soterem ſcribens
,, cer-

(a) Selvag. *Antiquit. Chriſtian. Inſt. l.* 1, *c.* 16, §. 7. Romanæ Sedis in dubiis ſive doctrinæ, ſive diſciplinæ communis conſultatio ſemper fuit. Ac I, in ipſis naſcentis Eccleſiæ exordiis occurrit epiſtola Corinthiorum ad S. Clementem Romanum Epiſcopum, in qua poſt expoſitam diſcordiæ apud ipſos obortæ cauſam, opem, & conſilium implorabant. Sæculo II, S. Policarpus Romam contendit ad Papam Anicetum, ut cum eo de die Paſchatis ageret. Martyres Lugdunenſes S. Irenæum ejuſdem Eccleſiæ tunc Presbyterum ad Eleutherium miſere ob quaſdam Eccleſiæ quæſtiones. (Hieronymus *de Script. Eccl. c.* 35, & Beda *Hiſt. Angl. l.* 1, *c.* 4.) Sæculo III, in quæſtione de lapſis S. Cyprianus Romanam Sedem conſuluit. (S. Cyprianus *epiſtola ad Fabianum*, & *Cornel.*) Sæculum IV quod ſpectat, Hieronymus *epiſtola ad Ageruchiam* diſerte ſcribit, ſe apud Damaſum ad reſpondendum Synodicis conſultationibus, quæ ex Oriente, & Occidente ad Romanam Sedem mittebantur, operam navaſſe. (*epiſtola XI.*) Ipſe Hieronymus in quæſtione, *num una, an tres hypoſtaſes dicendæ ſint*, aperte fatetur, ſe tres Hypoſtaſes dicturum, ſi Damaſus dici jubeat. (*epiſtola ad Damaſ.*) Quum Himerius Tarraconenſis Epiſcopus Siricium de quibuſdam communis diſciplinæ capitibus conſuluiſſet, reſpondens Siricius Himerii conſultationi ſic loquitur: *Ad Romanam Eccleſiam utpote ad caput tui corporis retuliſti*. Sæculo V, Innocentius I *epiſtola ad Synodum Carthagin.*, & *epiſtola ad Synodum Milevitanum* pluribus oſtendit antiquam eſſe Eccleſiæ conſuetudinem, ut in rebus dubiis ex omnibus Provinciis ad Romanam Sedem referatur. In quem locum Marchett. *Crit. Art.* 11, *c.* 2, hæc habet: Nelle lettere dei Padri del Concilio Milevitano al Pontefice S Innocenzo I ſullo ſtato deplorabile delle Provincie della Paleſtina, e dell' Affrica, che molto eran ſommoſſe da' Pelagiani, e nella riſpoſta di quel Santo antico Pontefice delle belle coſe ſi leggono. Dalla Piſtola dei Padri Milevitani la loro ſollecitudine ſi rileva nel riferire alla Sede Apoſtolica la nuova inſorgente ereſia, e la riſpettoſa premura d' implorare quindi il remedio. Dicono al Papa, (int. Opp. S. Auguſt. *Tom. II, pag.* 620, 639, edit.

Digitized by Google

,, certiſſimus auctor nobis eſt. *Hodie*
,, *Sanctum diem peregimus Dominicum*,
,, *in quo veſtram legimus epiſtolam, quam*
,, *quidem perpetuo legentes proinde ac*
,, *priorem nobis a Clemente ſcriptam*,
,, *unde optimis monitis inſtruamur, o-*
,, *portet*. (apud Euſeb. *l.* 4, *c.* 23.)
,, Verum priſcorum Romanorum Pon-
,, tificum epiſtolæ injuria temporum in-
,, terierunt, ſicuti multæ S. Damaſi,
,, quibus Orientis, atque Occidentis
,, conſultationibus S. Pontifex reſpon-
,, dit, quibus conſcribendis ſe multam
,, operam Damaſo contuliſſe S.Hierony-
,, mus profitetur: *Cum in chartis eccleſiaſti-*
,, *cis juvarem Damaſum Romanæ Urbis E-*
,, *piſcopum, & Orientis, atque Occidentis*
,, *conſultationibus reſponderem*. (*epiſtola*
,, *XI.*) Quamvis tamen illæ interie-
,, runt, earum ſola mentio, quam D.
,, Hieronymus facit, teſtimonio nobis
,, eſſe poteſt, antiquum illum morem
,, conſulendi Romanum Pontificem de
,, rebus graviſſimis primo Eccleſiæ ſæ-
,, culo

---

edit. Maur. Par. an. 1679) che Dio lo ha collocato ſulla Sede di *Pietro* fornito di tali qualità, *ut nobis potius ad culpam negligentiæ valeat, ſi apud tuam venerationem, quæ pro Eccleſia SUGGERENDA SUNT TACUERIMUS, quam ea tu poſſis vel faſtidioſe, vel negligenter accipere. Magnis periculis infirmorum membrorum Chriſti paſtoralem diligentiam quæſumus adhibere digneris. Nova quippe hæreſis &c.* Nella riſpoſta poi d'Innocenzo ſi legge: *Inquirendo de his rebus... ANTIQUÆ TRADITIONIS EXEMPLA SECTANTES, ET ECCLESIASTICÆ MEMORES DISCIPLINÆ veſtræ Religionis vigorem non minus nunc in conſulendo, quam antea cum pronuntiaretis, venerationi firmatis, qui ad noſtrum referendum approbaſtis eſſe JUDICIUM SCIENTES, QUID APOSTOLICÆ SEDI (cum omnes hoc loco poſiti ipſum ſequi deſideremus Apoſtolum) DEBEATUR, a quo ipſe Epiſcopatus, & tota auctoritas nominis hujus emerſit*: e continua a lodargli, perchè nel riferire ad eſſo l'affare, aveano cuſtodito *PATRUM INSTITUTA, quæ illi non humana, ſed DIVINA decrevere ſententia, UT QUIDQUID* (ſi noti) *QUIDQUID, quamvis de disjunctis, remotiſque Provinciis ageretur, NON PRIUS DUCEREM FINIENDUM, NISI AD HUJUS SEDIS NOTITIAM PERVENIRET; ut tota hujus auctoritate juſta quæ fuerit pronuntiatio firmaretur; indeque ſumerent cæteræ Eccleſiæ quid præcipere, & quid vitare deberent.* Guai grandi minacciano queſte parole a molti ſentimenti del Fleury, dunque non dovea rapportarle. (La lettera de' PP. Milevitani, è al numero XXX del libro 23, e quella d'Innocenzo I al numero XXXIV, ivi.) Volea dir cento volte Fleury, che il molto meno, che ſi trova nella Collezion d'Iſidoro era una novità inaudita: dunque non poteva riferire, che l'aveſſe già detto cinque Secoli prima Innocenzo. Anzi volea dirci per fino, che Flaviano di Cp. mandava i ſuoi Giudicati per fargli *eſeguire* dal Papa. (*l.* 27, *num.* 36, §. *Flavien.*) Ma dunque? Dunque... io mi ſentirei violentato a qualche conſeguenza ſpiacevole. Una pagina di meno per i maledici Atti falſi di *Girberto* al Concilio di Reims facevano il luogo alle indubitate parole di un gran Pontefice del principio del Secolo V, e conciliavano a Fleury il buon credito di oneſto uomo. A buon conto egli è un fatto, che Innocenzo I ſtabiliſce ben chiaramente, e con forza, che fin d'allora era regola di *antica* Tradizione, di diſciplina eccleſiaſtica: ch'era iſtituto non umano, ma *Divino* de' Padri, che tuttociò d'importante, che trattato ſi foſſe nelle Provincie Criſtiane, quanto ſi voglia rimote, e diſgiunte; tuttociò non prima doveſſe riconoſcerſi definito, che l'autorità della S. Sede non confermaſſe la precedente ſentenza, che ſe gli dovea riferire. Ciò poſto in linea *di fatto*, tutti i diſcorſi del Mondo non empiranno giammai il vuoto vano delle arguzie Fleuriane, che il carico degli affari ſtranieri, (*Diſc. IV*, *n.* 6.) la riſerva della difinitiva nelle cauſe de' Veſcovi ec. ſieno novità da Iſidoro introdotte. Non mai. Per tutta l'eternità ſarà vero, che S. Innocenzo ha ſtabiliti come già antichi queſti ſentimenti, e per tutta l'eternità ſarà vero, che S. Innocenzo I è viſſuto preſſo a cinque Secoli prima del Mercatore. Ecco perchè Fleury tace a tali luoghi, Sæculo VI, S. Avitus Archiepiſco-

„ culo uſurpatum ad ea uſque tempo-„ ra cuſtoditum, ſicuti & poſtea re-„ tentum fuiſſe ex ipſis Summorum Pon-„ tificum Decretalibus, quæ extant, „ manifeſte apparet.“

„ §. II. Quæ quidem conſuetudo non „ aliunde ſane naſci potuit, neque a-„ liter ſervari, niſi quod omnibus per-„ ſuaſum eſſet, Romanam quam con-„ ſulebant Eccleſiam, cæterarum eſſe „ magiſtram. Quod ille magis cogno-„ ſcet, qui animadverterit, non hunc, „ vel illum dumtaxat Romanum Pon-„ tificem fuiſſe conſultum, ſed omnes; „ neque ab Occidentalibus ſolum, ſed „ ab Orientalibus etiam Eccleſiis, „ quemadmodum S. Damaſum Orien-„ tis, atque Occidentis ſynodicis con-„ ſultationibus reſpondiſſe ex S. Hie-„ ronymo diſcimus. Quod ſi contin-„ geret illum interim mori Pontificem „ Summum, qui conſuleretur, dum lit-„ teræ ad eum pervenirent, ejus ſuc-„ ceſſor ita ſuum eſſe putabat quæſtio-„ ni

---

piſcopus Viennenſis (*epiſt. XXXVI*, edit. Sirmondi) hæc habet: *SCITIS Synodalium legum eſſe, ut in rebus, quæ ad Eccleſiæ ſtatum pertinent, ſi quid dubitationis fuerit exortum, ad Romanæ Eccleſiæ ſummum Sacerdotium, quaſi ad caput noſtrum membra ſequentia recurramus*. Sæculo VII Epiſcopi Africani in epiſtola Synodica ad Pontificem Theodorum ita loquuntur: *Antiquis REGULIS ſancitum eſt, ut QUIDQUID, quamvis in remotis, vel in longinquis poſitis agitur Provinciis, NON PRIUS tractandum, vel accipiendum ſit, NISI AD NOTITIAM ALMÆ SEDIS VESTRÆ FUISSET DEDUCTUM*. (Vid. ea quæ diximus ſuperius *in Præf. quæſt. VII.*) Graviorum cauſarum hoc eſt Epiſcoporum Judicium Romanæ Sedi eſſe reſervatum pluribus oſtendit Selvagius *l.* 1, §. 8: ſed illuſtriora ſunt quæ affert Marchetti *Crit. l. c. ibi*. Nelle celebri controverſie, che dopo la metà del nono Secolo con tanto calore agitaronſi infra Rotardo Veſcovo di Soiſſons, ed il rinomato Incmaro di Reims; dopo un lungo circuito, ſul quale il Pontefice Nicolò I ſolennemente riſtabilì nella ſua Sede Rotardo, che dal Sinodo Provinciale era ſtato depoſto, ſcrive Nicolò in tal propoſito una lunga lettera a Veſcovi tutti della Francia, che può vederſi nel Tomo VIII della Collezione Labbeana. Soſtiene in eſſa lettera il Papa un' importante propoſizione, cioè: *Ancorchè Rotardo non aveſſe appellato al Papa, non doveva il Sinodo condannarlo ſenza conſultarne la Santa Sede*. Non occorre domandar, ſe tal maſſima piaccia a Fleury. Al ſuo ammiratore il Febronio la è diſpiacciuta egualmente, ſino a fiſſare in Nicolò I l'epoca di una novità così pericoloſa. *Novam* (così egli *de ſtatu Eccleſiæ c.* 4, §. 8, *n.* 4.) *novam illam regulam veteribus incognitam Canonibus conſtituit; ſcilicet Epiſcopum, etiamſi non appellaverit Romanam Sedem, a Synodo Provinciæ, inconſulto Romano Pontifice, deponi non poſſe*. Lo ſteſſo dice de Marca (*l.* 3 *Conc. c.* 6, *n.* 1.). Cerchiamo piuttoſto la pulizia con la quale egli disbrigaſi da tale incontr. Fleury (*l.* 50, *n.* 37.). Comincia dallo ſporci le ragioni, ſopra le quali ſi fonda il Pontefice, cui fa metter fuori una lunga filaſtocca in pruova dell' autorità delle Decretali, che ſtabiliſcono l' aſſunto intrapreſo da lui; e che eſſe lo ſtabiliſcano ben glie lo concede Fleury; perchè egli dice: *Determinano rettamente, che i Veſcovi non poſſano eſſer giudicati definitivamente, ſe non dalla Santa Sede*: ma per diſavventura *queſte Decretali, che il Papa con tanto calore ſoſtiene, le ſon quelle della Collezion d' Iſidoro... e la lor falſità non ſi conoſceva in allora a cagione dell' ignoranza della Critica*: onde ne conclude dittatoriamente, *che nella ſoſtanza i Veſcovi Franceſi avean ragione*. Ed ecco roveſciato con un tiro di penna tutti gli argomenti del Pontefice Nicolò, e laſciatolo nella ſua povera ignoranza della critica con pieniſſimo applauſo del guſto letterario moderno. Ma tutto il diſcorſo quivi del Sig. Fleury è un puro ſofiſma, poichè ſopra un principio falſo s' appoggia; o almen certamente perchè non conchiude, ſe non che, come direbbeſi a *ſecundum quid ad ſimpliciter*, e ſolamente ha forza contra un diſcorſo eſſenzialmente troncato, qual è quello, che col nome di

,, ni Deceſsori ſuo propoſitæ reſpon-
,, dere perinde ac ipſe conſultus fuiſ-
,, ſet, ut non doctrinæ, qua alius a-
,, lio majer eſse poterat, ſed auctori-
,, tatis dumtaxat, qua pares inter ſe
,, ſunt Romani Pontifices, rationem
,, habitam fuiſse perſpicuum ſit. Qua-
,, propter cum Himerius Tarraco-
,, nenſis Epiſcopus S. Damaſum de di-
,, verſis eccleſiaſticæ diſciplinæ capiti-
,, bus conſuluiſset, & Himerii epiſtola
,, Romam perlata, mortem jam S. Da-
,, maſus oppetiiſset, ejus ſucceſsor Si-
,, ricius ita Himerio reſpondit: " *Directa ad deceſſorem noſtrum S. Recordationis Damaſum fraternitatis tuæ Relatio me jam in Sede ipſius conſtitutum invenit . . . & quia neceſſe nos erat in ejus labores, curaſque ſuccedere, cui per Dei gratiam ſucceſſimus in honorem, ad ſingula prout Dominus adſpirare dignatus eſt, conſultationi tuæ reſponſum competens non negamus*. Intelligebat enim S. Siricius, idcirco Himerium a S. Damaſo diſciplinæ eccleſiaſticæ leges flagitaſse, quod ille S. Pontifex eſset, quem cum ipſe locum teneret, ipſe quoque reſpondere deberet. Quod ni ita eſset, plane non video, quorſum ſemper ſuper ejuſmodi cauſis ad Pontificem Summum, quicumque is eſset, negotia deferrent, & non magis, ſi de ſolo conſilio exquirendo ageretur, virum aliquem doctrinæ, & ſanctitatis opinione clarum Epiſcopi ſibi quiſque ſeligerent, qui vel in Provincia eſset, vel finitimus, & illum facile adire poſſent. Igitur non alia de cauſa Eccleſiæ omnes in hunc morem conſulendi Romanum Pontificem tanta conſenſione conſpiraſse dicamus oportet, niſi quod perſuaſum illis fuerat, illius doctrinam eſse tamquam normam, ac perpendiculum, ad quod alii omnes ſuas doctrinas exigere debeant.

§. III. Neque aliter ſane de hoc ſentie-

di Nicolò I ſi è compiacciuto il noſtro Storico di preſentarci. Diſſi fondato ſul falſo, (contro ciò, ch' io medeſimo avevo prima conceſſo troppo facilmente al Fleury) dappoichè lo ſteſſo inviperito Calviniſta Blondello (*Proleg. c. 19.*) è ſtato coſtretto dalla verità non ſolo a confeſſare, ma a dimoſtrare poſitivamente, che quelle, delle quali Nicolò I in queſto luogo ragiona non ſon già le falſe, e da Iſidoro ſuppoſte, ma sì le vere, e indubitate lettere Decretali de' precedenti Pontefici. Che anzi oſſerva Blondello, che tanto è lontano Nicolò I da ſervirſi delle mentite lettere, abbenchè moltiſſime occaſioni gli ſe ne dieno di farlo; che giunge per fino a reſtituire a veri Autori loro quelle ſentenze, che attribuite ad altri ſi vedevano in Iſidoro. Troncato poi ci preſenta Fleury il diſcorſo di Nicolò I. Due teſtimonianze egli adduce del Pontefice San Leone Magno, una in pruova dell' autorità delle Decretali del Papa in generale; e queſta ſola accenna il Fleury per far riſultare il ridicolo di chi ſtravolgeala (come falſamente credette lo Storico) a ſtabilire le Iſidoriane impoſture. Niuna menzione però ſi fa dell' altro, che pur è indubitato teſtimonio di S. Leone, e che diſteſamente rapportaſi dal Papa, ove fra le altre coſe vi ſi dice, che nella prudente economia della Chieſa ſaviamente ſi vedea praticato, che alcuni Veſcovi principali *in majoribus Urbibus conſtituti ſollicitudinem ſuſciperent ampliorem, per quos AD UNAM Petri Sedem univerſalis Eccleſiæ cura conflueret*: e quindi riputava Nicolò I che poteſſe dedurſi la neceſſità di riferire a queſta Sede di Pietro la cauſa importantiſſima del depoſto Rotardo. In conferma quindi del medeſimo aſſunto adduce le formali parole del Concilio Sardiceſe, che leggonſi nella Sinodica a Giulio I,, ove ſiccome ottima,, e convenientiſſima coſa ſi ſtabiliſce, che *ad caput, ideſt ad Petri Apoſtoli Sedem de ſingulis QUIBUSQUE referant Sacerdotes*: onde faciasi ritornar l' argomento,, che la cauſa ancor di Rotado doveaſi riferire. Io ſo ben, che Fleury riferendo la citata Sinodica Sardicenſe provi-

Digitized by Google

tiebant ipſi Pontifices Summi. Atque ut de S. Siricio nunc dicamus, poſtquam in ſua ad Himerium epiſtola diſciplinæ regulas aliquot ſacris Miniſtris præſcripſit, hæc addit: *Quid ab Univerſis poſthac Eccleſiis ſequendum ſit, quid vitandum, generali pronuntiatione decernimus*. Neque vero deſunt antiquæ

---

damente ne ſopprime queſte parole: ma ciò ſerve anzi ad aggravarlo vie più, poichè niuno ha mai dubitato, ch' eſſe vi ſieno di fatto; lo ſteſſo è quaſi ſempre nelle altre omiſſioni. Onde ſe io foſſi Boſſuet mi ſi accorderebbe di ſpiegarmi così: (Tom. II Oper. poſthum. *oſſ. 4 ſopra la ſtor. Con. Eſeſ. di Dupin.*) *Sopprimere tali parole in una Sinodale anche fingendo di citarla . . . eſſendo appoſti al margine i ſoliti ſegni di citazione; che altro è mai ciò, ſe non falſificar gli atti pubblici?* Di più proſeguendo il Pontefice a dimoſtrare a' Veſcovi Franceſi la neceſſità di conſultare la S. Sede nella cauſa del Veſcovo di Soiſſons, ſi appoggia ſull' argomento, che le cauſe de' Veſcovi fra quelle contar ſi devono, che Cauſe Maggiori ſono chiamate da' Canoni. Or ſu queſta propoſizione, che neppur il Dupinio (*De antiq. Eccl. Diſcipl. in Proleg. Diſſ. II, nu. 2.*) ha ſaputo negare, continua l' argomento il Papa: ma le *Cauſe Maggiori* debbono riportarſi a Roma: che ne dice di queſta minore il Fleury? Ei dice ben chiaro, ch' egli è un articolo (*l. 63, nu. XI*, §. *On trouve*) *del quale ogni cattolico andrà d' accordo*. Dunque, conchiude il Papa, la cauſa di Rotado Veſcovo non dovea definirſi ſenza conſultare la S. Sede. E di queſta conſeguenza perchè ogni Cattolico non va d' accordo? Le premeſſe non ſolamente ſon certe, ma formalmente conceſſe dagli Avverſarj: l' argomento è nella più rigoroſa forma della Dialettica, la conſeguenza è lo ſteſſo aſſunto di Nicolò I, e Fleury nè deduce: Dunque i Prelati Franceſi, che ſoſtenean l' oppoſto, aveano ragione. Che razza di Logica ſia queſta, io non ſo arrivare a capirlo. Solo comprendo, che qualunque Scrittore onorato o doveva quivi laſciar in pace l' aſſunto del Papa; o dal di lui diſcorſo non tagliare le prove indubitate, ed autentiche per poi trionfare come di un ridicolo ignorante, che dilata le ſue pretenſioni ſulla falſa mercanzia d' Iſidoro. Similmente io trovo ne' più autentici monumenti, ma non già nella Storia Fleuriana, che S. Leone Magno dice lo ſteſſo, che Nicolò I, ſenza aver lette le Decretali del Mercatore. L' anno 446 Anaſtaſio di Teſſalonica depoſe in contumacia Attico di Nicopoli. S. Leone ne lo ripreſe acremente così: *Sed etiamſi quid grave, intolerandumque committeret* (Atticus), *noſtra erat expectanda cenſura, ut nihil prius ipſe decerneres, quam quid nobis placeret, agnoſceres*. E perchè taccionſi tali ſentimenti dal noſtro autore? Perchè mancavano cinque Secoli per poter dire, che S. Leone gli aveva appreſi da Iſidoro. Ad una lettera anche di S. Baſilio (*epiſt. 263, al. 74.*) va ſcherzando attorno sfiorandola lo Storico Franzeſe: la cita eſattamente nel margine, (*l. 16, num. 9.*) con eſſa ci narra la venuta a Roma di Euſtazio Sebaſteno, le lettere per lui date dal Pontefice S. Liberio; con occhio avvedutiſſimo nota, che il Papa in eſſe nomina ſe ſteſſo dopo i Veſcovi Orientali; eſpreſſamente ci narra, come i Padri del Concilio di Tiane *riſtabilirono Euſtazio di Sebaſte altre volte depoſto, e lo riceverono, come Veſcovo Cattolico*. Ma a che citar San Baſilio per infingerſi di parlar con lui, e nulla dire con eſſo? D' Euſtazio medeſimo egli dice nel luogo citato dal Fleury, ch' eſſo eſtorſe, *epiſtolam a B. Liberio, QUÆ EUM RESTITUEBAT, EAQUE OSTENSA a Concilio Thyanenſi reſtitutus eſt*. Si eſeguì cioè a Tiane la ſentenza di Roma, abbenchè frodolentemente carpita. Fleury non poteva ciò rapportare, perchè voleva moſtrarſi perſuaſo, che ne' Secoli prima d' Iſidoro altro Tribunale non vi era, che i Veſcovi giudicaſſe, ſe non che il Sinodo Provinciale. Anche nel racconto, che ci dà Fleury del famoſiſſimo giudizio della cauſa di Sant' Atanaſio, e de' ſuoi compagni Anti-Ariani, egli è mirabile il circuito, che tienſi. Narra lo ſtorico, (*l. XI, num. 21.*) come l' Ariano Imperatore Valente cacciò da Conſtantinopoli l' Arciveſcovo S. Paolo ſucceſſore di S. Aleſſandro. Quindi paſſa al racconto di un Concilio tenuto in Roma

quæ eccleſiaſticæ Conſtitutiones, quæ a Romanorum Pontificum epiſtolis, atque reſponſis omnino prodierunt. Cum enim Pontifices Summi aliquid Eccleſiæ neceſſarium, vel utile ſaltem eſſe cernerent tam ad diſciplinam interiorem, quam exteriorem moderandam, ut illi neceſſitati, vel utilitati conſulerent pro accepta a Chriſto Domino poteſtate, multis de rebus, de quibus a Conciliis nihil quidquam ſtatutum fuerat, leges ipſi ſuis epiſtolis conſtituerunt. Talis profecto eſt Eccleſiaſtica Conſtitutio de Nuptiis in quarto gradu vetitis, quam S. Gregorius II, Sæculo VIII ineunte, anno ſcilicet 726, ſanxit ſua Decretali Epiſtola, qua, cum a S. Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino rogatus fuiſſet, *in qua progenie matrimonia propinquorum copulentur*, ita

---

Roma dal Pontefice S. Giulio I, eſprimendoſi: *On dit* (ognun ſa, che dir voglia queſta fraſe in Fleury) *Si dice, che S. Paolo di Cp. eravi ſimilmente venuto, cacciato eſſendo dall' Imperatore*. In appreſſo rapporta la celebre lettera di eſſo Giulio I agli Orientali; e dopo aver detto ſenza eſitare, che il Concilio aſſolvè S. Atanaſio, ne ſoggiunge (*l.* 1, *num.* 24.): *Vi è apparenza, ch' eſſo* (il Concilio) *riſtabilì anche gli altri Veſcovi, CH' ERAN VENUTI* (Fleury s' è ſcordato quì dell' *ON DIT*) *a recarvi i loro lamenti*. Per tutto queſto racconto, gli Autori, che ne cita in margine il noſtro Storico ſono Socrate, e Sozomeno; Autori certamente capaci di far prova di queſto loro depoſto, quanta può averſene di un fatto per umana autorità atteſtatoci. Sono due Storici quaſi contemporanei, Orientali, accurati, conteſti, uniformiſſimi in tal narrazione, pieni di monumenti originali, e ſpecialmente degli Atti Sinodici *di Sabino*, e con altri infiniti vantaggi. Onde non ſo alcuno fin' ora, che ſulla loro fede, o de' monumenti, che recano, non abbia preſtato credenza a queſto fatto. Sentiamo dunque come lo narrano eſſi in que' luoghi medeſimi, che citati ſon da Fleury. *Romam adventant* (dice de' glorioſi eſuli Socrate *l.*2; *c.* 15.), *UBI cum cauſam ſuam expoſuiſſent JULIO ROMANÆ URBIS EPISCOPO, illa, QUÆ EST ROMANÆ ECCLESIÆ PRÆROGATIVA* (ἅτε πρεσβεῖα τῆς ἐν Ῥώμῃ Ἐκκλησίας) *liberioribus litteris eos communitos in Orientem remiſit, SINGULIS SEDEM SUAM RESTITUIT, SIMULQUE PERSTRINGENS ILLOS, QUI SUPRADICTOS EPISCOPOS TEMERE DEPOSUISSENT* Così uno degli Orientali citati da Fleury. Udiamo l' altro cioè Sozomeno (*l.*3, *c* 8.): *Athanaſius Alexandria profugus Romam venit. Eodem tempore Paulus quoque Conſtantinopolitanus Epiſcopus, & Marcellus Ancyræ, & Aſclepas Gazæ... EPISCOPUS IGITUR ROMANUS, cum ſingulorum cauſas cognoviſſet.. eos in communionem recepit, & quoniam PROPTER Sedis dignitatem* (διὰ ἀξίαν τοῦ θρόνου) *OMNIUM CURA AD IPSUM PERTINEBAT, SUAM CUIQUE SEDEM RESTITUIT*. Queſti ſon fatti de' più rilevanti in tutta la Storia Eccleſiaſtica: ſon fatti *del quarto Secolo*: ſon fatti narrati da due riſpettabiliſſimi Storici conteſti, viſſuti in Paeſe diverſo nel Secolo ſteſſo, in che tali fatti ne avvennero; ſon fatti narrati uniformemente, perchè celebri, noti a tutti, e preſi da monumenti contemporanei uniformi. Ma egli è impoſſibile il non commoverſi al ſolo dare un' occhiata al come gli ha riferiti da queſti fonti medeſimi il Fleury. Socrate, e Sozomeno vanno ſicuri nel loro Depoſto, nulla eſitano, niente dubitano; e lo Storico noſtro ci aggiunge di ſua reſta un *ſi dice*; che in lui ſpecialmente ſignifica, che il fatto è dubbio, abbenchè non vi ſia, chi ne dubiti, nè che dubitare ne poſſa. Gli Originali concordemente dicono, che fu *Giulio* egli, il Veſcovo della Chieſa Romana, che reſtituì a *ciaſcheduno* la propria Sede; e Fleury giuſta i ſuoi pregiudizj ſcrive, che ciò fece il *Concilio*. Gli Storici ci danno tal reſtituzione come certa; e Fleury ne dice, che *vi ha apparenza* ch' ella fu fatta. Tal reſtituzione di Sede certamente fatta, e fatta da Giulio I amendue gli Autori concordi ce la danno ſeguita per la rimarchevoliſſima ragione della prerogativa della Sede Papale, per cui la cura *di tutti a Giulio* ne apparteneva: e Fleury nulla, nulla dice di ciò. E nulla dice, e tronca, e sfigura, ed annebbia, e muta, ed ag-

Digitized by Google

ita illi reſpondit: *Dicimus, quod oportuerat quidem, quamdiu ſe agnoſcunt affinitate propinquos, ad hujus copulæ non accedere ſocietatem. Sed concedendum eſt, ut poſt quartam generationem jungantur.* Hinc ad Britanniæ Epiſcopos S. Leo IV hac de re ſcribens, ad S. Gregorii II Decretalem illos rejicit. *Nullus* (ſcribit) *de propria cognatione ſibi audeat copulare. Unde B. Gregorii Junioris Decreta eximie ſunt retinenda.* Talis eſt etiam Eccleſiaſtica Conſtitutio de abjiciendis illis, qui non gradatim, ſed per ſaltum Epiſcopi, aut Presbyteri, aut Diaconi facti ſunt, quam quidem Conſtitutionem S. Zoſimus ſanxit ſua Decretali Epiſtola ad Patroclum Arelatenſem Epiſcopum data anno 417. *Quia nonnulli ex quacumque militia ſe ad Eccleſiam conferentes ſtatim ſaltu quodam ſummatem locum Religionis affectant, qui gradatim per eccleſiaſtica ſtipendia venientibus explorata ſolent diſcuſſione deferri; idcirco quoniam in nonnullis factum infirmare non poſſumus, ſi qui jam ordinati ſunt, in eo gradu, ad quem ſaltu ſubito pervenerunt, perdurare debebunt. Si enim Apoſtolus Neophitum Sacerdotio non ſtatim cumulari jubet, & hoc idem Canonum ſtatuta ſanxerunt, hoc addimus noſtra ſententia, ut quiſquis de cætero vel ſummo ſacerdotio, vel Presbyteri gradu, vel Diaconatus crediderit cumulandum,* (*Neophitum ſcilicet, ſeu ex quacumque militia ad Eccleſiam ſe conferentem*) *ſciat & ſe gradus ſui ſubire jacturam, nec in illum valitura quæ contulit.* Verum nimius eſſem, ſi Eccleſiaſticas omnes Conſtitutiones, quæ ex Summo-

---

aggiunge que' fatti appunto, e quelle circoſtanze, che baſtano ſole a trionfare delle ſue Maſſime, e in tal guiſa altera i fatti, che ha ſotto degli occhj in quegli Storici ſteſſi, che attualmente cita, e finge di ſeguire. Che dovrem noi penſare di tal condotta? Il nome celebre di uno Scrittore lo metterà dunque al coperto, che neppure ci ſia lecito lamentarci della mala fede, con cui ſi guaſtano così importanti verità? E' meglio, ch'io non vada avanti in rifleſſioni. Le facciano da per ſe ſteſſi i Lettori. Non omette Fleury (*l. 31, num. 32.*) di rapportare la lettera a Papa Ormiſda ſcritta da Monaci della Siria; anzi non omette diligentemente notarci, che in progreſſo della lettera parlano, come a *Più*, ſecondo l'antico coſtume. Queſti Orientali ſcrivono a Papa Ormiſda *Univerſæ orbis terræ Patriarcham continentem Sedem Principis Apoſtolorum*; e gli dicon così: *Quoniam Chriſtus Deus noſter PRINCIPEM, PASTOREM, ET DOCTOREM, & medicum animarum conſtituit Vos .... dignum eſt, paſſiones, quæ nobis contigerunt, exponere, & immiſericordes oſtendere Lupos,* (Severo con i ſuoi) *qui diſſipant Gregem Chriſti; ut auctoritatis baculo EAS EXPELLAT DE MEDIO OVIUM &c.* Queſte ſono parole ſuperflue a Fleury, perchè prima d'Iſidoro da altri non potevano i Veſcovi, ſecondo Lui, giudicarſi, che da Sinodi Provinciali. Perciò quì ſi ſalta. Il riſtretto poi di altra lettera, che fu inſerita negli Atti del Sinodo Coſtantinopolitano dell'anno 536, ſcritta dagli Archimandriti Orientali al Ponteſice Agapito (*Tom. II. Concil.* Edit. Par. an. 1714, *pag.* 1081.) è affatto capriccioſo nel noſtro Storico, e alla ſua foggia di penſare con iſtomachevole arbitrio enormemente ſtravolto. Ecco come dicono que' d'Oriente: *Sicuti prius contra Antimum inſurrexiſtis, & Lupum, qui conabatur cooperiri per pellem ovis, PELLE DENUDASTIS AC PROCÙL A MANDRA EXPULISTIS,* (Fleury dice, che il Papa fece deporre Antimo, e ciò vuol dir meno, che lo depoſe) *ſic nunc, & iterum vigilate. Spem habemus ad Deum, qui in tempore opportuno veſtrum adventum nobis oſtendit,* (il Papa era ito a Coſtantinopoli) *quod ſicut Petrum magnum Apoſtolorum Principem his, qui Romæ erant in depoſitionem præſtigiarum Simonis Getici miſit, ſic & Vos miſit IN DEPOSITIONEM, ET EXPULSIONEM SEVERI, PETRI, ET ZOARÆ, & eorum, qui ſimilia ſapiunt.* (Il noſtro Storico dice: Quanto a Severo, Pietro, e Zoa-

morum Pontificum reſponſis, atque reſcriptis (*b*) conflatæ ſunt, ſummam

---

Zoara, eſſi Monaci domandano, che il Papa gli faccia diſcacciare da Coſtantinopoli, come già condannati.) Riprende poco dopo la lettera il ragionamento d' Antimo: *Quia igitur juſte a vobis punitus fuit, & de Sede HUJUS REGIÆ URBIS EJECTUS*: nulla di ciò Fleury.

(b) Boehmer. *J. E. P. l. 1, t. 3.* Reſcripta utroque jure duobus modis expediuntur, vel ſcriptura ſolemni, quam Bullam vocant, & *Decretalem Epiſtolam*: vel ſimplici *annotatione*, vel *ſubſcriptione*, vel *ſubnotatione*. Ad poſteriorem rationem illa hodie referri poſſent Reſcripta, quæ ipſis precibus a dorſo inſcribi ſolent ſtylo breviori, & diverſo formata. Communiter vocari ſolent *Apoſtillæ*, quia in genere hæc ſunt ſcripturæ, quæ vel in margine, vel in fine inſtrumenti adjiciuntur, unde etiam veteres *Gloſſas*, & *Additiones* ita vocarunt. Reſcripta fiunt ad præcedentes preces, ſeu ſupplicationes, vel relationes. Quotieſcumque autem preces, ſive relationes offeruntur, neceſſe eſt, ut veritate nitantur, alias Reſcriptum caret effectu, quæ quidem conditio tacite ineſt non ſolum Reſcriptis, ſed etiam mandatis *ſine clauſula*, quæ tamdiu ſuſpendit effectum, donec de veritate, aut falſitate narratorum conſtiterit. Quamvis enim alias nulla exceptio iis opponi poſſit, ſed ſimplicem requirant paritionem, exceptio tamen ſub & obreptionis, quæ ex prædicta clauſula fluit iis opponi poteſt. Denique ineſt hæc conditio etiam in *Decretis Judicum*, quæ altera parte non audita impetrantur, veluti, ſi quis ex falſa cauſa dilationem termini probatorii impetravit, quæ pro non impetrata habetur. Peccatur igitur a ſupplicantibus, ſi (uti dicitur in *c. 20, de Reſcript.*) *tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate* litteræ impetrantur; & quidem prius ſi factum *Obreptio*, ſi poſterius *Subreptio* dici ſolet, quamvis pro ſynonimis non raro habeantur. Declarat autem optime Jus Canonicum, quando *tacita veritas*, aut *ſuggeſta falſitas* viriet preces, & reſcriptum, quod precibus nititur. Diſtinguit enim Pontifex, quæ falſitas ſuggeſta, & quæ veritas fuerit ſuppreſſa, ita ut ſi talis expreſſa ſit falſitas, vel veritas occultata, quæ quamvis tacita, vel expreſſa fuiſſet, nihilominus Princeps reſcripſiſſet, reſcriptum vires habeat, *c. 20, de Reſc.* Huc pertinent impertinentes circumſtantiæ, in quibus licet falſum committatur, cauſam tamen non tangunt, nec reſcribentem deterrere potuiſſent a reſcribendo, ſi vel maxime ex vero fuiſſent propoſitæ. At ſi in circumſtantiis eſſentialibus veritas ſuppreſſa eſt, quæ ſi reſcribenti cognitæ fuiſſent, eum a reſcribendo revocare potuiſſent, aliud dicendum utique eſt, nec ſufficit, circumſtantias obſcure, & confuſe proponere, cum alias facile quoque Princeps induci poſſit, ut erroneum de cauſa conceptum ſibi formet. Sic ad beneficia Eccleſiaſtica nemo promoveri poteſt, niſi debitis a lege requiſitis qualitatibus inſtructus ſit: proinde qui defectu illarum laborat, eumque tacuit in precibus, fructu reſcripti haud gaudebit. Similiter in *Juſtitiæ cauſis* variis modis obreptio committi poteſt, quando ſtatus cauſæ *diſtincte, & plene* Principi haud refertur *c. 20, de Sent. & re Jud.* Ut igitur de relatione preciſtæ ei, ad quem dirigitur Reſcriptum, eo rectius conſtet; vel in ipſo Reſcripto *contenta* ejus verbotenus repeti ſolent, quod obſervatur de Jure Canonico adeo ſtricte, ut reſcriptum non valeat, quod facti ſeriem non continet *c. 5, de Cohabit. Cler.* vel quod adhuc tutius eſt, reſcripto adjungitur *exemplum Precum* prout obſervatur de Jure Civili. Simile Judicium eſt de *Subreptione*, ubi falſa ejuſmodi circumſtantia allata eſt, in qua tamen Princeps reſcribens ſe principaliter fundavit, *c. 42, de Reſcript.* Ex hac Doctrina porro duo fluunt. I, Judicem, ad quem executio reſcripti dirigitur, in precum veritatem inquirere debere. II, eum, in cujus præjudicium Reſcriptum impetratum eſt, impugnare illud poſſe exceptione ſub- & obreptionis. Ad primum quod attinet, conſiſtit hoc examen precum in eo, ut ſi *exceptio mendacii* eis objecta fuerit, de hac cognoſcere, & vel mandatum injunctum implere, vel per literas, quare adimplere non poſſit, rationabilem cauſam prætendere poſſit. *C. 5, eod.* Proinde ſi ad commiſſarios dirigitur Reſcriptum, eiſque exceptio prædicta objicitur, hi ad cauſæ cognitionem procedere nequeunt, niſi prius de hac exceptione cognoverint, & deſuper ad

mam tantum perſtringere vellem. In- terea ſatis ex hiſce perſpici poteſt , quam

ad Superiorem retulerint. Ut enim ipſi commiſſarii ſuper hac exceptione pronuntient , minus conſultum eſt, ne novam appellandi occaſionem excipienti præbeant. Immo peccat Judex, ſi, non attenta precum falſitate, reſcriptum exequatur, cum non aliter executio Judici injuncta ſit, quam ſi preces veritate nitantur, & donec de hoc conſtet, is executione ſuperſedere debeat. Alterum quod concernit, praxis quotidiana docet, exceptionem hanc *ſub & obreptionis*, quam etiam mendacii vocant, ubique poſſe opponi, etiam poſt decennium, cum *Reſcripta Juſtitiæ* ne quidem in rem judicatam tranſeant, niſi ſint *deciſiva*, hoc eſt, antecedente plenaria cauſæ cognitione, & audita altera parte emiſſa, quæ a momento publicationis in rem judicatam tranſeunt, nec eis ulla ſub-& obreptio objici poteſt. Exceptio hæc quidem dilatoria dicitur ante litis conteſtationem opponenda, & probanda; quod tamen dumtaxat intelligi debet, quatenus *Judicii declinatoria eſt*, veluti ſi per reſcriptum actor Commiſſarios impetravit , coram quibus reus litem conteſtari vel ideo recuſat, quod ſub-& obreptitie impetratum ſit. Alias ſi *lite pendente* impetratur, exceptio hæc merita cauſæ ſæpe tangit, & poſt præſentationem opponi poteſt. Non ſatis determinavit Jus Canonicum, quis hanc exceptionem probare debeat. Diſtinguendum eſt *inter ſub & obreptionem*. Qui ſubreptionem objicit reſcripto, adductas circumſtantias falſas eſſe dicit, & ita revera videtur litem *negative* conteſtari, adeoque veritatem preciſa probare debet, quod maxime in reſcriptis gratiæ uſuvenire ſolet, niſi tamen adductæ circumſtantiæ pro ſe præſumptionem veritatis habeant. At qui obreptitium Reſcriptum contendit, non impugnat adductas circumſtantias, ſed non omnes, eaſque ſubſtantiales adductas eſſe, pluresque adduci debuiſſe contendit, & in eo ſuam *exceptionem* fundat, quod tamen dubium eſt, ideoque illud docere debet. Sed duo præterea diſtinguendi ſunt caſus; aut enim excipiens *indefinite* excipit de obreptione, non omnes eaſque ſubſtantiales circumſtantias adductas eſſe ſine ſpeciali earum expreſſione, & hoc caſu probatio ipſi incumbit; aut vero *ſpeciatim* exprimuntur, & ita dubitatur tantum, utrum expreſſæ ſint, an vero neceſſario exprimi debuerint. Prius probatione non indiget; poſterius vero probandum, & quidem ab allegante, quia in hoc exceptionem ſuam fundat. Equidem de Jure Canonico a quolibet gravamine etiam extrajudiciali appellari poteſt. Utrum vero a Reſcriptis extrajudicialiter impetratis ab eo, quem gravant, appellari poſſit, diſtinguendum eſt: vel Judex Inferior impetravit Reſcriptum litteris partibus haud editis, non vero pars? Priori caſu integra eſt appellatio etiam de Jure Civili *l.* 1, *ff. de Appell.* Poſteriori vero caſu appellatio non datur, quia gravatis aliud ſupereſt remedium, idque *Ordinarium*, ſcilicet *ſub-& obreptionis* exceptio; qua executio ejuſdem ſuſpenditur. Quod ſi tamen Judex nihilominus properet ad Reſcripti executionem, ab ea appellari poterit. Sicuti vero effectus hujus exceptionis eſt, quod ſuſpendantur vires reſcripti, ita ea probata mendax precator carere debet impetratis, C. 16, 20, *eod.* & reſcriptum in irritum revocatur. C. 31, *eod.* Atque reſcripta quidem gratiæ erunt ipſo jure nulla, & ita Superior, ad quem diriguntur, executionem eorum tamdiu ſuſpendere debet, donec reſcribenti vitia precum manifeſtaverit. Quoad autem reſcripta Juſtitiæ, Judex non aliter ei obtemperare cogitur, quam ſi vitium omne falſitatis abſit. Proinde Judex poteſt (non autem tenetur) *ex officio* rationes reſcribenti aperire, quæ eum ab executione deterruerunt. C. 5, *eod.* Si vitium ſubreptionis, vel obreptionis notorium ſit, vel de eo ex actis liqueat; & dici poteſt etiam Reſcripta Juſtitiæ eſſe pro jure nulla. Dixi *poteſt*, non autem tenetur; cum tale Reſcriptum jura partium concernat, & læſo integrum ſit jus ſuum remittere, quod etiam tacite ſit, exceptione non oppoſita; quod minime dicendum de Reſcriptis gratiæ, in quibus Superior ad quem diriguntur non ſolum *poteſt*, ſed etiam *tenetur* exceptionem mendacii ſupplere. Ratio diverſitatis eſt, quod reſcripta gratiæ plerumque diſponant de cauſis, quæ *publicum commodum* reſpiciunt, veluti quibus conferuntur officia tam civilia, quam eccleſiaſtica, immunitates, privilegia, diſpenſationes &c.

ubi

Digitized by Google

quam falſo, quam temere jactitent nonnulli, conſuetudinem conſulendi

Eccleſiam Romanam ſummi ejus Magiſterii teſtem minime fuiſſe; Epiſcopos

ubi publice intereſt, ne mendax precator ex ſuo mendacio lucrum capiat. Hæc vero ratio ceſſat in *Reſcriptis Juſtitiæ*, quæ ut plurimum jura partium concernunt; interim ſi contra utilitatem publicam clandeſtinis artibus impetrata, ſi lædunt eos, quibus Judices ex officio ſuo ſuccurrere debent, veluti ubi in præjudicium Eccleſiarum, piarum cauſarum, pupillorum, miſerabilium Perſonarum &c. impetrata ſunt, ipſo jure nulla quoque dicenda ſunt ita ut Judex eam exceptionem ſupplere teneatur. Diſtinguit vero ulterius Pontifex *in* C. 20, *eod.* utrum per dolum, an vero per ignorantiam ſub-& obreptio commiſſa ſit. Priori caſu mendax preciſta in ſuæ perverſitatis pœnam nullum ex hiſce litteris commodum ſortitur, ſed totum Reſcriptum nullum eſt, adeo ut ſi vel maxime in aliqua parte tantum commiſſa falſitas fuerit, carere tamen debeat omni commodo etiam in illa parte, in qua falſitas haud commiſſa. Nec diſtinguendum eſſe judicant, utrum Capitula, in quibus falſitas commiſſa ſint connexa cum reliquis, in quibus illa non eſt commiſſa nec ne, quia textus generaliter loquitur, & *penitus* mendacem preciſtam carere debere impetratis diſponit. Poſteriori caſu ſubdiſtinguitur, utrum Princeps veritate expreſſa, plane non reſcripſiſſet, an vero non eo modo, quo factum eſt. Priori caſu totum reſcriptum non valet ex defectu voluntatis, poſteriori vero eatenus valet, quatenus non eſt falſum commiſſum; in ea parte, in qua commiſſum, non valet. Cæterum non tantum Reſcripta ſub-& obreptitie obtenta ſunt nulla, ſed prætерea etiam mendax precator adverſario tenetur de expenſis, & omni damno dato, quia eam ob cauſam pertulit C. *fin. eod.* cum fraus nemini patrocinari debeat. Atque hæc quidem ad falſitatem precum pertinent. Sed non raro ipſa Reſcripta, *falſitate*, vel ejus *ſuſpicione* laborant, quod callidis machinationibus, & illicitis artibus impetrata ſint. Hunc in finem varia ſuſpicionis κριτήρια in jure Canonico ſuppeditantur.

I. Si reſcripta ſint contra conſuetum ſtilum Curiæ C. 6, *De Crim. falſ.* ubi dicitur etiam, quod Reſcripta inſpicienda ſint tam in bulla, filo, & charta, quam in ſtilo. (Expeditionem juxta ſtilum Romanum præcedit ſubſcriptio ſupplicationis pro gratia, dum Pontifex ſubſcribit ſupplicationi unicum verbum *fiat* & ſupplicationi pro decernenda Juſtitia verbum *placet* addita initiali littera ſui nominis. Neceſſaria nihilominus adhuc eſt expeditio litterarum Apoſtolicarum, ſine quibus gratia nondum dicitur collata, ſed conferenda. Dixi quod reſcripta gratiæ ſolent bullari cum filo ſerico, rubro, & croceo, & dirigi ad Ordinarios locorum: Reſcripta vero Juſtitiæ expediri ſolent cum filo canabis, in quo pendet plumbum, & mitti ad ipſos Judices Delegatos.) Immo & diplomata antiqua, quæ revera ſunt ejuſmodi *Reſcripta gratiæ*, ſecundum hæc æſtimantur, & inde vera a falſis diſcernuntur. Equidem *Reſcripta* gratiæ quidam a Diplomatibus diſtinguunt, quod illa impetrantur ad prævias preces, hæc vero non ſolum ad preces, ſed etiam proprio motu. Verum hoc diſcrimen leve, immo vix fundatum eſt, cum etiam Reſcripta dicantur proprio motu impetrata, quæ ad inſtantiam impetrata ſunt. Et cum diplomata antiqua ſæpe ad probanda Jura producuntur, apprime conducit, ſecundum præcepta artis Criticæ a Juriſconſultis etiam in ſubſidium adhibenda illa examinare. Memorabili exemplo hoc declarat Innocentius III *in c. 6, de fid. Inſt.*, ubi ad probandam Intentionem actores producebant privilegium Luithardi Comitis quondam Epiſcopi Lucani, & quorundam Imperatorum, quæ tamen ex multis capitibus ſuſpecta erant. Primo, ratione *Scripturæ*, quæ recentior apparebat in charta vetuſtiſſima. Secundo, ratione *Sigilli*, in quo apparebat quædam imago non cum mitra in capite, ſed cum pileo, non in Pontificalibus, ſed in Regalibus indumentis, tenens in manu non baculum Paſtoralem, ſed quaſi Sceptrum Regale &c. Tertio, ratione *ceræ &c.* & hiſce de cauſis probatio inde deſumpta rejecta fuit.

II. Reſcripta ſuſpicione laborant, ſi Princeps ita, prout factum eſt, reſcribere non eſt ſolitus. C. 13, *De Offic. & pot. Jud. Deleg.* Hoc perſpicuo exemplo declaratur in

C. 10,

Digitized by Google

pos ab Sede Pontificia purum putum conſilium expetiviſſe; quodque Romanus Pontifex reſpondiſſet, imperaſſetque jus ratum minime extitiſſe.

QU.

C. 10, *de Reſcript.* & rationem habet, quod inſolita non præſumantur.

III. Magna ſuſpicionis cauſa naſcitur inde, ſi ab eo *Miniſtro* Curiæ haud ſubſcripta ſunt cui earum rerum cura concredita eſt. Olim a Quæſtore, ſeu Cancellario ſubſcribebantur Reſcripta *Nov.* 114, *c.* 8, abſque qua ſubſcriptione non valebant.

IV. Suſpicio falſi inde deducitur, *ſi manifeſtum in conſtructione vitium* in Reſcripto occurrat, ex ea ratione, quod non credibile ſit, vitium manifeſtum incorrectum relictum fuiſſe, quod tot Officialium lectioni, & perluſtrationi ſubjectum fuit. C. *II*, *de Reſcript.*

Hactenus de Reſcriptorum vitiis. Ubi hæc deſunt plenum ſortiuntur effectum, & quidem Reſcripta Juſtitiæ Jus commune faciunt tam de Jure Civili, quam de Jure Canonico. De Jure Civili tamen in contrarium fuiſſe videtur per *l.* 2, *C. de leg. l.* 9, *C. Theod. de div. Reſcript.* ita ut in certis tantum caſibus Jus commune fecerint. Primo, ſi edicti nomine ea Princeps donaverit. Secundo, ſi nominatim adjectum, ut ſimilium cauſarum fata ſecundum ea componeretur. Tertio, ſi reſcriptum non ad hypotheſim tantum datum, ſed generaliter conceptum ſit, ita ut punctum Juris determinet. Hunc in finem referebantur in ſcrinia, ut ſecundum ea jus diceretur. Immo tandem publica auctoritate colligebantur, ut juris publici plenum vigorem haberent. De Jure Canonico quidem conſtat, Reſcripta auctoritate Pontificis collecta Jus commune facere, de aliorum auctoritate dubitant, ut ut vel maxime in Bullarium Magnum relata ſint, quia hæc compilatio auctoritate publica caret, adeo ut nec *Septimus Decretalium liber* authenticam auctoritatem habeat. Vix aliud dicendum hodie eſt de Reſcriptis Principum, niſi & hæc quoque auctoritate publica collecta ſint, vel exceptiones antea adductæ concurrant. Neque enim Reſcribens ſemper intentionem habet legem generalem condendi, & ita contra ejus voluntatem extendi nequeunt. Valor Reſcriptorum ſe ſe exerit pro diverſitate Reſcriptorum. Gratiæ Reſcripta enim jus tribuunt a tempore *datæ*, C. 9, *h. t. in* 6. *c.* 7, *h. tit.* Juſtitiæ vero a tempore factæ inſinuationis, C. 59, *De Appell.* Verum hoc non indiſtincte admittendum eſt; cum quædam Reſcripta ita comparata ſint, ut ad eorum executionem *factum Judicis*, *vel alterius* neceſſario requiratur, quo caſu demum a tempore *factæ inſinuationis* vires obtinebunt. Huc pertinent Reſcripta de Providendo, C. 28, *tit.* quæ ad Ordinarium collatorem diriguntur, ut is de beneficio preciſtæ provideat. Par ratio eſt eorum, qui beneficio Principis veniam ætatis fuerunt conſecuti, hæc demum *ex eo die*, *quo indulgentia Principis in Judicio competenti fuit intimata*, *eique adminiſtratio rei propriæ permiſſa* vires ſuas conſequitur, *l.* 5, *C. de tempor. in Integ. Reſtit.* Ut enim conſtet ſecure cum ejuſmodi minore contrahi poſſe, adminiſtratio rei propriæ a Judice ei eſt permittenda poſt inſinuatum Reſcriptum. Reſcripta Juſtitiæ ordinarie vel ad promovendum curſum Juſtitiæ, vel ad Delegationem commiſſariorum, vel ad punctum Juris dubium decidendum impetrari ſolent, & ita vel ad Judicem ordinarium, vel ad Judicem Delegatum diriguntur, inde ſua ſponte fluit, eorum ante Inſinuationem effectum eſſe nullum. Immo qui per annum Inſinuationem neglexit, ita ut adverſarius ejus interim aliud Reſcriptum impetraverit, plane prius expirat, C. 9, & 23, *h. tit.* Hactenus de Officio Preciſtarum, nunc de officio Reſcribentis. Equidem æquum non eſt in cauſa in primis Eccleſiaſtica, ut ad nudas preces Clericorum Inferiorum ſtatim per mandata, interdicta, aliaque gravantia Reſcripta procedatur contra eos, quibus directio in Eccleſiaſticis lege vel alio modo debetur: ſed juri convenientius eſt, ut prius *literæ Informatoriæ* deſuper expetantur.

QU. XIX.

Quid habes de hodiernis Conſultationibus, atque Reſponſis?

§. I. ADeo abeſt, ut mos conſulendi Apoſtolicam Sedem poſtremis hiſce ſæculis exoleverit, ut, cum Summus Pontifex Conſultationum, Quæſtionumque multitudine obrueretur, neceſse fuerit varias pro rerum varietate Congregationes inſtituere, quæ hanc Provinciam ſuſciperent, eamque ſtudioſiſſime accurarent. Singulis hiſce Congregationibus ſuam dabimus dieculam.

§. II. Interea non abs re erit animadvertere, harum Congregationum Reſponſis plenos eſse noſtrorum Canoniſtarum libros, plenas diſceptantium voces, plenos recentiorum Interpretum commentarios. Hiſce modo in Curiis Eccleſiaſticis lites dirimuntur, controverſiæ ſolvuntur, omneſque fere quæſtiones definiuntur. O miſeram Juriſprudentiæ faciem! quo recidit? Neque vero hoc eo dico, quod Sacrarum Congregationum oracula non omni honore, cultu, ac reverentia digna ſint, præſertim ſi Summi Pontificis ſententia illis acceſſerit, (a) verum quod, cum nuda omnino a Scriptoribus in medium afferantur, judicari, qualia ſint,

non

(a) Pich. *in Proleg.* §. 12. Declarationes S. Congregationum Cardinalium tunc tantum ſortiuntur vim juris, quando explicant Jus commune, ſeu ſi ſint comprehenſivæ non extenſivæ, hoc eſt ſi ſolummodo Jus Eccleſiaſticum declarent, non autem extendant, ac inſuper Papa prius conſulto ejuſque expreſſo in litteris nomine datæ ſint, uti ſtatuit Sixtus V, & Gregorius XIV. (Card. de Luca *in annot. ad Conc. Trid. diſc.* 1, *n.* 17.) Notat autem Peliz. (*Man. tract.* 4, *num.* 108.) ex Saly, quod Cardinales raro conſulant Pontificem. Requiritur præterea, ut producantur in forma Authentica, hoc eſt ut ſigillo Sacræ Congregationis Cardinalium munitæ, & a Cardinale Præfecto, ac Secretario ſubſcriptæ ſint, ut ordinavit Urbanus VIII an. 1631. Si proinde habeant has tres conditiones, ſunt Declarationes authenticæ & vim Juris obtinent, ſaltem ſi dentur generaliter, & ſine reſtrictione tacita vel expreſſa ad certum locum, vel certam Perſonam, quia cenſentur eſſe datæ ab ipſo Pontifice, & cenſentur eſſe ipſum Jus jam antecedenter conditum, non vero Jus novum. Cæterum obſervant Doctores, haud ægre deferri dictarum Congregarionum Declarationibus licet ſigillo, & ſubſcriptione debita munitæ non producantur, modo referantur a probatis, & fide dignis Scriptoribus, & aliunde non reddantur ſuſpectæ.

Luc. Ferrar. V. *Reſolutiones*. Reſolutiones Sacrarum Congregationum furtive obtentæ, & non expreſſa facti ſerie non attenduntur, nec attenduntur quando ſunt in terminis diverſis, nec attendi debent ſi non publicentur. Reſolutiones Sacrarum Congregationum dicuntur conſtituere rem Judicatam. Reſolutiones S. Congregationis faciunt jus, quando non ſunt certis circumſtantiis adſtrictæ. Reſolutiones S. Congregationis approbatæ a Papa dicuntur Conſtitutiones Apoſtolicæ. Reſolutionibus etiam particularium Congregationum deferendum eſt pro cauſis ſimilibus. Reſolutiones ultimæ S. Congregationum prævalent prioribus. Reſolutiones S. Congregationum corruunt corruente fundamento, ſub quo emanarunt.

Jus Pontificium.

non facile poſſit. Scio vim omnem tribuendam eſſe ab illis, qui ea ex tripode & petiverunt, & petenda eſſe duxerunt. At quid tum poſtea? Ubinam gentium, aut terrarum eandem ipſam facti ſpeciem, quam ipſiſſimæ rerum vices, ipſiſſimi eventus, ipſiſſimæ ambages, anfractuſque circumſtent, mihi amplius dederis? Quid mea igitur, ſi ita S. Congregatio huic, vel illi reſcripſit? Verum, quod mirari ſatis non potes, Sacrarum Congregationum Reſcripta commemorantur, quin ulla Reſcriptorum verba proferantur, ſatiſque firmo præſidio plerique Canoniſtæ ſua effata ſepire ſibi videntur, ſi clamitent: *Ita Sacra Congregatio*. Quid ſi etiam rem anno, menſe, & die notare poſſunt? In vado res eſt. Interea cordatorum, ac graviſſimorum virorum ad ravim uſque repetita querela eſt, eas paſsim citari Congregationum Declarationes, quæ vel nuſquam ſunt, vel ſi ſunt, rem de qua agitur, aut vix tangunt, aut ne tangunt quidem.

§. III. Quod ſi in jure communi interpretando, quod publico juſsu emendatum, atque editum, a Pontificibus confirmatum, atque in Bononienſibus exhedris, ad quas tamquam ad bonarum artium, ſcientiarumque mercaturam ſtudioſa pene omnis Juventus tunc ventitabat, ab ipſis pene Summorum Pontificum manibus collocatum, tamen in Collectorum ſanctiſſimorum virorum teſtimonio ac fide minime acquieſcimus, verum ad fontes ipſos revolamus, locos mutilatos reficimus, decurtatos textus redintegramus, omneſque ariſtas, quæ meſſorum oculos, manuſque fefellerunt, diligenter recolligimus, eaque omnia, quæ nobis lucem afferre poſſunt, ex Eccleſiæ annalibus monumenta evocamus, neque eoſdem omnibus promiſcue Canonibus honores decernimus, verum alios Generalium, alios peculiarium Conciliorum Decretis, alios Decretalibus epiſtolis, (*b*) alios Reſcriptis honores mandamus, earumque etiam Regionum, in quibus nati, vel ad quas miſsi ſunt ii Canones, naturam, indolem, mores exploramus; cur non hoc idem facimus etiam in Sacrarum Congregationum Declarationibus, cur non e ſuis fontibus eas eruimus, earum originem expendimus, vim penſitamus, cogitamuſque eas Declarationes ſolemni ritu numquam fuiſse promulgatas, earumdem Collectiones a nemine confirmatas, ea demum Cardinalium Reſponſa conſulentes potiſſimum reſpicere, ad nos vero nonniſi rationis ὁμολογία, atque convenientia pertinere?

§. IV. Optandum ſane eſset, ut omnium Sacrarum Congregationum oracula una cum cauſarum ordine, ac ſerie, una cum petitorum precibus, & rogationibus, una cum inſtitutis ea de re diſputationibus, ſuffragiiſque diligenti cura collecta, publicaque auctoritate probata in lucem prodirent. Tunc enim vero Sacrarum Congregationum Declarationes & in Eccleſiaſtica prudentia addiſcenda, & in jure reddendo, & in ſententiis dicendis, & in Eccleſiis regendis, & in muniis ſacris obeundis maximo uſui, atque emolumento eſse poſsent. Quod etiam de Romanæ Rotæ ſententiis dicendum eſt.

QU.

(b) Decretales Epiſtolæ dicuntur illæ, in quibus de generali Jure reſponſum eſt; Reſcripta in quibus Generale Jus factis, & factorum adjunctis accommodatur.

QU. XX.

Quid narras de Congregatione S. Officii?

§. I. POntificem Maximum, in cujus ſinu veluti in Unitatis centro Eccleſia Chriſti delitеſcit, (V. ſupra *quæſt. V.*) cui centro bene multas non ex una tantum peripheriæ parte ductas lineas complectenti tamquam ſupremo (*a*) Judici, & fallere, & falli neſcio Chriſtiana Religio fidei ſuæ depoſitum credidit (V. ſupra *quæſt, VI.*) pro munere ſibi divinitus tradito (V. ſu-

(a) Benedict. XIV *de Syn. diœceſ. l.* 13, *c.* 3. Cum in Provincialibus Conciliis, quæ antiquioribus Eccleſiæ Sæculis cogebantur, recens ſubortæ hæreſes interdum damnarentur, & gliſcentes per provinciam errores ſollicita cura præfocarentur; inde factum eſt ut eorumdem acta per Synodalem Epiſtolam ad Romanum tranſmitterentur Pontificem, ut accedente primæ Sedis, & Jeſu Chriſti in terris Vicarii approbatione, quod in illis particularibus Epiſcoporum cœtibus fuerat deliberatum, tanquam fidei dogma ab omnibus reciperetur orthodoxis, unaque eſſet ubique omnium fides. Hujus diſciplinæ teſtimonium perhibent Patres Concilii Carthaginenſis, & Milevitani ejuſdem anni 416, qui poſt proſcriptos Pelagii, & Cœleſtii errores, quod a ſe geſtum fuerat Innocentio I totius Eccleſiæ principatum tenenti ſignificarunt rogantes, ut Apoſtolicæ Sedis auctoritatis fulcimentum, & robur Conciliaribus ſtatutis adjiceret. *Hoc itaque geſtum* (ſcripſerunt Patres Carthaginenſes *Tom. I Collec. Hard. Col.* 1214.) *domine frater, ſanctæ charitati tuæ intimandum duximus, ut ſtatutis noſtræ mediocritatis etiam Apoſtolicæ Sedis adhibeatur auctoritas*. Et Patres Milevitani *ibid. Col,* 1221: *Quia te Dominus gratiæ ſuæ præcipuo munere in Sede Apoſtolica collocavit, talemque noſtris temporibus præſtitit, ut nobis potius ad culpam negligentiæ valeat, ſi apud tuam venerationem, quæ pro Eccleſia ſunt ſuggerenda, tacuerimus*. Innocentius vero litteris ad eoſdem datis eos hoc nomine plurimum commendat, quod ſcilicet exquirentes primæ Sedis oraculum, eorumque quæ a ſe geſta fuerant, confirmationem ab eadem petentes, SANCTISSIMIS ECCLESIÆ LEGIBUS OBTEMPERAVERINT, & PRISCA CALCAVERINT INSTITUTA; uti videre eſt apud Petrum Couſtant *ep. Rom. Pont. Tom. I, col.* 889, *&* 896. Eamdem confirmationem a Zozimo Papa petiiſſe alia duo Africana Concilia contra Pelagianos pariter coacta teſtatur Proſper *in libro contra Collatorem*, & conſtat ex ejuſdem Zoſimi epiſtola, quam ex MS. Codice Vaticano profert Baronius ad annum 417, *n.* 19, *& ſeq.*

Ab Apoſtolica vero Confirmatione Provinciale Concilium mutuari infallibilem auctoritatem, ita ut in Fide errare nequeat, recte docent Melchior Canus, Bellarminus, & pluribus argumentis oſtendit Thomaſſinus *diſſ. IX in Concil. Carth.*, *& Milev.* Enim vero niſi res ita ſe haberet, ajunt Canus, & Bellarminus, non poſſent dici irreformabili Eccleſiæ Judicio proſcripti errores Helvidii, Pelagii & Priſcilliani: quorum primus damnatus eſt a Concilio Telenſi confirmato a Siricio, alter a præfatis Conciliis Africanis confirmatis ab Innocentio, & Zozimo, tertius a Concilio Toletano confirmato a Leone Magno; quæ quidem Concilia fuere tantum Provincialia. Accedit, quod Auguſtinus, & Proſper rem contra Palagium omnino confectam ſunt arbitrati, poſtquam Africanorum Antiſtitum ſynodalis ſententia in eumdem prolata ab Apoſtolica Sede fuit approbata. (V. Auguſtinum *ſerm.* 131, *& l.* 2 *Oper.*

ſupra *quæſt. IV.*) curare debere, ut Una omnium ſit fides, atque in ſingulis Eccleſiis excubare (V. ſupra *quæſt. VII.*) ut eadem cuncti de Religione ſentiant, unam eandemque profiteantur doctrinam, nemo unus inficiari auſit, niſi qui quot Eccleſiarum tot Religionum millia in Chriſti Eccleſiam invehere moliuntur. Sixtus III (an. 432.) ad Joannem Antiochenum *epiſt. 6, nu* 5, ait:

Oper. Imperfect. contra Julian. n. 103, *Tom.* 10 *Op. Col.* 399. Proſper. *contra Collat. c.* 21 *al.* 41.) Quare non immerito Thomaſſinus *l.* 1, *nu.* 1: *Provinciales Synodos Apoſtolica Sede confirmandas eſſe, & ubi confirmatæ fuerint, tum in auctoritatis ſummum columen ea recipi, nec poſſe ab eis citra hæreſeos diſcrimen provocari.* Hæc de Provincialibus Synodis, in quibus *hæreſes* damnabantur, & quid *fide tenendum eſſet* decernebatur.

Natalis Alex. *H. E. in Sæculum V, c.* 3, *Art.* 13, §. 5. Eutychem patrocinium S. Petri Chryſologi Ravennatis Epiſcopi imploraſſe, ut ipſi faveret apud S. Leonem Pontificem, vel ut inter ſe, & Flavianum mediator eſſe vellet, conſtat ex epiſtola S. Chryſologi ad Eutychetem ipſum data, quæ incipit, *Triſtis legi triſtes litteras tuas.* Ea in Epiſtola tria præſtat S. Epiſcopus. Primo luget nimiam de Myſteriis fidei diſputandi pruriginem. *Triginta annis* (inquit) *humanæ leges humanas adimunt quæſtiones, & Chriſti generatio, quæ divina lege ſcribitur inenarrabilis, poſt tot ſæcula diſputatione temeraria ventilatur.* Secundo ſcribit, ſe mediatorem ipſum inter, & Flavianum eſſe non poſſe, cum nihil hacce de cauſa ſcripſerit ad ipſum Flavianus. Juſtum quippe mediatorem eſſe non poſſe, qui partem utramque non audit. *His omnibus reſpondi, Frater, litteris tuis,* (inquit) *plura reſcripturus, ſi ad me Frater, & Coepiſcopus noſter Flavianus aliqua de hac cauſa ſcripta miſiſſet. Si enim tibi diſplicet, quoniam ſcripſiſti electum Judicium; nos quomodo de his judicare poterimus, quas neque vidimus propter abſentiam, & quid intellexerunt eorum taciturnitate, neſcimus? Juſtus mediator non eſt, qui ſic unam partem audit, ut nihil alteri parti reſervet.* Tertio Eutychetem hortatur, ut morem gerat Pontifici Romano, cujus auctoritatem luculenter aſſerit his verbis: *In omnibus autem hortamur te, ut his, quæ a Beatiſſimo Papa Romanæ Civitatis ſcripta ſunt, obedienter attendas: quoniam B. Petrus, qui in propria Sede vivit, & præſidet, præſtat quærentibus fidei veritatem. NOS ENIM PRO STUDIO PACIS ET FIDEI EXTRA CONSENSUM ROMANÆ CIVITATIS EPISCOPI CAUSAS FIDEI AUDIRE NON POSSUMUS.* Cauſas fidei S. Pontificis Judicio peculiariter dirimendas ſcribit Ravennas Epiſcopus.

Idem Auctor *in Sæc. XII, Diſs. VIII.* Juris Eccleſiarum Privatarum non eſt fidei formulam, aut Symbolum condere, quod fidelibus Univerſis proponatur, abſque conſcientia, & auctoritate Romani Pontificis, cujus eſt fidei controverſias finire, & generalia Decreta cum de fide, tum de Chriſtiana morum diſciplina Eccleſiis condere. Dubia namque circa fidem & diſciplinam emergentia inter majores, & difficiliores cauſas cenſentur, quas Romano Pontifici beata conſuetudo ſervavit. Siquidem, ut præclare diſſerit S. Thomas 2. 2. *quæſt. I, Art. X: Nova editio Symboli neceſſaria eſt ad vitandum inſurgentes errores. Ad illius ergo auctoritatem pertinet editio Symboli, ad cujus auctoritatem pertinet finaliter determinare ea, quæ ſunt fidei, ut ab omnibus inconcuſſa fide teneantur. Hoc autem pertinet ad auctoritatem S. Pontificis, ad quem majores, & difficiliores Eccleſiæ quæſtiones referuntur; ut dicitur in Decret. extrav. de Baptiſmo, c. Majores: Unde & Dominus Lucæ XXII, Petro dixit, quem Summum Pontificem conſtituit: EGO ROGAVI PRO TE PETRE, UT NON DEFICIAT FIDES TUA, ET TU ALIQUANDO CONVERSUS CONFIRMA FRATRES TUOS: & hujus ratio eſt, quia UNA FIDES debet eſſe totius Eccleſiæ ſecundum illud Corinth. I: ID IPSUM DICATIS OMNES, ET NON SINT IN VOBIS SCHISMATA. Quod ſervari non poſſet, niſi quæſtio de Fide exorta determinetur per eum, qui toti Eccleſiæ præeſt, ut ſic ejus ſententia a tota Eccleſia firmiter teneatur; & ideo ad ſolam auctoritatem Romani Pontificis pertinet nova editio Symboli; ſicut & omnia alia, quæ pertinent*

ad

ait: *Non parum oneris, non parum laboris incumbere Romano Pontifici, ut Eccleſiæ Domini macula deſit, & ruga*. Et Cœleſtinus I (an. 423.) ad Clerum populumque Conſtantinopolitanum hæc habet *epiſt.* 14, *num.* 1. *Nos licet longe poſiti, ubi perverſitate doctrinæ cognovimus noſtra membra lacerari, paterna ſollicitudine nos urente pro vobis alieno flagravimus incendio, licet inter Eccleſias Dei, qui in unum Chriſti thalamum ubique referuntur, nihil longe ſit, nihil cenſeatur alienum. Cum ergo noſtra viſcera ſitis, jure trepidavimus, ne fidem veſtram, quæ ubique prædicatur, a tramite veritatis inſinuatio male docentis avertat*.

§. II. Hæc provincia, ac cura omnium maxima adeo ſollicitos Pontifices habuerunt, ut non ſolum Epiſcopos ad excubias in ſuis Diœceſibus pro fidei integritate agendas excitarint, ſuique muneris commonecfecerint, verum etiam Viros extra ordinem in provincias miſerint, qui illic laboranti fidei ſuppetias ferrent. Audi quæ D. Baſilius exeunte anno 371 ſcripſit ad Damaſum: (apud Petrum Couſtant *col.* 475.) *Horum malorum* (*Hæreſis Arianæ*) *unicum eſſe remedium duximus Veſtræ commiſerationis Viſitationem. Et quidem nos ſemper tempore præterito recreavit charitatis veſtræ vis admirabilis, atque ob lætum rumorem, quo ſpes dabatur fore ut viſitaremur a Vobis, aliquantiſper corroborati ſumus. Verum iſta ſpe lapſi, cum durare amplius nequeamus, harum litterarum noſtrarum hortamento utimur, ut vos ad opem ferendam excitati viros quoſdam mittatis unanimes, qui vel diſſidentes inter ſe componant, vel Dei Eccleſias reducant ad amicitiam. Atqui nihil prorſus novum, aut inuſitatum expoſcimus, SED QUOD OLIM IN MORE POSITUM FUIT*. Ex Proſpero vero in Chronico ad annum 429 habemus, Cœleſtinum, cum Agricolæ Pelagiani lues per Hiberniam ſerperet, illuc Germanum Antiſiodorenſem Epiſcopum extra ordinem miſiſſe, qui afflictis illius Eccleſiæ rebus conſuleret, Chriſtianoque pecori virulentam ſcabiem caveret.

§. III. Veterum igitur veſtigiis Summos

---

ad totam Eccleſiam, ut congregare Synodum Generalem, & alia hujuſmodi. (In hunc D. Thomæ locum hæc habet Roncaglia *in Notis ad H. E. Natalis Alexandri*.) Rationes, quibus S. Thomas uni Romano Pontifici novi edendi Symboli tribuit auctoritatem, illam ab alia quacumque particulari Synodo ablegant. Cum nova editio Symboli inter majores cauſas ſit referenda, ut obſervat Angelicus, jam capiti Eccleſiæ reſervatur; ita enim ipſius gubernium expoſcebat, & experientia ipſa compertum eſt, majores & difficiliores Eccleſiæ cauſas ipſius Judicio eſſe ſubjiciendas. Sed neque eſse privatarum Eccleſiarum Symbolum condere, quamvis non proponendum omnibus fidelibus, illa S. Thomæ ratio demonſtrat, qua id uni Romano Pontifici aſſignat, ut nempe *eadem ſit totius Eccleſiæ fides*. Sane ſi daretur unicuique Eccleſiæ particulare Symbolum ſuis fidelibus proponere, facillime eveniret unius Eccleſiæ Symbolum ab altero in verbis ſaltem, & explicatione diſcriminari; atque ita ſchiſmatum occaſio poſſet oriri, ob quæ vitanda vult S. Thomas, unum Romanum Pontificem poſſe Symbolum edere. Huic rei exemplo ſuo præiverunt Apoſtoli; quapropter ut unum, idemque eſset Symbolum in Eccleſia, & ita eodem modo ubique fidelibus fidei Myſteria proponerentur, de Symbolo ubique promulgando convenere, antequam dividerentur. Qui Eccleſiæ Hiſtoriam perſcrutantur, ſciunt, quas turbas inter Fideles excitaverit additio facta Symbolo illius vocis *Filioque*: quid ergo non pertimeſcendum, ubi ſingulis Eccleſiis fas eſſet particulare Symbolum indicere?

Petrus de Marca *de C. S. & I. l.* 7, *c.* 6, §. 1. Auctoritas Conciliorum Orientalium

Digitized by Google

mos Pontifices inhæſiſſe dicendum eſt, cum, initio XIII Sæculi (*b*) Albigenſium, ac Valdenſium peſte graſſante, Viros fidei Cenſores conſtituerunt, qui viderent, ne quid detrimenti Religio, ac fides caperet. Neque hac Providentia Epiſcoporum curam hac de re minuendam, verum majoribus præſidiis communiendam eſſe voluerunt. (*c.* 17. *de Hæret. & Clem.* 1, *eod. & Extrav. Bened. XI*, *c.* 1, *eod.*) Unde igitur niſi ex Romanæ Eccleſiæ obtrectandi prurigine illæ Eſpenii voces: (*p.* 1, *t.* 22, *c.* 3, *n.* 2.) Per

lium his limitibus circumſcribi debet, ut decernere tantum potuerint de adminiſtrationibus, & gubernationibus Provinciarum, ut loquuntur Canones, id eſt de controverſiis, quæ incidunt in executione Canonum de diſciplina Eccleſiaſtica latorum. Nam quoad cauſas, quæ ad fidem ſpectant aut regulas generales Eccleſiæ Univerſæ, certum eſt eas definiri non potuiſſe abſque interventu Epiſcopi Romani; quoniam cum Cathedra Petri ea ſit, ex qua Unitas Sacerdotalis exorta eſt, ut loquitur Cyprianus, par erat, ut reliquæ Eccleſiæ neceſſitate communionis unirentur cum Eccleſia Romana, eamque colerent tamquam caput, & centrum Unitatis, ut verbis Optati utamur. Conſtituto namque capite in Eccleſia, quemadmodum in Collegio Apoſtolico fuerat conſtitutum, ſublatæ erant occaſiones Schiſmatum, & hæreſeon, ut obſervavit Hieronymus: quoniam ea ratione conſtitutus erat thronus, qui radix, & origo erat communionis omnium Epiſcoporum Eccleſiæ Dei, *unde in omnes venerandæ communionis jura dimanant*, ut ajebat Concilium Aquilejenſe Generale ſub Ambroſio. Huic enim Sedi omnes Chriſtiani adhærebant inter factiones, & diſſidia aliarum Eccleſiarum, exemplo Hieronymi, qui in trium Patriarcharum Schiſmate, quo Antiochena Eccleſia laborabat, ad Damaſum ſcribens ait: *Beatitudini tuæ*, *ideſt*, *Cathedræ Petri communione conſocior*. Vid. *L. I*, *c.* 2.

(b) Cardin. de Luca *in Theatr. V. & J. l.* 15, *diſc.* 14. Ad ipſoſmet Apoſtolos, ac primos diſcipulos inſtituendos, ſuamque Eccleſiam impoſterum omni tempore informandam Chriſtus Dominus, antequam ad Cœlos adſcenderit, id prædixit, quod omni pene ævo Eccleſia catholica experta eſt, ut ſcilicet oportet hæreſes eſſe, dum illæ in ipſomet initio, Apoſtolis, ac primis Diſcipulis adhuc viventibus, jam irrepſerunt; unde propterea, Petri primi Pontificis, ac Vicarii Chriſti auctoritate ex tunc Concilia pro Fidei quæſtionibus decidendis, ac hæreſi extirpanda celebrata fuere; quodque ſummam admirationem præbet, illud eſſe dignoſcitur, quod apud Eccleſiaſticarum Hiſtoriarum, ac Annalium probatos Scriptores cernitur, quam frequentes ſcilicet, ac variæ fuerint hæreſes in illis primis Sæculis, in quibus ſub Gentilium diris perſecutionibus in ſumma paupertate, ac depreſſione ſub continuis tormentis, ac patibulis vivebatur. Id autem idem Dominus myſterioſe permiſit ad obturandum fœtida ora obloquentium contra Romanam Curiam, Romanoſque Pontifices, quod ſcilicet ejuſdem Curiæ vitia, depravatique mores hæreſes foveant, vel eis cauſam præbuerint, dum tunc, iſta ſomniata radice omnino ceſſante, illæ majores, magiſque frequentes erant, præſertim in Africa, & in Aſia, atque in Orientalibus partibus noſtræ Europæ, in quibus major hæreſum origo, ac ſedes fuit, ut Concilia, & Eccleſiaſticæ Chronicæ docent. Et tamen tunc Romanus Pontifex in antris, & ſpeluncis ſub perſecutionibus, Romæ deliteſcens, ejus Univerſalem Supremam poteſtatem habitualem cum aliquibus litteris monitoriis, vel deciſoriis, aut conſolatoriis vix exercebat; & poſtquam Deo placuit, poſt Baptiſmum Conſtantini Eccleſiæ tranquillitatem concedere, atque fidem per Univerſum Orbem ita dilatare cum Gentilitatis ac Idololatriæ extirpatione; adhuc tamen in dictis Orientalibus partibus jam exorta hæreſis Ariana ſub ipſomet Conſtantino, atque in ſucceſſivis proximis temporibus adeo dilatata fuit, ut nonnullos habeamus SS. Patres ingemiſcentes, quod totus Mundus Arianus factus eſſet; adeo ut Eccleſia catholica majora forte paſſa ſit damna, & præjuditia ab Hæreti-

Digitized by Google

Per duodecim circiter Sæcula nullos Eccleſia fidei Quæſitores præter Epiſcopos noverat: & Claudii Fleurii: (*Inſt. J. E. p. 3, c. 10.*) *Novæ hæ leges, nova hæc Tribunalia nihil cum indole veteris Eccleſiæ commune habent?* Novum fortaſſe nomen, nova etiam forſitan Judicii forma, at res ipſa, judiciumque vetuſti-

reticis, quam a Gentilibus; ideoque manifeſtæ ignorantiæ, vel malignitatis, ac nequitiæ effectus eſt aſſertio, ut aliquæ hæreſes modernis temporibus exortæ, ſeu verius antiquarum ſub quadam diverſa ſuperficie excitatæ, Romanæ Curiæ moribus, vel aſperitatibus referri debeant, cùm iſte videatur effectus humanæ fragilitatis, adinſtar illius corruptionis, quam ſingulis pene Sæculis terra, aër, pro Regionum diverſa qualitate, quaſi per circulum pati ſolet, ſive ex Dei Judiciis, quæ nobis occulta ſunt. Ad hæreſes igitur jam natas extirpandas, ſive ad occurrendum, ne aliæ orirentur, curativa, & præſervativa adhibendo, Romanus Pontifex Eccleſiæ Catholicæ Caput & Epiſcopus tum omni tempore per ſe ipſum, ejuſque miniſtros diligenter invigilare conſuevit varios adhibendo modos, prout temporum, vel contingentium ratio exigeret; recentioribus autem temporibus, cum in plures Provincias hæreſis lues irrepſiſſet, Sedes Apoſtolica plures miniſtros, ſeu hujus mali medicos ſpirituales deſtinavit, quibus *Inquiſitorum* nomen, ſeu titulus attributus fuit, dum antiquiori tempore alii idem munus exercentes diverſam forte nuncupationem habebant. Hæc Cardinalis de Luca *l. c.*, ubi omnes Officiales S. Congregationis Supremæ Inquiſitionis enumerat, atque quomodo negotia ibi tractentur, expedianturque tradit, cui addendus Van-Eſpen *J. E. U. p. 1, t. 22, c. 13.*

Moshemius *H. E. in Sæc. XIII, p. 2, c. 5*, §. 2. Romani Pontifices per totum hoc Sæculum acerrimum bellum cum hæreticis geſſerunt. Sectæ enim Catharorum, Waldenſium, Petrobuſianorum & multorum aliorum per Univerſam fere Europam, maxime per Italiam, Galliam, Germaniam, Hiſpaniam ſerpebant, cœtus colligebant, & magna Eccleſiæ Catholicæ pericula minabantur. Nuſquam vero major hæreticorum omnis generis copia verſabatur, quam in Gallia Narbonenſi, vicinisque Regionibus. Nam cum alii, tum Raimundus VI Comes Toloſanus, aſylum illis præbebat; Epiſcopi vero harum terrarum in officio hæreticos inſectandi adeo ſegnes, ac remiſſi erant, ut ſine formidine cœtus ſuos ſtabilire, atque augere poſſent: His rebus cognitis Inocentius III legatos extraordinarios in has terras miſit ſub initium Sæculi ad corrigenda, quæ Epiſcopi admiſerant vitia, & ad hæreſes, quacumque fieri ratione poſſet, extirpandas, Rainerium Monachum Ciſtercienſem, & Petrum de Caſtronovo Archi-Diaconum Magalonenſem, paullo poſt etiam Ciſtercienſem Sodalem. His acceſſere deinde alii, inter quos celebrior nullus eſt Dominico Hiſpano, notiſſimo Ordinis Prædicatorum conditore, qui anno 1206 Roma rediens legatis his Pontificiis ſe ſe junxit, atque cum ſermonibus, tum aliis rebus hæreticos fortiſſime adortus eſt. Iſti viri, qui auctoritate Pontificis hæreticos venabantur, *Inquiſitores* dicti ſunt. Atque ab his illud hæreticorum Judicium, quod *Inquiſitionis* nominatur, ortum ducit. Quum hi Inquiſitores præclare demandato munere fungerentur, atque Provincias, in quibus verſabantur, plurimis hæreticis purgarent, in omnibus fere Urbibus, quorum cives ſuſpecti erant, *Inquiſitores* collocabantur, ægerrime licet populis ferentibus. Longius proceſſerat Concilium Toloſanum, quod anno 1229 præſidente *Romano* Cardinali S. Angeli Legato Pontificis habitum fuit. Id enim in ſingulis Urbibus collegium quoddam *Inquiſitorum* ex uno Sacerdote, ac tribus Laicis conſtans conſtitui juſſerat. (Hard. *Conc. Tom VII, p. 175.*) Atque hoc inſtitutum mutavit anno 1233 Gregorius IX, qui fratribus Prædicatoribus, ſeu Dominicanis officium in hæreticos inquirendi in Gallia commiſit; quo facto Epiſcopus Tornacenſis Pontificis Legatus primos *hæreticæ pravitatis Inquiſitores* Toloſæ conſtituit Petrum Cellani, & Guilielmum Arnadum, deinde in omnibus Urbibus, ubi Dominicani Collegia habebant, ſimiles *Inquiſitores* ex illis creavit. Ab hoc tempore primum incepit formidoloſum illud Inquiſitionis Tribunal, quod hoc ſæculo, & ſequentibus tantam hæreticorum vim partim ad Eccleſiam reduxit, partim Judicibus puniendam tradidit. Dominicani enim pri-

tuſtiſſimum, & antiquorum Patrum exemplo in multis Eccleſiæ temporibus uſitatiſſimum; neque ſcio, utrum recentiores leges adverſus hæreticos latæ, ſi cum veteribus conferantur, pœnarum ſeveritate facile vincantur?

§. IV. Nam quæ, quantæque pœnæ in Arianos, Arianorumque Aſſeclas Sæculo IV decretæ fuerint, ſatis docent ea, quæ habet Socrates *l. 1 H. E. c. 9*, & Sozomenus *l. 1, c. 2. Illud etiam denuntio* (ait Imperator in Concilio Nicæno Eccleſiæ Patribus adnitentibus) *quod ſi quis librum ab Ario compoſitum occultaſſe deprehenſus ſit, nec eum ſtatim oblatum igne combuſſerit, MORTIS POENAM SUBIBIT. Simul atque enim in hoc facinore fuerit deprehenſus, CAPITALI SUPPLICIO FERIETUR*. Hanc ipſam legem adverſus eos, qui Eunomianorum, & Montaniſtarum libris faverent, inſtauravit Arcadius anno 398, in *l. 34, C. Theod. de Haret.* atque anno 398, *l. 36, C. Theod. eod.* cautum eſt, *Ut fundi Procurator, vel domus Urbanæ villicus, in quibus profana* (Eunomianorum) *myſteria celebrata, ultimo ſupplicio feriantur*. Quid? Nonne *l. 9 C. Theod. eod. Encratitas, Saccoforos, & Hydroparaſtatas SUMMO SUPPLICIO, & inexpiabili pœna Theodoſius Magnus affici jubet?* Nonne anno 387 Priſcillianus, Feliciſſimus, Armonius, Latronianus, & Euchrocia Epiſcoporum ſententiis de hæreſi condemnati juſſu Maximi Imperatoris mortis pœnam ſubire coacti ſunt, teſte Sulpicio *l. 2, c. 51*? Atque harum legum, conſiſtoriumque Eccleſiæ Patres, queis tandem calculum ſuum adjecit etiam D. Auguſtinus (*epiſt. 93 ad Vincentium*) Imperatoribus auctores fuerunt. Ac jure ſane, & merito. (V. Bergier. *Tom. 6, c. 5, art. 5,*

---

primum Toloſæ, poſt Carcaſſonæ, & aliis locis ſolemne Judicium erexerunt, ad quod non modo hæreticos, & hæreſeos ſuſpectos vocabant, verum etiam omnes qui Magiæ, Sortilegii, Judaiſmi, maleficii, & ſimilium criminum accuſabantur; quod quidem Judicium per alias quoque Europæ partes manavit, quamquam non eadem ubique fortuna, & ſucceſſu. Abeunt, quæ hic de origine, atque primordis Tribunalis Inquiſitionis narravimus plurimum ab illis, quæ innumerabilibus in libris leguntur, ſed teſtimoniis nituntur certiſſimis, quæ hic proferri nequeunt. Tradunt viri eruditi S Dominicum Inquiſitionis Judicium excogitaſſe, atque Toloſæ primum erexiſſe: hunc ergo primum omnium Inquiſitorem fuiſſe: Annum quidem incertum eſſe; at hoc dubio carere, Innocentium III, an. 1215, in Concilio Lateranenſi tribunal hoc approbaſſe, ac confirmaſſe. (Vid. Jo. Alb. Fabricium *Luce Evangelii toti orbi exoriente, p. 569*, Philipp. Limborchium *Hiſt. Inq. l. 1, c. 10, p. 395*, & alios, quos Fabricius laudat Scriptores. Credo eos, qui hæc referunt, auctores ſuos habere, ſed illi ſine dubio non primi ſunt ordinis. Recentiorum plerique Limborchium ſequuntur, cujus *Hiſtoria Inquiſitionis* eximium in hoc genere, immo princeps opus putatur. Laudandus & Limborchius a diligentia & fide: ſed Hiſtoriæ Chriſtianæ mediæ ætatis, permediocriter peritus eſt, neque ex ipſis fontibus, ſed ex ſecundi Ordinis ſcriptoribus ſua hauſit, erroreſque idcirco haud paucos commiſit. Certe quæ de Origine Inquiſitionis tradit, falſa ſunt, nec multo meliora, quæ habent alii, eorum in primis, quæ paullo ante attuli, nullum prorſus verum eſt. Dominicanorum multi, qui ad noſtram ætatem *Inquiſitioni* præſunt, & ſanctitatem ejus mirifice alioquin prædicant, negant S. Dominicum *Inquiſitionem* inveniſſe, negant primum eum Inquiſitorem, immo negant, eum Inquiſitorem fuiſſe; negant denique Tribunal *Inquiſitionis*, vivente S. Dominico, inſtitutum eſſe; & hæc omnia non temere negant. At hæc tamen diſputatio: Utrum S. Dominicus Inquiſitor fuerit, necne: verbi potius, quam rei controverſia mihi videtur eſſe, atque ex diverſa notione Vocabuli *Inquiſitor* pendere. Inquiſitor primum dicebatur

Digitized by Google

5, §. 1.) (c) Nam hæreſes, & ſchiſmata nonniſi ex fœtidiſſimo, peſtilentiſſimoque vitiorum, ac turpitudinum cœno gignuntur. Quemadmodum enim accidit in corpore, ut corrupti humores e ſtomaco ad animi ſedem redundent, ita etiam & in animo contingit, ut mores depravati ab actione vitæ ad fidei domicilium labefactandum maneat. Ita igitur fit, ut eæ leges, quæ hæreticis, & Schiſmaticis dictæ ſunt, non tam mentis errores puniant, ut obganniunt heterodoxi, (V. Binghamum *Tom.* 7, *pag.* 70.) quam perditiſſimos, ac corruptiſſimos mores diu collectos, & inveteratos, qui tandem in liberam cogitandi licentiam erumpere ſolent, atque ita ſe ſe palam effundunt, ac manifeſto produnt.

§. V. Præterea ſi in unaquaque bene conſtituta Republica capitalibus pœnis propoſitis corporum peſtis ſuſpicio a Civitatis finibus longe arcetur, quanto majore proviſione animorum contagiones prohiberi debent, præcipue cum animorum lues citius, & latius quam corporum manare ſoleant, ut legum ſeveritas mali vim nunquam valeat exæquare?

§. VI. At Apoſtoli, inquies, non tanta ſeveritate uſi ſunt, lenius egerunt. Verum non ita Porfirius Chriſtiani nominis hoſtis ſenſit de Petro Apoſtolorum Principe, quem immanitatis, ac crudelitatis nomine notavit, eo quod Ananiam & Saphiram voti, perjuriique reos mortis pœna mulctavit. (Chryſoſ. *Hom. in Pſal.* 4.) Quod ſi vero aliquando ab Inquiſi-

---

tur homo auctoritate Pontificis Romani legatus ad comprimendos hæreticos & extirpandos ſine poteſtate tamen Judiciali. At hanc notionem deinde nomen hoc mutavit, atque Judicem ſignificavit a Romano Pontifice conſtitutum ad cognoſcendas hæreticorum, & hæreſeos ſuſpectorum cauſas, ſententias de illis dicendas, & pertinaces Magiſtratibus ſingulis tradendos. Poſteriori hoc ſenſu certiſſime Dominicus Inquiſitor non fuit; neque ante Gregorii IX tempus tales Judices Pontificii extiterunt. Priori vero ſenſu Dominicum Inquiſitorem fuiſſe, omni vacat controverſia.

Boeh. T. 4, *l.* 5, *t.* 7, §. 146. Proceſſum Inquiſitionis in compendio refert Fleurius *in Inſtit. Jur. Eccleſ. p.* 3, *c.* 10, prolixius vero Calderinus *de hæret.*, Nicolaus Eymericus *in director. Inquiſit.* cum commentar. Franciſci Pegnæ. Idem Pegna quoque *Inſtructionem*, ſeu *praxim Inquiſitorum* cum Annotationibus Carenæ 1669 edidit, cui jungendus eſt alius ejuſdem Carenæ Tractatus *de Officio SS. Inquiſitionis*, & *modo procedendi in cauſis fidei*, item Salelles *de Tribunal. Sanct. Inquiſitionis*; Bordonus *de Tribunali ſacro in cauſis fidei*; Ludovicus a Paramo *de Origine*, & *progreſſu Officii*, ſeu *Inquiſitionis ejuſque dignitate*, & *utilitate* ſpeciatim commentus eſt; ipſas vero cauſas hæreſum, quatenus in Judiciis tractari debeant, pleuius excuſſit Scaccia *de Judiciis in cauſis civilibus*, *criminal.* & *hæretical.* Præterea Fermoſinus pro Tribunali S. Officii Inquiſitionis Valliſoletanæ defenſionem tamquam promotor Fiſcalis conſcripſit, eamque tractatui *de Judic.* & *foro competenti* adjecit.

Jus Pontificium.

(c) Non vi fu giammai popolo civilizzato ſenza religione; un de' primi vincoli di ſocietà tra gli uomini è il culto pubblico, onde ſi uniſcon eſſi per rendere i loro omaggi alla Divinità, e per avvertirſi ſcambievolmente de' lor doveri. Non è poſſibile mantenere il culto pubblico uniforme, e qual egli deve eſſere per congiungere i Cittadini, ſe non vi ſono leggi, che il rendano ſacro, e inviolabile. Tutti i popoli han conoſciuta queſta verità, poich' ella è evidente; tutti ebbero delle leggi, che proibivano l'alterazione della Religion nazionale, e che infliggevano delle pene a coloro, che oſaſſero di recarvi alcuna leſione. Ammettere una Religione come vera, ſalutevole, utile alla Repubblica, e poi non aver alcun zelo per mantenerla, è una inconſeguen-

quiſitoribus in Judicii forma peccatum eſt, atque in inſontes ſævitum, vel ultra leges tentum opus, id non Legislatorum, ſed Judicum culpæ vertendum eſt.

§. VII. Verum miror, Lutheranos, & Calvinianos, adverſus noſtræ S. Inquiſitionis (*d*) leges acutum frangere, in eoque nos culpare, in quo ipſi noſmet facile ſuperant, uti Boſſue-

---

guenza; crederla vera, e giudicar, che un' altra Religione ad eſſa contraria ſia niente men vera, è una contraddizione. La verità ſenza dubbio è più utile agli uomini dell'errore. Egli è dunque impoſſibile, che lo zelo di Religione non naſca dalla tendenza medeſima, che ci fa preferire la verità alla menzogna, la credenza, e le pratiche utili a quelle, che ci ſembrano pernicioſe.

In vano gl' Increduli argomentano ſopra una tal condotta, per provar, che ogni Religione eſcluſiva deve produrre de' mali effetti, metter la diſcordia tra i popoli, partorire gli odj nazionali, ec. Egli è il medeſimo delle leggi civili, dei coſtumi, di tutte le opinioni. La verità eſſenzialmente è eſcluſiva; tanto è impoſſibile all'uomo il non amare eſcluſivamente la verità, quanto lo è l' abbracciare la menzogna per ſe medeſima, o l' amar il male pel male.

(d) Moshem. *Inſt. H. E. in Sæc. XVI, Sect. III*, *p*. 2, *c*. 1, §. 38, Motibus in Eccleſia Lutherana, & diſputationibus exortis, Auguſtus Saxo-Theologos, & Antiſtites ſuos Dresdæ convenire an. 1571, atque ſententiam ſuam de ſacra Cœna mutare jubebat. Faciebant hoc illi, verum ſubdole; domum reverſi conſilium, quod conceperant, ſtudioſe proſequebantur, docendoque, ſcribendoque, aliiſque modis vetus Saxonum de S. Cœna dogma extinguere ſtudebant. Quam rem cum plene Auguſtus Princeps Elector plurimis teſtibus cognoviſſet, an. 1574 Torgæ celebri conventu indicto, & *Crypto-Calviniſtarum* illorum, ut vulgo nominantur, animo clare intellecto, *alios in cuſtodiam tradebat*, & *in exilium proficiſci*, alios ſententiam mutare cogebat. In neminem acrius animadvertebatur, quam in Peucerum, cujus primæ in fabula partes fuerant. Is enim diuturno, & duro carcere ad annum uſque 1575 detentus fuit, quo precibus Anhaltini Principis, cujus filiam Auguſtus duxerat, liberatus, Serveſtam migravit. Vid. Conr. Schliiſſetburgium, Leon. Hutterum, Godofr. Arnold. Val. Ern. Loſcherum, Gaſp. Peucerum & alios.

Id. *l*. 1, *c*. 2, §. 39. Jacobus Gruetus, qui Calvinum modis omnibus inſectabatur, quem Epiſcopum Aſculanenſem, & novum Pontificem vocabat .... capitali ſupplicio affectus eſt. Vid. Spon. *Tom*. 2, *p*. 47, *Adnot. Hiſt. de Geneve*.

§. 40. Sebaſtianus Caſtalio ſcholæ Genevenſis præfectus, vir non omnium expers macularum, verum probus, in primis litteratus, & elegantis ingenii; qui quoniam omnia, quæ Calvinus, ejuſque Collegæ, & agebant, & docebant, non laudabat, munere cedere, atque in exilium proficiſci jubebatur. Simile fatum ſubeundum fuit Hieronymo Bolſeco, qui, quod anno 1551 in publica concione dogma de abſolutis Dei decretis deteſtaretur, in carcerem conjectus fuit, & ſolum poſtremo vertere coactus.

Idem *l*. 1, 4, §. 4. Michael Servetus, qui ſuſceptis opinionibus renuntiare nolebat, tamquam pertinax Hæreticus, & Dei contemptor, Judicum ſententia, vivus combuſtus fuit.

Bergier Tom. XI, pag. 109. Secondo l' Autore del quadro de' Santi, *II Part. c*. 7, *p*. 79. „ Non fu nè la ragione, nè l' amor „ della verità, nè il deſiderio ſincero di pro„ curare il ben' eſſere dei Popoli quel che „ guidò gli Appoſtoli della Riforma; ma „ fu piuttoſto la vanità di diſtinguerſi, il „ deſiderio di far pompa delle loro nuove „ idee, o fantaſie, il diſguſto, la geloſia „ contro i Capi del Clero dominante, la „ voglia di combattere le ſue opinioni affi„ ne di ſcreditarlo, di nuocergli, e di do„ minare in ſua vece. Ecco quai furono in „ ogni tempo i veri moventi degli Ereſiar„ chi, ovvero dei Capi di Setta fra i Cri„ ſtiani “. Egli lo pruova col fanatiſmo ardente di Lutero, colla crudeltà di Calvino, colla tirannia d' Arrigo VIII in Inghilterra; dal che egli inferiſce, che la ſola rifor-

ſuetus (*in Hiſt. Variat. Tom. II, l.* 10.) animadvertit, neque ipſi Lutheranorum partium Scriptores (*e*) diffitentur.

QU.

---

forma, da cui ſi poſſa attendere un felice eſito, è una tolleranza completa, aſſoluta, paſſata in legge fondamentale dello Stato; tal'è ſecondo lui il ſolo mezzo di mettere il Clero nella impotenza di nuocere, di calcinare la pace, la tranquillità, la proſperità delle Nazioni.

Ma il ritratto ch' egli ci diede de' Riformatori in generale, dà motivo ad un' applicazione moleſta. Siam poi ſicuri, che i noſtri predicatori della tolleranza aſſoluta abbian delle vedute più pure, delle intenzioni più rette, de' progetti più ſalutari, che non ebbero gli Ereſiarchi? La vanità, l' ambizione, l' odio contro il Clero, la voglia di dominare in ſua vece, non entrano per nulla ne' ſublimi piani di politica, ch' eſſi propongono? I Predicanti avevano cominciato col domandare la tolleranza, come gl' Increduli, ed è noto com' eſſi l' hanno oſſervata. Qualora noi ritroviam negli Scritti de' noſtri Filoſofi lo ſteſſo ſtile, lo ſteſſo ſpirito, le ſteſſe calunnie che in quei di Lutero, e di Calvino, abbiam forſe motivo di penſare, che queſti Dottori ſarebbono più dabbene ſe diveniſſero i padroni? La ſperienza del paſſato ci rende diffidenti ſull'avvenire, e ſul motivo imponente di pace, di tranquillità, di proſperità delle Nazioni, con cui cercan eglino di abbellirſi.

A tutte le invettive ſcagliate da eſſi contro l' Inquiſizione noi non daremo altra riſpoſta, che quella di Clemente XIV. Oltrecchè i Monarchi, i quali l' autorizzano, furono egualmente rei che gl' inſtigatori, non fu giammai veduta Roma darſi in preda al barbaro piacere di far abbruciare de' Cittadini, perchè non avean la fede, o perchè sdrucciolavano in eſpreſſioni cattive. Gesù Criſto ſpirante ſulla Croce, lunge dallo ſterminar coloro, che beſtemmiano contro di lui, ſollecita anzi il loro perdono preſſo ſuo Padre: *Pater ignoſce illis &c.* Un celebre Scrittore ſoſtiene, che l' Inquiſizione è ſtata inventata, e ſtabilita dai Laici, e che tralle mani degli Eccleſiaſtici ella ha perduta una parte della ſua crudeltà. Aggiugniamo, che ſe i roghi della Inquiſizione veniſſero giammai a riaccenderſi, il che a Dio non piaccia, ſe ne avrebbe l' obbligo al fanatiſmo Anti-criſtiano degli increduli; eſſi fanno quanto è mai loro poſſibile per innaſprire gli animi, e per mettere in allarme tutti i Governi. (Lett. 91, ſuppoſta, ma pur ben fatta.)

(e) Ferrar. Biblioth. V. *Inquiſitionis S. Officium*. Congregatio Cardinalium Ss. Inquiſitionis erecta fuit a Paulo III, *Conſt.* 34 *Licet*, & denuo reſtituta a Sixto V, *Conſt.* 74 *Immenſa*. Facultas hujus ſupremæ & Univerſalis Inquiſitionis eſt ſupra omnes Civitates, & loca Chriſtianitatis etiam ultra montes. (Paul. III, *Conſt. Licet*) Procedit contra quoſcumque, appellationes ab aliis Inquiſitoribus audit, Inquiſitores ubique locorum deputat, & alios, qui intereſſe debent, & inſervire in actu Degradationis. Præcipere poteſt degradationem reorum Clericorum, qui damnandi ſunt, & uti brachio Sæculari. Poteſt privare beneficiis &c. impedientes ſuum officium, & aliis inhabilitatibus afficere. (Paul. III, *Conſt. Licet*) Poteſt procedere contra Epiſcopos, & etiam contra Cardinales hæreticos. (Pius IV, *Conſt.* 67, *Romanus*) Quod a majori parte Cardinalium hujus Congregationis fuerit concluſum, ab omnibus factum eſſe cenſetur. (Pius IV, *Conſt.* 23, *Cum felicis.*) Si duo tantum Cardinales ſint in Congregatione, quod ipſi decernunt, eſt ratum. Pius V, *Conſt.* 23, *Cum felicis.*)

Inquiſitores poſſunt procedere in cauſis fidei contra quaſcumque perſonas cujuſcumque gradus, & dignitatis, etiam privilegiatas, & exemptas, etiam contra ſuoſmet Superiores ejuſdem Ordinis. (Urbanus IV, *Conſt.* 2, Alex. IV, *Conſt* 22, Clemens VII, *Conſt.* 27, Paul. III, *Conſt.* 30, Pius IV, *Conſt.* 51, Paul. V, *Conſt.* 26.) Inquiſitores non poſſunt procedere contra Epiſcopos neque e contra, niſi habeant in commiſſis a Papa ſpecialiter, ſed occurrente caſu ſuſpicionis, vel accuſationis, vel denuntiationis contra ipſos, debet ſignificari Summo Pontifici. Neque poſſunt procedere contra Legatos, vel Nuntios Papæ, vel ejus Officiales, ſed occurrente caſu debent id Papæ ſignificare. Non poſſunt ſe intromittere in aliis cauſis, quam in delictis contra fidem;

 nec

QU. XXI.

Quid habes de Congregatione Indicis?

§. I. CUm Summus Pontifex Univerſæ Eccleſiæ Paſtor divinitus ſit conſtitutus, (V. ſupra *quæſt.* *IV.*) cumque Paſtoris officium in eo præcipue ſitum ſit, ut oves a noxiis herbis, pacuiſque prohibeat, quis non intelligit eas etiam Pontificis partes eſſe debere, ut peſtiferos, ac exitioſos li-

nec poſſunt in Judiciis admittere Laicos Judices ad judicandum ſub pœna (etiam Inquiſitoribus) excommunicationis Papali ipſo facto. (Jul. III, *Conſt.* 2.) Non poſſunt extorquere a reis pecuniam modo illicito ſub pœna excommunicationis ipſo facto, a qua non poſſunt abſolvi donec ſatisfaciant; unde pro Actis S. Officii, & Proceſſibus nihil poſſunt facere ſolvi, nec ſibi, nec aliis Officialibus, ſed omnia gratis debent facere expedire. (Clem. VIII, *Conſt.* 76.) Inquiſitores poſſunt procedere contra delinquentes in ſua Provincia, etiamſi alio ſe tranſtulerint. (Alex. IV, *Conſt.* 18.) Poſſunt procedere in cauſis hæreſis, quas etiam Epiſcopi cœperunt cognoſcere, etiam irrequiſitis Diœceſanis (Urbanus IV, *Conſt.* 2, Alex. IV, *Conſt.* 9) Inquiſitor cum Epiſcopo, & ſine eo, at e contra poteſt citare in cauſis hæreſis, & conjunctim, & diviſim in iis procedere, ſed communiter ſententiant, & ſi diſſentiunt, referunt ad Papam; debent tamen communicare Proceſſus, quando diviſim procedunt, nec Inquiſitor ſine Epiſcopo poteſt carcerare carcere qui datur ad pœnam, nec dare tormenta, nec ſententiare; ſi vero intra octo dies non poſſit Inquiſitor habere copiam Epiſcopi vel Vicarii ejus, & e contra, poteſt alteruter a ſe ſolo id facere, poſtquam ſe requiſiverint. (Urbanus IV, *Conſt.* 2.) Poteſt tamen Epiſcopus, aut Vicarius committere ſuas vices, & hic illis, in dictis caſibus, ſi nolint adeſſe, alias irritum eſt, quod fit. Vacante Sede Epiſcopali loco Epiſcopi requirendus eſt Vicarius Capitularis eodem modo, quo ſupra; alias nulla eſt ſententia.

Inquiſitores procedere poſſunt in omnibus contra fidem; item contra Aſtrologos Judiciarios, & alios Magos, Sortilegos, Divinatores, & hujuſmodi. (Sixtus V, *Conſt.* 17.) Item contra omnes etiam Regulares audentes in publicis Concionibus, Lectionibus, Concluſionibus, & aliis quibuſcumque actibus publicis aſſerere, quod Beatiſſima Virgo fuerit concepta cum peccato Originali. (S. C. I. coram Paulo V, 31 Auguſti 1617) Quod poſtea ad audentes aſſerere idem in ſermonibus, & ſcriptis privatis extendit S. C. I. coram Gregorio XV. 24 Maji 1622. Item contra eos, qui utuntur Litaniis novis non approbatis ab Eccleſia. (Clemens VIII, *Conſt.* 22) Item contra non ordinatos ad Presbyteratum. Miſſam celebrantes, vel Pœnitentiæ Sacramentum miniſtrantes. (Gregorius XIII, *Conſt.* 21, Clemens VIII, *Conſt.* 61, Urbanus VIII, *Conſt.* 79.) Item contra Sacerdotes, qui mulieres Pœnitentes in actu confeſſionis ad actus inhoneſtos ſollicitant: (Pius IV, *Conſt.* 31, Gregorius XV, *Conſt.* 34) quod extenditur ad Sacerdotes ſollicitantes quaſcumque Perſonas ad inhoneſta ſive inter ſe, ſive cum aliis perpetranda quomodolibet in actu Confeſſionis Sacramentalis, vel antea, vel immediate poſt, ſeu occaſione, vel prætextu Confeſſionis &c. Item contra Confeſſarios negligentes monere Pœnitentes, ut denuntient ſollicitantes, aut docentes eos non teneri. Item contra Confeſſarios exquirentes a Pœnitentibus complicum nomina, ſi ſuſpecti ſint de pravo dogmate. (Benedictus XIV, *Conſt. Ubi primum*) Item contra teſtes deponentes falſum in cauſis fidei, eoſque

libros, quibus animi noſtri paſcuntur, viperino cautius ſanguine vitandos nobis omnibus edicat? Huc certe ſpectavit D. Paulus, cum Timotheum (*I*, *IV*, 7, & *II*, *II*, 23) Titum (*I*, 13, 14, & *III*, 9) Coloſſenſes (*II*, 8) ab anilium ineptiarum, ac ſuperſtitionum, inanium ac liberiorum cantiuncularum, impiorumque librorum lectione deterrebat. Huc S. Leo Magnus, cum anno quadringenteſimo quadrageſimo tertio Manichæorum, ac Priſcillianiſtarum libros ex omnibus manibus excuti, ignique tradi voluit: *Aliter enim* (ait *in epiſt. ad Epiſcopos Italiæ* apud Hard. *Tom. I Conc. pag.* 1754) *nobis commiſſos greges regere non poſſumus, niſi hos Codices, qui ſunt perditores, & perditi, Zelo fidei Dominicæ perſequamur, & a ſanis mentibus, ne peſtis hæc latius divulgetur, ſeveritate qua poſſumus, abſcindamus. Et in epiſtola ad Turibium* Auſtricenſem Epiſcopum *cap.* 15: *Nos iſtud veracium teſtium relatione comperimus, multos corruptiſſimos Priſcillianiſtarum Codices, qui Canonici titularentur, invenimus; quomodo enim decipere ſimplices poſſunt, niſi venenata pocula quodam melle prælinirent, ne uſquequaque ſentirentur inſuavia, quæ eſſent futura mortifera? Curandum ergo eſt, & Sacerdotali diligentia maxime providendum, ut falſati Codices, & a ſincera veritate diſcordes in nullo uſu lectionis habeantur. Apocryphæ autem Scripturæ, quæ ſub nominibus Apoſtolorum multarum habent ſeminarium falſitatum, non ſolum interdicendæ, ſed etiam penitus auferendæ ſunt, atque ignibus concremandæ .... Unde ſi quis Epiſcoporum vel apocrypha haberi per domos non prohibuerit, vel ſub Canonicorum nomine eos codices in Eccleſia permiſerit legi, qui Priſcilliani ſunt adulterina emendatione corrupti, hæreticum ſe noverit judicandum; quoniam qui alium ab errore non revocat, ſe ipſum errare demonſtrat.* Huc ſpectavit D. Gelaſius, cum exeunte Sæculo IV impios Origenis libros *Periarchon* proſcripſit. Huc Agapetus cum anno 536, teſte Anaſtaſio, & adnitentibus Epiſcopis, Archimandritis, & Monachis Orientalibus, Neſtorii, Eutichetis, ac Dioſcori libros diris, flammiſque devovit. Mitto Symmachum & Hormiſdam Manichæorum ſcriptionem igni dedentes, Zachariam Pontificem in Concilio-

---

que Curiæ Sæculari tradere poſſunt. (Leo X, *Conſt.* 29) Item contra eos, qui dicunt Uſuram non eſſe peccatum. (*Clem. de Uſur. c. Un. §. ſane*. Tandem Inquiſitores, & Epiſcopi tenentur procedere in omnibus cauſis contra fidem, ac omittentes id facere incurrunt excommunicationem Papæ reſervatam. (*Clem.* 1, *de Heret. §. Verum*) Tenentur exigere juramentum ab omnibus Officialibus ſui Tribunalis de Secreto, & fidelitate ſervandis, & dare Juramentum ſecreti Advocato, & Procuratori reorum, & aliis quibuſcumque manifeſtant dicta teſtium, & delicta, ut in cauſa poſſit procedi. Inquiſitores poſſunt abſolvere judicialiter omnes hæreticos, qui pœnitentes hæreſim abjurant, & ad fidem revertuntur; atque etiam alios fautores, &c. (Alexander IV, *Conſt.* 18, Urbanus IV, *Conſt.* 2) Inquiſitores poſſunt committere citationes & examinationes teſtium. (Urbanus IV, *Conſt.* 2) Item poſſunt procedere appellatione remota. (Clemens VII, *Conſt.* 21) Item in cauſis fidei poſſunt delegare, & revocare Delegationes. (Clemens VII, *ibid.*) Poſſunt concedere Indulgentiam 40 dierum iis, qui ſuæ Convocationi, ſeu ſuis concionibus pro fide habitis interſunt. (Alexander IV, *Conſt.* 18) Inquiſitores, & eorum Officiales non poſſunt conveniri, neque excommunicari, ſuſpendi &c., neque ab Ordinariis, neque a Legatis Papæ ſine licentia Papæ; neque ſindicari ab alio quam a Papa, vel a Sancta Congregatione Romana de proceſſu male facto, & aliis (Urbanus IV, *Conſt.* 4, Pius IV, *Conſt.* 48)

Digitized by Google

lio Romano anno 145 Alberti Scripta atro carbone notantem, Nicolaum I (*in reſp. ad conſult. Bulg.*) Bulgarorum, Saracenorumque libros tota Regione extrudentem. Silentio prætereo Concilium Nicænum œcumenicum I, Chalcedonenſe œcumenicum IV, Nicænum II œcumenicum V, Conſtantinopolitanum III œcumenicum VI, in quibus hæreticorum libri damnati, igneque abſumpti fuerunt; nec pluribus opus eſt, ut palam fiat, poſterioribus hiſce Sæculis recentiora Concilia, ac Pontifices nil novi hac de re in Eccleſiaſticam Rempublicam invexiſſe, (*a*) ſed ſuperiorum Conciliorum, atque Pontificum

(a) Card. de Luca *in relat. Rom. Curiæ Diſcurſ. XIX.* Quamvis non ſit vera illa propoſitio, quæ nedum per Vulgarium, ſed etiam per plurium ſenſarorum ora volitat, ac circumfertur, quod ſcilicet ſcribendi libido, ac ſucceſſive librorum copia noſtris temporibus nimium, ac in exceſſu creverit, cum in omni tempore ex dicto Sapientis eadem fuit humana conditio, iidemque mores, (Salom. *Eccl. C.* 1) atque de hoc in ſpecie Cicero, aliique antiqui Scriptores etiam conqueruntur; & in noſtra legali facultate comprobat adeo venerandum, ac neceſſarium Juſtiniani teſtimonium, quod leges, quæ ex ejus compilatione detractis gloſſis vix unum conficiunt volumen, tunc ultro duo millia volumina conſtituebant: (*l.* 1, 2, *C. de vet. Jur. Enucl.*) attamen regulandarum rerum curſum tamquam per ſpeciem novi Orbis ab illis quinque, vel ſex Sæculis, a quibus excuſſo barbarorum ſervitutis jugo, Italia, & Hiſpania, aliæque noſtræ Europæ communicabiles partes antiquas litteras & artes reſtituere cœperunt, dicta propoſitio verificatur: non quod humana conditio diverſa fuerit, cum ſemper eadem extiterit, ac futura ſit; ſed quia litterarum cultura, quæ per plura Sæcula deſerta fuerat, atque in oblivionem pene abierat, paulatim reaſſumpta quo magis crevit, eo majores produxit fructus, atque in dies producet, juxta naturale exemplum terræ, quæ antiquioribus temporibus nimium felix, & fœcunda; ſi diu abſque cultura deſerta remaneat, atque ita ſpinis, ac vepribus repleatur, nonniſi paulatim longo temporis decurſu, antiquæ amœnitati, ac fertilitati reſtituitur. Sed poſtquam reſtituta eſt, majores producit fructus, quam prius fecerat, non quod terra non ſit eadem, ſive quod priorem naturam immutaverit, ſed quia pro qualitate culturæ majores, vel minores fructus producet. Idque in hac ingenii materia tam in litteris, quam in artibus, neglectis antiquioribus exemplis Chaldæorum, Arabum, Ægyptiorum, Judæorum, ac aliarum nationum, atque more Legiſtarum, aliorumque humanarum litterarum Profeſſorum id exemplificando inter Græciam, & Italiam; ex Hiſtoricorum aliorumque Scriptorum communi, ac certo teſtimonio Græcia litterarum, & artium florida mater, & cultrix erat, omniumque nationum Magiſtra; Italia vero barbara, & inculta, adeo ut primævis temporibus ante Urbis Romæ adeo fortunatam ac fatalem ædificationem aliqua litterarum initia in Apuliæ, & Calabriæ extremitatibus tanquam in Regionibus, quæ Græciæ magis adjacent; in Sypontina ſcilicet, Tarentina, & Crotonenſi Civitatibus ab Architis, & Pithagoricis habuerit, ipſaque Roma poſt tertium ſuæ fundationis ſæculum Regum dominatione expulſa, atque in ſtatu jam creſcentis Reipublicæ conſtituta, quamvis adhuc non adulta ab ipſa Græcia leges recipere coacta fuit. Eadem vero Reſpublica adulta atque robuſta effecta Romanorum, ac Italorum potentia ipſam Græciam prius opibus, & artibus, aliiſque pretioſis, ac conſpicuis rebus deſertavit eiſque Italiam ditavit; deindeque litteras quoque ad ſe traduxit juxta Rhodianæ Academiæ declamationem, quæ audito Cicerone in Græcis litteris perorante, facta eſt; ideoque Italia effecta fuit literarum, atque artium fœcunda mater, aliarumque nationum Magiſtra; Græcia vero pene inculta, ac barbara evaſit. Verum ita rerum viciſſitudine exigente tranſlata per Conſtantinum Imperiali Sede ad Bizantinam Civitatem, quæ mutato nomine Conſtantinopolitana dicta eſt; ad illam Græciæ partem Romanarum litterarum, & artium denuo tranſlatio, & reſtitutio ſecuta eſt; ipſaque Roma, & Italia, aliæque Occidentales Provinciæ ob tot barbarorum incurſiones, qui litterarum, ac bonarum artium acerrimam, ac capitalem profitebantur inimicitiam, omnino barbaræ & in-

ficum exempla eſſe ſecutos. (V. Valſecchi *Fond. della Rel. Tom.* 3, *p.* 3, *cap.* 4.

§. II. At ante Paulum IV, ideſt ante Sæculum XVI, nullum prohibitorum librorum Indicem vidimus, nec leges prælo conſtitutas ullas cognovimus. Verum qui leges antiquitus conſtitui prælo (*b*) poterant nondum invento? Quis enim neſcit, Typographiam

& incultæ per plura ſæcula remanſerunt. Poſtea vero per quamdam alternativam eadem Græcia per barbaros ac litterarum infenſos Turcas occupata, ipſa Italia, aliæque adjacentes Provinciæ priori litterarum, bonarumque artium culturæ paulatim reſtitutæ fuerunt, atque in dies magis reſtituuntur, donec (quod Deus ſemper avertat) ejuſdem alternativæ, ſeu viciſſitudinis caſus fiat; unde propterea, ut quidam ſapiens dicere ſolebat, Orbis terrarum ſemper fuit, ac futurus eſt idem ab ea creatione, quam ſacræ litteræ veteris teſtamenti nos docent, uſque ad illam deſtructionem, quam ex aliis ſaeris Litteris novi Teſtamenti ex Chriſtianæ Religionis profeſſione conſtanter credimus, eademque eſt humana conditio. Mores autem de una in aliam partem, vel nationem pro ejuſdem orbis connaturali viciſſitudine tranſeunt, juxta illud naturale exemplum, quod tradi ſolet in terræ motu, qui per partes probat, ut terra moveatur, & concutiatur, & tamen illa in Univerſum ſemper in eadem firmitate permanet. Verificata igitur in hoc noſtro Mundo communicabili præfata communi opinione, ſeu traditione, quod ſcilicet modernis ſcribendi libido, atque librorum copia creverit ob majorem præſertim facilitatem, quæ poſt artis imprimendi novam inventionem, vel reſtitutionem ſecuta eſt; cum in illis primis hujus reſtitutionis temporibus, modicus eſſet Scriptorum numerus, atque major eſſet Epiſcoporum, aliorumque Prælatorum zelus, & vigilantia. Hinc proinde, quamvis ex antiquorum Sanctorum Patrum teſtimonio, præſertim D. Hieronymi antiquiſſimus eſſet Eccleſiæ Catholicæ, Sediſque Apoſtolicæ uſus ſuper prohibitione uſus, ac lecturæ illorum librorum, qui ſanam doctrinam non continerent, dum omni tempore Catholica fides, ejuſque Metropolitana Romana Eccleſia hæreſum turbationes paſſa eſt, illam præſertim omnium majorem, quam vix adulta ab Arianorum ſequacibus, ac fautoribus ſenſit; attamen cum Epiſcopi, aliique locales Prælati recte ſuum munus in hoc explerent, nulla ſubeſſe videbatur neceſſitas Tribunal peculiare deſuper erigendi, dum ipſemet Pontifex per litteras conſultus, ſive eoſdem deſuper monendo ita recte providebat; atque pro ejus particulari Epiſcopatu Urbis, ac diſtrictus per ſui Palatii Theologum ſeu Magiſtrum hoc munus particulare ſufficienter explebat. Epiſcoporum vero, aliorumque Prælatorum charitate frigeſcente, præſertim autem ex abuſu negligendi reſidentiam, atque obtinendi plures Cathedrales, & Metropolitanas Eccleſias in Commendam ad ſolam utilitatem ad inſtar ſimplicium Beneficiorum; exortaque Lutherana hæreſi, & a qua iniqua Matre adeo iniquiores filiæ prodierunt; erectaque ſuperius inſinuata Congregatione Inquiſitionis Univerſalis, iſta invigilare cœpit ſuper prohibitione, ac extirpatione librorum, qui ſanam doctrinam non continerent, atque Catholicæ fidei dogmatibus, aut bonis moribus, naturæ vel Eccleſiaſticæ poteſtati, aut Chriſtianæ pietati adverſarentur, ſeu præjudiciales eſſe poſſent. Quamvis etenim ignarum, vel iniquum vulgus hanc prohibitionem ad ſolos libros, qui fidei dogmata contineant, reſtringere ſatagant, quaſi quod ea quæ mores, vel pietatem, ſive Eccleſiaſticam poteſtatem, ſeu libertatem concernunt, ad fidem non pertineant, prorſus tamen erronea eſt hæc opinio, quæ ignorantiæ, vel malitiæ filia dici meretur, quoniam iſta ſunt hæreſum, vel ſchiſmatum ſemina, vel radices, aut præparationes; ideoque prudentis medici partes ſunt præſervativæ magis, ne morbus naſcatur, vel creſcat, incumbere, atque ita futuro malo occurrere, quam expectare morbi jam excreti, ac dominantis curationem, quæ non ſemper vel non adeo de facili ſequi poteſt.

(b) Libros de rebus ſacris ſine nomine Auctoris nullus imprimat, vel imprimere faciat, & illos non vendat, vel apud ſe retineat, niſi prius ſint examinati, & approbati ab Ordinario ſub pœna excommunicationis in Canon. Conc. Lateranenſis *ſeſſ.* 10, *De Impreſs. Lib.* ſub Leone X, & Conc. Trid.

phiam (*c*) nonniſi Sæculo XV medio jam elapſo lucem conſpexiſſe, nec tam ſubito tantam illam librorum tum bonorum, tum malorum multitudinem pro-

Trid. *Seſs.* 4, *In Decret. de Edit. & uſu Sacr. Lib.* Regulares ultra examinationem, & approbationem hujuſmodi, licentiam quoque a ſuis Superioribus impetrare teneutur, recognitis per eos libris juxta formam ſuarum ordinationum. Concil. Trident. *l. c.* & Clem. VIII, *in inſtruct. Reg. Judic.* §. 2, *de Impreſs, Lib.* ubi additur, quod utramque conceſſionem, quæ apparet, ad principium Operis imprimi faciant. Libros ſcriptos communicans, vel vulgans ante examen, & approbationem ſubjiciatur pœnis, quibus & Impreſſores, & eos habentes, vel legentes, niſi prodant Auctores, pro Auctoribus habebuntur. Conc. Trid. *l. c.* Librorum approbatio danda eſt in ſcriptis, atque ideo in fronte libri vel ſctipti, vel impreſſi authentici appareat; idque totum, h. e. probatio, & examen gratis fiat. Conc. Trid. *l. c.* Libri nou ſunt imprimendi ſine nomine Auctoris vel Collegii, aut illius, qui librum examinaverit, vel probaverit. Conc. Trid. *l. c. & Inſt.* Clem. VIII, *de Imp. Lib.* §. 1. Libri imprimi non poſſunt Romæ abſque licentia Cardinalis Vicarii, aut Magiſtri S. Palatii. Leo X, *Conſt. XII*, Conciol. Later. V, *ſeſs.* 10: alibi vero imprimi nou poſſunt abſque licentia Ordinarii, & Inquiſitoris hæreticæ pravitatis. Leo X, *Conſt. cit.* Conc. Later. V, *Seſs.* 10 Conc. Trid. *ſeſs.* 4, *l. c.* Librarii, ſeu Impreſſores imprimentes abſque his licentiis incurrunt excommunicationem. Leo X, *l. c.* Conc. Lateran. V, *l. c.* Item Impreſſores, & bibliopolæ vendentes, vel habentes libros Lutheranos, aut aliorum hæreticorum, ſeu de hæreſi ſuſpectos, incurrunt pœnas inflictas a Pio IV, *Conſt.* 76, Libri ſine nomine Typographi, vel loci impreſſionis vendi nou poſſunt. Concil. Mogunt. *IV*, *c.* 99. Conc. Colon. II, *p.* 12, *c.* 9.

(c) Ex Auctor. Anom. Quanta Eccleſiæ Paſtorum, ac præcipue Romanorum Pontificum cura fuerit, quantum Principum in Eccleſiæ, & Apoſtolicæ Sedis decreta obſequium vel ex eo intelliges, quod ne vel unus quidem antiquorum hæreticorum liber ſuperſit. At inventa arte typographica, ortis Lutheri, & Calvini hæreſibus, atque diviſa malis hæreticorum artibus in varia Schiſmata Europa, alia ratione occurrendum fuit malis, quæ ex pravorum librorum lectione orirentur. Viguit etiam deinceps, & ipſe Leo X omnes Lutheri libros ſub pœnis graviſſimis comburi juſſit, ac etiam nunc viget uſus comburendi per manus Carnificis certum librorum genus. At etſi id ſatis eſt ad conciliandam iniquis Auctoribus infamiam, & ad oſtendendam Eccleſiæ voluntatem, quæ illos abolitos vellet, ac publicam præſefert execrationem, qua homines ad horrendam illius libri lectionem excitantur; tamen ſufficiens non eſt ad omnia prorſus perdenda typis evulgata, & diſſitis in locis in multorum manus delata exemplaria. Quamobrem nova, atque aptiori diſciplina fideles ab horum librorum lectione deterrere oportuit. Cœpit ars typographica circa annum 1460. Initio autem cum omnes imprimendis ſelectioribus antiquorum ſcriptis intenti commoda hujus novæ artis homines experiebantur, ac laudabant, quæ vero mala inde oritura eſſent, nec præſentiebant, nec ſuſpicabantur. Sed poſtquam initio Sextidecimi Sæculi ob nimiam in antiquis Theologis, & Patribus carpendis, atque ſacris Scripturis interpretandis libertatem, & ob novas Lutheri, Calviniique hæreſes plures noxii libri ederentur, inter quos nonnulli mentito quoque nomine hæretico fermento conſperſi eſſent, nova Apoſtolicæ Sedis œconomia, majorque cura, & ſollicitudo enituit. Nam Leo X, combuſtis nonnullorum libris Lutheri, interdictiſque ſub anathematis pœna illius Operibus in Concilio Lateranenſi anno 1515, *Seſs.* 10, vetuit, ne deinceps imprimerentur libri, niſi prius In Urbe ab ipſius Vicario, & Magiſtro S. Palatii, aut perſonis ab ipſo deputatis examinati eſſent, in aliis locis vero ab Epiſcopo, vel ejus deputato, aut ab Inquiſitore hæreticæ pravitatis ejus Diœceſis, & Civitatis, in qua fieret impreſſio. In tranſgreſſores vero præter excommunicationem, Suſpenſionem ab exercitio artis, amiſſionem librorum, aliaſque pœnas arbitrio Ordinarii infligendas conſtituit. Deinde etiam Julius III cavit, ne cui liceret, Libros Lutheranorum, aliorumve hæreticorum legere, aut habere apud ſe, idque ſub pœnis

procreaſſe, qua nunc laboramus, cui propterea novo morbo novum remedium quærendum fuit. Qua de re in Concilio Lateranenſi cogitatum fuit, anno 1557. Hæc ſparta Congregationi S. Officii obtigit, (*d*) Indexque librorum prohibitorum confectus.

§. III. Ventum eſt ad Concilium Tri-

pœnis ſpiritualibus, & temporariis, quæ in hæreticos latæ eſſent. Sed cum plures quotidie prodirent hæretica labe conſperſi libri, qui mentito plerumque Auctoris nomine, ac variis artibus ita errores occultabant, ut facile non eſſet eos à Catholicorum libris ſecernere, ac ſimplices illorum lectione decipere, ac ſeducere poſſent, communi Orthodoxorum voto Catalogus, ſeu Index librorum, quorum lectio perniciosa foret, optabatur. Hinc etiam Carolus V, Facultati Lovanienſi juſſit, ut librorum, qui hæretici, vel hæreſeos ſuſpecti eſſent Catalogum texeret, qui auctoritate ipſius Caroli V anno 1546 vulgatus fuit. Cum vero aſſidui novi hæreticorum libri prodirent; fuſiorem quoque edidit eadem Facultas, quem addito ſpeciali edicto Imperator publicari mandavit anno 1556. Sed cum iſtiuſmodi Indices ſummæ auctoritatis non eſſent, quæ omnes ubique fideles obligaret, ac libri etiam, qui ab hæreticis Itala lingua editi eſſent, deſiderarentur, Paulus IV anno 1557, iis qui ſacræ Inquiſitioni contra hæreticam pravitatem præerant, mandavit, ut Indicem conficerent, confectumque eodem anno vulgavit. In quo etſi nullum extat Decretum, *ita tamen a tergo faciei libri legitur*, (inquit Catalanus *de Secret. Sac. Congreg. Indicis, c.* 14.) *Index Alphabetico ordine diſtinctus eſt*. Edidit præterea idem Pontifex alium Indicem anno 1558 die 30 Decembris, quem initio anni 1559 vulgavit latis cenſuris contra legentes, & tenentes libros prohibitos, additis etiam aliis graviſſimis pœnis. Pius autem IV, Pauli ſucceſſor, rigorem temperans totum illud Indicis librorum negotium ad Concilium Tridentinum detulit. Quid vero deinceps actum fuerit, paucis innuit Clemens VIII *in Conſt. Sacroſanctum. Sed cum hiſce calamitoſis temporibus antiquus humani generis hoſtis a ſua malitia nunquam recedens ad eandem Catholicam doctrinam labefactandam peſtiferas hæreſes, ac deteſtabiles errores aut novos conflaſſet, aut veteres ex inferis excitaſſet, Sacra Tridentina Synodus peſtilentem noxiorum librorum copiam, quæ plus nimio excreverat, coercere, aut auferre cupiens, primum quidem doctiſſimos aliquos viros delegit, qui de tota re cognoſcerent, & deliberarent, deinde vero, cum illi in eo negotio parum progreſſi eſſent, juſtis cauſis eadem Synodus permota ad ipſam Sedem rem totam deferendam ſtatuit*. Quid vero Romanus Pontifex egerit, iis verbis declarat. *Itaque fel. rec. Pius Papa IV, Prædeceſſor noſter, qui tum ad Eccleſiæ gubernacula ſedebat, Prælatis quibuſdam doctrina, & prudentia præſtantibus adhibitis, Indicem librorum prohibitorum, & Regulas quaſdam per ſuas litteras in forma Brevis promulgavit, & hujuſmodi noxiorum librorum detrimentis depellendis opportune providit*: Litteræ autem Pii IV initium habent *Dominici Gregis &c.* Clemens vero VIII hac eadem Conſtitutione eundem Indicem poſtea a Sixto V auctum Apoſtolica auctoritate recognitum publicavit, *inſtructione adjecta de exequendo prohibitionis Decreto, deque ſincere emendandi, & imprimendi libros ratione*. Hujus Indicis Confectionem commiſerat Gregorius XIII Sacræ Indicis Congregationi a S. Pio V inſtitutæ; Index vero auctus fuit ſub Sixto V, ac abſolutus ſub Clemente VIII. Itaque Apoſtolicæ Sedis librorum improbatæ lectionis Indices plures prodierunt, ac novis concurrentibus libris iterum aucti in lucem mittuntur. Præter Congregationem Supremæ Inquiſitionis, aliam quoque Cardinalium Congregationem, quæ *Indicis* appellatur, inſtituit S. Pius V, eamque novis facultatibus auxit Sixtus V, noviſque privilegiis roboravit Clemens VIII.

(d) Libri prohibiti ex Indice ſunt triplicis claſſis. In prima claſſe ſunt illi, qui ſunt damnati, ſeu prohibiti propter eorum auctores, quatenus ipſi ſunt hæretici, aut de hæreſi publice & communiter ſuſpecti; unde omnes iſtorum libri tam editi, quam edendi de Religione ex profeſſo tractantes ſunt prohibiti in prima claſſe *c.* 4, *de hæret.* In ſecunda claſſe ſunt illi qui ſunt prohibiti non propter eorum auctores, ſed propter non ſanam, & malam doctrinam. In ter-

Tridentinum. Verum cum hæc res nimiam temporis diuturnitatem ſibi depoſceret, probato conſilio Indicis, ſtudio, & curæ Romanorum Pontificum relicta eſt, qui huic pergravi negotio ſe magis conſulere cenſuerunt, ſi Congregationi S. Officii aliam Congregationem, (*e*) quæ vocatur Indicis, adjutricem ac Vicariam darent, quod a Sixto V factum eſt. (*f*)

QU-

---

tertia claſſe ſunt illi qui ſunt prohibiti propter ignotum nomen Auctoris. Pius IV *Conſt. Dominici gregis*. Alexander VII *in Conſt. Speculatores domus Iſrael*, ubi §. 1, *poſtquam dixit, quod illa claſſium diſtinctio plurimos non modo vulgares, ſed etiam eruditos decipiebat, dum ex earum ordine confixionis gravitatem æſtimabant, quaſi ſtrictius actum ſemper videatur cum legentibus anteriorum, quam poſteriorum claſſium libros; quod tamen ſecus eſſe ex ipſa claſſium inſtitutione a Concilio Tridentino facta colligi poteſt:* (addit prope finem) *Contigit, ut plerique libri ignoti Auctoris, qui tertiæ claſſi aſſignantur, multo pejores ſint, quam in prima, aut ſecunda recenſiti*. Qui legunt libros primæ claſſis incurrunt excommunicationem reſervatam; qui ſecundæ & tertiæ claſſis, ſi de Religione non tractent, nec ex profeſſo hæreſim propinent, nullam excommunicationem incurrunt, ſi tamen hæreſim ex profeſſo tradunt, legentes incurrunt excommunicationem non reſervatam. Ex Luc. Ferr. *l. c.*

(*e*) Benedictus XIV, *Conſt. Sollicita*, §. 3. Romanæ Univerſalis Inquiſitionis Congregatio ex pluribus conſtat S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus a S. Pontifice delectis, quorum alii ſacræ Theologiæ, alii Canonici Juris doctrina, alii Eccleſiaſticarum rerum peritia, munerumque Romanæ Curiæ exercitatione, prudentiæ demum ac probitatis laude conſpicui habentur. His adjungitur unus ex Romanæ Curiæ Præſulibus, quem Aſſeſſorem vocant; unus etiam ex Ordine Prædicatorum S. Theologiæ Magiſter, quem Commiſſarium appellant; certus præterea Conſultorum numerus, qui ex utroque Clero Sæculari, & Regulari aſſumuntur; alii demum præſtantes doctrina viri, qui a Congregatione juſſi de libris cenſuram inſtaurant, iiſque *qualificatorum* nomen tributum eſt. De variis in præfata Congregatione, iiſque graviſſimis rebus agitur, in primis autem de cauſis fidei, ac de Perſonis violatæ Religionis reis. At cum librum aliquem ad eam tamquam proſcriptione dignum deferri contigerit; vel ad Indicis Congregationem ut fieri plerumque ſolet, judicandum remittit, vel ipſa pro rerum, temporumque ratione ſibi de illo cognoſcendum arbitratur.

§. 6. Altera quoque Indicis Congregatio plures complectitur Cardinales ipſi a Pontifice adſcriptos, iiſdemque dotibus præditos, quibus S. Officii Cardinales pollere ſolent; quum etiam eorum aliquos in utraque Congregatione locum habere contingat. Ex iis unus ejuſdem Congregationis Præfectus exiſtit; Aſſiſtens vero perpetuus eſt Magiſter S. Palatii; Secretarius autem a prima Congregationis Inſtitutione uſque in præſentem diem ex ordine Fratrum Prædicatorum a S. Pontifice pro tempore eligi conſuevit. Sunt præterea ex utroque Clero tum Sæculari, tum Regulari ejuſdem Congregationis Conſultores, & Relatores ſelecti; & quidem, ubi aliquis librorum relationes coram Congregatione ſemel, bis, tertio laudabiliter peregerit, tum ipſa Congregatio Pontificem rogare ſolet, ut ejus auctoritate in Conſultorum numerum referatur. Benedict. XIV, *l. c.* ubi methodus præſcribitur in examine, & proſcriptione librorum ſervanda.

(*f*) Boehm *J. E. P. l. 5, tit. VII*, §. 71. Gabriel Putherbeus Turonicus anno 1549 Pariſiis edidit Theotimum, ſeu tres libros *de expurgandis malis libris* circa illa tempora ſcriptos, quibus de Indicibus prohibitoriis cogitatum fuit, quem in uſum etiam Theophilus Raynaudus *de bonis & malis libris* tractatum conſcripſit. Simili Inſtituto anno 1603, Ingolſtadii tractatum *de jure & more prohibendi, expurgandi, & abolendi libros hæreticos, & noxios* publicavit Jacobus Gretſerus, in quo contra Proteſtantes methodum hanc inveteratam, *improbandi lectionem librorum* tuetur. Addit deinde ſupplementum duplex, in quo tractatum prædictum ulterius ampliat, atque illuſtrat. Plures *Hiſtoriam Indicum librorum prohibitorum, & expurgatoriorum* ſcripſerunt,

Digitized by Google

QU. XXII.

Quid ſentis de Quarta Regula Indicis, (a) qua (b) ſacrorum librorum vernaculo ſermone editorum lectio prohibetur?

§. I. Recentiores heterodoxi, queis pulchrum eſt non ad divinam legem actiones ſuas caſtigare, ſed Dei legem ad ſuas cupiditates detor-

---

torunt, quam ſuccinte tradit Hadrianus Baillet *dans le jugéméns des Savans ſur les principaux ouvrages des auteurs* T. II. P. I, p. 43, *& ſequ.* Inter Proteſtantes enumerandi ſunt Daniel Francus, Jonas Conradus Schrammius, Huſſus, Bartholomeus Germonius, Recbembergius, & Morophius, aliique.

(a) Regulæ Indicis ſacroſanctæ Synodi Tridentinæ juſſu editæ.

Prima. Libri omnes, qui ante annum 1525 aut Summi Pontifices, aut Concilia œcumenica damnarunt, & in hoc Indice non ſunt, eodem modo damnati eſſe cenſeantur, ſicut olim damnati fuerunt.

Secunda. Hæreſiarcharum libri prorſus omnes omnino probibentur, hæreticorum autem ii tantum, qui de Religione tractant.

Tertia. Verſiones Novi Teſtamenti ab auctoribus I Claſſis hujus Indicis factæ nemini concedantur.

Quarta. Sacra Biblia vulgari ſermone edita prohibetur, ſublata per Clementem VIII Epiſcopis, Inquiſitoribus &c. facultate concedendi licentiam legendi, vel retinendi Biblia vulgaria.

Quinta. Libri illi, qui hæreticorum Auctorum opera interdum prodeunt, in quibus nulla, aut pauca de ſuo apponunt, ſed aliorum dicta colligunt, cujuſmodi ſunt Lexica, &c. ſi quæ babeant admixta, quæ expurgatione indigeant, illis ſublatis, & emendatis permittantur.

Sexta. Libri vulgari idiomate de controverſiis inter Catbolicos, & hæreticos noſtri temporis diſſerentes non paſſim permittantur, ſed idem de iis ſervetur, quod de Bibliis vulgaribus ſtatutum eſt.

Septima. Libri res laſcivas, ſeu obſcœnas ex profeſſo tractantes, narrantes, aut docentes omnino prohibentur; antiqui vero ab Ethnicis conſcripti, propter ſermonis elegantiam, & proprietatem permittuntur; nulla tamen ratione pueris prælegendi erunt.

Octava. Libri quorum argumentum præcipuum bonum eſt, in quibus tamen mali aliquid admixtum eſt, nonniſi emendati concedantur.

Nona. Libri omnes Aſtrologiæ, Divinationum, Sortilegiorum &c. prorſus rejiciuntur; & contra legentes, ſeu retinentes hos libros procedi poteſt non modo per ipſos Epiſcopos, & Ordinarios, ſed etiam per Inquiſitores locorum ex Conſt. Sixti V, an. 1585, nonis Februarii.

Decima. In librorum, aliarumque Scripturarum impreſſione ſervetur, quod in Concilio Lateranenſi ſub Leone X, *ſeſs.* 10 factum eſt. Quare ſi Romæ liber aliquis ſit imprimendus, per Vicarium Summi Pontificis, & ſacri Palatii Magiſtrum, vel perſonam a Papa deputandam prius examinetur. In aliis vero locis ad Epiſcopum, vel alium habentem ſcientiam libri ſcripti imprimendi ab eodem deputandum, ac Inquiſitorem hæreticæ pravitatis ejus approbatio, & examen pertineat. Quod ſtatutum eſt de editione librorum, idem dicendum etiam de manuſcriptorum vulgatione, atque de iis qui tranſmittunt libros a ſe compoſitos alibi imprimendos; nimirum prohibitum id eſſe ſine expreſſa approbatione uti ſupra.

(b) Aquil. *Dizion. Portat.* V. *Biblia* dal Greco *βιβλος* ſignifica *libro*. Queſto è il nome, che i Criſtiani danno alla collezione de' libri ſacri ſcritti per Iſpirazione

 dello

Digitized by Google

torquere, nihil minus pati poſſunt, quam Eccleſiæ tribunal, ad cujus ſeveram trutinam ſacrarum litterarum interpretationes exigantur; ad eam-

dello Spirito Santo. La Biblia ſi divide generalmente in due parti, cioè l'antico, e il nuovo Teſtamento. L'antico comprende i libri, che ſono ſtati ſcritti prima della naſcita di Gesù Criſto: e che contengono oltre la legge, e la Storia de' Giudei, le Predizioni de' Profeti in ordine al Meſſia, e diverſi trattati di Morale. Il nuovo Teſtamento contiene i libri ſcritti dopo la morte di Gesù Criſto da' ſuoi Apoſtoli, o Diſcepoli. Seguendo la Deciſione del Concilio di Trento i libri dell'antico Teſtamento ſono i cinque libri di Mosè chiamati Pentateuco; il libro di Gioſuè, de' Giudici, di Ruth; i quattro de' Re, i due de' Paralipomeni; il primo, e ſecondo di Eſdra; i Libri di Tobia, di Giuditta, di Eſter, di Giob; i cento cinquanta Salmi di Davidde; i Proverbj, l'Eccleſiaſte, il Cantico de' Cantici, la Sapienza, l'Eccleſiaſtico, Iſaia, Geremia, Baruch, Ezechiele, Daniele, i dodici Profeti minori, e i due libri de' Maccabei, che fanno in tutto quarantacinque libri. Molti di queſti ſono ſtati ricevuti come ſagri, e Canonici da Giudei, e da tutti gli antichi Criſtiani, ma ve ne ſono alcuni, che i Giudei non ammettono nel loro Canone, e che ſulle prime non ſono ſtati riconoſciuti Canonici in alcune Chieſe Criſtiane; ma che dopo ſono ſtati poſti dalla Chieſa nel Canone de' libri ſagri. Queſti ſono i libri di Tobia, di Giuditta, della Sapienza, dell' Eccleſiaſtico, e i due libri de' Maccabei. Alcuni ſimilmente hanno dubitato dell' autenticità de' libri di Baruch, e d' Eſter. Tutti queſti libri ſono ſtati ſcritti in lingua Ebraica, ad eccezion di quelli, che i Giudei non riconoſcono. Gli antichi caratteri erano i Samaritani; ma dopo la cattività ſi fece uſo de' nuovi caratteri Caldaici. I Libri ſagri del nuovo Teſtamento ſono: I quattro Vangeli, gli Atti degli Apoſtoli, le 14 lettere di S. Paolo, l'Epiſtola di S. Giacomo; le due di S. Pietro, le 3 di S. Giovanni, una di S. Giuda, e l'Apocaliſſe. Tutti queſti libri ſono ſtati ſcritti in Greco a riſerva del Vangelo di S. Matteo, e dell'epiſtola agli Ebrei, che credonſi eſſere ſtati ſcritti in lingua Ebraica, e poco dopo tradotti nel Greco. Gli eſemplari della Biblia eſſendoſi grandemente moltiplicati ſia per rapporto a teſti originali, ſia per ordine alle Verſioni, che ſi ſon fatte nella maggior parte delle lingue morte, o viventi; queſta diviſione è la più comoda per darne una idea netta, e preciſa al leggitore. Si diſtinguono dunque le Biblie ſecondo la lingua, nella quale eſſe ſono ſcritte, in Ebraiche, Greche, Latine, Caldaiche, Siriache, Arabe ec, e quelle che ſono nella lingua vernacola, oſſia volgare.

Biblie Ebraiche. Elleno ſono o manoſcritte, o ſtampate. Le più antiche manoſcritte non paſſano 700 anni. Le migliori ſono quelle, che vengono da Giudei Spagnoli; eſſendo meno eſatte le ſcritte dagli Alemanni, ſebbene ſiano in maggior numero. Le prime ſi conoſcono per la beltà de' loro caratteri quadrati. Ve ne ſono molte di queſta ſpecie nella Biblioteca Vaticana di Roma, Medicea di Firenze, del Re di Francia, e di Baviera. Le più antiche Biblie Ebraiche ſtampate ſono quelle, che ſono ſtate pubblicate da' Giudei d' Italia, ed in particolare quella di Peſaro, e di Breſcia. Nel 1548 Daniele Bomberg ne impreſſe una a Vinegia, che paſſa per la migliore, e più perfetta. Quelle di Roberto Stefano ſono ſtimate per la beltà de' caratteri.

Biblie Greche. Ve n'è un gran numero di Edizioni, che ſi poſsono ridurre a quattro claſſi: I, quella di Compluto, o d' Alcalà, che comparve nel 1515 per ordine del Cardinal Ximenes, fu inſerita nella Biblia Poliglotta d' Anverſa, in quella di Parigi, e in quella di Vatablo. La ſeconda è quella di Vinegia, che comparve nel 1518; e ch'è ſtata riſtampata molte volte da Proteſtanti di Alemagna. La terza è quella di Roma nel 1587, tirata da un antico eſemplare, ch'è nella Biblioteca Vaticana. Queſta Biblia fu riſtampata a Parigi dal P. Morino dell' Oratorio nel 1628. Finalmente la quarta Biblia Greca è quella ſtampata in Oxford da un eſemplare antichiſſimo conoſciuto ſotto il nome di manoſcritto d' Aleſſandria.

Biblie Latine. Si poſſono tutte ridurre a tre

Digitized by Google

eamque impudentiam dilabuntur, ut uniuſcujuſque libidinem ſacrarum litte-
rarum

---

tre claſſi. I, L' antica Volgata, chiamata ancora *Itala*, tradotta dal Greco de' Settanta. II, La volgata moderna, di cui la maggior parte è tradotta dal teſto Ebreo. III, Le nuove verſioni latine fatte ſull' Ebreo nel ſediceſimo Secolo. Dell' antica volgata, di cui ſi ſerviva la primitiva Chieſa non vi è reſtato, che il Salterio, il libro della Sapienza, dell' Eccleſiaſte, ed alcuni frammenti ſparſi negli Scritti de' Padri. La Volgata moderna formata dall' antica Volgata, e dalla Verſione di S. Girolamo, è ſtata ricevuta dal Concilio di Trento, il quale nella *Seſs. IV*, *c.* 1, ha definito ch' ella ſola abbia corſo in tutta la Chieſa Latina. Ella ha avuto molte edizioni, tra le quali ſi diſtingue quella di Roberto Stefano, e quella di Plantino fatte dopo le correzioni di Clemente VIII. Le nuove Verſioni fatte da due Secoli in qua ſono in gran numero.

Biblie Orientali. Si può mettere alla teſta la Verſione Samaritana, la quale non ammette altri libri della Scrittura, che i cinque ſoli di Mosè, cioè il Pentateuco. Queſta Verſione ſi è fatta ſul teſto Ebreo Samaritano, un poco differente dal teſto Ebreo de' Giudei, e in una lingua, ch' è a un di preſſo la medeſima, che la Caldaica. Il P. Morino è il primo, che ha fatto imprimere queſto Pentateuco Ebreo de' Samaritani colla Verſione. L' uno, e l' altro ſi trovano nelle Poliglotte di Walton, e di Parigi.

Biblie Caldaiche. Queſte ſono ſemplicemente Gloſe, o eſpoſizioni, che i Giudei fecero, quando parlavano nella lingua Caldaica. Si chiamano ancora *Parafraſi*, o *Targum*. Queſte Parafraſi per lo più zeppe di favole ſi trovano nelle Poliglotte.

Biblie Siriache. Vi ſono due ſpecie di Verſioni Siriache del vecchio Teſtamento. La prima fatta ſul Greco de' Settanta, che non è ſtata mai ſtampata: l' altra fatta ſull' Ebreo è ſtata impreſſa per la prima volta nella gran Biblia di Lejay, ed in ſeguito nella Poliglotta d' Inghilterra. Ella è in uſo preſſo i Criſtiani d' Oriente, che praticano il rito Siriaco. In rapporto del Nuovo Teſtamento Siriaco ſi crede tradotto dal Greco, e comparve nell' anno 1562 per la cura di Alberto Vidmanſtadio, che la fece imprimere a Vienna con belliſſimi caratteri Siriaci.

Biblie Arabe. Vi è un gran numero di Biblie Arabe, delle quali altre ſono ad uſo de' Giudei ne' Paeſi, dov' eſſi parlano la lingua Araba; le altre ad uſo de' Criſtiani del Levante, che parlano queſto linguaggio. Le prime ſono tutte ſtate fatte ſull' Ebreo, le altre ſu di altre Verſioni. La traduzione Araba di tutta la Scrittura ſi trova nelle Poliglotte di Parigi, e di Londra.

Biblie Coptiche. Queſte ſono le Biblie de' Criſtiani d' Egitto, che ſi chiamano Cophti, o Copti, e che ſono ſcritte nell' antico linguaggio di detto Paeſe. Non v' è nulla ſtampato di dette Verſioni fino al preſente; ma ſi trovano però de' Manoſcritti nelle grandi Biblioteche, e particolarmente in quelle del Vaticano. L' antica lingua Copta non eſſendo più inteſa da' Copti medeſimi, eſſi leggono la Scrittura in una Verſione Araba.

Biblie Etiopiche. Gli Etiopi hanno ancor tradotte alcune parti della Scrittura nella loro lingua, che ſono ſtate impreſſe ſeparatamente; poi raccolte nella Poliglotta d' Inghilterra. Queſta Verſione è ſtata fatta ſul Greco de' Settanta.

Biblie Armeniane. V' è un' antichiſſima Verſione Armeniana di tutta la Bibbia, ch' è ſtata fatta dal Greco de' Settanta, da taluni Dottori di queſta nazione nel tempo di S. Gio: Criſoſtomo. Ella fu ſtampata intieramente in Amſterdam in 4 nel 1664 per le cure di Oſchan uno de' loro Prelati.

Biblie Perſiane. Gli antichi Padri fanno menzione d' una Verſione della Scrittura in lingua Perſiana, ma oggi non ve n' è veſtigio. Il Pentateuco Perſiano impreſſo nella Poliglotta di Londra è opera di Rabi-Jacob, Giudeo Perſiano: nella medeſima Poliglotta ſi trovano i quattro Evangeli in lingua Perſiana.

Biblie Gotiche. D' un' antichiſſima Verſione della Bibbia intiera ad eccezione de' libri de' Re fatta da Gulfilo Veſcovo de' Gotti nel quarto Secolo non abbiamo altro, che i quattro Evangeli, che furono impreſſi in 4 a Dordrecht nel 1665 dopo un antichiſſimo manoſcritto.

Bi-

rarum interpretem, Arbitram, ſupremumque Judicem conſtituant. Hæc ſane

Biblie Moſcovite. La Biblia Moſcovita è una Biblia intiera nella lingua Schiavonica, di cui la Moſcovita è un Dialetto: ella è tradotta dal Greco.

Biblie Italiane. Siſto Seneſe *l. IV Biblioт.* ed Antonio Poſſevino fanno menzione d'una Biblia Italiana fatta da Giacomo Voragine nel 1270. Ci fa nulladimeno dubitare lo ſteſſo Voragine, il quale nella Storia ſua di Genova numerando le Opere da ſe fatte all'anno 1272, non fa veruna parola di tal Verſione; anzi non ſi trova in alcuna Biblioteca d'Italia eſemplare col nome di Giacomo Voragine. La prima Verſione Italiana, che uſcì alla luce per opera de' Cattolici fu quella dal Latino traſportata nell'Italiano di Nicola Malermio Monaco Benedittino Camaldoleſe, e che fu ſtampata in Vinegia nel meſe d'Agoſto dell'anno 1471. Del medeſimo Autore un'altra Edizione ne comparve nel meſe di Ottobre del medeſimo anno, diſſimile alla prima nel vecchio Teſtamento, e ſimiliſſima nel nuovo, ſenza però il nome del luogo, e dello Stampatore. La Biblia di Nicola Malermio è ſtata più volte riſtampata nell'Italia. Un' altra Verſione Italiana del vecchio, e nuovo Teſtamento dall'Ebreo, e dal Greco fece Antonio Bruccioli, e che ſtampò in Venezia nel 1532. Ella è meſſa nel numero de' libri proibiti dal Concilio di Trento: e di queſta Verſione ne fu impreſſo il nuovo Teſtamento nel 1530. Gregorio Leti per ordine di Siſto V diede fuori nel 1590 una Verſione Italiana di tutta la Scrittura: ma perchè Filippo II Re di Spagna, ed alcuni Cardinali ſi lamentarono di queſta Verſione, il medeſimo Pontefice ſi adoperò, perchè reſtaſſe ſoppreſſa. In oltre di queſta Verſione ſe ne conſervano alcuni eſemplari nelle Biblioteche del gran Duca di Toſcana, dell' Ambroſiana di Milano, e di Ginevra, come ſi riferiſce nella vita di Siſto V fatta dal detto Gregorio Leti. Il Padre Le Long tuttavolta ſtima eſſere tuttociò favoloſo, e che non mai Siſto V abbia data tal conceſſione a Gregorio Leti, e che mai non comparve alla luce tal Verſione. Giovanni Diodati prima nell'anno 1607, poi 1641, diede fuori una Italiana Verſione, nella quale ſi dimoſtra piuttoſto Parafraſte, che Interprete. Il nuovo Teſtamento diviſo dal vecchio fu impreſſo a Ginevra nel 1608. In Amſterdam, ed Harlem nel 1665, ed altre molte ne ſono ſtate fatte da Calviniſti, come ſi può leggere nella Biblioteca del P. Le Long.

Biblie Franceſi. Il numero delle Biblie Franceſi è sì grande, che noi non parleremo, che delle principali. La prima di cui ſi abbia una certa cognizione è quella di Pietro Valdeſe, che viveva nel Dodiceſimo Secolo. Quella de' Dottori di Lovanio apparve nel 1550, ed è ſtata ſpeſſo riſtampata in ſeguito. Renato Benedetto pubblicò in Parigi nel 1566 una Biblia Franceſe, che fu cenſurata dalla Facoltà de' Teologi. Quella del celebre Maeſtro Iſacco Sacy, che uſcì nel 1672, fu ricevuta con applauſo, ed ebbe un meraviglioſo ſucceſſo: ve ne ſono varie edizioni in differenti forme. Il nuovo Teſtamento è ſtato ſovente tradotto, e impreſſo a Parigi. Il P. Amelotte dell'Oratorio fece la traduzione per ordine di alcuni Prelati di Francia, e cominciò a comparire del 1666. Queſta traduzione non è propriamente, che quella di Mons sfigurata, alla quale il P. Amelotte fece alcuni piccioli cambiamenti. Queſt'ultima impreſſa in Amſterdam dagli Elzeviri nel 1665 apparve due anni dopo ſotto il titolo di Mons col privilegio del Re di Spagna, e la licenza del Veſcovo di Cambrai. Ella fu ricevuta con applauſo univerſale, ed ebbe quel ſucceſſo, che potevano ſperar coloro, che n'erano ſtati gli Autori. Se ne ſono fatte infinite Edizioni; e tutti quei, che hanno travagliato dopo ſul nuovo Teſtamento ſi ſono ſerviti di queſta Verſione; perchè la Traduzione del P. Queſnel, e quella d'Hurè, non ſono in quanto al fondo, che quella di Mons. Il Sig. Simonio pubblicò nel 1703 a Trevoux il ſuo nuovo Teſtamento, il quale fu condannato dal Cardinal di Noailles, e dal gran Boſſuet. Il celebre Ab. Fleury ha fatto ancora una Traduzione del nuovo Teſtamento, che non è ſtata impreſſa ancora.

I Proteſtanti hanno molte traduzioni della Biblia in volgare per loro uſo, come ancora i diverſi Popoli d'Europa. Noi non entriamo nel dettaglio di tutte queſte Biblie.

ne eſt illa Lernea Hydra, (c) ex qua ſequioribus hiſce ſæculis tot perverſarum Religionum capita pullularunt (Vid. ea quæ ait Coſta apud Valſecchi *T. 3, part. 3, c. 1, 2.*)

§. II. Obſcurarum ſententiarum interpretationibus valde finitimæ ſunt verborum de una in aliam linguam translationes, nec minus periculi a licentioribus ſacrarum litterarum Verſionibus, ac a liberioribus divinorum oraculorum interpretationibus ſibi impendere, jure formidat Eccleſia. Aquila, (an. 129) Symachus, Theodotion, (malo enim de antiquorum, quam de noſtrorum temporum Scriptoribus quæ ſequiora ſunt, loqui) ſacras litteras vertendo ex Hebraicis bonis Græcas fecere non bonas, & verbum verbo reddere ſubdole curando ita earum ſenſum inverterunt, ut eas legenti non amplius Chriſtiani ſapere, Judæi deſipere, ſed Judæi vere ſapere, Chriſtiani plane deſipere videantur.

§. III.

---

bie. Coloro chè vorranno iſtruirſi più a fondo, poſſono conſultare la Biblioteca ſacra del P. Le Long.

(c) Boſſuet. *Eſpoſiz. della Dottrina della Chieſa Cattol. c. 20.* Queſt' autorità ſuprema della Chieſa è così neceſſaria per regolar le differenze, che naſcono ſopra le materie di Fede, e ſopra il ſenſo delle Scritture, che gli ſteſſi Avverſarj, dopo averla ſcreditata come una Tirannia inſopportabile ſono ſtati finalmente obbligati di ſtabilirla fra loro. Quando quelli, che ſi chiamano indipendenti, dichiararono apertamente, che ciaſcun Fedele doveſſe ſegnir i lumi della ſua coſcienza ſenza ſottomettere il ſuo giudizio all' autorità di alcun Corpo, o di alcuna Aſſemblea Eccleſiaſtica, e che ſopra queſto fondamento ricuſarono ſottoporſi ai Sinodi, quello di Charenton tenuto nell' anno 1664 cenſurò tal dottrina per le medeſime ragioni, e inconvenienti, che inducon noi a rifiutarla. Queſto Sinodo primo nota, l' errore degl' indipendenti conſiſtere nell' inſegnare, *che ciaſcheduna Chieſa dee governarſi colle ſue proprie leggi ſenza alcuna dipendenza da chi che ſia in materie Eccleſiaſtiche, o ſenza obbligo di riconoſcere l' autorità de' colloquj, e de' Sinodi per ſuo governo, e condotta.* Appreſſo decide, che queſta Setta è *altrettanto pregiudiziale allo Stato, che alla Chieſa, che apre la porta ad ogni ſorta d' irregolarità, e di ſtravaganze; che leva tutti i mezzi di recarvi rimedio, e che s' ella aveſſe luogo, potrebbero formarſi altrettante Religioni, quante Parrocchie, o Aſſemblee particolari.* Queſt' ultime parole dimoſtrano; che in materia di Fede principalmente queſto Sinodo ha voluto ſtabilire la *dipendenza*, poichè il maggior inconveniente, ove egli nota, che i fedeli caderebbero per l' indipendenza, è che ſi potrebbero formare tante Religioni quante Parrocchie. Biſogna dunque neceſſariamente ſecondo la Dottrina di queſto Sinodo, che ciaſcheduna Chieſa, e molto più ciaſchedun particolare dipenda in ciò, che riguarda la fede, da un' autorità ſuperiore, che riſieda in qualche Adunanza, o in qualche Capo; alla quale autorità ſottoponga ogni fedele il ſuo giudizio. Imperocchè gl' Indipendenti non ricuſano di ſottometterſi alla parola di Dio, ſecondo che crederanno doverla intendere, nè di abbracciare le deciſioni de' Sinodi, quando eſaminate le troveranno ragionevoli. Quel che ricuſano di fare, è ſottoporre il loro giudizio a quello di un' Aſſemblea, avendo loro i noſtri Avverſarj inſegnato, che ogni Adunanza eziandio quella della Chieſa Univerſale è una compagnia di uomini ſoggetti a fallire, e alla quale per conſeguenza non dee ſottoporre il Criſtiano il ſuo giudizio, non dovendo tal ſoggezione, che a Dio ſolo. Da queſta pretenſione degl' Indipendenti procedono gl' inconvenienti notati dal Sinodo di Charenton. Imperciocchè per qualunque profeſſione, che ſi faccia di ſottometterſi alla parola di Dio, ciaſcheduno crede aver diritto d' interpretarla ſecondo il ſuo ſentimento, e contro a quello della Chieſa dichiarato per un final Giudizio: Tal pretenſione *aprirà la porta ad ogni ſorta di ſtravaganze, leverà tutti i modi di apportarvi rimedio*; poichè la deciſione della Chieſa non è rimedio a coloro, che non ſi credono tenuti a ſottoporviſi; finalmente

§. III. Huic igitur Lerneæ Hydræ jugulandæ, penituſque exſcindendæ quid præſentius, quam divinorum Myſteriorum interpretationibus licentiam omnem, ac libertatem præcidere, (*d*) atque ſacrorum eloquiorum vernaculas verſiones ſevera cuſtodia ſeptas tenere? (*e*) Quid mihi obſtrepis novi teſtamenti libros e Chriſtianorum manibus excutere perinde eſſe, ac Chriſto os obturare? Quid clamitas, prohibere Chriſtianos ab Chriſtianæ doctrinæ lectione nil aliud eſſe, quam filiis lucis uſuram lucis denegare? Quid denique obtundis, Evangelii lectionis interdictionem parum abeſſe ab anathemate, ſeu ab ipſa Eccleſiæ ademptione? (*f*) Quaſi vero lex Chriſti eſſet lex ſcripta, non tradita. (V. ſupra *in Proœm. qu. V.*) At quis neſcit, Chriſtum litteram ſcripſiſſe nullam, ſed doctrinam ſuam diſcipulis ſuis ore tradidiſſe, atque explicaſſe, ſuoſque Apoſtolos doctrinæ ſuæ non ſcriptores, ſed præcones eſſe juſſiſſe, proindeque Chriſtianos diſcipulos non lectores, ſed auditores. Tunc enim vero dicendum eſſet, Chriſto os obturari, filiis lucis uſuram lucis eripi, Chriſtianis Chriſti Eccleſiam adimi, ſi mutæ eſſent Paſtorum voces, elingues Catechiſtarum exhedræ, tacita concionatorum ora; at donec templa Epiſcoporum, Parochorum, ſacrorumque Miniſtrorum vocibus perſonabunt, e quibus evangelicam doctrinam, divinamque legem auribus excipere valeamus, nuſquam erit, cur ad ſecretiora noſtræ Religionis ſacraria nobis aditum minime patere, conqueri (*g*) jure poſſimus.

§. IV.

---

te darà ella campo *di formare tante Religioni non ſolamente*; *quante v' ha Parrocchie*, *ma quanti vi ha capi ancora*. Per fuggir queſt' inconvenienti, da quali ſeguirebbe la rovina della Chieſa e del Criſtianeſimo, il Sinodo di Charenton è obbligato di ſtabilire *una dipendenza nelle materie eccleſiaſtiche*, ed anche in materia di fede; ma queſta dipendenza non impedirà mai le perniziofe conſeguenze, che eſſi hanno voluto prevenire, ſe non ſi ſtabiliſce con noi queſta maſſima, che ciaſcheduna Chieſa particolare; e molto più ciaſchedun fedele particolare debba credere, eſſervi l'obbligazione di ſottoporre il proprio Giudizio all' autorità della Chieſa.

(d) Concilium Tridentinum *Seſs.* 4, *in Decreto de Editione*; *& uſu ſacrorum librorum*. Præterea ad coercenda petulantia ingenia decernit, ut nemo ſuæ prudentiæ innixus, in rebus fidei, ac morum, ad ædificationem Doctrinæ Chriſtianæ pertinentium Sacram Scripturam ad ſuos ſenſus contorquens contra eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu, & interpretatione Scripturarum Sanctarum; aut etiam contra unanimem conſenſum Patrum, ipſam Scripturam Sacram interpretari audeat, etiamſi hujuſmodi interpretationes nullo unquam tempore edendæ forent; qui contravenerint per Ordinarios declarentur, & pœnis a jure ſtatutis puniantur.

(e) Vide Regulam IV Indicis librorum prohibitorum.

(f) Propoſitiones Paſchaſii Queſnelii damnatæ a Clemente XI die 3 Septembris 1713 Conſt. *Unigenitus* Prop. 84. Abripere e Chriſtianorum manibus novum Teſtamentum, ſeu eis illud clauſum tenere auferendo eis modum illud intelligendi, eſt illis Chriſti os obturare. Prop. 85. Interdicere Chriſtianis lectionem ſacræ Scripturæ, præſertim Evangelii, eſt interdicere uſum luminis filiis lucis, & facere ut patiantur ſpeciem quamdam Excommunicationis.

(g) Boehm. *J. E. P. l.* 5, *t.* 7, §. 80. Præterea quoque libri alicujus innoxii lectio coarctari, & reſtringi poteſt, non quod liber condemnatus, aut proſcriptus exiſtimandus ſit, ſed ob rationem *arcani*, quæ non admittit, ut emittatur in vulgus, quem ratio *ſtatus publici*, vel alia occultandum exiſtimat. Hoc vero modo contingit, ut de libro non ſumatur ſupplicium, nec is flammis conſummatur, nec reprobetur, quin potius inter *Sancta Cimelia* habeatur, lectio ejus tamen promiſcua aliunde coarctetur.

Apud

§. IV. Quid? Primis Eccleſiæ temporibus, anteqnam ullum Evangelium ſcriptum fuiſſet, filii lucis numquid uſura lucis caruerunt? Conſtat enim, Matthæum nonniſi octo poſt Chriſti ad Cœlos adſcenſum annos Evangelium ſuum in uſum Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Hebraico ſermone ſcripſiſſe, & tamen primævi Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Chriſtiani per octo hoſce annos eam Chriſtianæ Religionis formam moribus ſuis expreſſerunt, quæ cunctis poſtea Chriſtianis exemplo, omnibus ætatibus, ſæculiſque admirationi fuit, eſtque, futuraque impoſterum erit; tantaque prima illius Eccleſiæ initia extiterunt, quibus nil majus conſequentes anni afferre potuerunt. Marcum autem, Lucam, Joannem ad annos Chriſti 45, 56, 95, Evangeliorum ſuorum ſcriptionem diſtuliſſe tradunt eruditi. (*h*) Interea temporis Chriſtiani una

---

Apud Romanos olim *carmina Sibyllæ* capitolio aſſetvata *inter arcana* Reipublicæ relata fuerunt, magnaque præcautio adhibita, ne alii ea inſpicerent, legerentque, quam qui ad cuſtodiam horum librorum conſtituti, eorumque *Inſpectioni* præpoſiti fuerunt. *Auguſtus* ſuo tempore, teſta Suetonio *in ejus vita, c.* 31, fatidicorum libris crematis *ſolos retinuit Sibyllinos, condiditque duobus forulis auratis ſub Palatini Apollinis baſi*, ut in arcano haberentur, ne ſeditioſis hominibus aliquid ex publica re innovandi, aut perperam intellecti, majora concupiſcendi occaſionem præberent, prout ex antiquorum Romanorum diſciplina judicat Samuel Pitiſcus *in notis ad c. l.* Quid? Quod ſub Regibus capitalis pœna dicta fuerit cuſtodibus, qui aliis *deſcribendi*, & *legendi* libros hos copiam præberant. Etenim ut ait Valerius Maximus *l.* 1, *c.* 1, §. 13, *Tarquinius Rex Marcum Tullium Duumvirum, quod librum ſecreta civilium ſacrorum continentem, cuſtodiæ ſuæ commiſſum, corruptus Petronio Sabino deſcribendum dediſſet, culeo inſutum mari abjici juſſit*. Præterea Dio *l.* 4, *p.* 532, refert, Auguſtum Imperatorem juſſiſſe, carmina Sibyllina vetuſtate jam detrita a Sacerdotibus ſua manu deſcribi, *ne quiſquam alius ea legeret*. Plura autem Sibyllarum carmina fuiſſe, & in vulgus quædam manaſſe probe obſervat Fabricius *tom.* 1 *Biblioth. Græc. l.* 1, *c.* 33, §. 17, *pag.* 225. Non quævis enim occultabant, ſed tantum *Sibyllæ Cumanæ*, cujus libri, ait Lactantius *l.* 1, *c.* 6, *a Romanis occuluntur, nec eos ab ullo niſi a quindecemviris inſpici fas habent*. De aliis populis, qui itidem ſua myſteria habuerunt, non divulganda in vulgus nihil addam, quippe quæ me nimis a ſcopo avocant. Paucis tamen, & quaſi in tranſcurſu obſervo, fuiſſe etiam in primitiva Eccleſia quandam *Arcani* diſciplinam, a cujus notitia, & lectione *catechumeni* arcebantur, ut oſtendit Teuzelius *de diſciplina Arcani*. Quin etiam Judæos arcana hujuſmodi occultaſſe cum aliis Gentilibus obſervat Pfaffius *in primitiis Tubig. part. poſt. p.* 146, *ſeq.*, quamvis Chriſtianis peculiares rationes fuerint, non quævis dogmata majora, & graviora illis mox tradendi, qui adhuc lacte alendi erant, quæ in aliis Religionibus non eundem ſcopum habuerunt. Adſtrictior poſtea, quamvis minime probanda, diſciplina Arcani introducta fuit in Eccleſia Romana, qua etiam laicis ſacrarum litterarum lectio *in vulgari idiomate* interdicta fuit, quam ſanctionem Romanæ Eccleſiæ nonnulli ex more antiquo occultandi carmina Sibyllæ Cumanæ lepido prorſus argumento legitimare ſtuduerunt, ut obſervat Fabricius *V. CL. c. l. p.* 226. (Hæc Boehmerus, ſed falſo omnino. Nam ratio, ob quam ab Eccleſia Romana prohibetur lectio Sacrarum Litterarum in vulgari Idiomate non eſt diſciplina *Arcani*. Nam nullum eſt *Arcanum* in Sacra Scriptura, quod a ſacris Paſtoribus Populo, plebique non tradatur, atque explicetur. Alia prorſus ratio aſt hujuſce prohibitionis, uti nos oſtendimus.)

Jus Pontificium.

(h) Juxta autem Codicem MSS. Bibliothecæ Regis Galliarum Evangelium D. Matthæi ſcriptum an. 41, Marci an. 43, Lucæ an. 48, Joannis an 63.

Moshemius *l. c. Sæc. I, p.* 2, *c.* 2, §. 16. De tempore, quo libri novi fœderis in unum corpus collecti ſunt, hujuſque negotii auctoribus variæ eruditorum ſententiæ,

una certe ſuorum Paſtorum Prædicatione contenti fuerunt, (*i*) hacque una ad eam evangelicæ ſanctitatis perfectionem graſſati ſunt, ad quam utinam enixi eſſent, eniterenturque ii, qui poſt Evangelii ſcriptionem, innumeraſque ejus Verſiones in lucem ſuſcepti ſunt. Omnino. Lex Chriſti non eſt lex ſcripta, ſed eſt lex tradita; illudque fuit divini Legislatoris conſilium, ac mens, ut ea non legendo, ſed audiendo diſceretur, non oculis, ſed auribus hauriretur, non ex librorum ſcriptis, ſed ex præconum vocibus arriperetur.

§. V. At cur Chriſti lex ab ipſis Apoſtolis divino numine inſtinctis ſcripta eſſet, ſi ejus lectio neceſſaria non fuiſſet? Chriſti lex, atque doctrina divino afflante ſpiritu litteris commendata fuit, ut ſcriptura non auditorum, ſed doctorum uſui inſerviret, non ut diſcipulorum, ſed magiſtrorum manibus tereretur, denique non ut ovium, quæ paſtores audire, ſed ut Paſtorum, qui oves verbo paſcere debent, vocem adjutaret.

Quod ſane vel ex eo intelligi facile poteſt, quod Sacri Scriptores non omnigenam linguam, quemadmodum ad prædicandum, ita etiam ad ſcribendum attulerint, ſed in ſcribenda Chriſti doctrina non alio ſermone uſi ſint, quam qui eorum proprius erat; neque unquam Dei miraculo factum eſt, ut quæ ab Evangelii Scriptoribus ſcripta fuerunt, ea ab omnibus licet nulla linguæ ſocietate conjunctis intelligerentur, quemadmodum effectum fuit, ut ea quæ ab Evangelii Præconibus prædicabantur, ab cunctis omni etiam linguarum communione diviſis perciperentur. (Vide quæ ſuperius diximus in *qu. III*, ubi conſule not. (*i*)) Cur hoc? Quod ſacri ſcriptores Evangelium ſcriberent Eccleſiæ Præſidum gratia, quibus ſacrarum ſcientiarum, linguarumque ſtudium præceptum eſt, ſacri autem Præcones Evangelium rudi, ignaroque populo, plebique prædicarent.

§. VI. Sed a Sacris Scriptoribus ad eorum interpretes deſcendamus. Serius, quam vulgo fertur, (*k*) Sacra Scri-

---

aut conjecturæ potius circumferuntur. Magnis enim, vixque hodie explicandis difficultatibus hæc quæſtio undique cingitur. (Vid. Jo. Ens *Bibliotheca S.*, ſeu *Diatriba de librorum N. T. Canone*, Amſtelodami 1710; Jo. Millius *Prolegom. ad Nov. Teſt. Sect.* 1, *p.* 23.) Verum ſcire nos ſatis eſt, antequam dimidia pars ſecundi Sæculi effluxit, plurimos librorum, ex quibus Novum Teſtamentum conſtat, in omnibus Chriſtianorum cœtibus per Univerſum terrarum orbem diſperſis lectos, & pro fidei, morumque divina regula fuiſſe receptos. Hinc enim efficitur, aut ipſis quibuſdam Apoſtolis adhuc viventibus, aut certe diſcipulis, & ſucceſſoribus eorum ubique degentibus, libros iſtos a cæteris ſcriptis humanis ſtudioſe fuiſſe ſegregatos. (Jo. Fricxius *de cura veter. Eccleſiæ circa Can. c.* 3, *p.* 86.) Quatuor quæ vocantur Evangelia, vivente adhuc S. Ioanne collecta, & tria priora a divino hoc viro approbata eſſe, novimus Euſebio Auctore (*Hiſt. Eccl. l. III*, *c.* 24.): quidni eodem tempore reliquos etiam novi Teſtamenti libros coagmentatos eſſe conjicimus?

(i) S. Irenæus teſtatur (*l.* 3, *c.* 3.) ſuis temporibus, h. e. ineunte Sæculo III, plures Eccleſias extitiſſe, quæ Chriſti fidem profitebantur, nec ullum ſacrarum Scripturarum, Evangeliorumque Codicem habebant, eorumque fides una Traditionis ope alebatur, atque florebat.

(k) Moshemius *Inſtit. Eccl. Hiſt. Sæc. II*, *p.* 1, *c.* 1, § 6. Tam celerem Religionis ſanctiſſimæ propagationem Doctores hujus ætatis præpotenti Dei voluntati, virtuti divinæ voluntatis, miraculis denique, ac

Scriptura in latinum ſermonem translata fuit, & licet fides Chriſtiana primo Eccleſiæ Sæculo ab Apoſtolis Petro, & Paulo, eorumque diſcipulis in Latium illata fuerit, (*l*) tamen nonniſi poſt Sæculum III Sacra Scriptura latii jure donata fuit. Nam nec ſtilus latinarum Verſionum, earumve fragmentorum, quæ nobis ſuperſunt, ætatem Hieronymo (an. 378.) aut Hilario (an. 354.) multo antiquiorem olet, nec Patres Auguſtino (an. 396. *l.* 2 *de Doct. Chriſtiana*, *c.* 2.) vetuſtiores earum meminerunt; nec vero fuit, cur antea ſacræ litteræ latine verterentur. Nam quamdiu lingua Græca a litteratis hominibus, cujuſmodi erant Eccleſiæ Antiſtites, in Occidente diſcebatur, neceſſe minime erat, ut Evangelica doctrina latinis litteris illuſtraretur, cum ab Eccleſiaſticis Paſtoribus patrio, popularique ſermone eam prædicantibus Populi poſſent auribus illam excipere, ac melius pleniuſque ebibere. Verum poſtquam Græcæ linguæ ſtudium in hiſce noſtris Regionibus jam conſenuiſſet, paucique admodum eſſent etiam ex Eccleſiaſtico ordine Viri, qui litteras Græcas noſſent, tunc Sacra Scriptura latinitate adaucta fuit,

---

ac prodigiis Chriſtianorum, unice fere tribuunt. At nec tamen humana conſilia, & pia ſtudia prorſus ab hoc negotio excludi debent. Multum ſine dubio profuit ad illud diligentia piorum hominum, Scripta legatorum Jeſu Chriſti, quæ uno comprehenſa volumine jam erant, commendandi, & in manus populi tradendi. Non omnes quidem populi gnari erant ſermonis, quo hi libri divini exarati ſunt: at horum ignorantiæ interpretes mature ſubveniebant. Multi *ſtatim* Auguſtino teſte *l.* 2 *de doctrin. Chriſtian.* latinas converſiones moliebantur, quod Romani ſermonis uſus latiſſime pateret; ex quibus una, quæ *Italica* vocatur, cæteris præferebatur. Latinam verſionem ſacri Codicis Syriaca, Egyptiaca, Ethiopica, & aliæ conſequutæ ſunt. Verum tempus harum Interpretationum accurate conſtitui non poteſt. Falſo hæc a Moshemio dici, Moshemio vel Judice vincam. Is enim *l.* 1, *p.* 2, *c.* 2, §. 5, ait: *Latinis litteris vix aliquis Religionem Chriſtianam illuſtravit, præter Tertullianum* ann. 192, nec ullum ſcriptorem Auguſtino antiquiorem nominare poteſt, qui latinarum Verſionum, atque *Italicæ* meminerint. Fatetur ipſe Moshemius *l.* 1, Irenæum Lugdunenſem in Gallia antiſtitem Græce ſcripſiſſe, *cujus contra hæreſes libri ex Græco latine converſi tantum ſuperſunt illuſtre antiquitatis monumentum.* Cum igitur nec Cyprianus, nec Tertullianus, nec alii ſcriptores trium primorum Sæculorum ullam injiciant mentionem S. librorum latine redditorum, probabile eſt, Verſionem, quæ *Italica* dicta fuit, aliaſque latinas Verſiones, vel exeunte Sæculo III, vel Sæculo IV, adornatas fuiſſe. Ut ſuam ſententiam confirmaret Moshemius, nimirum ſtatim ſub exordium naſcentis Eccleſiæ ſacros libros in manus populi traditos fuiſſe, in medium proferre debebat Auctores ipſos, qui in latinam, aliaſque linguas Sacram Scripturam converterunt, remque totam virorum teſtimonio comprobare.

(l) Selvag. *Antiq. Chriſtian. Inſt. l.* 1, *c.* 5, §. 4. Nemo unquam dubitavit, immo veteres concordi videntur ſententia docuiſſe; uti reliquis Apoſtolis vel Perſiam, vel Achajam, vel Aſiam, vel Indiam &c. ita S. Petro Occidentis regiones Evangelica luce illuſtrandas contigiſſe; cui Apoſtolatui S. Paulus comes, & adjutor divinitus datus fuit. Atqui hanc Spartam, quam S. Petrus cœlitus nactus eſt, quinam pro merito ornaſſet, ſi Romæ mœnia nunquam tranſgreſſus eſſet, & non Italiæ ſaltem Regiones Roma haud longe diſſitas evangelica prædicatione illuſtraſſet? . . . . Præterea ſicut antiqui eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ſcriptores contenti dixiſſe, Petrum Antiochiæ primum ſediſſe, quæ totius Orientis Metropolis erat (Hieronym. *l. cont. Joan. Hieroſol.*) nil de Petri prædicatione addiderunt, in provinciis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ, quas adeo certum eſt ipſum Chriſti Evangelium prædicando peragraſſe, ut & ad illas epiſtolas miſerit Apoſtolus;

fuit, (*m*) non ea quidem latinitate, quæ plebeculæ, populoque uſitata, ſed ea, quæ a doctrinarum ſtudioſis viris colebatur, ut proinde veriſſime dici poſſit, ac debeat, Sacram Scripturam non in Chriſtianæ plebis, ſed in Eccleſiaſticorum miniſtrorum uſum ſemper fuiſse adornatam.

§. VII. Quam porro futilitatis, levitatis, inanitatiſque pleniſſimæ ſunt eæ voces, quæ a Proteſtantibus (Vid. Bing. *O. E. l.* 13, *c.* 4.) & a Proteſtantium ſimiolis jactantur; (*n*) nimirum primis Eccleſiæ Sæculis ſacras Lectiones, preceſque publicas ſermone plebi uſitatiore fieri ſolitas fuiſſe, Græcis Orientales, Latinis Occidentales Eccleſias canticis perſonuiſſe? Quis hæc tam indigeſta, atque inter ſe pugnantia unquam concoquat? Hem! fac etiam primo Eccleſiæ Sæculo ſacras litteras latine loquutas eſſe, latiniſque vocibus divinas laudes perſolviſſe. Quid tum? Num latina lingua tunc temporis

ita quoque contemi indicaſſe, Petrum Romam veniſſe, Romæque ſediſſe, quæ ut totius Imperii; ita præcipue Occidentis, & præſertim Italiæ erat Metropolis, cætera ſapientibus relinquebant lectoribus facili negotio intelligenda..... Non ut Romanam igitur peculiarem Eccleſiam tantummodo fundarent, in Italiam venerunt Apoſtolorum coryphæi Petrus & Paulus, ſed ut per Italicas quoque Civitates Ciſtiberinas, & Tranſtiberinas, Ciſpadanas, & Tranſpadanas excurrentes, in iis, quod in aliis terræ partibus perfecerant, & populos Chriſtianam Religionem edocerent, & Miniſtros, ſine quibus firma ſtare, & incrementum capere Chriſtiana Religio non poteſt, opportune ordinarent.

(*m*) Andres, *dell' origine, e progreſſi d' ogni letteratura T.* 2, *c. XI.* Per quanto uſato foſſe da tutte le provincie ne' familiari diſcorſi il volgare Idioma, negli Scritti però non era per anche in neſſuno introdotto. Si parlava privatamente l' Italiano, il Tedeſco, il Franceſe, lo Spagnuolo linguaggio; ma nel pubblico, e negli Scritti non adoperavaſi che il latino. Latine erano le prediche, e le Iſtruzioni fatte da Veſcovi nelle Chieſe, benchè poi alle volte per metterle a portata del popolo ſpiegate foſſero nella lingua volgare più intelligibile. Latine erano le lettere; e ancora ſcrivendo alle donne, ed a Perſone affatto prive dell' intelligenza del latino non ſi ſapeva far uſo d' una lingua ad eſſe comune. Latini erano i verſi, quali piuttoſto che abbandonare l' antico idioma rinunziavano ad ogni vezzo, e ad ogni buon guſto di Poeſia. Ogni ſorta di Scritti in ſomma, di qualunque argomento, di qualunque materia ſi foſſe, tutto ſi ſponeva in latino. Sarebbe ſtato un avvilirſi per lo Scrittore, e un rendere abietta, e diſprezzabile la ſua Opera il darla al Pubblico nel linguaggio uſato dal volgo. E ſe la concordia, o Tranſazione fra Carlo il Calvo, e Lodovico di Germania fu fatta in Tedeſco, e in Franceſe, ciò fu contra ogni uſo e coſtume, perchè ardentemente bramavaſi, che inteſa foſſe da tutto il Popolo ivi preſente.

Juveninus *Diſs.* 5, *q.* 8, *c.* 7, *De Euchar. Sacram.* Lingua latina, qua Sacerdotes inter ſacrificandum ſemper in Occidente uſi ſunt, nec Francis, nec Germanis, nec Polonis, nec reliquo Eccleſiæ Populo paſſim, ac promiſcue cognita fuit: & tamen id ex veteribus nemo per tot ſæcula praxim illam Majoribus noſtris crimini vertit. Cuique exploratum eſt, Græcum, & Chaldaicum, quæ in Liturgiis leguntur, prorſus ignota eſſe populis Orientalibus, qui Græco vulgari, & Arabico paſſim loquuntur; ejuſmodi tamen populorum imperitiæ nullam hactenus Græci rationem habuere.

(*n*) Paſchaſius Queſnellus *Propoſ.* 86. Eripere ſimplici populo hoc ſolatium jungendi vocem ſuam voci totius Eccleſiæ eſt uſus contrarius praxi Apoſtolicæ, & intentioni Dei.

Fleury *Diſcours Eccleſiaſtique ſecond*, §. 13. On faiſoit par tout les lectures, & les prieres publiques dans la langue la plus commune du pais; c' eſt-a dire le latin dans tout

ris omnium Occidentis Regionum communis erat, atque (*o*) vulgaris? Negat certe Marcus Tullius Cicero, qui non multo ante Chriſtianam æram floruit, (an. 41.) cujus hæc ſunt verba: *Græca leguntur in omnibus fere gentibus, Latina ſuis finibus EXIGUIS ſane continentur*. Negat C. Julius Cæſar, qui *Belgas, Gallos, Aquitanos, LINGUA, inſtitutis, legibus inter ſe diſſimiles fuiſſe* animadvertit. Negat denique D. Hieronymus, qui Afros Phœnicum lingua loqui ſolitos fuiſſe, & Treviros propriam linguam (Germanicam) habuiſſe teſtatur. (*In epiſt. ad Galat. l.* 11.) (*p*) Sed quid remota perſequor? Nonne in ipſa Italia ſuus Thuſcis, ſuus Sabinis, & Præneſtinis ſuus (*q*) ſermo erat, quem a latina lingua toto cœlo diſtaſſe, Dionyſius Halicarnaſſæus æræ Chriſtianæ fere ſuppar nos monet? Vides igitur data a te verba fuiſſe, cum in Occidentali Eccleſia Apoſtolicis, aureiſque temporibus vulgari ſermone, eoque latino ſacra fieri conſueviſſe, (*r*) pronuntiaſti, cum nec novum, vetuſve teſtamentum adhuc latine redditum fuiſſet, nec latina lingua pleriſque Occidentis Regionibus eſſet uſitatior. Quod ſi Auguſtinus (*de Civitat. Dei, l.* 19, *c.* 7.) ait, *imperioſam Civitatem Romanam non ſolum jugum, verum etiam linguam ſuam domitis gentibus impoſuiſſe*, de ea lingua loquutus fuit, qua apud devictas nationes utebantur Proconſules Romani, aut Præſides in legibus ferendis, in jure reddundo, in ſententiis dicundis, quæque ad Romanorum prudentiam cognoſcendam in ſcholis ediſcebatur. Nam ipſe Auguſtinus fatetur, ſuo tempore in Africa Romanorum armis ſubacta Punicam linguam adhuc viguiſſe. (*ſ*)

§. VIII. Jam vero ſi Sanctarum Scripturarum vulgari ſermone editarum lectio omnibus omnino etiam femellis neceſſaria prorſus eſſet, (*t*) cur primo Eccleſiæ Sæculo, quo Etruſci, Samnites, aliique Italiæ populi Oſca lin-

tout l'Occident, le Grec dans la plus grande partie de l'Orient, le Syriaque dans la haute Syrie.

(o) Un Celſo Cittadini non ſenza oppoſitori, ma nè pur ſenza ſeguaci ſoſtenne, che la preſente noſtra lingua uſavaſi in Roma anticamente dal Volgo, ed era quella popolare, della quale parla Cicerone, diverſa dall'altra uſata dai Patrizj, e dagli altri Scrittori. Il March. Scipione Maffei è ſtato anch'egli di queſta opinione.

(p) D. Hieronymus *l. c.* ait Galatas *propriam* linguam eandem pene habere, quam *Treviros*. Nec referre, ſi aliqua exinde corruperint; quum & Afri Phœnicum linguam nonnulla ex parte mutaverint; & ipſa latinitas & regionibus quotidie mutetur, & tempore.

Ulpianus (an. 226.) *ad Leg. XI, de Legat.* 3. Fideicommiſſa quocumque ſermone relinqui poſſunt; non ſolum Latina, vel Græca, ſed etiam *Punica* lingua vel, *Gallicana*, vel alterius cujuſcumque gentis.

(q) Aulus Gellius (an. 112.) *l.* 17, *c.* 17: *Qui Obſce*, & *Volſce* fabulabantur, nam *latine neſciunt*. Vid. Cheverium *l.* 3, *c.* 9, *de Ital. Antiq.*

(r) Joannes Ekius, qui tanta doctrinæ copia ſcripſit adverſus Lutheranos, *l.* 2 *de Sacrificio Miſſæ*, *c.* 2, ſentit, Miſſam nonniſi Hebraice celebratam tum ab Apoſtolis, tum ab eorum ſucceſſoribus uſque ad tempora Hadriani Imperatoris, (an. 121.) & tunc demum Eccleſiam uti cœpiſſe in ſacris lingua Græca.

(ſ) D. Auguſtinus *epiſt.* 74: *ad Novatum Epiſcopum*. Sed cum latina lingua, cujus inopia in noſtris Regionibus evangelica diſpenſatio multum laborat.

(t) Paſchas. Queſnel. *Prop.* 79: Utile, & neceſſarium eſt omni tempore, omni perſonarum generi ſtudere, & cognoſcere Spiritum,

lingua utebantur, quoque Chriſtiana fides in omnes Italiæ provincias diſſeminata jam erat, (*u*) cur, inquam, Sacræ litteræ non Oſce redditæ? Cur non

---

ritum, Pietatem, & Myſteria Sacræ Scripturæ. 80: Lectio Sacræ Scripturæ eſt pro omnibus. 82: Damnoſum eſt, velle Chriſtianum ab hac lectione retrahere. 83: Eſt illuſio ſibi perſuadere, quod notitia Myſteriorum Religionis non debeat communicari feminis lectione Sacrarum Scripturarum.

(u) Mamach. *O. & A. Chriſt. l.* 2, *c.* 21, §. 2. Poſtulat nunc Inſtituti ratio, ut de Eccleſiis quæ Metropoli Romanæ ſubjectæ ſunt differam, tempuſque indicem, quo in eas Chriſtianum nomen inlatum fuiſſe ferunt. Igitur Veliterni traditum ſibi a Majoribus, ajunt, miſſum Velitras a Petro Apoſtolo Epaphroditum fuiſſe, dediſſeque operam, ut cultus Idolorum aboleretur. Eodem ferme tempore Oſtienſes fuiſſe aliquos ſuorum defendunt, qui ad Chriſtum accederent. Sabini Apoſtolorum opera majores ſuos adductos ad Chriſtum fuiſſe, deindeque multos in oppido ſingulari opinione ſanctitatis floruiſſe, & religionis cauſa ſanguinem ſuum fudiſſe ferunt. Hoc idem Præneſtini, quique Tuſculum incolebant, Tiburtini, Narnienſes, Interamnenſes, Amerini, Fulginates, Nepeſini, Sutrini, Anagnini, Tarracinenſes, Setini, Signini, Tudertini, Hortani, Ferentinates, Spoletani, Reatini, Aſſiſinates, Peruſiani, Aretini, Tiphernates, Cortonenſes, Eugubini, Nucerini, Æſini, Anconitani, Auximates, Piceniquе cæteri fere omnes de majoribus ſuis narrare pergunt. Conſule Ughellium T. 1 *Italiæ ſacræ*. Quidquid nonnulli moroſi homines contra ſentire videantur, negari profecto non poteſt, Apoſtolum Petrum, cui maximæ curæ propagatio Religionis erat, mittere aliquos conſtituiſſe in oppida, quæ proxima Urbi eſſent, ut errantes ad veritatem colendam inducerent. Neapolitani quoque, a S. Petro ſe primum fuiſſe inſtitutos pugnant. Anton. Caracciolus *de ſacris Eccl. Neap. Mon. p.* 41, Edit. an. 1645. Capuanis autem Priſcum fuiſſe ab Apoſtolorum Principe Epiſcopum datum cenſet ibi *p.* 70. Paulum præterea, qui Putteolos venerit, ut eſt in Actis Apoſtolorum *c.* 21, veriſimile eſſe ait, Neapolim quoque acceſſiſſe *p.* 98. Nolani, Campanique cæteri iiſdem Inſtitutoribus gloriantur, quibus Neapolitani Capuani. Petrus Giannone, etſi temere ſæpe agere ſolet, eaque inficiari, quæ ſunt alioquin perſpicua, tamen *l.* 1 *Hiſt. Civ. Regni Neapolitani p.* 57, ed. 1723, de rebus traditis a Majoribus quod ad Inſtitutionem Eccleſiarum ſpectat, ſic habet: Altri con un ſol fiato hanno preteſo mandar a terra tutti queſti racconti, e renderli favoloſi, poichè ſi ſono impegnati con pari temerità, che pertinacia a ſoſtenere, che S. Pietro non ſolamente non foſſe capitato in queſte noſtre parti, ma sfacciatamente hanno ardito di affermare, che nemmeno foſſe ſtato in Roma giammai. Ubi vero Sanctorum veterum auctoritate ſtatui adventum Petri Romam oſtendit; de Eccleſiis Regni Neapolitani mox ſubjungit: A noi per quello, che richiede il noſtro Iſtituto, baſterà, che ſia incontraſtabile, che o da S. Pietro ſteſſo, o dagli altri Apoſtoli, o da loro diſcepoli foſſe ſtata in molte Città di queſte noſtre Regioni introdotta la Religione Criſtiana. Brunduſiani, Hydruntini, Tarentini, Tranenſes, Sipontini, aliique Apuli a Petro ſe primum accepiſſe doctrinam Chriſti defendunt. Carac. *de Sac. Neap. Eccl. Mon. c.* 3, *Sect.* 4. Rhegienſes quoque, cæterique Brutii primis temporibus a Petro, aut ab ejus diſcipulis ſe ſe fuiſſe doctrina Chriſtiana imbutos cenſent, ut eſt ab Giannon *l.* 1, *pag.* 56, animadverſum. Etruſci a Romulo, vel Paulino Petri Auditoribus inductos cives olim ſuos contendunt, ut errandi finem facerent. Ligures a Petro ſe, tum a Nazario, & Celſo doctos, quid eſſet credendum, exiſtimant. Atque hæc eſt in primis Genuenſium de initiis Chriſtianiſmi in ſua Civitate ſententia. Ravennates S. Apollinaris Petri diſcipuli opera fuiſſe ſe Chriſtianam Religionem amplexos teſtantur. Utuntur autem ad eam rem demonſtrandam S. Petri Chryſologi auctoritate, qui ſermonem 128 *de S. Apollinare* ſcripſit. Inventæ præterea laminæ in Sepulcro S. Martyris fuerunt tres, quibus rerum ab eo geſtarum breviter hiſtoria continebatur. Conſule Rubbeum *Hiſt. Ravennatis*, *l.* 1, *p.* 22. Apollinari Magiſtro, aut altero quoppiam, qui miſſus a Petro fuerat, uſos ſe fuiſſe perinde affirmant Ceſenates, Forocornelienſes,

Ari-

non Punice, cur non Gallice, Germanice quarto Eccleſiæ Sæculo, cum Gallica, & Germanica lingua, ac Punica in familiari, quotidianoque Gallorum, Germanorum, Afrorumque uſu erat, & veritas Evangelica altiſſimas jam radices illic egerat? (x)

§. IX. Dicendum igitur eſt, quod ve-

Ariminenſes, Faventini, Mutinenſes, Papienſes, Parmenſes, Placentini, Regienſes. Vid. *Ughel l.* 1, *Tom.* 2, *pag.* 1

Selvagius *Antiquit. Chriſtian. Inſtit. l.* 1, *c.* 5, §. 2, *num.* 15. Parmenſes, Placentini Rhegienſes, aliæque per illam Italiæ oram conſtitutæ gentes S. Apollinari, S Petri diſcipulo, aliove illuc miſſo a S. Petro ſui Chriſtianiſmi auctore gloriantur. Conſule Mombritium *Tom. I*, Petrum *in Catal. l.* 6. *p.* 128. Ligures a S. Petro Chriſtianam fidem ſe accepiſſe contendunt. Conſ. Auguſt. Juſtinian. Ord. Præd. *Hiſt. Genuenſ. l.* 1, & Baronium ad an. 51, *n.* 54. Aquilejenſes a S. Marco Evangeliſta Chriſti fidem fuiſſe edoctos antiquiſſima Eccleſiæ Aquilejenſis traditio eſt; quem vel Romam petentem, vel inde diſcedentem, ut Alexandriam commeatet, ipſis Evangelium annuntiaſſe, primumque eis dediſſe, ajunt, Epiſcopum ſuum diſcipulum S. Hermagoram, qui poſtea cum vicinis etiam populis prodigiorum dono conſpicuus Chriſti fidem prædicaret, una cum Fortunato Diacono ſuo capitali ſupplicio affectus martyr occubuit. Conſulendi Henricus Palladius *Hiſt. Aquil. l.* 5, Bernardus de Rubeis *in Monum. Aquilej.* Tillemontius, Bollandiani, aliique. (Vid. infra *Quæſt. XXXII*) Inter Hermagoræ diſcipulos primas obtinuiſſe videntur Ss. Syrus, & Juventus, quorum opera Ticinenſe ad Chriſtum converſi traduntur. Conſule Anonymum Ticinenſem de Laudibus Papiæ apud Murator. *Tom. XI*, *ibid.* Veronenſes Euprepium ſibi vindicant primum Epiſcopum, quem unum fuiſſe ex ſeptuaginta duobus Chriſti diſcipulis illuc a S. Petro miſſum ad Chriſti Evangelium annuntiandum contendunt. Ita Auguſt. Valer. Epiſcopus Veronenſis, & Card. *l. Antiq. monum Ep. Ver.* aliique. Profecto ætate Apoſtolica Veronæ Evangelii lucem affulſiſſe tum pluribus, tum ex eo vel maxime evincitur, quod S. Zeno, qui octavus ab Euprepio Veronenſis Præſul fuit, Martyr ſub Gallieno occubuerit. Gallienus enim imperium tenuit circiter an. 255. Ab Apoſtolicæ Prædicationis gloria exturbandi non ſunt Patavini, qui primam originem referunt ab S. Proſdocimo natione Græco S. Petri diſcipulo, qui Patavium ad prædicandum evangelium miſſus, ibi cum plures ad Chriſti fidem convertit, tum vel maxime Vitalianum Præſidem baptizavit cum uxore, ejuſque filiam Juſtinam, quæ poſtea Martyr occubuit. (Mombritius *Tom. II Vit. Sanct.*) Ejuſdem Proſdocimi opera Vicentinos quoque circiter annum 77 Chriſti fidem, ac primum Epiſcopum S. Leontium accepiſſe, tum Vicentinorum Præſulum ab ipſo Apoſtolico ævo ſeries indicat, tum & ipſe Monbritius *ib.* demonſtrat. Tridentinis ex antiquiſſima traditione eorundem Evangelii lux affulſit opera S. Hermagoræ, qui cum jam Aquilejenſis eſſet Epiſcopus, Tridentinis Chriſti fidem prædicavit, iiſdemque primum Epiſcopum dedit diſcipulum ſuum Jovinum. Vide Janum Pyrrhum Pincium *de Trid. Urbis orig.* Bergomates S. Narno S. Barnabæ diſcipulo ſui Chriſtianiſmi gloriantur auctore. Brixienſes, & Mediolanenſes S. Anathalonem ſui Chriſtianiſmi auctorem efferunt.

(x) Mamachius *Antiquit. Chriſtian. l.* 2, *cap.* 22. Quo ſtatu Marci Aurelii tempore Chriſtiana Religio in Lugdunenſi Gallia eſſet, cognoſci ex Euſebio poterit *l.* 5 *H. Eccl. cap.* 1, *p.* 198, *& ſeq.* Quod ſi ita erat eo tempore (an. 162) in Lugdunenſi propagata, quid eſt, quod tum primum invectam fuiſſe in eam provinciam, neque in propinquas manaſſe putemus? Atque eſt illud etiam difficile creditu, a Pothino primum, qui ſub M. Aurelio Epiſcopus erat Lugdunenſium, fuiſſe Lugdunenſem Eccleſiam conſtitutam. Creſcere enim ea tam cito ad tantam multitudinem qui poterat? Igitur ſic exiſtimo, fuiſſe aliquos ante Pothinum in Provincia Chriſtianos, ſed non magnos initio feciſſe progreſſus. Itaque poſt opera Pothini auctum illorum fuiſſe numerum. Irenæus *l.* 1, *c.* 10, *contra hæreſ.* poſt ubi dixit *Eccleſiam per Univerſum Orbem uſque ad fines terræ fuiſſe ſeminatam, & ab APOSTOLIS*

ET

veriſſime a nobis dictum nemo non putet. Quamdiu lingua latina Eccleſiaſti-

---

ET A DISCIPULIS EORUM accepiſſe eam fidem, tum inquit: *Et neque hæ, quæ in Germania ſunt fundatæ Eccleſiæ aliter credunt, aut aliter tradunt, neque hæ quæ in Iberia ſunt, neque hæ, quæ in CELTIS, neque hæ quæ in Oriente, neque hæ, quæ in Ægypto &c.* Confugit ergo Irenæus (an 179) ad Eccleſiarum Gallicarum traditionem, ut hæreticos reos eſſe demonſtret novitatis. At ſi a Pothino primum conſtitutæ illæ fuerunt, tamque erant recentes, quemadmodum novitatis arguere poterat Valentinianos, qui ſane vetuſtiores erant Pothino? Argumento eſt igitur, ante Pothinum aut ab Apoſtolis, aut ab eorum diſcipulis primo ſæculo jacta fuiſſe Religionis Chriſtianæ in Gallia fundamenta, ut earum traditiones opponi novitati hæreticorum jure poſſent. Atque is, qui non diu poſt ſcripſit, Tertullianus (an. 192) non Vienneſes modo, ac Lugdunenſes, ſed varias, diverſaſque Galliarum nationes Germanorumque, & Britannorum inacceſſa Romanis loca Chriſto ſubdita fuiſſe narrat. (*c.* 8, *l. adv. Judæos.*) Recte vero ſentiunt ii, qui quatuor Galliæ provincias, ut ab Auguſto facta diviſio poſtulabat, hoc eſt Narbonenſem, Lugdunenſem. Belgicam, & Aquitanicam, a Tertulliano demonſtrare contendunt. Eſt autem creditu perdifficile, tum primum, cum is auctor animum ad refutandos Judæos appuliſſet, ortam apud has gentes fuiſſe Chriſtianam Religionem. Non enim repente Eccleſiæ prodibant, ſed paullatim augebantur, nihilque impedit, quo minus, quæ indicatæ a Tertulliano ſunt, eædem atque illæ eſſent, quas oſtendimus fuiſſe inter veteres numeratas ab Irenæo. Sed, ut cætera miſſa faciam, quæ quidem non tam eſſe ſingularia videntur, illud animadverti volo; extare in Bibliotheca Caſanatenſi veterem annorum fere nongentorum Codicem, quo libri varii, & antiqua quædam Calendaria continentur. In his libris eſt ἀνέκδοτος unus, qui eſt adverſus Arianos de Deo Filio perſcriptus. Hujus etſi minus eſt cognitus Auctor, tamen non eſt Sæculo ſexto, ut quidam putant, ſeptimoque recentior. Niſi forte quis velit, eſſe etiam antiquiorem ſexto. Is igitur Auctor, ubi Eccleſias Ægypti, & Aſiæ Catholicam Religionem colere animadvertit, meminitque earum, quæ in Italia, atque alibi fuerant conſtitutæ ab Apoſtolis, tum ad Gallicanas deſcendit, atque fuiſſe jacta earum a Trophimo, aliiſque nonnullis Apoſtolorum diſcipulis fundamenta. En illius verba: *Si nolunt conſiderare oculis cordis, vel corporis oculos aperiant, & videant, quomodo per omnem Mundum per Apoſtolos, & Apoſtolicos viros Chriſtus Eccleſias fundavit Catholicas, quæ ita in ſuo fundamento gratia ſua cooperante permanent, ut exinde divelli nullis unquam perſecutionibus potuiſſent ... In Epheſo autem quomodo a S. Joanne Evangeliſta condita eſt, & late producta. In Alexandria ſicut a domno Marco fundata eſt, ita Domino auxiliante uſque hodie perſeverat .. Similiter & illas omnes Eccleſias, quibus Paulus Apoſtolus ſcripſit, nunquam vel potuerunt, vel præſumpſerunt alterius Religionis Principes occupare ... In Galliis etiam Civitas Arelatenſis diſcipulum Apoſtolorum S. Trophimum habuit fundatorem, Narbonenſis S. Paulum, Toloſana S. Saturninum, Vaſenſis S. Daphnum, Pariſienſiſ quatuor Apoſtolorum diſcipulos .....* Hoc certum eſt; perpaucos floruiſſe primis temporibus in iis Regionibus, qui Chriſtianam Religionem profiterentur. Secundo autem Sæculo auctum fuiſſe magiſque eorum numerum, adeo ut Lugduni, ac Viennæ permulti rapti ad ſupplicium, variiſque tormentorum generibus excruciati, Martyres demum magno Eccleſiæ commodo, atque utilitate deceſſerint. (V. Franciſci Florii Præp., & Vic. Gener. Utinenſis, *Diſſertationem de Mart. Lug.*) Experiundo enim noſtri compererant, ſanguinem Martyrum ſemen eſſe Chriſtianorum. Tertio Sæculo amplificatas fidelium opes fuiſſe, ac quarto, cum Conſtantinus potitus eſſet imperio populi Romani, ita confirmatam fuiſſe rem Chriſtianam, ut Eccleſiæ Galliarum neque amplitudine cuiquam, neque pietatis cultu, neque celebritate Epiſcoporum cedere viderentur.

Selvagius *Antiq. Chriſtian. Inſt. l.* 1, *c.* 4, §. 7. Sæculo II in Germania plures jam fuiſſe Chriſtianas Eccleſias conſtitutas nemo, niſi in meridiana luce velit cæcutire, ex laudatis Tertulliani, atque Irenæi teſtimoniis non intelligit. Atque hac fortaſſe de cauſa Theodoretus *Therap. Gent. l.* 9, inter gentes Apoſtolorum præconio ad Chriſti fidem evocatas Germanos recenſet, & Cimbros.

ſiaſticorum virorum, qui ſacram doctrinam (y) obſcurarum rerum cortice obductam ex ſacris Codicibus exprimere, eamque populorum auribus ani-

---

bros. Ex quo certe colligere eſt, jam inde ab Apoſtolorum ætate Germanis Chriſti fidem refulſiſſe. Jam vero non ii dumtaxat Germani, qui Romanis Victoribus arma ſubmiſerunt, ſed illi etiam, quos Romani ſubigere nunquam potuerunt, Apoſtolorum, vel Apoſtolicorum virorum opera Chriſtianam Religionem amplexati ſunt, quod Tertullianus laudato loco indicat, & late demonſtrant Babellius, Cellarius, aliique Germanicarum Antiquitatum ſcriptores. Porro cujuſnam opera Chriſti evangelium in Germaniam primum invectum ſit, decertant Critici, & adhuc ſub Judice lis eſt. Tantummodo magis conſtans, veterumque monumentis haud deſtituta traditio illa videtur, quæ docet SS. Maternum, Valerium, & Eucharium a S. Petro in Germaniam fuiſſe miſſos, ac S. Materni opera Tungrenſes, Colonienſes, alioſque finitimos populos, atque adeo ipſos Brunſvicenſes ad Chriſti fidem fuiſſe perductos; Valerium vero, & Eucharium *Trevirenſibus* Chriſti fidem adnuntiaſſe. Quare Petrus Cluniacenſis *l.* 1, *ep.* 1, dum enumerat Epiſcopos a S. Petro in Galliam miſſos, *Miſit*, inquit, *in Galliam Treverim*, & *Coloniam Maternum*, *Eucherium*, *& Valerium*. Temporibus quidem Conſtantini Magni claruit Maternus quidam Colonienſis Epiſcopus, cujus mentio occurrit tum in Act. Conc. Arel., tum in epiſtola ejuſdem Conſtantini ad Melchiadem apud Euſebium *l.* 10. At hunc Maternum alium omnino fuiſſe ab alio Petri diſcipulo nos docet.

Selvag. *Antiq. Chriſt. Inſt. l.* 1, *c.* 8, §. 4. Veroſimilius videtur, Eccleſias Africanas non ab Apoſtolis fuiſſe fundatas, & fortaſſe neque auctoritate Apoſtolica. At vero extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, ineunte Sæculo II Chriſti fidem jam in Africam fuiſſe inductam. Agrippinus Carthaginenſis Epiſcopus, III ineunte Sæculo Synodum 70 Epiſcoporum celebravit: quod ſane non levi eſt argumento, haud recentem in Africa eo tempore fuiſſe Chriſtianam Religionem; præſertim cum ex Cypriano *epiſt.* 73, conſtet, non omnes Africanos Epiſcopos eam in Synodum conceſſiſſe, nonnullis ob furentes perſecutionum æſtus abſentibus. Præterea eodem Sæculo III, tum plures in Africa pro Chriſtiana fide Synodi coactæ ſunt, tum & innumeri pene Chriſtiani pro catholica fide dimicantes Martyrii palma inſigniti ſunt, quorum agmen anno 200, duxerunt Martyres Scyllitani. Demum ejuſdem Sæculi III decurrente ætate, tum Martyrum fide, conſtantia, ac ſanguine effuſo, tum Epiſcoporum, ac maxime Cypriani opera et labore adeo res Chriſtiana in Africa excrevit, ut per Univerſas pene Africanas Provincias Chriſti nomen audiri cœperit, Eccleſiæ paſſim fuerint erectæ, & Epiſcopi conſtituti. Piget hic Chriſtianæ Religionis in Africa IV, & V Sæculo incrementa referre, quum ſine operæ pretio tempus, & ſtudium perdere nolimus, & unuſquiſque, qui eccleſiaſticæ hiſtoriæ delicias ſummis, ut ajunt, labris deguſtavit, perſpectius noſcat, quam deſcribi poſſit.

(y) Becan. *Manual. Controv. l.* 1, *c.* 1, qu. 4. Hæretici ſolent dicere, Scripturam quoad legitimum ſenſum facilem ac perſpicuam eſſe, & ab omnibus intelligi poſſe. Nos aſſerimus, in multis quidem locis facilem eſſe, ac perſpicuam, ſed in multis etiam obſcuram, & intellectu difficilem. Quod teſtatur Petrus Apoſtolus in ſua poſteriori epiſtola III, 16, ubi loquens de Epiſtolis S. Pauli ſic ait: *In quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & inſtabiles depravant, ſicut & cæteras Scripturas ad ſuam ipſorum perditionem*. Et variis modis confirmari poteſt. Primo exemplo diſcipulorum euntium in Emaus, qui non intelligebant Scripturam, niſi Chriſtus interpretaretur (*Lucæ XXII*, 27.) Secundo, exemplo Eunuchi Reginæ Ethiopum, qui rogatus a Philippo, an intelligeret Iſaiam Prophetam, quem legebat, reſpondit: *Quomodo poſſum, ſi non aliquis oſtenderit mihi?* (*Act. VIII*, 31.) Tertio, exemplo Apoſtolorum, qui multa eorum, quæ a Chriſto dicebantur non intelligebant. (*Matth. XIII*, 36.) Acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus dicentes: *Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri:* (*& Matth. XVI*, 11.) *Quare non*

animiſque inſerere debent, ſtudia commovebit, non erit, cur ſacra Scriptura latinas litteras cum Italis, Gallis, Hiſpanis, Germanicis Anglicis litteris commutet (z). Nam neque in Græcia Græcas litteras cum vernaculo

---

non intelligitis, quia non de pane dixi vobis: (& *Luc. XVIII, 34.*) *Ipſi nihil horum intellexerunt*. Quarto, conſenſu omnium Interpretum. Nam ſi Scriptura eſſet facilis, quid opus eſſet tot interpsetibus, tot commentariis, tot quæſtionibus, & controverſiis circa fidem, & Religionem? Quinto, Inductione. Conſtat obſcuriſſimam eſſe Prophetiam Ezechielis de viſione quatuor Animalium, Prophetiam Danielis de 70 hebdomadibus, & de abominatione deſolationis, de qua Chtiſtus, (*Matth. XXIV, 15.*) *Qui legit, intelligat*. Conſtat totam Joannis Apocalypſin plenam eſſe reconditis Myſteriis, &, ut loquitur D. Hieron. (*in Epiſtola ad Paulinum*) *tot habere ſacramenta, quot verba*. Conſtat in reliquo Bibliorum Codice multa etiam obſcura eſſe, ac intricata; ut norunt illi, qui legerunt. Ac ut alios ommittam, teſtes ſunt ipſi Adverſarii, qui explicando Scripturæ ſenſu ſæpe, ac graviter inter ſe diſſentiunt. Nam aliter Lutherani, aliter Calviniſtæ interpretantur illud Chriſti: *Hoc eſt corpus meum:* & ſexcenta alia loca. Unde hæc diſſenſio? Certe ſi Scriptura, ut utrique volunt, clara, perſpicua, & obvia, unde ergo lites, & contentiones inter ipſos?

Nunc merito quæri poteſt, cur Deus voluerit Scripturam eſſe obſcuram? Ratio hæc eſt: Deus ſicut in aliis rebus, ita etiam in Eccleſia voluit ſervari ordinem, ut alii docerent, alii diſcerent. At hic ordo non ſervaretur, ſi Scriptura eſſet tam clara, ut ab omnibus Intelligi, & explanari poſſet. Quo ſpectat illud Epheſinrum IV, 11: *Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Evangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores ad conſummationem Sanctorum in opus Miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti* (ideſt Eccleſiæ). *Et I Corinth. XII, 29: Numquid omnes Apoſtoli? Numquid omnes Prophetæ? Numquid omnes Doctores? Numquid omnes interpretantur?* quaſi dicat: minime. Aliorum eſt docere, & interpretari, aliorum diſcere, & auſcultare. Quod ibidem pulcre declaratur ſimilitudine ſumpta ab humano corpore. Nam ſicut in humano corpore multa ſunt membra, & non omnia eundem actum exercent, ita in Eccleſia, quæ eſt corpus Chriſti, multi ſunt fideles, & non omnes eamdem a Deo gratiam, & operationem habent. Nam uni datur ſermo ſapientiæ, alteri operatio virtutum, alii diſcretio ſpiritum, alii interpretatio ſermonum, & ut alibi loquitur idem Apoſtolus Roman. XII, 3, *Unicuique ſicut Deus diviſit menſuram fidei*. Unde ibidem addit: *Dico omnibus, qui ſunt inter vos, non plus ſapere, quam oportet ſapere*. Quod perinde eſt, ac ſi dicat: ſicut oculi non uſurpant ſibi officium audiendi, nec aures videndi, nec brachia ambulandi, nec pedes comedendi, quia hoc illis a natura conceſſum non eſt: ita in Eccleſia non omnes uſurpare ſibi debent officium docendi, nec omnes Scripturam interpretandi; quia hoc eſſet plus ſapere, quam oportet ſapere. Contra hunc ordinem, ac divinam ordinationem peccant adverſarii, qui omnibus etiam laicis, ac mulierculis permittunt libertatem legendl, & interpretandi S. Scripturam, cum ad hoc officium minime vocati, ac proinde nec idonei ſint, & eo res jam rediit, ut nullus ſit fere caupo, aut ſartor, chirurgus apud Lutheranos, & Calviniſtas, qui non putet, ſuo Marte Scripturam intelligere, aut interpretari ſe poſſe; ideoque alterius ope, & inſtructione ſe non indigere. Audiant illud Apoſtoli *I Corinth. XII, 21: Non poteſt oculus dicere manui: Opera tua non indigeo; aut iterum caput pedibus: Non eſtis mihi neceſſarii*. Audiant & illud I Timoth. *II, 11: Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubjectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio*. Et *I Corinth. XIV, 34: Mulieres in Eccleſiis taceant, non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe. Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent?* Quare hoc? Ut ſervetur ordo a Deo conſtitutus. Quare mulierculæ, quæ multa garriunt de Scripturis, & ſuam ſententiam in controverſiis fidei interponere non erubeſcunt, ſtultiſſime ſibi arrogant, quod non habent.

(z) Benedict. XIV *De Sacr. Miſs. Sacrif.*

Digitized by Google

lo, vulgarique ſermone unquam commutavit, (*aa*) licet Græca S. Scripturæ lingua ab illitteratis Græcis nihilo plus intelligatur, (*bb*), quam a noſtris

---

crif. l. 2, c. 2. Quoad linguam pertinet, in Occidentali Eccleſia latino ſermone Miſſa celebratur, eorumque impudentiſſima eſt calumnia, qui idcirco latina lingua a nobis Miſſam celebrari deblaterant, ut ſacrificii Myſteria populus omnino ignoret. Id fœdum eſſe mendacium probatur ex Tridentina Synodo *ſeſs. 22, de Sacrif. Miſs. c. 8:* Ubi monent Patres, non expedire quidem, Miſſam ſermone vernaculo celebrari, ſed tamen eos debere, quibus animarum cura incumbit, feſtis præſertim diebus populum de Miſſa, ejuſque Myſteriis inſtruere: *Etſi Miſſa magnam contineat populi eruditionem, non tamen expedire viſum eſt Patribus, ut vulgari paſſim lingua celebraretur. Quamobrem retento ubique cujuſque Eccleſiæ antiquo, & a S. Romana Eccleſia omnium Eccleſiarum Matre, & Magiſtra probato ritu, ne oves Chriſti eſuriant, neve parvuli panem petant, & non ſit qui frangat eis, mandat S. Synodus Paſtoribus, & ſingulis animarum curam gerentibus, ut frequenter inter Miſſarum celebrationem vel per ſe, vel per alios ex iis, quæ in Miſſa leguntur, aliquid exponant, atque inter cætera Ss. hujus Sacrificii Myſterium aliquod declarent diebus præſertim Dominicis, & feſtis.* Illud quæritur, an ſi quæ vernacula fuit, vulgari alio ſermone in populum invecto, doctorum dumtaxat virorum facta fuerit lingua, divina officia, & Miſſa in novum vulgi ſermonem convertenda ſint. Id vero eſt, a quo ſemper abhorruit, & abhorret Catholica Eccleſia. In Provincialium Rothomagenſis Provinciæ Conciliorum Collectione apud Beſſy extat Epiſtola Paſtoralis Jacobi Colberti Epiſcopi Rothomagenſis *p.* 172, de hoc argumento. Et vero, quis ſanæ mentis id conſilii dederit, quo populus de Miſſæ Myſteriis certior fiat, quod commode per Parochos, & ſacros Oratores obtineri poteſt, ut Miſſa e latino e. g. ſermone in vernaculam linguam convertatur, cum tot ſint vulgares linguæ riſu plane dignæ, & prorſus contemnendæ? Præterea non cuivis modo genti, ſed cuique pene Civitati peculiaris eſt lingua; & labentibus annis quævis lingua mutatur, quod in latina contigiſſe narrat Polybius *l.* 3, qui primæ pacis Punicæ fœdus, Punico ſecundo bello confecto ægre intellectum eſſe teſtatur. Huc accedit, quod in qualibet mutatione ſexcentis aperiretur occaſio contentionibus & diſſidiis: populus autem Miſſæ in vernaculum ſermonem converſæ intelligeret quidem verba, ſenſum tamen minus aſſequeretur, quod infinitos errores pareret. Vid. Xiſti Senenſis *Biblioth. Sanct. l. 5, c. 172, & l. 6, c. 263,* Hoſium Cardinalem *Tract. de Miſſa non vulgar.*, Silvium 3 *par. quæſt.* 83, *art.* 4, Merbeſium *in Summa Chriſtiana, p.* 3, *quæſt.* 54, Bomat. *Theol. Patrum T.* 5, *Diſs.* 1, *de ſacris cærimoniis, art.* 2, Juveninum *de Sacram. Diſs. De Euchar. qu.* 8, *c.* 7.

(aa) Benedict. XIV. *l. c.* §. 6 Etſi manifeſto expedit Miſſam in Vernaculum ſermonem non converti, tamen ad magis id comprobandum nonnihil momenti illud habet, quod uſque ad captivitatem Babylonicam lingua ſancta erat communis, & officia eo ſermone, quem omnes intelligerent, celebrabantur. Tempore autem captivitatis populus paulatim Hebraici ſermonis oblitus, Syriace ſeu Chaldaice loqui aſſuevit. Ea ſervitute tandem populo perfuncto, & in ſuas ſedes reſtituto, tum in lectione legis, tum in reliquis publicis precationibus Hebraicus ſermo eſt adhibitus, etſi jam non amplius vulgo intelligeretur. Græcam linguam nemo eſt qui neſciat, ab ea, qua vulgo nunc Græci utuntur, multum diſtare. Tamen Liturgia in veteri Græcorum lingua, quæ tunc omnibus communis erat, nunc vero dumtaxat viris doctis eſt cognita, etiamnum retinetur. Id vero manifeſtum indicium eſt, minime expedire, ut quæ Liturgia quondam lingua populo communi introducta ſit, exoleſcente paullatim eo ſermone, ut jam ſolis viris doctis cognitus ſit, eadem Liturgia in vernaculum convertatur rudibus æque ac litteratis viris communem.

(bb) Renaudotius *Collect. Liturg. Orient. Tom. I, pag.* 207, recte monet, tanquam novum, & inauditum quidpiam a Proteſtantibus illud nobis exprobrari, quod lin-

ſtris idiotis Latina. Cæterum ubi ſacrarum litterarum ſermo omnibus omnino indoctis, doctiſque peregrinus accidit, tunc (per me licet) peregrinitatem exuat, eamque quæ illius Civitatis ſapientum virorum propria eſt, loquendi rationem ſibi induat (*cc*): quod ſapientiſſime a Cyrillo, & Methodio (an. 872) factum fuiſſe accepimus, qui, Joanne VIII tandem exorato, Moravis dederunt ore Sclavonico Superos comprecari

§. X.

---

guam pleriſque incognitam in celebranda Miſſa exhibeamus, cum ea, qua in Liturgiis orientales utuntur, lingua multo pluribus, quam apud nos latina, incognita ſit, paucos enim apud nos Sacerdotes reperies linguæ latinæ imperitos, contra apud Ægyptios pauciſſimi ſunt, qui linguam Coptam intelligant; nec tamen idcirco deſinunt Ægyptiace liturgias ſuas celebrare.

(cc) Idem Benedict. *l. c.* §. 9. Gravior eſt difficultas, ſi de alicujus gentis agatur converſione ad fidem, an videlicet Liturgia vernaculo ſermone illi ſit proponenda, quæ tamen ſemper retinenda ſit, etiamſi lingua mutaret, & in populo exoleta viris doctis dumtaxat maneret cognita. Sub Nicolao I, qui creatus eſt Pontifex an. 858, Orientales Monachi S. Cyrillus, & S. Methodius, qui Moravos Chriſti fidem docuerant, Romam accerſiti ſunt, ut ad Epiſcopatus gradum promoverentur. Antequam Romam perveniſſent, obiit Nicolaus Pontifex, cui ſuffectus cum eſſet anno 867 Hadrianus II, in judicium vocati fuere, quod Liturgiam Sclavonica lingua introduxiſſent. Sed ii ſtrenue ſuam cauſam ita defenderunt, ut eorum factum laudem approbationemque ſit conſequutum, ut videre eſt in eorum vita ad diem 9 Martii apud Bollandiſtas. Joannes VIII, an. 872 creatus Pontifex, per Paulum Epiſcopum Anconitanum S. Methodio vetuit, ne Sclavorum lingua Miſſam celebraret: *Audivimus etiam, quod Miſſas cantas in barbara*, h. e. *in Sclavonica lingua, unde jam litteris noſtris per Paulum Epiſcopum Anconitanum tibi directis prohibuimus, ne in ea lingua ſacra Miſſarum ſolemnia celebrares, ſed vel in latina, vel in Græca lingua, ſicut Eccleſia Dei toto Orbe terrarum diffuſa, & in omnibus gentibus dilatata cantat; prædicare vero, aut ſermonem populo facere tibi licet*. A qua deinde querela deſtitit, eumque paſſus eſt Miſſam Sclavonice celebrare, modo converſio fidelis eſſet, & Evangelium Latine primo, deinde Sclavonice legeretur; ſed tamen placere magis ſibi innuit, ſi in Miſſa celebranda latinus ſermo adhiberetur.

Initio Sæculi elapſi actum eſt de facultate celebrandi divina officia vernaculo ſermone in Sinarum Imperio. Eam poſtularunt facultatem Miſſionarii e Societate Jeſu. Paulus V Pontifex die 25 Januarii anno 1615 decrevit, ut apud Sinas Miſſam, & divina Officia Sinica lingua celebrari liceret: Breve etiam expeditum fuit, quod tamen Miſſionariis, qui hoc poſtulaverant, nunquam traditum eſt. Renovata eſt iterum eadem petitio de Miſſa Idiomate Sinico celebranda, cum Epiſcopi quidam ex Gallia ad Sinas perexiſſent. Qua de re Congregatio habita fuit, quo præter doctos aliquot Cardinales, & Prælatos magni etiam nominis Theologi convenerunt, e quorum numero fuit Chriſtianus Lupus. In ea Congregatione nullum factum eſt decretum. Innocentio XI anno 1681 miſſum fuit Miſſale in Sinicam linguam converſum; cujus approbationem, & adhibendi facultatem ut a Pontifice obtineret Philippus Coupletus Procurator Generalis Miſſionum apud Sinas Romam ſe contulit; ſed re infecta in Galliam reverſus diſſertationem ſcripſit de ejus Miſſalis utilitate, ſi eo uti licuiſſet. Ejus diſſertationis præcipuas rationes, & capita in Propyleum Maji compegerunt Continuatores Bollandiani in eo loco, ubi loquuntur de Nicolao I, Hadriano II, & Joanne VIII. Concludendum igitur, conſtantem firmamque diſciplinam eſſe, ne Miſſæ idioma mutetur, etſi mutet lingua vernacula; ſed eo ſermone Miſſa celebretur, quo celebrata eſt ab initio, etiamſi ea lingua exoleverit apud vulgus, ejuſque peritiam viri docti habeant. Eſt autem Apoſtolicæ Sedis in recenti populorum converſione ad fidem pro variis circumſtantiis vel permittere, vel prohibere vernaculæ linguæ uſum in divi-

nis

§. X. Quare deſinant (V. Bergier *Tom. XI*, *p.* 115.) (*dd*) Proteſtantes, eorumque ſimioli nobis ſubiraſci, qui a vulgaribus, vernaculiſque S. Scripturæ Verſionibus tam religioſe abſtinemus; cogitentque potius, quæ turbæ in Eccleſia ederentur, ſi quotidie, & ubique novæ (*ee*) Verſiones apparari deberent; nam linguæ vernaculæ quotidie ubique mutantur. Quod ſi hæc noſtra Vulgata tot ſapientiſſimorum Patrum curis, ſtudiiſque elaborata, toties in jus vocata fuit, (*ff*) atque

nis officiis celebrandis. Sed vere affirmari poteſt, S. Sedem propenſiorem eſſe in eam partem, ut ex recens converſis ad fidem, habiliore qui ſint ingenio ſeligantur, & latinis potius litteris erudiantur, quam ut facultas concedatur adhibendi in Miſſæ celebratione linguam vulgarem.

(dd) Al tempo degli Appoſtoli il ſervigio divino ſi fece in lingua volgare, nè non eravi allora il menomo inconveniente. Allorchè il Criſtianeſimo fu dilatato preſſo le differenti Nazioni, ſi conobbe il pericolo, ch'eravi d'introdurre nella Liturgia i diverſi dialetti, dei quali eſſe ſervivanſi. Queſta differenza di linguaggi reſi avrebbe gli errori più facili ad introdurſi, e più difficili ad eſtirparſi; ella reſa avrebbe più difficile la comunicazione di dottrina tralle differenti Società Criſtiane, e la relazione col centro dell'unità cattolica. Con adottar ſolamente tre lingue, la Latina per l'Occidente, la Greca pegli Aſiatici, la Siriaca pei Paeſi più Orientali, la Chieſa ha mantenuta una relazione più ſtretta fralle Nazioni Criſtiane. Senza queſta diſciplina, la lingua latina ſarebbe ſtata intieramente annientata. Allorchè i Proteſtanti hanno declamato contro queſt'uſo, non penſavano nè al paſſato, nè all'avvenire. I Bretoni, i Picardi, gli Alvergneſi non avrebbono punto men dritto di celebrar l'Ufficio divino nei loro rozzi dialetti, di quel che ebbero i Calviniſti di farlo in Franceſe.

(ee) Proteſtantes habent plurimos S. Scripturæ verſiones, ſed omnes ſunt iis ipſis ſuſpectæ, & ab ipſis damnatæ. Lutheri verſionem carpunt Tigurini, Oſiandrini, Bucerus, Munſterus, Lutherus ipſe. Nam Tigurini multis ſannis illam excipiunt, ut conqueritur Stolzius in defenſione Lutheri: Oſiandrini objiciunt illi dolum, & falſitatem: Bucerus manifeſtos, & non paucos lapſus: Munſterus multorum verſuum omiſſionem. Denique Lutherus ipſe poſt viginti annos faſſus eſt, ſe crebrius erraſſe, eo quod Rabbinorum gloſſis nimium crediſſet, ut teſtatur Cochlæus *in actis Lutheri*, Lindanus *in dubitantio*, & alii. Verſionem Bezæ damnavit Caſtalio *in Præfatione* ad Anglam, Samuel Hubertus *in lib. de ultimæ tubæ clangoribus*, Hugo Bruchthonius, & quis non? Viciſſim verſionem Caſtalionis reprehendit Beza in ſuis annotationibus tanquam falſam, ineptam, imperitam, audacem, blaſphemam, vitioſam, ridiculam, execrandam, erroneam, impiam, perverſam; & in reſponſione ad defenſionem Caſtalionis de eadem ſic loquitur: „ Translationem novi teſtamenti tum Latinam, tum Gallicam a Sebaſtiano Caſtalione iſtic ſcriptam, & excuſam optimo jure reprehenſam fuiſſe in meis annotationibus non ſolum ut indoctam, ſed etiam ut multis locis impiam, & a Sancti Spiritus ſententia diſcrepantem, vobis, ut exiſtimo, non conſtabat, cum edendæ ſuæ defenſionis poteſtatem illic faceretis: ſed nunc tandem, ut ſpero, conſpicue intelligetis. “ Munſteri verſionem perſtringunt Tigurini, & Pellicanus in ſuis annotationibus. Denique cum Tigurinorum Biblia a typographo oblata eſſet Luthero, hoc reſponſum ab eo accepit: „ Ne poſthac mihi aliquid mittas, quod a Miniſtris Tigurinæ Eccleſiæ profectum ſit. Nullum enim cum eis commercium habere, nec eorum libros recipere, aut legere volo; quandoquidem ipſi jam damnati ſunt, & alios quoque miſeros homines ſecum ad Inferos abducunt &c. “ Ita refert Hoſpinianus Calviniſta *in Hiſtoria ſacramentaria anno* 1544.

(ff) Ruffinus *l.* 2 *Invectivar.* Quis ex tot, & tantis prudentibus, & ſanctis viris, qui ante te fuerunt (ſcribit ad Hieronymum) ad iſtud opus auſus eſt manum mittere? At ut divinarum Scripturarum libros, quos

Digitized by Google

que (gg) de falſi crimine ſæpius poſtulata, graviſſimiſque criminationibus nunquam non vexata, nec niſi poſt duodecim Sæcula improbitatis abſoluta fuit, (*hh*) Eccleſiaque jure donata, quot quantique inter ſe colliden-

---

quos ad pleniſſimum fidei inſtrumentum Eccleſiis Chriſti Apoſtoli tradiderunt, nova nunc, & a Judæis mutuata interpretatione mutares?

S. Auguſtinus ad Hieronym. *epiſt.* 10. Ego ſane te mallem Græcas potius Canonicas nobis interpretari Scripturas, quæ 70 Interpretum auctoritate perhibentur. Perdurum erit enim, ſi tua interpretatio per multas Eccleſias cœperit lectitari; quod a Græcis Eccleſiis latinæ Eccleſiæ diſſonabunt, maxime quia facile contradictor convincitur Græco prolato libro, ideſt linguæ notiſſimæ. Quiſquis autem in eo, quod ex Hebræo tranſlatum eſt, aliquo inſolito permotus fuerit, & falſi crimen intenderit, vix aut nunquam ad Hebræa teſtimonia pervenietur, quibus defendatur objectum. Quod ſi etiam perventum fuerit, tot latinas, & Græcas auctoritates damnari quis ferat? Huc accedit, quia etiam conſulti Hebræi poſſunt reſpondere aliud; ut tu ſolus neceſſarius videaris, qui etiam ipſos poſſis convincere; ſed tamen quo Judice, mirum ſi potueris invenire. Nam quidam frater noſter Epiſcopus cum lectitare inſtituiſſet in Eccleſia, cui præeſt, interpretationem tuam, movit quiddam longe aliter abs te poſitum apud Jonam Prophetam, quam erat omnium ſenſibus, memoriæquæ inveteratum, & tot ſucceſſionibus decantatum. Factus eſt tantus tumultus in plebe, maxime Græcis arguentibus, & inflammantibus calumniam falſitatis, ut cogeretur Epiſcopus (ea quippe Civitas erat) Judæorum teſtimonium flagitare. Utrum autem illi imperitia, an malitia, hoc eſſe in Hebræis Codicibus reſponderunt, quod & Græci, & Latini habebant, atque dicebant. Quid plura? Coactus eſt homo velut mendoſitatem corrigere volens poſt magnum periculum non remanere ſine plebe. Unde etiam nobis videtur, aliquando te quoque, in nonnullis falli potuiſſe. Et vide hoc quale ſit, in eis litteris, quæ non poſſunt collatis uſitatarum linguarum teſtimoniis emendari. (Et *epiſt.* 19.) De Interpretatione tua jam mihi perſuaſiſti, qua utilitate Scripturas volueris transferre de Hebræis, ut ſcilicet ea quæ a Judæis prætermiſſa vel corrupta ſunt, proferres in medium. Sed inſinuare digneris peto, a quibus Judæis: utrum ab eis ipſis, qui ante adventum Domini interpretati ſunt; & ſi ita eſt, quibus, vel quonam eorum: an ab iſtis poſterioribus, qui propterea putari poſſunt aliqua de Codicibus Græcis vel ſubtraxiſſe, vel magis corrupiſſe, ne illis teſtimoniis de Chriſtiana fide convincerentur? Illi autem anteriores cur hoc facere voluerint, non invenio .... Ideo autem deſidero interpretationem tuam *de* 70, ut & tanta latinorum Interpretum, qui qualeſcumque hoc auſi ſunt, quantum poſſumus, imperitia careamus; & hi, qui invidere me putant utilibus laboribus tuis, tandem aliquando, ſi fieri poteſt, intelligant, propterea me nolle tuam ex Hebræo Interpretationem in Eccleſiis legi, ne contra 70 auctoritatem tanquam novum aliquid proferentes magno ſcandalo perturbemus plebes Chriſti, quarum aures, & corda Interpretationem illam audire conſueverunt, quæ etiam ab Apoſtolis approbata eſt:

(gg) *Scaligerian. poſter.* Hieronymus non adeo doctus erat, ac perhibetur; admodum ignarus erat .... per nebulam tantum Hebræa novit, quantum edoctus a Præceptore, nam Grammaticam nunquam habuit, uſu didicit; Hieronymus quamvis Græcam & Hebraicam linguam calluerit, Biblia tamen ſæpius perperam interpretatur, & intelligit. Pleraque illorum, quæ ſcribebat, non intelligebat .... Miſerrime eſt commentatus in Prophetas.

P. Richard. Simon. *Hiſtor. Crit. vet. Teſtam. l.* 3, *c.* 9, *Gall.* Hieronymus in ſacrorum Librorum interpretatione non eſt ſemper accuratus, quia non ſatis meditabatur, & quia plerumque ſcribis ſuis tantum dictabat, ut ipſe refert, quæ in aliorum Commentariis ipſe legerat, aut quæ a Judæis acceperat .... In illis enim explicationes minime *Orthodoxas* affert, quas in Judæorum, vel hæreticorum libris legerat, ut ipſemet fatetur.

(hh) Natalis Alexander *H. E. Sæcul. IV*,

lidentes fluctus in Eccleſia excitarentur, ſi novæ verſiones ſingulis diebus in vulgus exirent, legique ab omnibus ſinerentur? Concludendum igitur eſt, prudentiſſime a Summis Pontificibus conſtitutum fuiſſe, ut ſacri libri vernaculo ſermone editi in prohibitorum Librorum album referrentur. *(ii)*

§. XI.

IV, Diſs. 39, Art. V. Vulgatam verſionem authenticam decernit Tridentina Synodus *Seſs. 4, cap. 2. Inſuper eadem Sacroſancta Synodus conſiderans non parum utilitatis accedere poſſe Eccleſiæ Dei, ſi ex omnibus latinis Editionibus, quæ circumferuntur ſacrorum librorum, quænam pro authentica habenda ſit innoteſcat; ſtatuit, & declarat, ut hæc ipſa vetus, & vulgata Editio, quæ longo tot Sæculorum uſu in ipſa Eccleſia probata eſt, in publicis lectionibus, diſputationibus, & expoſitionibus, pro authentica habeatur, ut nemo illam rejicere quovis prætextu audeat, vel præſumat.* Ideo vero authentica dicitur, quia nihil continet fidei, & bonis moribus repugnans; & quia certa eſt regula fidei, prout ab Eccleſia probata eſt, & in quantum cum originario textu convenit. Non ſic vero authentica dicitur, quaſi fontibus Hebraicis, & Græcis præferenda, vel certe coæquanda: Latinis itaque verſionibus cæteris dumtaxat Vulgatam noſtram præfert Synodus Tridentina, relictis textibus originariis eodem in ſtatu, quo prius erant. Vide Bellarminum *l. 2 de Verbo Dei c. 10*, Serrarium *Prolegom. c. 19, quæſt. 12, Concluſ. 1*, Salmeronem, qui Concilio interfuit, *Proleg. 3*. In eandem ſententiam conſpirant Mariana, Sanderus, Azorius, Driedo, Sixtus Senenſis. Vega, qui Concilio Tridentino interfuit, teſtatur, Patres cum Vulgatam authenticam pronuntiarunt, nihil aliud ſignificare voluiſſe, quam nullo eam deformatam errore eſſe, ex quo pernicioſum aliquod dogma in fide, & moribus colligi poſſet; teſtemque laudat Cardinalem a S. Cruce Pontificis tunc legatum, poſtea Pontificem Maximum Marcellum II, a quo pridie quam Decretum hoc ederetur ſe illud accepiſſe dicit. Id etiam conſtat ex Jacobo Lainez, qui etiam Concilio interfuit. Idem colligitur ex eo, quod viri inter Catholicos etiam Theologos doctiſſimi contendant, poſt Sixti V, & Clementis VIII editiones, errores multos adhuc inemendatos ſupereſſe, eoſque ipſius Interpretis. Sic Bellarminus *de verbo Dei l. 2, c. 2*, Bonfretius *Præloquiorum c. 15, Sect. 3*, aliique paſſim. At omni exceptione majora ſunt ipſius Clementis VIII verba in diplomate Præfationi ſuæ Editionis emendatæ præfixo: *In hac* (inquit) *Vulgata editione viſa ſunt nonnulla mutanda, quæ conſulto mutata non ſunt*. Animadvertendum eſt, Clementem VIII plurimos Vulgatæ errores emendaſſe, qui a Thoma Jameſio Bibliothecario Bodleiano ad duo mille recenſentur.

(ii) Juvenin *de Euchar. Sacram. Diſs. V, quæſt. 8, c. 7.* Cum linguæ vulgares frequentiſſimæ viciſſitudini obnoxiæ ſint, periculum eſſet, ne fides ipſa, quæ S. Scriptura continetur ac exprimitur, cum vocibus mutationem pateretur; præſertim cum aliquando vel unius ſyllabæ detractio, vel additio ipſam convellere poſſet, ut patet tum in Arianis, tum in Neſtorianis: Illi unius jota additione ὁμοιόσιον Verbi conſubſtantialitatem tollebant de medio; iſti vero unius apicis, ſeu accentus mutatione incarnationis Myſterium omnino deſtruebant; quippe qui contenderent Virginem appellari oportere θεότοκον ideſt a Deo genitam, non autem θεοτόκον Dei genitricem. Si unumquodque Regnum patrio, & vulgari ſermone divina Myſteria celebret, facile impediretur Eccleſiarum inter ſe commercium; neque enim Italus Sacerdos in Galliis, nec Gallus in Italia, nec Italus, aut Gallus in Germania Sacris operam dare poſſent. Ex uſu linguæ vulgaris in qualibet Regione ſequeretur & hoc incommodum: Ob frequentem nimium vulgarium linguarum immutationem vel corruptelam res tandem eo deveniret, ut antiquas, ac primævas Liturgias nemo poſt aliquot annos intelligeret, ac proinde nec Myſteria, quæ Liturgiis ejuſmodi continentur. Id in veteri Francorum Idiomate videre eſt, quod quidem fere nemo Gallus intellexerit.

§. XI. Hic locus poſtularet, ut nonnulla etiam de ipſis Sacris Scripturis ſibi concinnaremus. Verum cum id longiores nobis ad alia properantibus moras afferret, conſulere poteris Richardum Simonium, Calmetum *Diſs. in Vulg.*, Sebaſtianum Seemiller *in Hermereutica Sacra*, Auguſtæ Vindel. excuſſa an. 1779, *p.* 3, *Sæc.* 2, *c.* 6, Bollandianos *in S. Hieron. Vita ad* 30 *diem Sept.*, Du Guet *Conſ. Eccleſ. T. I. Diſs. XIII*, Wih. Ern. Tentzellium *in Diſs. de ritu Sacrar. Lect.* Wittemb. 1685, Joannem Andream Schimidium *de Primit. Eccleſ. lection. &c.* Helmſtadii 1697, Binghamum *l. XIV*, *c.* 3, Auctorem Compendii *Antiq. Eccl.* a Walchio editi *l.* 2, *c.* 2, Joannem Matthæum Hammerich *Diſs. Hiſtorico-Critica de Uſu Evangelici Codicis apud veteres Chriſtianos*, Joſephum Catalanum *De Codic. Sanct. Evangel. &c.*, Joannem Henricum Thamerum *De Origine, & dignitate pericoparum, quæ Evangelia, & Epiſtolæ vulgo vocantur*, Jenæ 1734, Joannem Fhrickium *Diſs. Theologico-Critica De cura Eccleſiæ veteris circa Canonem Sacræ Scripturæ, & conſervandam Codicum puritatem*, quæ habetur in *Meletematis variis* Ulmæ editis 1756. Sed cautim per hoſce libros incedas velim; ſunt enim ſuppoſiti ignes cineri doloſo.

QU.

QU. XXIII.

Quid afferς de Congregatione Concilii Tridentini Decretorum interprete, atque cuſtode.

§. I. SUmmo Pontifici id oneris divinitus impoſitum eſſe, ut ubique locorum, atque Eccleſiarum Sacrorum Canonum obſervantiam commoveat, alat, ſuccendat, & nos contendimus, (Vid. ſupra Quæſt. VII.) & ii ipſi ultro concedunt, qui Eccleſiaſticæ Reipublicæ Principatui bellum indixerunt. (Vid. Febron. *c.* 2, §. 7, *de Statu Eccleſ.*) Ne in re ſcriptorum omnium conſenſione laudata omnem videar antiquitatem e. tumulis evocare, unum Cœleſtinum I (anno 423.) memorabo. *In ſpeculis a Deo conſtituti ſumus, ut vigilantiæ noſtræ diligentiam comprobantes, & quæ coercenda ſunt, reſecemus; & quæ obſervanda ſunt, ſanciamus.* (*Epiſt. IV*, *n.* 1, in coll. Petri Couſtant. Col. 1066.) *Quiſquis conatus fuerit tentare prohibita, ſentiat cenſuram Apoſtolicæ Sedis.* (Idem *Epiſtola* 5, *n.* 3.) Quamquam præterire minime poſſum ea, quæ Gregorius Magnus ſcripſit ad Joannem Patriarcham Conſtantinopolitanum. *In qua cauſa ſi videro Canones non ſervari, dabit omnipotens Deus, quid contra contemptores ejus faciam.* Et ad Joannem Syracuſanum. *Si qua culpa in Epiſcopis invenitur, neſcio quis Sedi Apoſtolicæ Epiſcopus ſubjectus non ſit.* (Vid. *l.* 9, *Epiſt.* 59, *l.* 3, *Epiſt.* 53, *l.* 4, *Epiſt.* 32.)

§. II. Nil igitur novi juris Summo Pontifici acceſſit, ſed ſolummodo priſtinum affirmatum fuit in *Seſſ.* 25, *de Recip. & Obſerv. Decret. Conc.* ubi Tridentini Patres ejuſdem Concilii Decretorum cultum Pontificis Maximi fidei, & curæ commendarunt. Ut autem Tridentinorum Patrum expectationi plenius ac cumulatius reſponderet Pius IV, Congregationem (*a*) inſtituit Cardinalium, quæ huic rei ope-

(a) Berard. *in J. E. U. Tom. I, Diſſ.* 2, *c.* 3. Congregatio Concilii Tridentini primum fuit inſtituta a Pio IV, deinde a Sixto V ampliore poteſtate inſtructa. Cum enim prævidiſſent Tridentini Patres non ita in Concilio declarari omnia potuiſſe, ut nulla omnino explicatione indigerent, in fidem Pontificis Maximi recipienda ea voluerunt, ſperantes, ut ipſe aut novum congregando Concilium, ubi opus eſſet, aut evocatis ex illis præſertim Provinciis, unde difficultas orta fuerit iis, quos tractando emergenti negotio viderit expedire, aut commodiore quacumque ratione ei viſum fuerit, provinciarum neceſſitatibus conſuleret. His adhærens Pius IV prudentiſſime vetuit, ne quis Tridentinis Decretis gloſſemata, & interpretationes adjiceret, quibus aliquando eventurum rimebat, ne Sanctorum Patrum ſententiæ eluderentur, immo & ad expeditiorem Decretorum executionem Congregationem inſtituit, quæ ſedulo invigilaret, ut ſine tergiverſatione Tridentinis ſemel promulgatis Decretis pareretur, unde ea Congregatio appellabatur, *Pro executione, & obſervantia Concilii*. Quis vero fa-

Jus Pontificium. Mm cile

Digitized by Google

peram navaret, quam interpretandi auctoritate, quæ ab hujuſmodi tutelæ officio abeſſe non poteſt, auctam voluit Sixtus V.

§. III. Neque vero ſatis firmum præſidium obtendunt cauſæ ſuæ ii, (Eſpenius *J. E. U. part.* 1, *t.* 22, *c.* 5, §. 2, Eybel. *Introd. in J. E. Cathol. Tom.* 1, *l.* 3, *c.* 4, *in Nota C. n.* 8) qui hujuſce Congregationis Decretorum auctoritatem eo infringere conantur quod Tridentinorum Patrum mens fuerit, ut Summus Pontifex hac in re uteretur conſilio non Cardinalium, verum Epiſcoporum earum Provinciarum, in quibus oborta lis eſſet, aut Concilia Generalia indiceret, eorumque ſententiam exquireret. Neutrum hactenus factum fuiſſe clamant. Sed qui fieri id poterat in tanta ubique locorum ac noſtrorum temporum difficultatum ſuborientium multitudine? Quod quidem ſuſpicata fuiſſe videtur ipſa Tridentina Synodus, quæ ibidem *commodiorem quamcumque rationem* eligendam S. Pontifici relinquit. *Quod ſi in his recipiendis* (Decretis C. T.) *aliqua difficultas oriatur, aut aliqua inciderint quæ declarationem* (quod non credit) *aut definitionem poſtulent; præter alia remedia in hoc Concilio inſtituta, confidit S. Synodus, Beatiſſimum Romanum Pontificem curaturum, ut vel evocatis* ex illis præſertim Provinciis, unde difficultas orta fuerit, iis quos eidem negotio tractando viderit expedire, vel etiam

---

cile in iis adjunctis executionem meram curare potuiſſet, quin aliquando ſi quid obſcurum emergeret, interpretatione ſuppleret? Sed interea ea Congregatio facultate interpretandi deſtituebatur, donec eam a Sixto V expreſſo mandato ſuſcepit; quamobrem deinceps ea Congregatio appellata fuit *Pro executione, & interpretatione Concilii Tridentini*. Potiſſima autem hujus Congregationis cura hodie in eo verſatur, ut Provinciales, & Diœceſanas Synodos celebrari curet, quoad fieri poſſit; item ut recipiat appellationes ab improvidis quarumdam Synodorum particularium ſtatutis, atque iſta, ubi exhibeantur diſcutiat, ac probet; regulariter, ut ea omnia agat, quæ ex Tridentinarum legum cuſtodia pendent; qua de cauſa ipſa excipere ſolet, & diſcutere poſtulata, quæ in relationibus Status Eccleſiarum ab Epiſcopis, ubi præſertim limina Apoſtolica viſitant, proponuntur. Ejuſdem tamen decreta potiſſimum quod promulgari non ſoleant, non ubique tamquam leges recipiuntur, immo & ubi recepta ſunt, duabus deprehenduntur obſervationibus obnoxia. Prima obſervatio eſt, quam jampridem adhibuit Cardinalis de Luca *in adnot. ad Concilium Tridentinum Diſc.* 1, non eſſe indiſcriminatim adhærendum quibuſcumque Collectoribus, qui ea vel MSS. Codicibus, vel impreſſis exhibuerunt, cum pluries contingat, ut tamquam Decretum Congregationis exhibeatur, de quo nulla in ejuſdem Congregationis tabulario, ſeu regeſto veſtigia habeantur, quod & animadvertit Fagnanus *in c. Quoniam, de Conſt. n.* 9, *& in c. Cum veniſſent, de Judiciis*. Altera obſervatio eſt, ubi ejuſmodi Decretum in forma Authentica proferatur, inveſtiganda eſſe adamuſſim, & rei propoſitæ, & temporum, & perſonarum, & locorum adjuncta; quod forte ſingularibus horum adjunctorum cauſis decretum inniti poſſit, non facile ad alia adjuncta non undequaque ſimilia producendum; (Vid. ſupra *Quæſt. XIX*) quamobrem eadem ipſa Congregatio, ubi certa adjuncta immutarentur, olim dictam in aliis adjunctis retractare ſententiam non dubitavit, quemadmodum pluribus in locis adnotavit Benedictus XIV, *de Synodo Diœceſana*. Non eſt omittendum, interpretationem, Concilii Tridentini Congregationi commiſſam, pertinere tantum ad ea Concilii capita, quibus aut mores, aut diſciplina reformantur; nam ea in quibus fidei dogmata definiuntur, interpretationi Pontificis Maximi ſunt reſervata. Item omittendum non eſt, etiam ubi recepta ſunt generaliter ejus Congregationis Decreta, poſſe aliquando Epiſcopum ab eiſdem recedere, ſi æqua ſuggerat cauſa, quemadmodum iterum adnotavit Benedictus XIV in *l.* 2 *de Synodo Diœceſa-*

etiam Concilii Generalis celebratione, ſi neceſſarium judicaverit, *vel commodiore quacumque ratione ei viſum fuerit*, Provinciarum neceſſitatibus; pro Dei gloria, & Eccleſiæ tranquillitate conſulatur.

Q U.

ceſana, *c.* 7, *n.* 7: neque enim diſciplina generalibus regulis expreſſa ita ſingulas afficere Provincias poteſt, ut omnibus utilis eſſe videatur. (Vid. quæ ſuperius diximus in Procem. *Quæſt. IV.*) Hujuſce Congregationis perſonæ, excepto Secretario, omnes ſunt Cardinales, iiſque præeſt Cardinalis Præfectus, cujus ſubſcriptione omnes Declarationes munitas eſſe oportet.

QU. XXIV.

Nihil ne ais de Congregatione particulari nonnullorum Romanæ Curiæ Prælatorum Congregationi Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum adjecta?

§. I. HÆC Congregatio ſuperioris appendicula inſtituta fuit a Benedicto XIV (*a*) anno milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo nono Kalend. Decembr., quæ Cardinales Concilii Tridentini interpretes, & cuſtodes immenſa laborum mole, & negotiorum magnitudine pene obrutos aliquo onere levaret. Huic igitur Congregationi hæc provincia tradita eſt, ut eorum Epiſcoporum, qui Eccleſiarum ſuarum Statum Sedi Apoſtolicæ ſiſtunt, Epiſtolas legant, omnia quæ legunt in unum conferant, ordine exponant, ſententiam ſuam aperiant, & ſi res eſt conſilii rem totam ad Congregationem Concilii, Summumque Pontificem referant.

§. II. Qui Summo Pontifici in univerſa Eccleſia ſacrorum Canonum tutelæ onus imponunt, (Vid. ſupra *Quæſt. XXIII*) jus etiam omnium Eccleſiarum Sta-

(a) Bened. XIV *Conſt. VIII*, T. 1. Decet Romanum Pontificem pro divinitus credita ſibi Dominici gregis cura non ſolum quæ Catholicæ Eccleſiæ utilia, ac ſalubria ſunt, & S. Canonibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus conſona conſtituere, ſed Evangelici Patrisfamilias exemplo pro cujuſque ingenii, & facultatum viribus talenta diſtribuendo, celeri etiam eorum quæ decreta ſunt, executioni proſpicere. Alias quidem Sixtus V. per ſuas litteras Apoſtolicas, quarum initium eſt, *Romanus Pontifex*, decrevit, ut omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi juramento promitterent ſe certis ſtatutis temporibus BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli limina perſonaliter, ac per ſe ipſos viſitaturos; legitimo autem impedimento detentos per certum nuntium id adimpleturos, rationem reddituros Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus de toto eorum Paſtorali officio, deque rebus omnibus ad ipſarum, quibus præeſſent, Eccleſiarum Statum quovis modo pertinentibus: & idem Sixtus V deinde per litteras, quæ incipiunt, *Immenſa*, Congregationis S. R. E. Cardinalium ſuper interpretatione, & executione Concilii Tridentini demandavit, ut Patriarcharum, Primatum &c. poſtulata audirent, & quæ per ſe poſſent ex Charitatis, & Juſtitiæ norma expedirent, majora ad ſe ſuoſque Succeſſores referrent ... Cum autem, ſicut nobis, dum adhuc in minoribus verſaremur, innotuit, Venerabiles Fratres noſtri S. R. E. Cardinales Decretorum ejuſdem Concilii Tridentini interpretes tantis negotiorum curis cauſarum multitudine, & graviſſimarum occupationum mole diſtineantur, ut ſerius, quam optarent, non ſine aliquo Eccleſiarum detrimento, & nonnullorum querela, poſtulata, quæ occaſione Viſitationis ſacrorum liminum fieri ſolent, audire, & reſponſa præbere cogantur litteris Patriarcharum, Primatum &c. Nos hujuſmodi incommodo congruum remedium adhibere ſatagentes, inhærentes exemplis SS. noſtrorum prædeceſſorum, e quibus B. Damaſum in Chartis Eccleſiaſticis juviſſe, & Orientis, Occidentiſque conſultationibus reſpondiſſe de ſe B. Hieronymus affirmat, ex certa ſcientia, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitu-

Statum ab omnibus Epiſcopis exquirendi eidem adjudicent neceſſe eſt (*b*). Nam ipſa ratio connexi, cum conceſſeris ſuperius, cogit te inferius concedere. Quæ vero magis inter ſe connexa ſunt, quam hæc duo? I, Canonum obſervantiam in omnibus Eccleſiis alere debere. II, Et in Canonum obſervantiam inquirere, num qua quantaque indigeat alimonia? Quid aliud autem ſibi volunt Summi Pontifices, cum ab Epiſcopis ſuarum Eccleſiarum Statum ſibi poſtulant nuntiari? Eo certe nituntur, ac tendunt, ut ſcire poſſint, num ſuus ubique ſacris Canonibus ſtet honos, quibus calcaribus opus ſit, aculeiſque ut proſtrata Eccleſiaſtica diſciplina ſe ſe erigat, atque exſurgat.

§. III. Porro hæ Renuntiationes Status Eccleſiarum, quæ ab Epiſcopis modo ſtatis temporibus Summo Pontifici fieri ſolitæ ſunt, ortum ſuum ab Eccleſiæ incunabulis repetentes, (*c*) licet ali-

---

nitudine tenore præſentium perpetuo erigimus, & decernimus particularem Congregationem nonnullorum Romanæ Curiæ Prælatorum, quorum munus, & officium illud dumtaxat eſſe volumus, ut eorumdem Patriarcharum, Primatum &c. poſtulata, quæ in ſcriptis exhibita fuerint, & litteras Congregationi Cardinalium C. T. Interpretum, vel nobis directas, & a nobis ad præfatam Congregationem remiſſas diligenter inſpicere, omniaque in eis contenta in eorum conventibus, & particularibus Congregationibus accurate exponere, ut communi conſilio omnibus conſideratis, & perpenſis, quæ majoris momenti videbuntur ad ipſos S. R. E. Cardinales Interpretes, & deinde ad Nos referantur &c.

(b) Benedictus XIV Conſt. VII, T. I Bull. §. 1. Dudum quidem Sixtus V ſerio animadvertens veterem, & laudabilem morem graviſſimis ex cauſis, & non ſine Spiritus S. inſtinctu a Summis Pontificibus antiquitus inſtitutum, & per multas ætates magno Eccleſiæ Dei commodo obſervatum, ut ſinguli Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi certis præſcriptis temporibus per ſe ipſos, vel per certum eorum nuntium BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli limina ſe viſitaturos jurejurando pollicerentur, ut Epiſcoporum Romam venientium opera, & adjumento Romanus Pontifex, cui omnium Eccleſiarum ſollicitudo concredita eſt, ubique locorum gregis ſibi commiſſi vultum agnoſceret, & ſpiritualium ovium morbos intelligeret curationeſque opportunas adhiberet, nec quidquam omnino illum lateret earum rerum, quas ad Dei gloriam augendam, ad Chriſtianam religionem propagandam, ad animarum ſalutem procurandam, neceſſario eundem ſcire, atque intelligere oportet, partim hominum culpa, partim antiqui humani generis hoſtis aſtutia, variis etiam inſurgentibus temporum calamitatibus, & plurimis, in grave animarum ſuarum periculum, & quibus præerant Eccleſiarum detrimentum, negligenter obſervari, ex intimis animi ſenſibus indoluit, & ſtatim gravi malo quotidie magis ingraveſcenti occurrere, & congrua adhibere remedia cogitavit &c.

(c) Antiquiſſimum, ſimulque illuſtre hujuſce rei monumentum habemus in Eccleſiaſtica hiſtoria. Epiſtolam nimirum a Patribus Concilii Milevitani ad S. Innocentium I ſcriptam, in qua deplorabilem exponentes Statum Eccleſiarum Palæſtinæ, atque Africæ, quas Pelagiani plurimum perturbaverant, & Apoſtolici Paſtoris opem implorantes ita ſcribunt: *Quia te Dominus gratiæ ſuæ præcipuo munere in Sede Apoſtolica collocavit, talemque noſtris temporibus præſtitit, ut nobis potius ad culpam negligentiæ valeat, ſi apud tuam Venerationem, quæ pro Eccleſia ſuggerenda ſunt, tacuerimus, quam ea tu poſſis vel faſtidioſe, vel negligenter accipere: magnis periculis infirmorum membrorum Chriſti Paſtoralem diligentiam quæſumus adhibere digneris.* Neque minus ad id ſignificandum, de quo nunc agimus, perſpicua ſunt verba quibus S. Pontifex in ſua reſponſione utitur, nempe: *Diligenter, & congrue conſulitis Apoſtolico honori: honori, inquam, illius, quem præter illa, quæ ſunt extrinſecus, ſollicitudo manet omnium Eccleſiarum ſuper anxiis rebus, quæ ſit tenenda ſententia,*

Digitized by Google

aliquando fortaſſe conſederint, nunquam tamen ſe concidiſſe gloriantur, ſuæ-

tia, *ANTIQUÆ SCILICET REGULÆ*, *formam ſequuti quam TOTO ſemper ab Orbe mecum noſtis eſſe ſervatam*. Has duas Epiſtolas videre licet in editione Operum S. Auguſtini, quæ curantibus Monachis Congregationis S. Mauri prodiit Pariſiis anno 1679, Tom. 2, pag. 620, & 639. Præterea S. Gregorius Magnus Epiſcopis per Siciliam conſtitutis indulſiſſe invenitur, ut, cum antea tertio quoque anno Romam accedere tenerentur, deinceps nonniſi ſingulis quinquenniis hujuſmodi iter ſuſcipere deberent: ut ipſe ſcripſit ad Cyprianum Diaconum in ea Inſula reſidentem, Epiſt. 22, l. 7, tom. 2 Oper. Coll. 866, & ſequ. *Novit dilectio tua hoc OLIM CONSUETUDINEM TENUISSE, ut fratres, & Coepiſcopi noſtri Romam ſemel in triennio de Sicilia convenirent: ſed nos eorum labori conſulentes conſtituiſſe, ut ſuam huc ſemel in quinquennio præſentiam exhiberent*. Similis Epiſcoporum obligatio, diverſa tamen pro Eccleſiarum ab urbe diſtantia eruitur etiam ex Concilio Romano anno 743 habito a S. Zacharia Papa can. 3, Tom. 3 Collect. Arduini, col. 1927. *UT JUXTA SANCTORUM PATRUM ET CANONUM STATUTA omnes Epiſcopi qui hujus Apoſtolicæ Sedis ordinationi ſubjacebunt, qui propinqui ſunt, annue Idibus menſis Maji SS. Principum Apoſtolorum Petri, & Pauli liminibus præſententur, omni occaſione ſepoſita; qui vero de longinquo, juxta Chirographum ſuum impleant*. Formula Juramenti ab Epiſcopo electo præſtandi deſcripta legitur in Decretalibus Gregorii IX, in c. *Ego N*, *de jurejurando*, ubi inter cætera hæc habentur: *Apoſtolorum limina ſingulis annis aut per me, aut per certum nuntium viſitabo, niſi eorum* (Pontificum) *abſolvar licentia*. Cujus Formulæ auctor eſt Gregorius VII. Inter Innocentii III Reſcripta unum adeſt, quod ſpectat ad Patriarcham Antiochenum, qui cum juxta obligationem ſuam quarto quoque anno ad viſitanda Apoſtolorum limina, reddendamque rationem adminiſtrationis Eccleſiæ ſuæ Romam venire debuiſſet, neque id certis impedimentis obſtantibus executus eſſet, excuſationes ſuas ad Pontificem miſerat: qui ſane eas benigne admiſit, ſed ſimul Patriarcham admonuit, ne in poſterum officio deeſſet. Sub Alexandro IV compertum fuit nonnullos Epiſcopos, ut ab incommodis ſe eximerent Indulta ſpecialia poſtulando impetraſſe, ne ſtatis temporibus tenerentur ad Apoſtolica limina ſe ſiſtere, & relationem Status ſuarum Eccleſiarum exhibere. Verum Pontifex edita Conſtitutione omnia indulta hujuſmodi eouſque conceſſa abrogavit, ut videre eſt apud Raynaldum ad an. Chriſti 1257, num. 50, & ſequentia verba in citata Conſtitutione adjecit: *Non eſt facile recedendum ab eo, quod a Prædeceſſoribus noſtris ſuper hoc diu excogitatum extitit, & obtentum*. Denique ut alia antiquitatis monumenta omittamus, inter quæſita ex parte Maronitarum propoſita Gregorio XIII, hoc etiam relatum legitur: *Præterea cum Pontificale Romanum ſtatuat, jubeatque ſingulos Epiſcopos ultramarinos omni triennio venire Romam de Eccleſiarum ſuarum Statu depoſituros: num & noſtri ad idem teneantur nec ne? Sufficiatque propter itineris difficultates, Turcarumque, pericula, quempiam eorum nomine delegare?* Reſponſum autem ſubjicitur, quod ſic habet. *Ob magnam locorum intercapedinem denegandum non videtur, quod petunt; ut ſatis ſit unoquoque triennio unum Epiſcoporum omnium nomine Romam deſtinari*. Non itaque Sixtus V hanc legem primus invexit, qua Catholici Antiſtites ad viſitanda limina Apoſtolorum Petri, & Pauli, & ad referendum Apoſtolicæ Sedi Eccleſiarum ſuarum Statum obligantur; cum & unum, & alterum hujuſce legis caput tot antea ſæculis viguiſſe conſtet; & ſatis appareat utrumque conſequens eſſe illius Primatus, quo Romanus Pontifex in Univerſa Eccleſia potitur. Hoc Sixto tribuendum eſt, quod viſitationum tempora ſingulis Epiſcopis congrua ratione determinaverit; quodque aliquos deputaverit, qui poſtulata in Epiſcoporum relationibus propoſita expenderent, iiſque opportune reſponderent. Benedict. XIV *de Synod. Diœceſana l.* 13, *c.* 6, *& ſeq.* quem vide.

Odo Pariſienſis Epiſcopus in ſuis Conſtitutionibus c. 57. *Moneant Presbyteri Parochianos ſuos in Confeſſionibus, & Prædicationibus ſuis, ut ſaltem ſemel in anno*

pe-

ſuæque antiquitatis, perennitatiſque teſtes proferunt S. Innocentium I, S. Gregorium Magnum, S. Zachariam I, S. Gregorium VII, Innocentium III, Alc-

---

peregrinando viſitent Eccleſiam (*Cathedralem Pariſienſem*). In Concilio Juliobonenſi (anno 1080): *Presbyteri ſemel in anno circa Pentecoſten, cum proceſſionibus ſuis ad Matrem Eccleſiam veniant*. In Concilio Rothomagenſi (anno 1581), Tit. *de Epiſc. Offic. Præcipimus illarum indulgentiarum confirmationem a Sede Apoſtolica peti. Sunt enim neceſſariæ ad veterem morem Chriſtianorum conſervandum, & inſtaurandum viſitandi Cathedralem, & matricem Eccleſiam, in Paſchate, & Pentecoſte, & tum confluendi ad ſuſcipiendam benedictionem Epiſcopalem*. Quo Cathedralem Eccleſiam cultu a Diœceſanis obſervari curabant Epiſcopi, eo ipſimet Metropolitanam proſequebantur. Crimini vertit Innocentius III Epiſcopo Pictavienſi, quod plures annos non viſitaſset Metropolitanam Eccleſiam Burdigalenſem. (*Regeſt.* 13, *Epiſt.* 92) Vuillelmus major Andegavenſis Epiſcopus hæc habet: *Cum nos more majorum noſtrorum teneremur infra tres Menſes a tempore conſecrationis noſtræ Turonenſem Metropolitanam Eccleſiam viſitare*. Narrat Rogerius graviter conqueſtum fuiſſe Hoffridum Archiepiſcopum Eboracenſem de Epiſcopo Dunelmenſi, qui Eccleſiam Eboracenſem a biennio jam toto fraudabat tum Viſitationibus, tum muneribus ſtatutis. *Jam per biennium Eccleſiam noſtram Eboracenſem debitis ei Proceſſionibus ab antiquo, & oblationibus in diebus Pentecoſtes contra juris ordinem ſpoliare præſumpſiſti*. In Concilio Ravennate anni 1317, *c.* 11, conceptis verbis exprimitur, ſuffraganeos omnes Epiſcopos Metropolitanæ Eccleſiæ ſolitos piæ Viſitationis honorem dependere diebus Feſtis Solemnioribus, ac præterea quoties eos Archiepiſcopus ad communicanda de rebus gravibus conſilia accerſebat. *Cum ſæpe contingat, Dominos ſuffraganeos Eccleſiæ Ravennatis debere Eccleſiam Ravennatem viſitare pro feſtivitatibus SS. Apollinaris, Vitalis, vel aliis ex cauſis in Provincia emergentibus a nobis evocati*. Gemina hic aperte declaratur ratio adeundæ ab Epiſcopis Metropolitanæ Eccleſiæ, tum ut Unitatis, & Dignitatis ſuæ vertici aſſurgerent; tum ut cum eo de negotiis, & cauſis quibuſque graviſſimis Eccleſiæ tractarent; ipſiſſimæ autem hæ cauſæ fuere Epiſcopis omnibus, Occidentalis maxime Eccleſiæ, ut hoc Viſitationum ſtatarum obſequio proſequerentur Romanam Eccleſiam, monumenta Apoſtolorum, Vicarios Chriſti, verticem Unitatis, & Communionis Catholicæ.

Utque tota hæc Diſſertatio eo deſinat, unde initium cœpit, ex Tridentino Concilio memorandum eſt illud Decretum, quo abolita, & exſtincta prorſus eſt illa conſuetudo, quæ nonnullis in Provinciis ſuperſtes tunc erat adhuc, ut Epiſcopi annua Viſitatione tenerentur Metropolitanam Eccleſiam revereri. *Nec Epiſcopi comprovinciales prætextu cujuslibet conſuetudinis ad Metropolitanam Eccleſiam in poſterum accedere inviti compellantur*. *Seſs.* 24, *c.* 2. In Congregatione Concilii declaratum primo fuerat, decreto eo Concilii diſpenſari Epiſcopos Viſitatione, quam ipſi per ſe ſe exhibebant Metropolitanis, non ea, quam obibant per Vicarios; ſed ab ea poſt diſceſſum eſt, & conſulto ipſo Pontifice pronuntiatum, Concilium Tridentinum utroque viſitandi genere Epiſcopos abſolviſſe. (Fagnanus *l.* 3 *Decretal. p.* 1, *pag.* 184.)

In Hiſtoria Concilii Tridentini narrat Pallavicinus *l.* 23, *c.* 5, Epiſcopos quadraginta graviter conqueſtos eſſe de hac neceſſitate, quam ſibi imponerent Metropolitani exhibendæ Viſitationis vel per ſe, vel per Procuratores altero Paſchæ feſto die; utque eo vinculo ſe ſolvi facilius impetrarent, ultro ſpopondiſſe facile aſſenſuros ſe, ut illa quoque tolleretur conſuetudo, qua Archipresbyteri, & Parochi ſemel Epiſcopum anno quolibet inviſere tenebantur; etenim has conſuetudines non invectas, niſi ex Conciliis, quæ apud Metropolitanum quotannis, & ex Synodis, quæ apud Epiſcopum annuæ quoque habebantur; ac proinde conſultiſſimum eſſe, ut non aliæ Viſitationes exigerentur, quam quæ cum ipſis met Conciliis, & Synodis erant conjunctæ.

Aptius non poteſt hæc concludi Diſſertatio, quam ſapientiſſimi prorſus Spondani Apamienſis Epiſcopi verbis ad an. 1685. n. 32. Quod quidem Decretum (Sixti V Bul-

Alexandrum IV, Gregorium XIII, Sixtum V, ac tandem Benedictum XIV, a quo eam, in qua nunc ſunt, (d) maturitatem ſunt conſequutæ.

QU.

Bullam) utile ſane, & commodum ab omnibus juratur, & a paucis nihilominus obſervatur; ſaltem in Gallia, ubi libertas Eccleſiaſtica præ cæteris Regnis in pretio eſt. Ego certe, qui indigniſſimus Epiſcopus conſecratus ſui, præceptum ut filius obedientiæ adamuſſim hactenus obſervavi, mittendo ſtatim per idoneum Sacerdotem; longe tutius exiſtimans id prompte exequi, quam utrum ad exequendum obliger inquirere, ac diſputare. Thomaſs. *de Vet. & Nov. Eccl. Diſcipl. p.* 2, *l.* 3, *c.* 42.

(d) Sixtus V anno 1585 ſtata definiit annorum intervalla Regionum diſtantiæ accommodata ad Romanum iter Epiſcopis omnibus capeſſendum. Nimirum Itali tertio quoque anno, Galli, Germani, Hiſpani quarto, cæteri Europei, & Africani quinto: Aſiatici, & ſi qui remotiores decimo quoque anno Romam pergent omnes Epiſcopi, eum ut capiant itineris ſui fructum, ut Baſilicas Apoſtolorum viſitent, Chriſti Vicario aſſurgant; utque Congregationi Concilii explanent, quo ſint loco res Eccleſiæ ſuæ, & mores; quam infatigata pro illis excubent vigilantia; an quotannis Synodum habuerint Diœceſanam, an tertio quoque anno adierint Concilium Provinciale, an quolibet ſaltem biennio Parochias ſuas omnes circumluſtraverint, quamvis numero ingenti ſint, an Seminarium ædificarint, an Theologum, & Pœnitentiarium habeant probe dotatum. Si quos difficultatis ſcrupulos afferant, illos expedit Congregatio Concilii, addito etiam teſtimonio Canonice peractæ Viſitationis cum mandato, quo fruantur diſtributionibus ſuis toto eo abſentiæ tempore, aut Canonici, qui Epiſcopo comites acceſſerint, aut Præbendarii, qui ejus vice, & nomine ſacra Viſitatione perfuncti ſunt. Thomaſs. *ibid.* ex Fagnagno.

Benedictus XIII in Concilio Romano celebrato anno 1725 *t.* 13, *c.* 1, & in Append. Intruct. 12. Ne deinceps defectu inſtructionis nunquam editæ pro exarandis Relationibus Statuum Eccleſiarum, earum aliquæ exhibeantur abundantes in ſuperfluis, & aliquæ deficientes in neceſſariis, ut olim non ſemel accidebat, voluit inſtructionem edi a S. Congregatione Concilii, & ab omnibus Catholicis Antiſtibus adamuſſim ſervandam; quam inſtructionem videre eſt apud Cardinalem Lambertinum *de Synodo Diœceſana* ad calcem *l.* 13. Vid. *ibid.* per totum.

Limina Apoſtolorum ſtatutis temporibus viſitari debent non ſolum ab omnibus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, etiamſi ſint Cardinales, etiamſi poſſideant Epiſcopatus annexum habentes titulum Cardinalitium, cujuſmodi ſunt Oſtienſis, Portuenſis &c. ſed etiam Prælati inferiores Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, & territorium habentes *nullius*, atque Abbates, Priores, Præpoſiti, aliique quocumque nomine inſigniti; etiam S. R. E. Cardinales tam Sæculares, quam Regulares Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes jam promoti, & promovendi, qui antequam ſuorum Monaſteriorum, ſeu Eccleſiarum poſſeſſionem capiant, jurare debent in manibus Cardinalis Diaconi Ordine Prioris, ſi præſentes ſint in Curia, & ſi abſentes in manibus Nuntii, aut Legati Apoſtolici, eoque abſente in manibus alicujus Archiepiſcopi, aut Epiſcopi eorum arbitrio eligendi, ſe liminum viſitationem *nullo intercedente legitimo impedimento* perſonaliter peracturos eſſe, ac de ſibi commiſſa Monaſteriorum, & Eccleſiarum procuratione relationem Romano pro tempore Pontifici facturos eſſe ſingulis trienniis a die poſſeſſionis apprenſæ incipiendis, ſi ſint Itali, vel ex Inſulis, & Provinciis Italiæ adjacentibus, ſin minus, quinto quoque anno ſub pœna ingreſſus ab Eccleſia, adminiſtrationis tam temporalium, quam ſpiritualium perceptionis fructuum &c., *intercedente vero legitimo aliquo impedimento* per virum in dignitate conſtitutum de gremio Monaſteriorum, vel Eccleſiarum, aut per aliquem Sacerdotem Regularem, aut Sæcularem, qui tamen docere debeat de impedimento: Benedictus XIV Conſt. quæ incipit, *Quod Sancta*, VII Tom. I Bullar. data 23 Novembris 1740.

Hi qui tenentur viſitare limina, tum re-

la-

Q U. XXV.

Aliquid audire ex te aveo de Congregatione, quæ Regularium negotiis præeſt.

§. I. Cum Monachorum, & Regularium familiæ non amplius, ut olim, ſibi ſolis vivant, ſed illarum partem ſacrorum miniſteria, partem animarum tutela, partem veritatis Evangelicæ propagatio ſibi vendicet; cumque ſinguli Regularium Ordines non ſingulis modo concludantur Diœceſibus, aut Provinciis, verum tam longe, lateque diffuſi ſint, ut iis, quibus Chriſtiana Reſpublica, limitibus circumſcribantur, proindeque non ad peculiarem aliquam, ſed ad univerſam nunc præcipue pertineant

lationem facere de Statu ſuarum Eccleſiarum, adde etiam adminiſtratores datos alicui Epiſcopo in legitima ætate nondum conſtituto, ut uſuvenit, dum aliquis Regius Princeps nondum in legitima ætate conſtitutus præficitur alicui Eccleſiæ. Benedictus XIV *de Synod. Diœceſan. l. 13, c. 6, n. 5*, ubi ait, teneri etiam Epiſcopos titulares ad Viſitationem Sacrorum liminum, quod in hac Viſitatione præter venerationem erga SS. Apoſtolorum cineres, debitæ Romano Pontifici ſubmiſſionis, & obedientiæ actus contineatur; quodque etiam Epiſcopus titularis licet abſens, & impeditus, quominus ad ſuam Eccleſiam accedat, de hujus tamen Statu aliqua identidem cognoſcere poſſit, quæ Pontifici referenda ſint, & quorum occaſione aliquid in ejuſdem Eccleſiæ utilitatem proponendum occurrat. Ibidem etiam docet Pontifex, ad viſitationem S. Liminum teneri Coadjutum, non vero Coadjutorem; cæterum ſi Coadjutor viſitationem peregiſſet, & relationem de Statu Eccleſiæ feciſſet, minime pro ea vice teneri Coadjutum. Idem Pontifex *loc. citat. n. 3* monet, ſi Epiſcopus, juſto quolibet impedimento detentus, a S. Congregatione licentiam petat viſitandi S. Limina per Procuratorem in Urbe exiſtentem, etiam privatis ſuis rebus vacantem, vel per ordinarium ſuum negotiorum geſtorem, ſeu Agentem, dummodo Eccleſiaſtico charactere ſit inſignitus; facta S. Pontifici per Secretarium ipſius Congregationis inſtantiæ illius relatione, non ita frequenter rejici ſolere, ut olim eveniſſe conſtat, ſed petitam licentiam, & facultatem benigne paſſim concedi, præſertim ſi agatur de Sacerdote Sæculari in Procuratorem conſtituendo; ſi vero agatur de Regulari Sacerdote in Procuratorem ab Epiſcopo conſtituendo, tum nonnihil difficultatis offendi ſolere, cum prius probanda ſit deficientia Cleri Sæcularis; eaque non probata, nequaquam admittitur Procurator Regularis, ſive e Diœceſi miſſus, ſive jam pridem in Urbe degens; niſi forte agatur de Eccleſiis in remotiſſimis Regionibus conſtitutis, unde difficillimum eſt ſpecialem Procuratorem de gremio Capituli, aut Cleri Sæcularis ad viſitanda Apoſtolorum limina Romam tranſmittere.

Epiſcopi pro viſitandis liminibus poſſunt abeſſe a ſua Reſidentia ſuæ Eccleſiæ, ſeu Diœceſis per ſeptem Menſes, ſi ſint ultramontes; & per quatuor, ſi ſint citra Montes, dummodo eo tempore ad alios actus non divertant. Urbanus VIII Conſt. *Sancta Synodus*.

neant Eccleſiam; cum denique ea ſit harum omnium ſocietatum indoles, ut una, eademque vivendi ratio, eadem diſciplinæ regula, eadem regiminis forma ubique Diœceſeon, ac Provinciarum ſervari, ac cuſtodiri debeat; hinc ea neceſſitas enata eſt, ut ſinguli Regularium Cœtus in unius præcipuam concederent poteſtatem, illiuſque, qui ad excubias univerſæ Eccleſiæ divinitus eſt conſtitutus. Summus igitur Pontifex tanto ſub pondere gemens, atque fatiſcens Cardinalium Congregationem ſibi adſcivit, quæ in hoc ferendo onere ſe ſe adjuvaret, quæſtioneſque omnes, quæ vel inter Regulares ipſos, vel Regulares inter & Epiſcopos Parochoſve oriuntur, ſolveret, ac definiret. De Monachis, & Regularibus ex condicto agemus in Libro octavo. De hac Congregatione videſis Card. de Luca *L. XV, Diſc. XVI.*

QU-

Digitized by Google

Q U. XXVI.

Nihilne nobis eorum promis, quæ pertinent ad Congregationem Immunitatis? (a)

§. I. TEmplorum Aſylum una cum Templorum reverentia ortum habuit, eaſque ipſas leges, quæ Templis, atque Altaribus cultum ac reverentiam indicunt, ſuas parentes agnoſcit. Nam qui vi oppreſſi, obrutique ad ſacras aras confugiunt, ab illarum amplexu avelli, abripique non poſſunt, quin (b) Templorum reverentiæ injuria creetur.

§. II. Verum dum Deus oppreſſionum quidem vindex, at una etiam ſcelerum ultor ſit, hinc non ſolum in Deum contumelioſi ſunt, qui Dei Templa miſeris perfugium eſſe vetant, verum etiam illi, qui ſcelerum jubent eſſe receptacula. Eccleſiarum igitur *immunitas* in hoc ſita eſt, ut miſeris opis, ſaluſque feratur, ſceleribus autem manus non porrigatur: (Vid. Thomaſs. *de Vet. & Nov. Eccl. Diciſpl. p.* 2, *l.* 3, *c.* 95, §. 2.) Hoc eſt illud *immunitatis* punctum, quod ultra citraque Templorum honos nequit conſiſtere. Aſt iſtud punctum ferre, hoc opus, hic labor, cum calamitates, & miſeriæ ſceleribus, flagitiiſque permixtæ paſſim incedant. Ut igitur hoc punctum haberetur, teneretùrque, plurimæ leges, plurimique Canones lati ſunt.

§. III. Neque vero humanis legibus aut

(a) Vid. Card. de Luca *de Rel. Rom. Cur. Diſcurſ. XVII.*

(b) Non intimæ Eccleſiaſticorum parietum ſanctitatis, ut per ſummam temeritatem more ſuo nobis falſo exprobrat Boehmerus *l.* 3, *t.* 49, ſed extimæ Templorum reverentiæ, cum de immunitate agitur Eccleſiarum, ratio habetur. Sed hac de re inferius *Quæſt. XXXII*, ubi oſtendemus, Catholicos minime credere, divinam virtutem internam, & characterem indelebilem conſecratis lapidibus ineſſe, ut impudentiſſime blaterat Boehmerus *l.* 3, *t.* 40, §. 43, ſed conſecrationem templorum materialium nihil aliud eſſe, quam deſignationem Spiritualis Fidelium Dedicationis, & Cærimonias omnes Conſecrationis Templi materialis unice adhiberi ad indicandam Conſecrationem Templi Spiritualis per baptiſmum. (Vid. Van-Eſpen *p.* 5, *t.* 16, *c.* 3, *n.* 3, 19, 20, *E.-V.*) Cæterum immunitatem, quam nos Eccleſiis tribuimus, non fluere ex opinione internæ ſanctitatis parietibus communicatæ per Conſecrationem ex virtute olei, Chriſmatis &c. apertiſſime patet ex eo, quod apud nos immunitate gaudeant etiam loca non conſecrata. Nam, uti dicitur *c. Inter alia, 6 de immunitate Eccleſiarum, & c.* 10, *eod. & can. Eos qui 6, D.* 87, *& can.* 7, 9, 20, 35, 37, *Cauſ.* 17, *quæſt.* 4, omnes Eccleſiæ dummodo auctoritate Epiſcopi erectæ ſint, *licet nondum conſecratæ*, gaudent jure Aſyli, & *in c. Eccleſiæ de Immunitate Eccl.* hæc habentur: *Eccleſiæ, in qua divina myſteria celebrantur, licet adhuc non extiterit conſecrata, nullo modo privilegium immunitatis adimitur*. Neque vero nobis ſubjungat Boehmerus, in Eccleſiis non conſecratis immunitatem fluere ex celebratione Sacrificii, quæ in iis habetur; nam ex citato cap. *Si Eccleſiæ* eruitur, hac immunitate gaudere Eccleſias auctorita-

 te

aut Canonibus, ut multi rentur, Eccleſiarum immunitas (Thomaſs. *loc. citat. cap. 95, §.9.*) inſtituta fuit, (divini enim juris ea eſt, ejuſdemque, cujus Templorum honos) ſed ſolummodo cuſtodita, ſuiſque clauſtris coercita. Ecquam enim legem, aut canonem mihi recitaveris, qui Eccleſiaſticæ immunitatis auctor ſit, qui de ea tamquam de re jam veteri, atque uſitata non loquatur? Canon omnium antiquiſſimus, in quo Eccleſiaſticæ immunitatis mentio occurrat, eſt Concilii Sardicenſis ſeptimus (an. 347) relatus *in C. 23, quæſt. 8, c. 28.* Habe illius verba: *Sed quoniam ſæpe contingit ut ad Eccleſiam confugiant, qui injuriam patiuntur, aut qui in exilium, vel in inſulas deportati, aut certe alia ſententia damnati, ſubveniendum iis eſt, & ſine dubitatione venia petenda. QUONIAM SPÆE CONTINGIT*, ait Canon. Soliti igitur erant tunc temporis Rei ad Eccleſias confugere.

§. IV. Quid dicam de legibus civilibus? Prima, quæ Eccleſiaſticæ immunitatis ſermonem injiciat, eſt Conſtitutio Theodoſii ſenioris, (*in l. 1, C. T. de his qui ad Eccleſias confugiunt*) nec in Codice Theodoſiano, nec in Juſtinianeo ullam vetuſtiorem invenio. Adeo autem abeſt, ut hæc Conſtitutio Templorum Aſyla conſtituerit, ut quinimmo illa nimium plus juſto jam excreſcentia ſuis ſeptis, ac finibus circumdederit. *Publicos debitores, ſi confugiendum ad Eccleſias crediderint, AUT ILLICO EXTRAHENDOS, aut per eos ejus quem defendendum eſſe crediderint, debitum eſſe ſolvendum*. Si Theodoſius confugas abſtrahendos eſſe lege lata decrevit, (an. 392) ergo antea Rei ad Eccleſias confugiebant, nec abſtrahebantur.

§. V. Cæterum legibus omnibus, atque Canonibus hac de re latis unam Templorum reverentiam propoſitam fuiſſe, atque ad hanc unam Eccleſiarum Aſylum, immunitatemque exquiſitam, caſtigatamque fuiſſe, eas percurrenti facile patet. Ne nimius ſim in ſingulis legibus omnibus recenſendis, unam hic memorabo a Theodoſio latam anno 431. In hac Conſtitutione ait primo: *Sacra non ſolum in ſummo rerum faſtigio, ſed veluti in quodam poſito in terris Cœlo eſſe collocata; omnium mentibus natura inſitum eſſe, nullo modo, quæ Deo dicata ſunt, pollui poſſe, neque hominum inſolentiam adverſus vim divinam progredi; nulla ratione ea contaminari debere, quæ ſemel ſanctificata, & nunquam talia eſſe deſinunt; cavendum eſſe, ne vel impiis profana eſſe videantur, quæ divina ſunt, neque in ſacratis, Deoque dicatis locis liceat ea facere, quæ in aliis quidem paſſim impune fieri permittendum eſt*. Deinde monet, curandum eſse: *Ut nec Eccleſiaſticis ædibus, ſacriſque Altaribus ex nimia confugientium deſperatione, vel confidentia contemptus, vel temeritate audacia, vel inſania injuria aliqua præterquam deceat, inferatur, & unicus extremuſque miſerorum opeque deſtitutorum portus potentiori aperto ſinu hujuſce-*

te Epiſcopi erectas, licet minime conſecratas, etiamſi in iis Divina adhuc non ſint celebrata; nam pro ratione immunitatis hæc ibi affertur: *Quia obſequiis divinis dedicata nullis eſt temerariis uſibus profananda*. Unde cum pro ratione ibi Pontifex non alleget celebrationem divini officii jam factam, ſed quia obſequiis ac officiis divinis eſt dedicata, ſeu deputata, Eccleſiæ debent gaudere immunitate, etiamſi in iis Divina adhuc non ſint celebrata.

ſcemodi confugientes excipiat. Pateant proinde trepidis magni Dei templa; ſupplices fugientes communis ſuſcipiat ara, nec ulla veluti ſuperior comminatio divinum auxilium, quod omnibus ex æquo ſe ſe offert, ab ejus ædibus audeat propulſare. Quænam enim medicina humanis calamitatibus ſupererit, ſi calamitoſis ipſe Deus denegetur? Tum gradum facit Imperator ad deſignanda omnia Templorum loca Aſyli jure fruitura: *Non ſolum ſacroſancta Altaria, & quadratum populi oratorium murorum ambitu circumſeptum, confugientium ſecuritati conferre ſancimus, ſed quidquid præterea inde eſt loci uſque ad Eccleſiæ fores extremas, per quas preces primum facturi ingrediuntur, hoc totum confugientibus miſericordiæ aram eſſe definimus, ac conſtituimus. Itaque medium Templi ſpatium in prædicto loco poſitum perfugium eſſe decrevimus, atque etiam reliqua omnia loca, primis ſanctæ Eccleſiæ foribus poſpublica per circuitum cohærentia ſive domus aut hortuli, ſive balnea, aut atria, aut etiam porticus ſint, ingreſſos, profugos volumus, ut perinde ac intimum templum jus cuſtodiendi habeant.* Præterea, domibus, hortulis, atriis, porticibus, qui intra Eccleſiarum ſepta ſiti erant jus immunitatis datum: *Ut nemini confugientium in Dei templo, & apud ſacras aras manere, ac cibum ſumere, aut dormire, aut etiam pernoctare liceret.*

§. VI. Hæc Theodoſii junioris Conſtitutio, (cujus particulam nobis exhibet Codex Juſtinianeus in *l.* 3, *h. t.* & Theodoſianus *in l.* 4, *eod.*, integram autem nobis eam recitat Jacobus Gothofredus in comm. ad citat. *l.* 4.) uti vides, tota eſt in proſpiciendo ne Eccleſiarum honos aliquid detrimenti patiatur. Primo enim cavet ne Templorum Aſyla pateant improbis, impuris, nefariis, ac conſceleratis hominibus, ſed tantum miſeris, afflictis, ærumnoſis ac calamitoſis. II, Statuit hoſce ad Dei templa confugientes abſque ſummo piaculo illinc avelli non poſse. III, Ne confugæ in ipſis templis ante aras ipſas cubare, potare, comeſse, aliaque ejuſmodi a templorum reverentia valde aliena facere cogerentur, Aſyli fines proferri voluit, nec unas Eccleſias, ſed etiam Eccleſiarum porticus, domos, hortulos eodem Aſyli jure donavit.

§. VII. Cum Principum edictis amice conjurant Pontificum Conſtitutiones. Ac primo Gregorius Magnus magna animi proviſione cavit, ne Eccleſiæ eſſent arces civium perditorum, aut latronum receptacula. Ita enim ſcribit apud Joann. Diaconum *l.* 4 *Vit. Gregor. M. n.* 56, & apud Mabillonium *in act. Bened. Sæc. I, p.* 178. *Pervenit ad nos, quia quidam homines minorem omnimodo diſcretionem tenentes in ſuis nos periculis implicare deſiderant, atque ita volunt ab Eccleſiaſticis perſonis defendi, ut ipſæ quoque Eccleſiaſticæ ex eorum culpa teneantur. Idcirco præſenti te præceptione admoneo, ut per te Fratrem, & coepiſcopum noſtrum Dominum Joannem, vel cæteros qui intereſſe poſſunt, ut patrocinia Eccleſiaſtica, ſive mea ſuſcipiatis ſcripta, ſive etiam ea minime fuerint directa, ſub tanto moderamine debeatis impendere, quatenus ſi qui in furtis publicis* (idem dicendum de aliis criminibus publicis) *implicati fuerint, a nobis non videantur injuſte defendi: ne opinionem male agentium ex indiſcretæ opinionis auſu in nos ullo modo transferamus; ſed quantum decet Eccleſiam admonendo, & verbum interceſſionis adhibendo, quibus valetis ſuccurrite, & ut illis opem feratis, & opinionem ſanctæ Eccleſiæ non inquinetis.* II, Gelaſius I (an. 494) Sacerdotii virgam diſtrinxit adverſus eos, qui templorum ſanctitate minime deterriti Religionis Aſyla violare auſi

fue-

fuerunt. (c) *Frater & Coepiſcopus noſter Epiphanius ſua nobis relatione ſuggeſſit Benenatum, & Maurum Beneventanæ municipes Civitatis in contumeliam Religionis acerba nimis, & plectibili contumacia proſiluiſſe, qui confugientem ad Eccleſiæ ſepta Curialem ſuum, nec illic quidem tutum, aut de injuria ſua ſecurum eſſe ſiverunt; auſi irruptione temerariæ mentis admittere, QUOD NEC POTESTATIBUS QUIDEM, VEL PRINCIPIBUS UNQUAM LICUIT PERPETRARE, ut hominem in Sanctuariis conſtitutum (captata Sacerdotis abſentia) reluctantem, reclamantemque violenter abſtraherent. Quos quantum ſua nos ſuggeſtione patefecit, merito indignos eſſe ſacra communione judicavit. Et ſi revera tanti facinoris conſtat admiſſum, noſtra etiam auctoritas in hac parte conſentit. Non enim jure ad ſupplicandum debet admitti, qui admittere ſacrilegium non dubitavit. Nullus enim intra limina tantæ venerationi deputata utrumque ſibi licere exiſtimet pro ſuæ voluntatis arbitrio, ut & humilitatem vendicet, & furorem. Et ideo, Fratres Cariſſimi, ſupradictos, ſi manifeſta reos facit conqueſtio, ab omnibus Parochiarum veſtrarum Eccleſiis noſtræ præceptionis auctoritate prohibete: ut non ſolum hi, qui in injuriam ſanctorum locorum proſiluiſſe probantur, merito conſequantur pro facti ſui qualitate vindictam, verum etiam cæteri a tali præſumptione ultionis iſtius timore revocentur.* Hæc Decretalis Epiſtola inſcripta eſt: *Gelaſius Victori, Conſtantino, Martyrio, Feliciſſimo, Sereno & Timotheo Epiſcopis.* III, Nicolaus I, (anno 865, ut Fontaninus opinatur, vel Nicolaus II, anno 1059, uti contendit Boehmerus) veterum Patrum veſtigiis inſiſtens, ut Eccleſiarum decori magis, magiſque conſuleret, ſtatuit. (*cap. Sicut antiquitus, c.* 17. *quæſt.* 4.) *Ut major Eccleſia per circuitum quadra-*

(c) Hic canon non ſolum a Gratiano in *c.* 17, *quæſt.* 4, *c.* 10, verum etiam ab aliis Collectoribus memoratur, inter cæteros apud Ivonem *part.* 3, *c.* 120. Multa in hoc Canone dignoſcuntur, & Gelaſio ipſi, & Gelaſii temporibus convenientia. Nimirum Epiphanius Beneventanus Epiſcopus, de quo ibidem mentio fit, Gelaſio contemporaneus fuit, ſubſcripſitque Romano Concilio anni 499. Item cum proponatur, municipes quoſdam Beneventanæ Civitatis inſecutos fuiſſe Curialem ſuum eo uſque ut ille ne in templo quidem ſecurus extiterit, id ſane illa tempora deſignat quibus Curiales odio apud municipes habebantur. At vero id congruit Gelaſii temporibus, quibus non ignoramus, Curiales cauſa nimis importunæ exactionis civium ſibi obnoxiorum odia in ſe convertiſſe, ut teſtatur Salvianus *l.* 5 *de gubernatione Dei*. His accedit, propoſitæ cauſæ diſcuſſionem, diremptionemque mandatam exhiberi a Gelaſio Epiſcopis in Beneventana vicinia conſtitutis, qualis erat Conſtantinus, quem tunc temporis Capuanum Epiſcopum fuiſſe ſcimus cum interfuerit Concilio Romano anni 487, ſubſcripſeritque alteri Concilio Romano anni 499, qualis præterea erat Martyrius Epiſcopus Terracinenſis, qui interfuit Romanis Conciliis anni 495, & 499; qualis inſuper fuit Feliciſſimus Epiſcopus Sabinenſis, qui etiam interfuit Concilio Romano anni 487; qualis demum fuit Timotheus Epiſcopus Abellinas, qui ſubſcripſit Concilio Romano anni 499. De Victore verba non facio, quum de eo non facile conſtet. Hæ ſane conjecturæ ſi invicem jungantur, memoratum Gratiani canonem inter genuinos collocabunt. Nec quidquam contra evincunt ea, quæ affert Vanespen in ſua Diſſertatione Canonica *de Aſylo Templorum*, *c.* 3. Non illud, quod Epiſtola hæc inter vulgatas Gelaſianas deſideretur apud Collectores etiam diligentiſſimos. Hoc ſane leviſſimum eſt argumentum, cum pateat, Gelaſiana monumenta ad privatorum potiſſimum cauſas pertinentia maxima in parte periiſſe.

draginta paſſus habeat, capellæ vero, vel minores Eccleſiæ triginta. Qui autem confinia earum confringere tentaverit, aut perſonam hominis, vel bona ejus inde ſubtraxerit, niſi publicus latro fuerit, quouſque emendet, & quod rapuerit, reddat, excommunicetur.

§. VIII. Ita fit ut etiam in proferendis ſacrorum Aſylorum finibus una cum legibus civilibus ſacri quoque Canones conſpiraverint. Verbo: ſi leges omnes Civiles, Canonicaſque hac de re ſcriptas accuratiore interpretatione expenderis, neutras ſibi officere, atque ambas unam Templorum reverentiam ſpectaſſe, atque imbibiſſe deprehendes. Legis ne in ſacris Canonibus, aliquando etiam graviorum criminum reis Eccleſiaſticorum Aſylorum aditus benigne aperiri? Id non eo conſilio factum, ut ſacer Eccleſiarum locus improborum hominum occultator, & receptator fieret, ſed eorumdem peccatorum ultor, atque punitor. Præclare ſane, ac ſapientiſſime Gregorius II (Epiſtola 2 ad Leon. Imp.): *Vides, Imperator, Pontificum, & Imperatorum diſcrimen? Si quiſquam te offenderit, domum ejus publicas, & ſpolias, ſolam illi vitam relinquens, tandemque illum etiam vel ſuſpendio necas, vel capite truncas, vel relegas, eumque longe a liberis, & ab omnibus cognatis, & amicis ſuis amandas. Pontifices non ita; ſed ubi peccavit quis, & confeſſus fuerit, ſuſpendii, vel amputationis capitis loco evangelium, & crucem ejus cervicibus circumponunt, eumque tamquam in carcerem in ſecretaria ſacrorumque vaſorum æraria conjiciunt, in Eccleſiæ Diaconia, & in Catechumata ablegant, ac viſceribus ejus jejunium, oculiſque vigilias, & laudationem ori ejus indicunt.*

§. IX. Vides ne interdum Confugas de maximis ſceleribus poſtulatos Eccleſiaſticis legibus ac parietibus tegi, atque defendi, quin Reipublicæ, atque Eccleſiæ ullas pendant pœnas? Id fit, quod, quemadmodum indicta cauſa nemo damnari poteſt, ita nec ab ararum amplexu divelli. Neque enim cauſa nondum perorata ſciri poteſt, num Confugæ in improborum, an in miſerorum numero ſint habendi.

§. X. Incidis ne in eas Decretales Epiſtolas, quæ Confugas ab Eccleſiæ præſidibus judicari jubent? Non idcirco ſuum ſuos cives judicandi jus Reipublicæ adimitur; verum cum Eccleſiæ præſides Templorum cultus, ac reverentiæ cuſtodes divinitus ſint conſtituti; cumque Templorum honos in eo etiam conſiſtat, ut vexati, atque afflicti non prohibeantur, quominus in divinorum ſacrariorum ſinu tuti eſſe poſſint, utque nefarii homines ab adytis penetralibus procul arceantur; hinc etiam ſacrorum Antiſtites cognoſcant neceſſe eſt, qui miſeri, qui improbi, qui calamitatibus obruti, qui ſceleribus cooperti, denique qui Templorum Aſylo digni ſint, quique indigni.

§. XI. Quod ſi hæc omnia ad jurium interpretationem attuleris, Canones, ac leges, quibus tenetur Eccleſiarum immunitas inter ſe nequaquam pugnabunt, verum ſuaviſſimum, perfectiſſimumque concentum efficient.

§. XII. Atque hæc de immunitate Locali. (d) De ea autem immunitate,

(d) Paulus Sarpi *de jure Aſyl c.* 4. Omnis hæc diſquiſitio faciIlime ad tria capita redigi poterit. Primo, quænam ſint ea loca ſacra, quæ ad ſe confugientes tueantur.

Digitized by Google

tate, quæ vocatur realis, & perſonalis alibi erit dicendi locus.

§. XIII. Quod ſi hæc quæ attulimus de jure Aſylorum nimis pauca tibi videntur. Secundo, quænam perſonarum conditio, & quodnam delicti genus loco ſacro protegi, aut non protegi poſſit. Tertio, quanam ratione a ſacris locis extrahi debeant ii, qui eiſdem tegi adverſus juſtitiam non poſſunt.

Quod attinet ad primum, certum eſt ex legum & Canonum, quæ ſupra adduximus, lectione, tria locorum genera comprehendi. Eccleſiam ſcilicet: quæ Eccleſiæ adhærent, ſive ſolum fuerit ædificiis omnibus vacuum, ſeu domibus tectum ad 40 paſſuum ſpatium, ſi Eccleſia Metropolitana fuerit, triginta vero ſi eo titulo inſignita non ſit: & Epiſcopi domum: nec aliud eſt, de quo mentio in iis legibus, & Canonibus facta ſit. Eccleſiæ nomine ſtatuunt unanimes Doctores omnes Oratoria non comprehendi, quamquam in eis aliquando res ſacra fiat, ut ea, quæ in privatorum domibus, & in Collegiis Laicorum, quas vulgo Confraternitates vocant, ædificantur, quaſque Domini diruere, atque mutare pro voluntatis arbitrio facile poſſunt. Neque omitti debet, immo attenta cura animadverti, quod Epiſcopus Covaruvias hac de re differit: hiſce videlicet temporibus, occurrendum eſſe maxime eorum temeritati, qui Eccleſiarum immunitate confiſi quodcumque delictum perpetrare audent; & ob id in quibuſdam Civitatibus nolunt Eccleſiaſtici Præſules, quamcumque Eccleſiam immunitatis jus obtinere, ſed eas tantummodo, quæ continuis temporibus SS. Euchariſtiæ Sacramentum habent. Ubi tamen Præſules hac moderatione non utuntur, Eccleſiarum nomine cenſentur quæcumque ſunt certo ac perpetuo divino cultui dicatæ. De ſitu, qui adhæret Eccleſiæ 40, aut 30 paſſuum ſpatio; ejuſdem immunitatem Eccleſiis iis, quæ ſunt intra Civitatis, vel Caſtrorum mœnia, haud convenire certiſſimum eſt. Hac enim de re Canon expreſſe ſtatuit, & Doctores conſentientes loquuntur; nec ulla poteſt exoriri dubitatio; immo vero non deſunt qui etiam extra Urbes omnino negent, cum dicant, ejuſmodi jus vel nunquam uſu obtinuiſſe, vel certe conſuetudini, ſi quæ fuit, derogatum eſſe. Cauſa vero, cur in Civitate concludant omnes, ſpatium illud nullam prorſus habere immunitatem, licet aliquis exiſtimet ob juſtitiam fieri, cum tot ſint in Civitatibus Eccleſiæ, adeoque frequentes, ut univerſa Civitas immunis eſſet, juſtitiæque vis ipſa irrita, longe tamen alia videtur extitiſſe nonnullis, qui affirmant eam fuiſſe cauſam, quod cum alio Canone ſtatutum ſit, qui ſacro in loco peccat, eum ſacri cujuslibet loci immunitate defendere ſe haud poſſe; ideo ſi quadraginta paſſuum ſpatium ſacrum eſſet, qui facinus aliquod in eo perpetrant, iidem nullibi ob Eccleſiarum frequentiam ſe ſe immunitate tueri poſſent. Sed quæcumque fuerit cauſa, parvi refert, cum illud exploratum omnino ſit, In Civitatibus, & Caſtris nullam omnino hujuſcemodi ſpatiis immunitatem concedi. Hinc etiam conſtituitur, quod ſolet ſæpius accidere, an ſcilicet lictores poſſint eum, qui ad Eccleſiam confugerit, & clauſis jam oſtiis adhæſerit ab iiſdem divellere. Cum enim quæ Eccleſiæ in Civitatibus, & Caſtris finitima ſunt, nihil habeant immunitatis, reliquum eſt ut ea tantum, quæ interius ſunt, immunitate reos protegant: quam ob rem, qui parietibus, aut valvis, aut etiam tecto innititur, nulla defenditur ſacrarum ædium immunitate: nihilque intereſt inter parietes, & oſtium clauſum, cum pariter utraque ſint extra Eccleſiam; immo propior eſt Aræ proximus eidem paries, quam Eccleſiæ janua. Quare ſi quando de oſtio facta ſit mentio, dum de Eccleſiarum immunitate agitur, de iis Eccleſiis tantum ſermo eſt, quæ extra Civitatis, & Caſtrorum mœnia poſitæ, immunitatem ad quadraginta paſſuum ſpatium porrigunt. Quod vero attinet ad Epiſcopi domum, non conveniunt inter ſe Doctores. Multi namque ex eorum numero animadvertunt, alio Canone ſtatutum eſſe, ut Epiſcopus domum ſuam Eccleſiæ proximam, & adhærentem habeat. Quare neceſſario intra quadraginta paſſuum ſpatium eſſet; & pro certo conſtituunt, Epiſcopi domum, ſi longius ab Eccleſia diſtet, nullam omnino immunitatem obtinere.

Cum

Digitized by Google

videntur, ade ſis Joſephi Mariæ Peri- mezii Opus, cui titulus *Della Immunità*

Cum vero quadraginta paſſuum ſpatium in Civitatibus, & Caſtris locum non habeat, conſequens eſt, ut Epiſcopi domus nullam pariter immunitatem habere poſſit. (Nimis argumentum hic urget Sarpius. Nam ratio, propter quam in Civitatibus, & Caſtris ſublata fuit immunitas ſpatii quadraginta, aut triginta paſſuum fuit, ne univerſa Civitas immunis eſſet, juſtitiæque vis ipſa irrita, cum tot in Civitatibus ſint Eccleſiæ. Cum vero Epiſcopi domus ſingulæ ſint in ſingulis Civitatibus, videtur ceſſare hæc ratio quoad Domum Epiſcopalem.) De Cæmeteriis vero, Hoſpitalibus, & Conclavibus, ubi Fratres dormiunt, ne verbum quidem lex ulla facit. Canoniſtæ tantummodo, quos ignorantia ſæpe, aut ambitio tranſverſos rapit, Eccleſiarum nomen amplificare, atque ad hæc etiam pertrahere voluerunt plurimis tamen conditionibus, iiſdemque adeo variis, ac inter ſe repugnantibus, ut vix duo conveniant. Ex eorum autem ſententiis conſuetudo diverſa inducta eſt, prout illi plus, minuſve auctoritatis habuerunt, & hujuſcemodi locorum, aut etiam delictorum numerus exigere videbatur. Quo fit, ut ſicut de iis locis nihil omnino legibus ſancitum eſt, ſed conſuetudine tantum, atque interpretatione eorum immunitas introducta; ita ubi eſt contraria conſuetudo, eadem a quocumque Judice ſervari debeat citra ullam errandi formidinem.

Ad ſecundum quod attinet, eſt omnium certiſſima ſententia, qui in loco ſacro deliquerit, licet leve delictum, nec atrox facinus fuerit, eum tamen ſacro eodem loco non defendi, immo vero & ibidem, & quocumque alio loco ſacro ſiſti a lictoribus, & in carcerem trudi poſſe: cum æquum nullo modo ſit, ut Eccleſia eos tueatur, qui in ea peccantes injurias eidem intulerunt, nec Eccleſiæ cæteræ defendant ejuſmodi reum, cum omnes unum, idemque ſint ob earum in Chriſtum Jeſum conjunctionem. Quod ita clarum, atque certum eſt, ut ſupervacaneum omnino fuerit pluribus confirmare. Hinc etiam illud conſequitur, ut eadem Eccleſiarum immunitas nullo modo protegit eum, qui vetita legibus arma in Eccleſiam detulerit; ea namque deferre peccatum eſt; quique ea fert in Eccleſia peccat; quo fit, ut in ea a lictoribus vinciri poſſit, & in quolibet alio ſacro loco. Quod ob publicam tranquillitatem judicarunt Doctores ſingillatim monendum, & animadvertendum eſſe. Fures etiam qui aut in Eccleſia furtum fecerint, aut cum re ablata in ipſam confugerint, ex eo quod in Eccleſia peccant, ab eadem divelli queunt.

Poſſunt quidem ii a ſacris locis abſtrahi, qui in Eccleſia crimina tractare audent, quæ ſponſionum vocant, aut quodvis aliud negotii genus legibus prohibitum ex eo quod in ipſa delinquunt. De Sponſionibus vero præcipue adeſt etiam Sixti V Pontificis Maximi declaratio huic rationi veluti fundamento innixa. Nec differt an delictum totum in Eccleſia perpetratum ſit, an quod extra Eccleſiam initium habuerit, in ipſa finem, vel contra. Pariter namque Eccleſia nec eum tegit, qui ſtans in ſacro loco, aut extra eum hominem in Eccleſia exiſtentem interficit: nec eum, quicumque ſit ipſe, in Eccleſia, aut bellico tormento, aut ſagitta, aut miſſilibus aliis alterum interficit, qui extra ſacrum locum fuerit. Hac igitur certa, atque clariſſima enuntiatione abſtrahendi a quavis Eccleſia, & ſacro loco cujuſvis generis reos quamplurimæ dubitationes e medio ablatæ videntur. Etenim qui diligentius attendere voluerit, cognoſcet, ſicarios omnes, qui ad Eccleſiam confugiunt, arma ſecum ferre, atque habere legibus etiam vetita, ut adverſus Juſtitiam ipſam, ſi res ita ferat, ſe ſe tueri poſſint. Quare ii omnes Eccleſiarum immunitate uti nequeunt, & in quolibet ſacro loco prehendi poſſunt, licet aliæ rationes non concurrerent ad id ipſum. Statutum etiam expreſſis verbis Canonis eſt, eos immunitatis privilegio protegi non poſſe, qui delicta commiſerint ea ſpe, atque conſilio, ut ſacro ſe loco tueantur. Siquidem Eccleſiarum auxilio uti debemus, ut peccatorum veniam conſequamur, quæ jam admiſimus, non ut nova ſcelera perpetrare tuto valeamus, quod etiam nullam habet difficultatem.

Verum enim vero cum hominum mentes, atque conſilia ſint ab oculis omnium remo-

tà de' Sagri Luoghi, Urbini editum anno 1730; Franciſci Mariæ Zechii eru-

remota, atque penitus abdita, non poſſumus niſi conjecturis decernere, an Reus delictum admiſerit ſpe excitatus ad Eccleſiam confugiendi. Doctores vero dicunt, qui ſtatim ut crimen perpetravit, ad Eccleſiam fugit, eundem eo conſilio perpetraſſe, ut eo confugeret, ſtatuendum eſſe. Et certe qui jam ſtatutum, atque decretum habet crimen committendi, neceſſario ſtatuendum videtur, eundem etiam cogitaſſe non ſolum qua ratione illud poſſit admittere; ſed multo magis, quonam fugere debeat, ut ſe ſe tueatur. Sicut etiam qui de improviſo in errorem incidit, ſicut nunquam antea de crimine cogitavit, ita quoque affirmandum eſt, ne de refugio quidem cogitaſſe. Quare quotieſcumque conſilium, atque deliberatio delictum præverterit, & reus ad Eccleſiam confugerit, id conſulto factum, ideoque loci ſacri immunitate defendi non poſſe, certiſſimi juris eſt. At quoniam de conjecturis agitur, utrum impetu quodam, & perturbatione, an potius conſulto, & cogitato perpetratum delictum fuerit, Judicem ipſum prudenter, atque ex animi ſententia cognoſcere oportebit. Hæc autem immunitatis exceptio, quæ reum excludit, cogitato, & conſulto ad Eccleſias, & ſacra loca confugientem, quodcumque delicti genus amplectitur generatim.

Quod vero ſingillatim ad homicidia pertinet frequentius delicti genus, eum non tegi ab Eccleſia, qui aſſaſſinium, ut vocant, commiſit, certiſſimi juris eſt, nec ſcriptor eſt, qui diſſentiat. Etenim juſta Canonis ſeveritate in Lugdunenſi Generali Concilio id ipſum fuit diſerte decretum. Veritas tamen eſt, ante 376 circiter annos, cum Canon ille latus fuit, aſſaſſinos extitiſſe quoſdam Mahometanæ perſuaſionis populos, qui Sicarios ſe profitebantur, atque eorum cauſa Canon ſtatutus fuit. Poſtea vero cum Doctorum omnium interpretatione, tum etiam uſu, atque adeo communi omnium locorum praxi, Aſſaſſinorum nomine deſignantur hodie quicumque pacto pretio, & mercede ad necandum hominem immittuntur. Nec aliquis eſt, qui dubitet, non minus eum qui mittit, quam qui mittitur, exhibito, aut pacto pretio, ab Eccleſiarum immunitate arceri, nec ea defendi poſſe. Quod ab eodem Canone ſtatuitur, atque uſu ipſo receptum eſt, non modo cum homicidium perfectum eſt, ſed etiam quando tentatum eſt licet minime ſucceſſerit. Is quoque qui inſidiis, & proditorie hominem interimit, non poteſt a loco ſacro defendi: inſidiæ vero vocantur quæcumque artes, quibus hominem ita aggrediuntur, ut incautus, & incogitans opprimatur, ſuique defendendi ratio quomodolibet impediatur. Qua de re cum Canon clare decernat, nullus eſt, qui ambigat. Quare qui venenum exhibuerit, cum homicidii genus inſidioſum exiſtat, immunitate Eccleſiarum uti non poteſt. Et cuncta fere homicidia, quæ conſulto fiunt, qui recte animadverterit, inſidiis quibuſdam innexa reperiet. Id vero non ſolum in homicidio perfecto, ſed etiam in tentato locum habet. Non communis eſt omnium opinio, homicidas quoſcumque, qui cogitato facinus perpetraverint ſine inſidiis, ſed conſulto, immunitate Eccleſiarum uti non poſſe; eſt tamen multorum Doctorum ſententia, eorumdemque valde celebrium, & qui primas obtinent. Quamobrem ob eorum & numerum, & conditionem amplecti eam poſſumus abſque ullo erroris timore. Hi vero ſunt Guido Papa, Nicolaus Boerius, Andreas Alciatus, Joſeph Ludovicus, Julius Clarus, Camillus Borellus, qui multos etiam alios ejuſdem opinionis Auctores laudat, & Martinus Navarra. Is poſtquam dixit hoc ipſum legibus ſancitum eſſe in Luſitania, eaſdem comprobat; ſicut etiam anno 1535 in Gallia lex ejuſmodi (Arreſtum vocant) fuit conſtituta. Epiſcopus vero Covarruvias, licet in aliam potius opinionem propendeat, ſic tamen uſu receptum eſſe affirmat, neque conſuetudinem ipſam reprehendere audet. Farinacius poſtquam conſtituit, Eccleſiam nullum omnino genus homicidii conſulto perpetrati tueri poſſe, addit, conveniens non eſſe, ab hac ſententia diſcedere in judicando, licet Doctor aliquis aliter ſenſerit. Hoc ipſum Veneti, quorum exemplo ob inſignem, & ſpectatam ejus Reipublicæ pietatem moveri maxime decet, anno 1609, octavo Idus Februarii

Sena-

eruditiſſimam diſſertationem inſcriptam *De jure Aſyli Eccleſiaſtici* publici juris fa-

Senatuſconſulto ſtatuerunt, homicidam videlicet Bergomi in Eccleſia detentum ſi impetu quodam raptus, & caſu, ut modo vocant, *puro* hominem interemerit, Eccleſiæ reſtituendum eſſe; ſi vero conſulto, & cogitato, quod *caſu penſato* dicunt, prehendendum.

Præter homicidas lex Civilis raptores etiam Virginum ab Eccleſiarum immunitate excludit. Delictum enim eſt, in quo neceſſario inſunt pravæ artes, vis, injuria, non minus Reipublicæ, quam privatæ familiæ, præcipueque ipſi mulieri illata. Hanc vero legem ſervari debere oſtendit, atque decernit Hippolytus de Marſiliis, Petrus Gregorius Toloſ. Petrus Rebuffus, Nicolaus Boerius, Tiberius Decianus, Covarruvias, & Farinacius.

Canon etiam latrones, qui vias obſident, excludit; licet vero non expreſſe loquatur, niſi de terreſtribus itineribus, communi tamen conſenſu ad maritimos latrones, atque piratas extenditur. Eos etiam excipit, qui nocturno tempore agros devaſtant, licet ex eo mors alicujus non ſequeretur. Qua de re ſicut nemo ambigit, ita incendiarios ex eadem cauſa adjungunt Doctores.

Qui vero per fraudem decoxit, cumque ſit ſolvendo, creditores fraudat, ut injuſte ditari poſſit, immunitatis privilegio non debet uti: quod reapſe publicorum latronum ſit ſpecies quædam, & ejuſmodi etiam Pii V Pontific. Maxim. Conſtitutione declaretur. Ejus autem ſententiæ, ſunt Nicolaus Boerius, Oldradus, Rebuffus, Farinacius, & Epiſcopus Covarruvias, qui affirmat, ſic etiam in Hiſpania uſu receptum eſſe. Quamplurimis etiam locis, ubi furum eſt maxima copia, conſuetudo viget, ut eorum nemini cujuſvis notæ, ac conditionis exiſtat, ad Eccleſiam confugere liceat: quæ tamen conſuetudo ab Eccleſiaſticis ipſis videtur inducta, qui fures peroſi obſtare noluerunt, quin etiam in ipſis Eccleſiis prehenderentur. Quod Doctores multi teſtantur, Franciſcus de Ponte, Julius Clarus, Proſper Farinacius, & Epiſcopus Covarruvias. Hæc tamen in hiſce noſtris Regionibus nunquam invaluit, ſed ſolummodo in furtis gravibus, atque enormibus locum obtinet, ut Senatus-Conſulto decretum fuit anno 1610, 3 Aprilis. Quare quod eſt jam uſu receptum, omni contentione retinendum.

At præter hæc delicta, quæ privatos reſpiciunt, perduellionis etiam rei a ſacro loco defendi non poſſunt. Quod Doctores omnes unanimes non ſentire demiror, multi certe, iidemque ſummi Juriſperiti probant. Hieronymus Gigas, Petrus Gregorius Tolos, Proſper Farinacius, & alii, qui optima ſane de cauſa decernunt, maximam fore iniquitatem, ſi quum tot errata leviora puniri poſſent, liceret reos ab Eccleſia abſtrahere; ob majora vero, immo ſi mentis acies intendatur, omnium maxima, dum Reſpublica læditur, & regimen optimum pervertitur, non liceret.

Neque vero ſacris proteguntur locis, qui Monetarii vulgo dicuntur, tum quia perduellionis eſt ſpecies, tum etiam quia ſunt publici fures, qui, quod in eis eſt, humanam ſocietatem deſtruunt, cunctoſque ſine diſcrimine expillant.

Neque porro ii, qui fraudant fiſcum, & Reipublicæ pecunias in ſuos uſus convertunt, ſicuti lex Imperii decreravit, Eccleſiarum immunitate muniuntur. Quod etiam optimis rationibus decernunt Oldradus, Caſſaneus, Pecchius, Jaſon, Igneus, Petrus Gregorius Tolos, & Senatus ipſe Venetus anno 1587, ſexto Idus Januarii decrevit.

Reliquum eſt ut de exulibus dicamus, utrum ſcilicet ad Eccleſiam confugere, ejuſque immunitate tueri ſe poſſint. Nemo certe ambigere poteſt, exuli ob facinus, cujus cauſa antequam in exilium mitteretur, ad Eccleſiam confugere nequiviſſet, confugere ad eandem non licere. Eſſet enim melior conditio damnati, & exulis, quam indamnati, & nondum exulis conditio. At etiamſi exilii pœna ob leve delictum injuncta eſſet, æquum videri non poteſt, ut Eccleſia eos tueatur, qui jam exules ſunt, & hoſtes Reipublicæ: cum nulla omnino lex civilis, aut Canonica ſacrorum locorum immunitate defendant, quos Judicum ſententia damnavit, ſed eos tantummodo, quos Juſtitia inſequitur, antequam ſententiam ferat. Exul vero jam damnatus eſt, & dedita opera, atque malitioſe ſibi vetitos fines ingreditur. Immo præter id, cujus cauſa exilio mulctatus eſt, gravius etiam delictum conſul-

factam Ingolſtadii anno 1761; Joſephum Aloyſium Aſſemani *De Eccleſiis pag.*

ſulto, cogitato, malitioſaque temeritate committit, contumaciæ ſcilicet, atque voluntariæ, ſtudioſæque perduellionis, quod omnium graviſſimum facinus eſt. Huc etiam accedit, quod in Eccleſia permanens in eadem peccatum committit, dum in ſacro loco interdicto ſibi ſtare confidenter audet. Quapropter tres ob cauſas, quarum ſingulæ ſatis ſunt, non poteſt ab Eccleſia protegi. Hujus vero ſententiæ ſunt Joſeph Ludovicus, Decianus, Farinacius, qui & alios teſtes producunt; immo vero Bartolus, quem Juris Conſulti plurimi ſequuntur, ſentit, exulem ne humari quidem poſſe in Eccleſiis, locisque ſacris, a quibus arceatur exilii ſententia, unde ſi ſepultus fuerit, extrahendum etiam cenſet.

Damnati vero ad triremes ſi fugerint, nequeunt pariter Eccleſiarum immunitate defendi, quominus prehendantur, atque redeant ad pœnam, tum ob ea, quæ diximus, cum jam damnati fuerint, Eccleſia vero non damnatos quidem, ſed eos tantummodo, qui Judicis ſententia nondum damnati ſint, tueri poſſit; tum etiam quia damnati ad tranſtra pro publicis ſervis habentur; & legibus, atque Canonibus ſervi ad Eccleſiam confugientes non poſſunt Domini imperium excutere, ſed ſolum immunitatem aliquam injuſtam vitare, & redire ad ſervitia. Pauci admodum hac de re Doctores ſcribunt, cum id raro, & nonniſi maritimis in Civitatibus, quæ Liburnicas armare ſolent, accidat; eæ vero pauciſſimæ ſint. Id tamen Antonius Gamna non ſolum uti rationi conſonum in medium affert, ſed etiam uti uſu receptum, & lege in Luſitania ſancitum, quod etiam probat Vincentius Francus.

Multa retuli, quæ ſingillatim frequenter accidere ſolent, ut ex iis generatim colligi poſſit, ſacrorum ſe locorum immunitate eos defendere non poſſe, qui quævis alia gravia, ac enormia delicta commiſerint. Etenim aut iiſdem, aut majoribus etiam de cauſis, quas ſupra recenſuimus, quodcunque aliud grave delictum complectuntur. Hæc ſane concluſio in univerſum prolata, reum ſcilicet cujuſvis atrocis facinoris, ſi ad ſacra loca confugerit, iis protegi haud poſſe, immo a juſtitia ſine Templi violatione extrahi fas eſſe, probatur a Jacobo Ravennate, Cyno Piſtorienſe, Petro Bellapertica, Joanne Igneo, Antonio a Butrio, Petro Ancarano, Alphonſo Alvares, Petro Gregorio Toloſano, Tiberio Deciano, Antonio Scapio, qui affirmat in univerſa Italia id uſu receptum eſſe, & Romæ præſertim hanc ſemper ſervatam eſſe conſuetudinem, quæ modo etiam ſervatur. Proſper vero Farinacius teſtatur, nunquam vidiſſe Romæ Eccleſiarum immunitatem uſu receptam niſi in levioribus delictis, ac debitis, uti vocant, civilibus. Martinus Navarra affirmat, nullam omnino Eccleſiam Romæ hac uti immunitate: ſed Judices ipſos ſæculares reos a quavis Eccleſia vi abſtrahi jubere, quod a Pontifice Maximo permittitur, ne Juſtitia opprimatur, & publica quies, ac tranquillitas perturbetur. Nemo vero ſanæ mentis credere poterit, Summos Pontifices id juris cæteris Principibus non concedere, quod publicæ convenit tranquillitati, & ab ipſis in eorum ditione neceſſarium judicatur: quare Proſper Farinacius auctoritate Petri Follerii præter uſum Romæ receptum, affirmat, Eccleſiarum immunitatem, cum ſtatuta fuerit ob delicta quæ nullo conſilio, ſed impetu quodam fiunt, & ad refugium miſerorum, non debere Eccleſias ipſas latronum ſpeluncas efficere, & eorum receptaculum, qui atrocia crimina perpetraverint: ideoque ſatis, ſuperque eſſe, ſi Judices inferioris ſubſelii, qui leviora delicta judicant, eam obſervent, ſed majores Judices in atrocibus ea non teneri; prout etiam Veneti lata lege conſtituerunt tertio Nonas Aprilis 1610.

Quænam vero delicta atrociorum nomine cenſeantur, præter id, quod ipſum delicti genus præ ſe fert, & a pœna legibus impoſita ſatis colligi poteſt, debet Judicis ſententia cognoſci habita ratione ſtatus, conditioniſque, tum ejus qui injuriam infert, tum ejus etiam, qui eam paſſus fuit, armorum, loci, cauſæ, temporis: qua ſcilicet de cauſa, ubi, & quando commiſſum fuerit delictum: eorum etiam, quæ ob id evenerunt, perturbationis, offenſionis, & aliorum, quæ in majus augent perpetratum cri-

pag. 71, & *ſequ.* Binghamum *l. VIII Orig. c.* 2, Selvagium *l.* 2, *c.* 5, §. 7, *ſequ.*

crimen, faciuntque, ut magis, magiſque in odio habeatur ab omnibus. Si perſonæ habenda ſit ratio, cui infertur injuria, leve per ſe delictum, quod nobilis Matronæ exiſtimationem læſerit, atrox ſit, atque grave. Ictus, aut vulnus nullius fere momenti, ſi parentibus, aut clariſſimo, & excelſo viro inferatur, eſt grave delictum. Si locum inſpiciamus, in Arcibus, quæ maxima cuſtodia cuſtodiuntur, maximum erit delictum etiam arma movere. Si tempus vero conſideretur, delictum quodlibet ipſo Sanctiſſimo Veneris die in ſupplicationibus perpetratum graviſſimum erit, quantumvis leve. Si vero, quæ conſequi poſſunt attendamus, iis legibus, aut edictis non obtemperare, quæ publicæ ſalutis gratia ſtatuuntur ad peſtilentiam arcendam ob grave periculum imminens, atrociſſimum delictum cenſendum eſt. Sicuti vero jam dicta unam, aut alteram ob cauſam gravia fiunt, ſic alia delicta non una, aut altera, ſed pluribus de cauſis, quæ ſingulæ ſatis non eſſent, in enormia, atque atrocia facinora evadunt. Cum vero innumerabiles ſint caſus, qui ſæpius accidere poſſunt, neque fieri poſſit, ut certis omnino regulis comprehendantur; ideo Judicis ipſius conſilio, atque prudentiæ permittuntur, qui omnibus diligenti cura animadverſis, iis etiam, res quorum agitur, dicendi poteſtate facta, a quibus nihil ommittitur, quod dignum ſit animadverſione, ſententiam ferre poterit, prout juſtitiæ conſentaneum videbitur.

Judæi ſuperſunt, qui ut delictorum pœnam, aut debitorum ſolutionem effugiant, ad Eccleſias confugere ſolent, quorum cauſa prima lex lata fuit de Eccleſiarum immunitate. Hæc ſtatuit, *Judæos, qui ſimulant ſe Chriſti legi velle conjungi, ut ad Eccleſias confugientes evitare poſſint crimina, arceri debere*. Quare Doctores omnes conſtituunt, ſi Judæus ad Eccleſiam confugiens velit in Judaica perfidia permanere, eundem nulla omnino immunitate uti poſſe. Nonnulli, pauci tamen, exiſtimarunt, ſi Judæus reus, aut debitor ad Eccleſiam confugeret eo nomine, ut Chriſtianus fieri vellet non ficta, aut ſimulata, ſed vera, atque ſincera intentione, ex animo, ac certa pietate; eo caſu ſacro baptiſmate inſigniri, atque protegi debere. At quoniam credi nequit, velle aliquem ex animo Chriſtianam fidem ſuſcipere, eumque a delictis, & facinoribus initium ducere, quæ Chriſtiana Religio omnino prohibet, & averſatur, fieri non poſſe ut voluntas illa, quæ tunc ſolummodo ſe ſe dat in omnium conſpectum, cum Juſtitia hominem quærit ſupplicio adficiendum recta ſit, & ſincera; ſed ficta potius, & ſimulata. Quamvis autem Dominus optimus Maximus aliquando pravorum hominum corda divino afflatu pertingat mediis in ſceleribus, id tamen rariſſime accidit; ideoque Doctores legem generatim, atque univerſe intellexerunt, prout verba declarant, *Judæos videlicet, qui reatu aliquo, vel debitis fatigati, ſimulant ſe Chriſtianæ legi velle conjungi, ut ad Eccleſias confugientes evitare poſſint crimina, vel pondera debitorum, arceri debere, nec ante ſuſcipi, quam debita univerſa reddiderint, vel fuerint, innocentia demonſtrata, purgati*. Hujus ſententiæ ſunt Abbas, Martinus Navarrus, Julius Clarus, Jodocus, Oldradus, Remigius de Goſſis, Hippolytus de Marſiliis, Conradus, Joannes de Vich, Joannes Anania, Toloſanus, Farinacius, Covarruvias, & alii multi, quos ii teſtes laudant.

Quodcumque vero dicitur de Judæis, infideles omnes amplectitur, cujuſvis Sectæ fuerint. Id autem facile probari poteſt ex Conſtitutione Joannis XXII Pontificis Maximi, quam ſuperius retulimus, qui conſtituit, hæreticos Eccleſiarum immunitate defendi minime poſſe; ex eo namque conſequens eſt, multo minus infidelibus id licere. Etenim hæretici licet pravas aliquot opiniones habeant, baptiſmatis tamen charactere inſigniti Chriſtum Jeſum aliqua ſaltem ratione venerantur, quem infideles averſantur, atque execrantur.

Vidimus hactenus, quibuſnam ſacris locis immunitas tributa fuerit, & quænam reorum conditio nequeat ab iis divelli. Reliquum modo eſt, ut videamus, cum reus aliquis ad Eccleſiam confugit, a qua jure abſtrahi poſſit, quanam auctoritate id efficiendum fuerit. Quocirca comunis eſt omnium opinio, Laicum Judicem auctoritate, quæ nunc temporalis dicitur, abſque Eccleſiaſtici Præſulis venia prehendendi jus tribuere, atque ut perficiatur mandare. Cujus

ſequ. Xaverinm Holl in *Statica Eccleſiæ Germanicæ*, *Part. I*, *c.16*, §. 306, *ſeq.* alioſ-

jus ſane rei claræ admodum, atque efficaces cauſæ. Eccleſiarum namque immunitas non violatur, ſi per vim quiſpiam in ea comprehenditur, qui tamen ejuſmodi defendi non poteſt immunitate. Sed nemo in atrocioribus delictis ea paſſim uti poteſt, igitur a quocumque compehenditur, Eccleſiarum immunitas illæſa eſt. Huc accedit, prehendendi facultatem ab iis peti debere, qui negare poſſint, ſed Eccleſiaſticus eam negare nequit, quæ a lege tribuitur, quare ab ipſo non eſt petenda. Præterea nemo judicare poteſt, quod ſibi non eſt cognoſcendum; ſed Eccleſiaſticus ſæcularium facinora uti Judex non cognoſcit, quæſtionem habere nequit, nec viſum, & repertum, quod leges volunt, proficiſci; quapropter neque hac de re Decretum facere. Quibus rationibus, aliiſque multis hanc veritatem probarunt Guido Papa, Nicolaus Boerius, Julius Clarus, Abbas Panormitanus, Gulielmus Benedictus, Tiberius Decianus, Proſper Facinacius, & alii multi, inter quos Covarruvias affirmat, hanc conſuetudinem toto terrarum orbe a Chriſtianis receptam eſſe, prout etiam Veneti Senatus Conſultis X Kal. Julias anno *1591*, & VII Idus Februarii *1609* ſtatuerunt. Quamobrem cum ſatis clarum ſit, Laicum Judicem prehenſionem mandare debere, quotieſcumque explorati juris eſt, reum ab Eccleſia divelli poſſe; videndum modo eſt, quando exoritur dubitatio, an poſſit abſtrahi nec ne, ad utrum ſpectet definire, & ſi controverſia tollenda neceſſario dilationem requirat, quid agendum ſit de reo ipſo, ne interim vel effugiat cum juſtitiæ fraude, vel ad evitanda pericula in majus incidat delictum, vel cogendi hominum manus, vel Civitatis mœnia tranſcendendi cum multis graviſſimis offenſionibus, prout ſæpe accidiſſe vidimus.

Communis eſt omnium opinio, ad ſæcularem Judicem ſolummodo pertinere omnem de medio tollere dubitationem, eumque pariter hujus rei cognitorem, & judicem eſſe. (Plurimi Doctores nec numero, nec auctoritate minores contra ſtatuunt, videlicet Eccleſiaſticum Judicem hujuſce rei Judicem eſſe debere Qui utrique, & Laico, & Eccleſiaſtico Judici hujuſce rei cognitionem defert, is mea ſententia omne punctum fert, Judici Laico tanquam publicæ tranquillitatis tutori, atque cuſtodi; Judici autem Eccleſiaſtico tanquam Templorum reverentiæ vindici, atque aſſertori divinitus inſtituto, ut ſupra in textu animadverſum eſt. Neque hujuſmodi quæſtiones habere ab Eccleſiaſtica Juriſprudentia alienum eſt.) Ratio maniſeſte conſtat; id enim fieri nequit abſque certa cognitione eorum omnium, quæ acciderunt, atque delictum gravius, aut levius reddere, culpamque, aut aliqua dignam excuſatione, aut enormem, & atrocem facere poſſunt. Quare quæſtiones neceſſario habendæ, & omnia diligenter evolvenda, & cognoſcenda ſunt; longe alienum munus ab Eccleſiaſtico, cui res ſpirituales ſolummodo committuntur. Hanc vero ſententiam probant Rebuffus, Papa, Boerius, Clarus, & alii multi, inter quos Octavianus Vulpellus, & proſper Farinacius dicunt ita uſu receptum eſſe in tota Italia: Covarruvias vero in tota Chriſtiana Republica, prout Veneti pietate, & religione inter omnes clariſſimi S. C. *1609*, VIII Idus Februarias ſtatuerunt, prout ſemper in eorum Ditione, atque Imperio uſu receptum fuit.

Quid vero agendum ſit de reo, qui ad Eccleſiam confugit, donec Judex in re dubia ſtatuat quid æquum ſit; quilibet decernit, neque juſtum, neque conveniens eſſe, ut eidem tempus, & facultas detur fugiendi: ſic enim juſtitia opprimeretur, læſus majore afficeretur injuria, ſumeret reus ad alia perpetranda facinora vires, & animum, cæterique ejus exemplo incitarentur. Ratio vero, qua juſtitia reum cuſtodire debet, ne interim fugiat, varie a Doctoribus ſtatuitur. Sunt, qui ſcribunt, compedibus, atque manicis ferreis cuſtodiendum eſſe in eodem Sacro loco, ad quem confugerit. Quod cum alii majorem præ ſe ferre vim exiſtiment), hominem vinctum retinere, quam ſtatim extrahere, parumque dignitatis habere hominem in ipſa Eccleſia diutius colligatum intueri, idque uno verbo nihil aliud eſſe, quam Eccleſias in carceres vertere, ſtatuerunt, ut vigiliæ conſtituantur, & cuſtodiæ circa Eccleſiam, & ſacrum locum, quod certe ejuſdem turpitudinis eſſet, ſi diu quaſi militibus obſideretur Dei templum; difficile vero effici poſſet, ubi præcipue maxima, atque ampla ſacrorum locorum ædificia, oſtia

quam-

alioſque, quos longo ordine percenſet Fabricius *Bibliograph*. *Antiq. c.9, n. 26, pag.* 422.

quamplurima, & exitus habent. Quibus de cauſis prudentes Judices rectius eſſe judicarunt reos ab Eccleſiis abſtrahere, ſalvo tamen jure reſtituendi ſacro loco, quando ita expedire viſum fuerit, eoſque cuſtodiæ tradere, donec aut prehenſio probata ſit, aut ea improbata, Eccleſiæ reſtituantur, prout juri convenire viſum fuerit. Hinc etiam uſu receptum eſt pluribus in locis, ut reus ad Eccleſim confugiens cujuſvis generis exiſtat, ubi apud Judices delatus fuerit, ſtatim ab Eccleſia abſtrahatur, cuſtodiæque tradatur, ſalvo, ut diximus, jure reſtituendi loco ſacro. Quo facto antequam delictum cognoſcatur, audiunt reum ipſum, vel qui ejus cauſam agit, omnibuſque diligenter inſpectis, & perpenſis, aut prehenſionem ratam habent, & ulterius progrediuntur, aut reum Eccleſiæ reſtituunt. Id vero receptum uſu, quippe quod egregio temperamento juſtitiam ſimul, & Eccleſiarum immunitatem ſartam rectam conſervat, Franciſcus I Galliæ Rex in univerſa Gallia lege ſanxit 1539, quæ adhuc viget, quamque Nicolaus Boerius, Rebuffus, Toloſanus, cæterique juris conſulti ſummis laudibus extollunt, Covarruvias etiam eadem refert, nec quiſquam eſt, qui ea damnare audeat. Sic etiam Venetos ut plurimum facere certiſſimum eſt. Quam ob rem quicumque id effecerit, is propter communem, & probatam conſuetudinem maximos etiam, & Chriſtianiſſimos auctores habebit. Hæc Paulus Sarpi.

Proſper Lambertinus, poſtea Summus Pontifex Benedictus XIV, *Inſtit.* 41, §. 2. Certiſſimum eſt ex ipſo jure Canonico, reos omnes, qui ad Eccleſiam, & loca ſacra confugiunt, Aſyli beneficio gaudere, nec ſine ſummo piaculo invitos abduci poſſe, niſi ea crimina per illos patrata fuerint, quibus Aſyli privilegium ob rei magnitudinem, & gravitatem a ſacris Canonibus, Summiſque Pontificibus denegatur. Conciliorum, & Patrum teſtimonia, quibus Aſyli jus comprobatur, Gratianus in Decreto *quæſt.* 4, *c.* 17, complectitur. Idem jus Civile confirmat; cum enim ſalvi, & incolumes evaderent, qui ſimulacris Principum protegerentur, *l. un. Cod. de his, qui ad ſtatuas*, factum eſt, ut Chriſtiani Principes idem privilegium ſacris ædibus conceſſerint, & pœnas illis ſeveriſſimas decreverint, qui reos a ſacris locis per vim divellere conarentur, *L.* 1, *C. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt*. Sæculo quarto Eutropius, qui Imperatorem Arcadium ad jus Aſyli penitus abrogandum impulerat lata lege, quæ in Theodoſiano Codice tertia adnumeratur; poſt annum omni honoris titulo deſtitutus, in Fidelium Eccleſiam, reſtituto jam Aſyli beneficio, aufugere debuit, ut vitam tueretur; quod quidem interpoſita S. Joannis Chryſoſtomi auctoritate obtinuit (Hom. in Eutropium).

Attamen Aſyli inſtitutionem magis approbant ſacræ litteræ, & ſimul crimina exponunt, quibus Aſyli ſecuritas recuſatur. Nam conſtitutæ fuerunt refugii Civitates, quæ ſalvos eos præſtarent, qui fortuito, non autem conſulto aliquem necaverant (*Num. c.* 45, *Deuter. c.* 19, *Joſue c.* 20.). Exodi vero XXI, 14 ita decernitur: *Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur*. Id miſero Joabo contigit, qui Abner, & Amaſa per dolum interfectis, licet ſacrum Altare complecteretur, tamen juſſu Salomonis ibi percuſſus fuit a Banaja Jojadæ Filio, cum a Templo exire renuiſſet, quemadmodum Jojadas ipſe præceperat. (*l.* 3 *Reg.*)

Si Juris communis nomine jus Civile deberet intelligi, nullam ab Eccleſia ſecuritatem reciperent, qui modo perpetratis quibuſdam criminibus ad ſacras ædes tuto confugiunt. Thomaſſinus a Balſamone ſcriptum fatetur juxta Imperatorum leges, *Immunitate frui non permiſſos homicidas, adulteros, & raptores*. Cum tamen ex Jure Canonico, & Pontificum Decretis agendum ſit; primo, nullam a ſacris ædibus immunitatem conſequuntur qui publice, & impudenter aliena bona diripiunt: *niſi publicus latro fuerit:* hæc habet Canon *Sicut antiquitus*. Eadem continentur in Decretali *Inter alia, de immunitat. Eccleſiarum*.

Se-

Secundo, qui nocturno tempore agros depopulatur, & meſſes, fructuſque igne devaſtat, ut in eadem Decretali his verbis oſtenditur: *Vel nocturnus depopulator agrorum*.

Tertio, qui hominem in Eccleſia interficit, vel ita percutit, ut aliqua parte corporis ineptum efficiat: *Homicidia*, (inquit Gregorius XI.) *& mutilationes membrorum in ipſis Eccleſiis, vel earum Cæmeteriis, committere non verentur*.

Quarto, qui Sicario utitur, vel in domum ſuam excipit, ut alicui mortem inferat. Hoc hominum genus in Syria verſabatur, qui alterius juſſu quemlibet necabant, teſtibus Raphaele Volaterrano, atque Emilio, qui Arſacem Sicariorum Principem, accepta magna pecunia, nonnullos ex ipſis miſiſſe teſtatur, qui Sanctum Ludovicum Galliarum Regem obtruncarent. Illorum operam fideles etiam adhibuerunt, ut de inimicis ulciſcerentur, atque de ipſis agit Innocentius IV C. *pro humani*, *de Homic. in 6*: ubi cum his verbis uſus fuerit: *Sit etiam cum ſuis bonis mundanis omnibus tamquam Chriſtianæ Religionis æmulus a toto Chriſtiano populo perpetuo diffidatus*: per hanc ſententiam Aſylum recuſari Interpretes declararunt, factumque eſt, ut quarto loco ſicarii immunes non haberentur.

Quinto, qui aliquem per inſidias vita ſpoliaverit, in qua re Jus Pontificium Exodi. præceptum ſequitur, ubi hæc ſtatuuntur: *Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur*. Docent namque Theologi, quod mandata judiciaria antiquæ legis *ſunt mortua*, *ſed non mortifera*. Hoc autem alio teſtimonio comprobatur; nam C. *ſi rixati*, *de injuriis*, Exodi præceptum renovatur, ubi reparanda damna, & iis omnibus a percuſſore ſatisfaciendum præcipitur, quæ pro Chirurgi opera perſolvuntur.

Sexto, Hæreticus, vel de hæreſi ſuſpectus; item Judæus, qui ſuſceptam antea Chriſtianam Religionem deſeruit, licet ad ſacras ædes confugiant, Joannis XXII Decreto nulla gaudent immunitate.

Qui Pontificum ſanctiones interpretati ſunt, varias controverſias de illis criminibus excitarunt, quibus factum Aſylum minime conceditur.

Primo, utrum hac immunitate careant, qui aliis ſceleribus inquinati ſunt, quoties id publica tranquillitas exigere videatur, vel majus rationis fundamentum, aut ſaltem æquale pro immunitate Eccleſiæ deneganda cognoſcatur.

Secundo cum Pius V decreverit, ut more latronum plectatur extremo ſupplicio, qui non fortuito, ſed ob ſocordiam, profuſionem, aut luxuriam bona omnia diſſipaverit, aut ſe decoctorem ſimulans, occultatis ipſius bonis creditores fefellerit, vel ipſorum pecuniam in ſuam utilitatem converterit; hinc diſputari cœpit, utrum ipſi immunitatem ſibi a ſacris ædibus compararent; Contrarium non pauci affirmant, inter quos Anaſtaſius Germonius hæc tradit: *Putarem enim Judicibus ſæcularibus libere hujuſmodi homines, quos vulgo* fallitos *vocamus, & proprie (fallunt enim) extrahendos, concedere debere; ſiquidem Pius V decrevit, decoctores ultimi ſupplicii, & ea qua fures ipſi jure, vel conſuetudine, vel particulari, vel municipali ſtatuto plecti ſolent, pœna puniendos eſſe*.

Poſtremo cum Romani Pontifices, ac præſertim S. Pius V, & Sixtus V, petentibus Principibus indulſerint ab Eccleſiis eos quoque divelli, qui criminibus per leges minime cautis tenebantur; & cum maxima rerum perturbatio ex hoc dimanaverit, Gregorius XIV Litteras Apoſtolicas promulgavit, quibus conceſſiones Principum gratia per Deceſſores ſuos, vel per ſe ipſum obſignatas antea penitus abrogavit, vetuitque, ne quis eandem criminum naturam, vel etiam majorem gravitatem pro tribuenda, vel recuſanda Eccleſiæ immunitate perpenderet, ſed ea tantummodo probaret, quæ eiſdem Litteris proponeret, ob quæ ſceleſti homines Aſylo carere deberent. Itaque partim veteres Canones ſecutus, partim ipſorum terminos extendens hæc, quæ ſubjicimus, ſua auctoritate declaravit, & conſtituit.

Primo, Fures publicos ab Eccleſiæ immunitate prohibuit, uti jus commune antea caverat; qui vero ſub illo nomine contineantur, his verbis explicavit: *Si fuerint publici latrones, viarumque graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidiis aggrediuntur*. Secundo illos quoque ab Eccleſia-

Digitized by Google

cleſiaſtica immunitate prohibuit, qui agros populantur, uti Jus Canonicum antea præceperat; illudque ſolum diſcrimen eſt inter Jus Canonicum, & Gregorii Conſtitutionem, quod in illo legitur, *Nocturnus populator agrorum*, in hac vero generatim *depopulatores agrorum* nominantur. Quæ verba Gregorius XIV adhibuit, ut fortaſſe indicaret, illorum opinionem ſe minime probare, qui nocturnum, non vero diurnum depopulatorem immunitate Eccleſiæ ſpoliabant.

Confirmavit idem Pontifex veterum Canonum Decreta, quæ ſuperius numeravimus; nempe contra eos, qui homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſiis, vel earum Cæmeteriis committere non verentur, qui inſidioſe aliquem obtruncant, vel publice graſſantur. Advertendum tamen eſt, cum Gregorius Pontificatum adminiſtraret, e Syria magno pretio acciri non conſueviſſe, qui necem inferrent, ſed inter ipſos Chriſtianos tanta inhumanitate aliquos verſari cœpiſſe, qui Syrorum partes ultro ſibi depoſcerent; hinc ipſius Apoſtolicæ Litteræ non eo modo explicari poſſunt, quo paullo ante illas Innocentii IV explicandas innuimus; ſed neceſſe eſt, eos Eccleſiæ ſecuritate deſtitutos intelligere, qui alieno juſſu, mercede ducti, aliquem interficiant, cujuſcumque nationis ſint, & quamlibet Religionem ſequantur. Inſuper hæreticum inter cæteros, qui immunitate carent, Pontifex adnumeravit. Poſtremo illud novum decrevit; nempe illis immunitatem nullam concedi, qui aliquid contra vitam ipſius Principis moliuntur, *aut læſæ Majeſtatis in perſona ipſius Principis*.

Cum hominum impudentia, ac temeritas eo deveniſſet, ut ſcelera magis in dies augerentur, a Sede Apoſtolica ſuppliciter petitum fuit, ut criminum numerum, quibus ſacrum Aſylum minime permittitur, latius amplificaret. Cum Pontifices Clemens IX, & Clemens X, ſupremam Sedem obtinerent, de his actum fuit; ſed nihil novi conſtitutum. Iterum propoſita fuerunt, cum univerſam Eccleſiam Clemens XI adminiſtraret: tunc juſſu ipſius Pontificis iis Congregationibus interfuimus, in quibus in examen hæc vocabantur. Poſt diuturnas, graveſque diſputationes Gregorianum Decretum magis extendendum omnes unanimes aſſenſerunt, & quædam peculiaria crimina notata ſunt quæ eidem Decreto adjungi poſſe videbantur. Cum hæc tamen in lucem minime prolata fuerint ob eas cauſas, quas inferius memorabimus, iterum Pontifice Benedicto XIII neceſſe fuit diligenter expendere, utrum Gregorii Conſtitutio proferri, quidve addi deberet? Coactis novis Cœtibus, quibus nos quoque adſcripti fuimus, omnia, quæ in Pontificatu Clementis XI ſtatuta jam fuerant, unanimi voluntate confirmata ſunt. Quare Benedictus XIII Litteras Apoſtolicas, quæ incipiunt, *Ex quo divina*, promulgavit. In his præter ſeptem crimina, quæ Gregorius Eccleſiæ immunitate prorſus indigna judicavit, hæc, quæ ſequuntur, addita fuerunt.

Primo. Qui confugientibus vim inferunt, atque ipſos ab Eccleſia, aliove loco immuni violenter extrahunt, & abducunt.

Secundo. Interficientes proximum ſuum animo præmeditato, ac deliberato.

Tertio. Falſificantes Litteras Apoſtolicas.

Quarto. Contra eos, qui montem Pietatis, aut ejuſdem generis loca adminiſtrant, furtum, aut falſitatem in prædictis locis committentes, cujus ratione Arca pecuniaria ita minuatur, ut pœnæ ordinariæ locus ſit.

Quinto. Conflantes, adulterantes, vel tondentes quaſcumque monetas aureas, vel argenteas etiam Principum exterorum, quorieſcumque in loco, aut provincia, ubi crimen admittitur, liberum habeant uſum, & commercium, vel ipſas monetas conflatas, aut detonſas ita ſcienter expendere, & erogare præſumentes, ut fraudis conſcii, atque participes cenſeri poſſint.

Sexto. Illos denique qui ſub nomine Curiæ ſe ſe introducunt in alienas Domos animo ibidem perpetrandi rapinas, eaſque re ipſa committunt cum homicidio, aut mutilatione membrorum alicujus ex domeſticis earumdem ædium, vel etiam extranei, quem ibi forte reperiri contigerit, dummodo homicidium, vel membrorum mutilatio ſequatur.

Septimo. Item declaramus omnes, & ſingulos prædictos tam Laicos, quam Eccleſiaſticos, qui in Urbe, ac Ditione præfatis ex cauſa, & occaſione homicidii eti-

aut in rixa commiſſi cum armis, ſeu inſtrumentis aptis ad occidendum inquiſiti, & proceſſati, vel in contumaciam banniti, & condemnati fuerint, dummodo homicidium non fuerit caſuale, vel ad propriam defenſionem, immunitatis præfatæ beneficio minime etiam gaudere. Id vero in Ditione ſolum Eccleſiaſtica locum obtinet. Ex jure communi, & Gregorii Decreto per univerſum orbem ſolum homicidium ex proditione commiſſum immunitatis beneficio carebat. Deinde Benedictus XIII, uti nuper oſtendimus, homicidii deliberati reos a ſacris ædibus arcendos indixit. Poſtremo Clemens XII, in Litteris Apoſtolicis, quæ incipiunt, *In ſupremo*, per omnem Eccleſiaſticam Ditionem immunes eſſe noluit, qui homicidium per rixam perpetraverint, modo tamen fortuito, vel ad propriam defenſionem illud non contigerit.

Qui Bibliothecam habent & libros aliquando evolvunt, ne pulvere, tineiſque abrodantur, in admirationem procul dubio adducentur, cum advertent, ingenium, conatuſque omnes eos ſcriptores acutiſſime contuliſſe, ut rei licet notorii criminis ab immunitate ſacrarum ædium minime rejiciantur. Inter ipſos, uti ſuperius dictum eſt, numerantur, qui homicidia, & mutilationes membrorum in Eccleſiis, aut in Cæmeteriis commiſerint; hinc diſputatio inter ſcriptores agitari cœpit, an immunitate careat, qui ex loco ſacro interficiat, aut mutilet aliquem in profano loco conſtitutum? Item an Eccleſiæ beneficium concedi debeat, ſi reus extra locum immunem poſitus necem afferat, aut mutilationem illi, qui in loco ſacro verſatur? poſtremo ſi immunitas neganda utriſque videatur, utrum Eccleſia ſolumque nefario ſcelere violata fuit, immunitatem reo præſtare nequeat, an reliquæ omnes eandem rationem præſeferant? Quare Benedictus XIII in ea Conſtitutione, quæ incipit, *Ex quo*, ſacrarum ædium immunitatem illis omnibus recuſandam decernit, *qui ſtantes in Eccleſia, vel Cæmeterio interficiunt extra Eccleſiam, vel Cæmeterium, aut ipſis membrum mutilant; nec non eos, qui ſtantes extra Eccleſiam, vel Cæmeterium, occidunt ſtantes intra Eccleſiam, vel Cæmeterium, aut ipſis membrum mutilant*. Inſuper non modo reos ejuſmodi, ſed impedientes quoque, ne quis in locum immunem ſe recipiat, vel per vim a ſacris ædibus aliquem abripientes, cujuſcumque Eccleſiæ beneficio gaudere minime poſſe conſtituit: *Declarantes, in quatuor præmiſſis caſibus ejuſmodi reos non illius tantum Eccleſiæ, quam violarunt, ſed cujuſcumque etiam alterius Eccleſiæ immunitate gaudere nequaquam poſſe, aut debere*.

Gregorius XIV, uti jam dictum eſt, *Viarum graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident*, ſacro Aſylo prorſus excludit. Cum itaque Pontifex plurali numero utatur, & cum de publicis viis ſermo ſit, quidam putarunt hac Pontificis ſententia eum non contineri, qui ſemel tantum graſſatus fuerit, vel crimen ejuſmodi in vicinalibus admiſerit. Contra vero Benedictus XIII ita ſanxit: *Unicam tantum graſſationem in via publica, aut vicinali admiſſam ſufficere ad hoc, ut quis publicus latro, & graſſator dici valeat, dummodo tamen graſſati mors, aut membrorum mutilatio ſequuta fuerit*.

Item *Rei aſſaſſinii* locali immunitate deſtituti per eundem Gregorium XIV declarantur. Cum igitur, uti nonnulli ſatis ingenioſe perpenderunt, ſicarii nomen illis tribuatur, qui juſſu alterius aliquem occidunt, non autem, qui tam nefarium ſcelus propoſita mercede imperaverint, iſtos quidam immunes eſſe arbitrantur. Poſt hæc, ut ſuam beneficentiam in ſicarios etiam exercerent, &, ſi fieri poſſet, vindicarent, ab illis quoque merces aliquas pro crimine, non pecuniam ullam accipi, aliquando etiam pacta pecunia, vel mercibus fraudari, advertentes, tunc ſicarios ipſos immunitate frui debere pronuntiarunt. At Benedictus XIII his verbis eorum opinionem penitus improbavit: *Ad hæc in crimine Aſſaſſinii non modo mandatarios, qui in ipſamet Gregoriana Conſtitutione aperte excipiuntur, ſed etiam mandantes, qui certum præmium, aut mercedem, ſive in pecunia, ſive in aliis rebus tradiderint, aut promiſerint, quamvis promiſſio nullum habuerit effectum, dummodo aſſaſſinium re ipſa patratum fuerit, ab Eccleſiaſticæ immunitatis beneficio excludimus, ac pro excluſis perpetuo haberi volumus, ac mandamus*.

Poſtremo cum idem Benedictus a ſacris Aſylis eos depulerit, qui homicidium delibera-

berato animo patraverint, nullam tamen de Eccleſiaſticis mentionem fecerit, nec illud explicaverit, an aliqua ætatis ratio habenda ſit, poſtremo an eadem pœna eos complectatur, qui conſilium, vel opem attulerint homicidæ, Clemens XII in ea Conſtitutione, quæ incipit, *In ſupremo*, Eccleſiaſticos homicidii reos ab immunitate ſecludit: *Ad ipſos Eccleſiaſticos cujuſcumque gradus, & ordinis exiſtant, in orbe, ac univerſa ditione nobis, & Sedi Apoſtolicæ mediate, vel immediate ſubjecta homicidium animo ſimiliter præmeditato, ac delib rato patrantes extendimus quoque, & ampliamus*. De ætate vero, ac de iis, qui conſilium, vel operam homicidis præbeant hæc ſtatuit: *Declaramus homicidii reos natu minores viginti quinque, majores vero viginti annis tam Laicos, quam Clericos, atque omnes, & ſingulos, ſive Laicos, ſive Clericos, qui mandatum, conſilium, inſtigationem, auxilium cooperativum, aut aliam operam occiſori præbuerint, ex quorum ſingulis pravis actibus homicidium evenerit in dicta Benedicti Prædeceſſoris Conſtitutione comprehenſos eſſe, ac deinceps cenſeri debere, eamque quatenus opus ſit ad ipſos pariter extendimus*.

Itaque ſi ad Eccleſiam confugiant, qui ejuſmodi criminibus ſe ſe coinquinaverint, & omnem immunitatem amiſerint, a ſacris ædibus deducendi ſunt, & Judici tradendi, ut debitas pœnas exolvant. Qua de re juſſu Clementis XI Cœtus habiti ſunt, & in medium prolata omnia, quæ Pontificibus tum per Eccleſiaſticos, tum per Laicos ſcripta fuerant. Tum facile conſtitutum fuit, ut Judicis ordinarii auctoritate interpoſita criminoſi homines ab aſylis removeantur, ut aliquis Eccleſiaſticus ab eo deſignatus interſit, demum ut per ſolum Judicem Eccleſiaſticum cognoſcatur, an reus ea crimina perpetraverit, ob quæ immunitate prorſus indignus habeatur, cum agatur de reo, qui in Eccleſiaſtica Ditione, ſcilicet immuni loco verſabatur, ex quo ſolum abripitur, quia jure Pontificio permiſſum id habetur.

Illud magnopere implicatum viſum fuit: videlicet quæ argumenta criminis proferri deberent, ut Judex Eccleſiaſticus reum, Aſylo ſacro frui non poſſe, proprioque Judici committendum decerneret. In Gregoriano Decreto hæc leguntur: *Quodque delinquentes &c. Curiæ ſæculari &c. conſignari, nec tradi poſſint, niſi prius cognito per Epiſcopum, ſeu ab eo deputatum, an ipſi vere crimina ſuperius expreſſa commiſerint*. Præclariſſimi Juriſperiti Farinacius, & Falconius, cum eadem verba interpretarentur, reos ejuſmodi ſacrarum ædium beneficio ſpoliari non poſſe affirmarunt, ſi dum cauſa per Judicem Eccleſiaſticum cognoſcitur, indicia ſolum, & conjecturæ producantur, ſed perſpicuis, & certiſſimis rationibus agendum putaverunt. Sed tamen veritati parum conſentaneum cæteris viſum eſt, quos Antonius de Poſſentibus commemorat, & ſane ad veram, rectamque probationem neceſſe eſt, ut reus crimen ſuum fateatur, aut de illo convincatur. Hoc poſtremum non ita facile evenire ſolet. Illud vero primum vix poteſt cogitari. Siquidem cum nequeat Judex Eccleſiaſticus a reo veritatem extorquere tormentis, idem erat propriam confeſſionem ejuſdem exquirere, ac putare, illum ultro, & conſcientiæ ſtimulis adactum ad manifeſtandam veritatem paratum eſſe. Quare ſi reus ipſe de crimine ſuo convinci, aut illud confiteri deberet, ut a ſacris ædibus avulſus ſæculari Curiæ committi poſſit, nullus unquam quolibet ſcelere inquinatus eidem Curiæ traderetur, ut prius Carolus a Baſilica Petri Novarienſis Epiſcopus expendit. *Si plenam probationem requirimus, hoc eſt, ut reus confeſſus ſit, vel aliorum teſtimonio convictus, pauciſſimos trademus Judicibus Laicis: quod cum Romæ dixiſſem Farinacio, nihil reſpondit, niſi ſimilia fere verba illis: Quod ſcripſi ſcripſi*. Cum hæc ita ſint, Cœtus juſſu Clementis XI uti jam dictum eſt, coacti, habita plurium ſuffragiorum ratione decreverunt, non quidem certiſſima, & plana argumenta requiri in cognitione cauſæ, quæ per Eccleſiaſticum inſtituitur, ut reus aliquis ſæculari Curiæ tradatur, ſed ſatis eſſe, ut veritati conſentanea probentur, & vehemens aliquod ſceleris indicium, & conjecturæ in medium afferantur. Judex autem ſæcularis cauſam iis omnibus corroborabit, quæ ab Eccleſiaſtico prætermiſſa ſunt, ut reum ſibi traditum, adhibitis etiam tormentis, vel ad criminis confeſſionem impellat, vel neceſſariis teſtibus convincat.

Hac difficultate expedita, alia propoſita fuit, an, ſi reus eo modo, quem nuper explicavimus, ſæculari Curiæ committendus

dus ſit, priuſquam id fieret, defenſionis
tempus ipſi reo tribuendum videretur. Id
quidem neceſſarium aliquibus viſum fuit,
ne reus indicta cauſa immunitate careret.
Alii tamen id non modo ſuperfluum puta-
runt, cum ad Judicem Laicum hoc nego-
tium pertineat, ſed etiam pernicioſum, &
quoddam veluti Juſtitiæ impedimentum.
Nam ſi reus, dum cauſam ſuam defendit,
teſtimonia in ipſum conflata deprehenderit,
tunc vel ipſe, vel ejus familiares longe ar-
cendos eos teſtes curabunt, ne, cum reus
in manus Laici Judicis devenerit, & cau-
ſæ cognitio per ipſum indicetur, eadem
teſtimonia repetantur, vel ſaltem immuten-
tur, cum in examen vocantur. Hæc ſane
controverſia, quæ in memoratis Congrega-
tionibus propoſita, componi ſub Clemente
XI minime potuit, reliquis omnibus, quæ
agebantur, curſum continuit, & eorum quæ
jam ſancita fuerant, promulgationem impe-
divit. Quare cum Benedictus XIII Pontifi-
catum gereret, idem negotium ſuſceptum
fuit, & omnibus iterum diligenter exami-
natis, hæc quæ ſubjicimus, per allatam ſu-
perius Conſtitutionem, *Ex quo*, conſtituta
fuerunt:

Primo, ut reus ab immuni loco deduci,
& in carceres Epiſcopi tradi poſſit, ſatis
eſſe *indicia, quæ ad capturam decernen-
dam ſufficere videantur*.

Secundo, ut Eccleſiaſticus crimen, de
quo agitur, judicio ſuo cognoſcat: *Ubi
vero* (proſequitur Pontifex) *ex proceſſu in-
formativo deſuper conficiendo conſtet de cri-
mine excepto, ac inſuper adverſus eundem
extractum talia reſultent indicia, ut cri-
men ab eo fuiſſe patratum moraliter credi
poſſit, (quæ quidem indicia juxta regulas
juris vocantur ultra torturam) eo tamen
caſu præfatum extractum Miniſtris, & Of-
ficialibus Curiæ ſæcularis tradere, & con-
ſignare poſſit, ac debeat*.

Tertio, ne rei Judicibus Laicis tradan-
tur, niſi *Exacta tamen, receptaque prius
ab ipſis obligatione in forma juris valida
reſtituendi extractum Eccleſiæ ſub pœna ex-
communicationis latæ ſententiæ nobis, ac
pro tempore exiſtenti Romano Pontifici re-
ervatæ, quatenus idem extractus indicia
ſontra ipſum acquiſita in ſuis defenſioni-
cus purget, ac diluat. Quod ſi ea minime
burgaverit, & vere delinquens repertus fue-
rit, Curiæ ſæculari in ipſum tali caſu,
ut juris eſſe cenſuerit, agere, atque proce-
dere liceat*.

Eadem in Conſtitutione Clementis XII
continentur, ubi præ cæteris illud Benedi-
cti Conſtitutioni additum fuit, quoties de
homicidio deliberato, vel per inſidias, aut
etiam per rixam patrato judicium ſtatue-
tur (niſi fortuito, vel pro vitæ defenſione
contigerit) ſatis eſſe in Ditione Eccleſiaſti-
ca, ut foro ſæculari reus committatur,
non quidem indicia, *ultra Torturam*, uti
Benedictus præcepit, verum id fieri poſſe
*ex acquiſitis, ſeu ſubminiſtratis indiciis ad
torturam tantum ſufficientibus*; quod eo ſo-
lum conſilio factum fuit, ut mortalium au-
dacia in patrandis tam frequenter homici-
diis comprimatur; cum id præſertim plu-
rium etiam Deceſſorum Pontificum exem-
plis comprobetur. Nam Clemens VIII Ju-
riſprudentiæ laude clariſſimus, poſtquam
Farinacii, & Falconii conſultationes expen-
dit, quoſdam homicidii reos, qui in ſacras
ædes ſe receperant, Laico Judici tradi im-
peravit: *Si tamen prius ſummarie, ſim-
pliciter, & extrajudicialiter, & quantum
pro conſcientiæ tuæ informatione ſufficere
poſſe videbitur, illos homicidium prædictum
perpetraſſe conſtet, aut illi cooperatos, ſeu in
illo culpabiles fuiſſe*. Inſuper peculiaris Con-
gregatio juſſu Clementii X convocata epi-
ſtolam confecerat, in qua hæc ſententia le-
gitur: *Ut juſtitiæ exercendæ nullum impe-
dimentum afferatur, Sanctitas ſua Eminen-
tiæ veſtræ permittit uti ſufficientibus ad tor-
menta indiciis, ut reus ſacra Immunitate
indignus declaretur*.

Rei propriis Judicibus traditi, legum au-
ctoritate puniuntur, ut decernunt iidem
Pontifices Gregorius, Benedictus, & Cle-
mens XII, qui S. Petri Sedem feliciter oc-
cupaverunt. Cum ipſe non modo delibera-
tum homicidium, uti Benedictus antea con-
ſtituerat, ſed rixa pariter commiſſum iiſdem
pœnis plectendum ſanxerit, niſi caſu, vel
pro vitæ defenſione evenerit, ne locus ex-
cuſationi ſuperſit, & ne impotens quædam
iracundia ad reum protegendum de more
afferatur, ſanxit, juſſitque Pontifex con-
ſuetum mortis ſupplicium indici, ſi occi-
ſor primus rixam excitaverit. Id Romæ, &
per univerſam Pontificiam Ditionem, ac
potiſſimum Bononiæ, ejuſque diœceſi ob-
ſervandum præcepit: *Occiſor pœna pariter
ordinaria punitur, licet homicidium ſequu-*

tum

tum ſit in rixa, ſi homicida rixæ auctor fuerit. Idem per eandem Clementis XII Conſtitutionem decernitur, in qua præterea illud cautum fuit: *Utque calor iracundiæ a pœna ordinaria delinquentem nuſquam eximat, ubi inter tempus rixæ, aut patratum homicidium ſex horarum ſpatium intercesſerit; id ſufficere volumus, ut reus ad actus extraneos diverterit, vel divertiſſe debuerit*. Alia ſapienter ab ipſo Pontifice pro coercendis homicidiis ſtatuta ſunt, quæ in eadem Conſtitutione deſcribuntur.

Diſſimulare hic non poſſumus, aliquos, qui boni juris periti exiſtimari volunt, eo deveniſſe, ut non modo familiaribus ſermonibus, ſed etiam ſcripto contenderint ex veteri ſaltem conſuetudine in Pontificia Ditione capitali ſententia damnari neminem poſſe, qui ſcelus antea confeſſus non fuerit. Id autem criminoſi homines adeo pro certo habuerunt, ut pœnas ſcelerum ſe nunquam daturos putaverint, ſi tormentis adacti illa denegarent, vel confeſſionem tormentis expreſſam minime confirmarent. Qua de re Pontifex hanc falſam opinionem his verbis improbavit. *Neque prætextu erroneæ, & nunquam approbatæ conſuetudinis, ſive interpretationis quiſpiam decipiatur ad omnium, & ſingulorum memoriam revocamus, prædicta pœna ordinaria teneri nedum ore proprio homicidium confeſſos, ſed etiam qui de commiſſo homicidio juxta juris Canonici, & Civilis diſpoſitionem, quam in cæteris quibuſcunque delictis ſartam, tectamque fore volumus, convicti fuerint, quibuſvis prætenſis uſu, & ſtylo rebuſque judicatis in contrarium minime attentis*.

His criminibus ſolum exceptis, quæ ſuperius enumeravimus, reliquis omnibus ſacrorum locorum immunitas conceditur. De his agendum ſupereſt Ac primum in memoriam revocandum eſt, quod ejuſmodi rei, ſi extra locum immunem caperentur, ſtatim per dolum ſe ab Aſylo ſacro deductos fuiſſe affirmabant, & licet contrarium probaretur, tunc non ſemel id contigiſſe, ſed quater etiam aſſerebant, teſteſque paratos adducebant, qui falſo rem jurarent; ſed illud graviſſimum, & non ferendum erat, quod cum ſemel ſe per dolum abreptos a ſacris locis oſtenderent, etiamſi nova deinde crimina patrarent in Aſylum reſtitui debebant, ubi poſt tot maleficia per iniquam ſimulationem conquieſcerent. Qua de re Clementis XI juſſu peculiaris Congregatio conſtituta fuit, ut hæc prava conſuetudo ſalutari aliquo conſilio de medio auferretur. Tunc opinionem noſtram deſcriptam exponere coacti ſermonem ſuper hac re pro noſtri ingenii imbecillitate typis edidimus.

Primo, nullam in jure Pontificio legem reperiri advertimus, quæ immunes eos declaret, qui poſtquam ad loca ſacra profugerint, longe ab ipſis deinde capiuntur, niſi forte per vim abſtrahantur. In Concilio ſolum Aurelianenſi de illis, qui doloſe a ſacris Aſylis deducuntur, mentio habetur: *Seu vi, ſeu dolo abſtrahere, aut ſollicitare fortaſſe præſumpſerit . . . eo tamen qui abſtractus, prius Eccleſiæ reſtituto*. Id vero Concilium cum peculiare unius Provinciæ fuerit, illius ſolum terminis concluditur.

Inſuper expoſuimus etiam, ſi dolo seducti incolumes eſſe debeant, nullam in poſterum doli ſuſpicionem futuram eſſe, ſi publice declaretur, ne a ſacris locis longe abſcedant, nec ullo artificio moveantur, qui ob aliquod ſcelus ad illas confugerunt, aliter niſi vis aperta interceſſerit, doli excuſationem minime profuturam; eo ſane pacto, quo ſe deceptum queri non poteſt, qui ex aliquo loco in carceres rapiatur, ex quo priſtina immunitas ſublata fuerit, ſi per tabellam januæ affixam idem locus immunitate carere indicetur. In hanc ſententiam Innocentius III, *in C. cum Dilectus de iis, quæ vi metuque &c.* olim reſpondit: *Nec obſtante dolo, quo ſe proponebant fuiſſe ſeductos, cum talis Dolus, non tam ad circumventionem prædictorum Ciſtercienſium quam ad fatuitatem eorum debeat retorqueri*. Cum hanc noſtram opinionem Congregatio approbaſſet, die 22 Decembris anno 1716 Decretum promulgavit ipſius Clementis XI auctoritate firmatum, quod deinde ad omnes Italiæ Epiſcopos tranſmiſſum fuit. In eo ſtatuitur: ut de cætero illæ dumtaxat extractiones ſuffragentur, quæ aut violenter patratæ, aut ſub fide ſalviconductus ab aliquo Judice ordinario, ſeu Delegato conceſſi, ac ſubſcripti ſecutæ fuerint, qui tamen ſalvuſconductus ſuffragari poterit pro tempore tantum in eo præſcripto.

Quondam immunitatem, & vitam ſibi comparabant, qui ſacrarum ædium, vel Regularium Domorum perfugium obtinuerant. Curabant Eccleſiaſtici, ut crimina ſalutari pœnitentia expiarent, nec ab iiſdem Aſylis dece-

decedere illos ſinebant, antequam divinæ Juſtitiæ rite ſatisfeciſſent. Furem celeberrimum a ſupplicio S. Bernardus eripuerat, idque Comiti Theobaldo moleſtum ingratumque fuerat, qui impunitum furem dimittere ægro animo patiebatur. Quam ob cauſam S. Bernardus his verbis ad eum ſcripſit: *Tu illum decreveras brevi ſupplicio, & interitu momentaneo conſummari; ſed ego eum faciam diuturno cruciatu, & morte longiſſima mori. Tu furem appenſum per unum, aut per plurimos dies mortuum in patibulo remanere permitteres: ego cruci affixum per annos quamplurimos faciam in pœna jugiter vivere, & pendere.* Ita revera accidit. Furem ad Monaſterium Claræ vallis perduxit, inter Monachos cooptavit, ibique per triginta annos pœnitentia incredibili confectum detinuit. Hujus generis exempla Eccleſiæ rerum ſcriptores plurima commemorant.

Q. U.

QU. XXVII.

Quid de Sacra Rituum Congregatione ordinaria?

§. I. ROmani Pontificis, cujus complexu Chriſti Eccleſia cingitur, ac coercetur, (Vide quæ diximus ſuperius *Quæſt. V.*) Romani, inquam, Pontificis muneri ea omnia eſſe illigata, quæ Eccleſiæ unitati conducunt; Eccleſiæ vero unitatem in eo ſitam eſſe, ut non ſolum una omnium ſit fides, una ubique morum doctrina vigeat, verum ut ea etiam in ſingulis omnibus Eccleſiis ſtatarum, ſolemniumque cærimoniarum, ac rituum (a) cogna-

(a) Berard *Com. in Jus Eccl. Univerſ. Tom. I, Diſſert. IV, c.* 2. Eccleſiarum omnium unitas, quam nunquam diſcerpere potuit diviſio Diœceſeon, aut partitio Epiſcopalium poteſtatum, ſita eſt perprimis in uniformi profeſſione Fidei, in adminiſtratione eorumdem Sacramentorum, atque in concordi voluntate exequendi etiam poſitiva Dei præcepta. Quando hæc unitas character, & nota eſt vere Eccleſiæ, inde proficiſcitur, ubicumque Eccleſia ſit, ibi exiſtere, apparere eorumdem dogmatum profeſſionem, eorumdem Sacramentorum adminiſtrationem, eandem denique voluntatem ſervandi divina præcepta, quin ulla aut varietas, aut mutatio induci ab Epiſcopis valeat. Non ita pendet Eccleſiæ unitas ex capitibus diſciplinæ, quam conſtat obnoxiam eſſe variis vicibus modo temporum, modo locorum, modo ſimilium adjunctorum. Sunt tamen quædam diſciplinæ capita, quæ licet non ſint ſuapte natura unitatis Eccleſiaſticæ fundamenta, nihilominus aut perpetuo agnita, aut certis temporibus definita fuerunt, tamquam ejuſdem unitatis argumenta, ut hæc ipſa unitas notis adhuc uberioribus accedentibus demonſtraretur, & magis magiſque palam conſpiceretur. Ad devinciendas arctius Chriſtianas provincias fuerunt hac in re ſelecta quædam diſciplinæ capita, quæ aut opportuniora eſſent ratione cauſarum, aut eſſent natura ſua illuſtriora, in quibus concordia indiceretur, relictis inde cæteris liberæ voluntati ſingularium Antiſtitum, qui populi ſibi commiſſi indolem, rationes, ſicuti & adjuncta & temporum, & locorum penitiſſime cognoſcentes prudenti arbitrio ſuo ſingula moderarentur. Cum memoro illa diſciplinæ capita, quæ opportuniora ſunt ratione cauſarum, illa intelligo, in quibus optimum erat, Chriſtianos Catholicos ab extraneæ religionis hominibus diſtingui; propterea quod non inde melius eruitur unius ſocietatis unitas, quam unde diſtinctio ab aliis ſocietatibus eruatur. Hanc ob cauſam jam a prima ſua ætate Eccleſia definivit, ut per ſingulas hebdomadas non dies Sabbathi, ſed dies Solis, quem propterea Dominicum dicimus, Sanctus, & Feſtus haberetur; atque ut per ſingulos annos celebratio Paſchalis differretur in diem Dominicum, qui Lunæ Martiæ decimæ quartæ ſuccederet, ne cum Synagoga Judaica ritus communes haberet. Immo & recentioribus ſæculis ſtatuit Eccleſia, ut Laici cum ad Euchariſtiam accederent, ſub una panis ſpecie communicarent, ne alias Boæmis, ſive Calixtinis utramque ſpeciem divino jure poſtulantibus adhærere quis videretur. Quum memoro illa diſciplinæ capita, quæ ſunt natura ſui illuſtriora, illa intelligo, in quibus conſiſtit externa exercitio alicujus cultus & quidem proximi præcipuorum fidei noſtræ myſteriorum, quaſi tacita quædam ex facto elicita eorumdem myſteriorum profeſſio certis ſtatis temporibus, certiſque ſtatis ritibus renovata. Si enim una, eademque dogma-tum

gnatio regnet, quæ nos non plurium ſed unius Religionis membra eſſe omnium inſpectantium oculis facile demonſtret, nemo uſquam negaverit, niſi ii uni, (Vide Binghamum *l.* 16, *c.* 1, §. 15.) quibus Religiones omnes, quæcumque tandem eæ ſint, nullo diſcrimine aguntur.

§. II. Hanc rituum cognationem, quaſique concentum, atque conſenſum maxime cordi fuiſſe Apoſtolis, teſtis eſt celeberrima Pauli Epiſtola Corinthiis data, in qua, poſtquam nonnullos illis ritus, cærimoniaſque attuliſſet, veritus, ne quid ipſi comminiſcerentur, quod ab aliarum Eccleſiarum ritu abhorreret, cætera quæ deeſſent voluit, ut ab ipſo expectarent: *Cætera, cum venero, diſponam.* (I Epiſtola II, 34.) Juſtinus autem martyr (an. 141) fidem nobis facit, ſacrorum ritus, quibus primævi Chriſtiani utebantur, non ſingularum Eccleſiarum proprios, ſed omnibus fuiſſe communes, κοινὰς εὐχὰς (Apol. 2, in fin.)

§. III. Quantopere vero laborarint Pontifices primis Eccleſiæ ſæculis, ut præcipuorum Eccleſiaſticorum rituum ortodoxia ubique ſervaretur, nos docet Victor Pontifex, qui parum abfuit, quin Aſianos Epiſcopos, qui a Chri-

---

tum fides, ſeu profeſſio, unitas ipſa eſt fidelium Univerſorum, decuit plane, ut alterum adhuc vinculum necteretur ad unitatem ritus ſaltem ratione habita publici, ac ſolemnis teſtimonii, quod reddimus in cultu diſciplinæ præcipuis fidei noſtræ dogmatibus, propterea quod unitas hujus ritus plurimum valet ad cuſtodiendam tutius ipſam dogmatum unitatem. Notandum tamen eſt, hujus generis ritum ſæpius coaleſcere ex pluribus actibus, ceu partibus, creditumque propterea identidem ſufficere ad argumentum illius unitatis, convenire univerſos in unam ritus partem, quin opus eſſet pariter, ut in cæteris adamuſſim partibus ubicumque & quandocumque conveniretur. Equidem ardua res eſſet, forte etiam periculi plena, definire ſingillatim omnia capita, quæ credamus uſurpata fuiſſe ab Eccleſia tamquam certa hujus ita conceptæ firmioris unitatis argumenta. Duæ meo judicio ſtatui regulæ poſſent. Prima eſt, cum certum diſciplinæ caput conſtitutum eſt ad ſecernendam Chriſtianorum ſocietatem a cæteris ſocietatibus a fide vera deviis, tum caput illud tamquam argumentum unitatis exiſtimari oportere, propterea que locorum, ſeu provinciarum varietatibus obnoxium non facile fieri poſſe. Immo etſi duæ ſint in Eccleſia gentes, quæ olim de certis ritibus dimicaverint, deinde conciliatis animis ita controverſiam definiverint, ut unaquæque gens ſuum ritum ſequeretur, publica in hanc rem inita conventione, adeo unuſquiſque populus ritu ſemel ſibi conſtituto tenebitur, ut illum non facile liceat in una, vel altera Diœceſi immutare. Hujuſmodi eſt diſciplina Azymorum in Eccleſia Latina, uti Fermentati in Eccleſia Græca. Altera regula eſt, ſi diſciplinæ capita ſint maxime conſpicua natura ſui, & ſingulari ratione digniſſima, tum haberi veluti conſtituta unitatis argumenta, cum appareant obſervata, & ubique, & perpetuo in Eccleſia fuiſſe in ea ſaltem parte, in qua concors ritus adpareat. Hinc non facile mutationibus ſubjacerent ea diſciplinæ capita, quæ ab antiquiſſimis temporibus, atque in omnibus liturgiis recepta deprehenduntur in Celebratione Eucbariſtici Sacrificii. Poſt hæc ita generaliter tradita, concludere poſſum, neminem ex Epiſcopis valere in Diœceſi ſua mutare ea diſciplinæ capita, eaſque ejuſdem diſciplinæ partes, in quibus ſimilitudo in omnibus Eccleſiis recepta eſt ad argumentum unitatis. Quando enim unitas nihil aliud eſt, quam vinculum omnium Diœceſeon, excederet profecto Epiſcopus Diœceſanæ adminiſtrationis fines, ſi hujus generis mutationes induceret, propterea quod inducta mutatione non ſolum in ipſius Diœceſi, ſed in cæteris, & quidem omnibus illud Diſciplinæ caput eſſe defineret propoſitæ ſervandæ unitatis argumentum.

(b)

Chriſtiano ad Judaicum ritum de celebrando Paſcha deſciverant, Eccleſiæ communione privaret, nec unquam ceſſatum eſt; donec Aſiani Hebræorum morem ejurarint, ſe ſeque ad ritum Romanæ Eccleſiæ revocarint. Non me latet hoc Victoris Conſilium a recentioribus hæreticis (Boehm. *de Jure Liturgiar. Eccleſ.* §. 24, *l.* 1, *t.* 4, §. 8.) improbari. At cui eorum os ſtomachumnon moveat, cum Concilium Nicænum I, (ut patet ex Epiſtola Conſtantini Magni apud Euſebium *de Vit. Conſt. l.* 3, *c.* 16, 17, 18, & Theodoretum *H. E. l.* 1, *c.* 10, qua Epiſcopos, abſentes de iis, quæ in Concilio Nicæno ſtatuta fuerunt, certiores fecit) & Synodus Antiochena anno 341 celebrata, *can.* 1, Victoris ſententiam ratam eſſe voluerint?

§. IV. Non morabor in recenſendis omnibus Pontificibus, qui pro ſummorum rituum orthodoxia tamquam pro aris, & focis certaverunt. Unus hic mihi ſit inſtar omnium S. Innocentius I, (anno 402.) qui in Epiſtola prima ad Decentium Epiſcopum Eugubinum hæc habet: *Si Inſtituta Eccleſiaſtica, ut ſunt ab Apoſtolis tradita, integra vellent ſervare Domini Sacerdotes, nulla diverſitas, nulla varietas in ipſis ordinibus, & conſecrationibus haberetur; ſed dum unuſquiſque non quod traditum eſt, ſed quod ſibi viſum fuerit, hoc exiſtimat eſſe tenendum, inde diverſa in diverſis locis, vel Eccleſiis, aut teneri, aut celebrari videntur, ac fit ſcandalum populis, qui dum neſciunt traditiones antiquas humana præſumptione corruptas, putant ſibi, aut Eccleſias non convenire, aut ab Apoſtolis, vel ab Apoſtolicis viris contrarietatem inductam. Quis enim neſciat, aut non advertat, id, quod a Principe Apoſtolorum Petro Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc uſque cuſtoditur, ab omnibus debere ſervari, nec ſuperinduci, aut introduci aliquid, quod auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? præſertim cum ſit manifeſtum, in omnem Italiam, Gallias, Africam, atque Siciliam, inſulaſque interjacentes nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eas, quas Venerabilis Apoſtolus Petrus, aut ejus ſucceſſores conſtituerunt Sacerdotes; aut legant, ſi in iis provinciis invenitur alius Apoſtolorum, aut legitur docuiſſe. Quod ſi non legunt, quia nuſquam inveniunt, oportet eos ſequi hoc, quod Eccleſia Romana cuſtodit, a qua eas principium accepiſſe non eſt dubium, ne dum peregrinis aſſertionibus ſtudent, caput inſtitutionum videantur omittere. Sæpe dilectionem tuam ad Urbem veniſſe, ac nobiſcum in Eccleſia conveniſſe, & quem morem, vel in conſecrandis myſteriis, vel in cæteris agendis arcanis teneat cognoviſſe non eſt dubium; quod ſufficere ad informationem Eccleſiæ tuæ, vel reformationem, ſi prædeceſſores tui minus aliquid, aut aliter tenuerunt, ſatis certum haberem, niſi de aliquibus conſulendos nos eſſe duxiſſes. Quibus idcirco reſpondemus, non quod te aliqua ignorare credamus, ſed ut majori auctoritate vel eos inſtituas, vel ſi qui a Romanæ Eccleſiæ inſtitutionibus errarent, ut commoneas, aut indicare non differas, qui ſint, qui aut novitates inducant, aut alterius Eccleſiæ, quam Romanæ, exiſtimant, conſuetudinem eſſe ſervandam.* Hæc Innocentius I.

§. V. Hæc præ oculis tulerunt Tridentini Patres, cum Summo Pontifici, Eccleſiaſticarum cærimoniarum, ſacrorumque rituum. Reformationem commendarunt *ſeſſ.* 25 in fin. Cui operi longiores moras, & cura ſibi depoſcenti non aliter ſatis conſuli poſſe viſum fuit Sixto V, quam ſi nova Cardinalium Congregatio

(*b*) crearetur, quæ huic rei tam utili, ac neceſſariæ manum admoveret, quæque, qui ritus legitimi, quinam divino cultui neceſſarii, qui œcumenici; quam rituum varietatem Eccleſiæ unitas pati poſſet, Summo Pontifici definienti præſto eſſet.

§. VI. Nec eſt cur Epiſcopi, ſi ullos modo in ſuas Eccleſias invehere ritus prohibentur, ſuo primigenio jure minutos ſe eſſe conquerantur. Nam etſi qua Univerſis Eccleſiam referentibus ab ipſo Chriſto, qua ſingulis tamen non niſi ab Eccleſia adjiciendorum rituum jus partum illis eſt. (Vide, quæ ſuperius diximus Quæſt. V.) Una igitur Eccleſia ſacros ritus inſtituere ſuo jure poteſt; & quæ rituum varietas, Eccleſiæ tamen unitati minime contraria, in nonnullis Eccleſiis invaluit, ea ab tacito Eccleſiæ conſenſu vim ſuam nacta eſt, quæ peculiaris Epiſcopalis poteſtatis habenas modo remittere, modo adducere ſolita fuit. Verum hæc Eccleſia a Summi Pontificis auctoritate ſejuncta nulla omnino eſt. (Vide, quæ diximus Quæſt. V.) Hanc igitur in Eccleſiarum ſuarum ritibus immutandis audiant, hanc expectent, hanc denique Epiſcopi vereantur neceſſe eſt (*c*)

§. VII. Hæc ſacrorum rituum diſputatio longiorem, & copioſiorem depoſceret orationem. Sed ut brevitati conſulam, ſatis erit indicare Scriptores, qui hanc Spartam ornarunt. Ex Catholicis habes Bellarminum *de bon. oper. l.* 1, *c.* 2, Bonam *de Divin. Pſalmod. c.* 4, *& ſeq.* Hugonem Menardum *ad Sacrament. S. Greg. M. p.* 273, Martenium *de ant. Eccl. rit. l.* 4, *c.* 1, Stephanucium *in Diſſ. Canon.* Romæ edita anno 1755 *de Celebratione*, Galliccioliium *Iſagog. Liturg.* quæ extat Tom. IX, & X Op. S. Gregorii Magni Venetiis 1772, *c.* 17, Alexium Aurelium Pelicciam *De Chriſt. Eccl. polit. T. I, pag.* 256, *& ſequ.* Selvagium *Antiq. Chriſtian. l.* 2, *part.* 1, *c.* 9, §. 7, *ſequ.* Emanuelem de Azevedo *Exercitat. Liturgic.* Romæ vulgat. anno 1750, Petrum Lazeri *Diatrib.* Romæ edita 1777, Anton. Phæbeum *de variis Eccl. Liturg.* Ex Heterodoxis Joan. Andream Quenſtedium *de prec. publ. Pſalm. cantu, nec non Sacrorum ordine*, Wittembergæ 1686, Joachimum Hildebrandum *in ſacrar. Antiq. de precib. Veter. Chriſtianor. libell.* Helmſtadii 1655, & 1701, Binghamum *Or. & Antiq. T. V, l. XIII, c.* 9, 10, 11, Auctorem *Compendii* a Valchio in lucem emiſſi *l. II, c.* 3, Adamum Rechembergium de *hor. Canon.* Lipſiæ 1677, Muſſardum Ge-

(b) Vide Van-Eſpen. *J. E. U. part. I, Tit. XXII, c.* 7, *& Cardinalem de Luca Lib. XV, Diſc.* 18.

(c) Benedictus XIV *Tom. I, Conſtit.* 107. Super ritibus Eccleſiæ, eorumque obſervantia nemini licet diſpenſationem concedere inconſulta S. Sede. Ritus Paganorum permittere, ſeu convertere in ritus, & conſuetudines Chriſtianæ Religionis, inconſulta S. Sede, nemini licet.

Idem *Conſt.* 47, *Tom.* 4. Ritus Orientales non modo convellere nunquam ſtuduerunt Romani Pontifices, ſed tueri, ac ſervare pro viribus adlaborarunt. Ritus tam in Latina, quam in Orientali Eccleſia corrigere, permittere, vel interdicere Apoſtolicæ Sedis eſt; & proinde ritus in Eccleſia recepti ab inferioribus inconſulta Apoſtolica Sede non modo tolli penitus, ſed nec ex parte quidem poſſunt immutari.

Genevæ 1667, Sigiſmundum Hoſmanum Lipſiæ 1695, & 1703, Coniers Middletonium Amſtelodami 1744, *Conformitez des Ceremonies modernes avec les anciennes, ou l' on prouve par des autoritez inconteſtables, que les ceremonies de l' Egiſſe Romaine ſont empruntées des Payens*, a Catholico Anglo caſtigatum. Utinam & alii omnes.

QU. XXVIII.

Quid de Sacra Rituum Congregatione extraordinaria?

§. I. CUm agitur de cultu, & veneratione iis indicenda, qui in corporibus humanis vitam ſunt imitati Cœleſtium, ſacræ Rituum Congregationi alii adduntur viri doctrina, & pietate præſtantiſſimi, qui una rem acri cribro incernant, omneque errandi periculum ab Eccleſia deprecentur.

§. II. Sanctorum Canonizatio multos Romanæ Eccleſiæ hoſtes peperit, qui illam vel Sanctorum cultu, precibuſque nudare, vel ſaltem auctoritate cultus, precumque Sanctis indicendarum ſpoliare moliuntur, quaſi vero horum omnium natales recentiores ſint, (Vide Binghamum *Orig. Eccleſ. l.* 13, *c.* 3.) non vero ipſi Eccleſiæ coævi.

§. III. Quis enim neſcit, communi omnium Eccleſiarum conſenſu in ipſo Eccleſiæ exordio tum Beatæ Mariæ Virgini, tum Apoſtolis cultum habitum fuiſſe? uti teſtatur Mabillonius *in Præfat. ad ſæculum quintum Ord. S. Benedicti* §. 6, *n.* 92. Quinimmo cultus Beatæ Mariæ Virginis ante ſæculum IV adeo inoluerat, atque excreverat, ut Eccleſia illum coercere coacta fuerit, unde S. Epiphanius, qui floruit circa annum 370: *Sit in honore Maria, at Dominus adoretur*. Neque vero uni Mariæ, uniſque Apoſtolis, verum etiam Martyribus cultum tributum tunc fuiſſe docemur tum ex multis, tum præcipue ex iis, quæ Smirnenſis Eccleſiæ Clerici Proconſuli reſponderunt: (apud Euſebium *l.* 4 *H. E. c.* 15, *pag.* 170.) *Nos nec Chriſtum unquam poſſumus relinquere, qui pro ſalute omnium, quot quot ex genere humano ſalvi futuri ſunt, mortem pertulit, nec alium quemquam colere: illum enim utpote filium Dei adoramus, Martyres vero tamquam diſcipulos, & imitatores Domini merito nos amore proſequimur ob eximiam illorum benevolentiam, quam erga Regem, ac Magiſtrum ſuum declararunt, quorum nos quoque conſortes, & condiſcipulos fieri omnibus modis optamus .... atque ita nos demum oſſa illius (S. Polycarpi) gemmis pretioſiſſimis cariora, & quovis auro pretioſiora colligentes, uti decebat, condidimus. Quo etiam in loco nobis, ſi fieri poterit, convenientibus concedit Deus natalem illius Martyrii diem cum hilaritate, & gaudio celebrare tum in memoriam illorum qui glorioſo certamine perfuncti ſunt, tum apud poſteros ejuſdem exemplo erudiendos, & confirmandos*.

§. IV. Huic ſane Germaniſſimus eſt cultus, quo inſequentibus, ac noſtris etiam temporibus Romana Eccleſia ſuos Sanctos coluit colitque, (*a*) ac ſal-

(a) Boſſ. *expoſit. Doctrin. Eccl. Cathol. c.* 3. Per cominciar dall' adorazione, che Dio ſi dee, la Chieſa Cattolica inſegna, queſta conſiſter principalmente in credere, che egli è Creatore, e Signore di tutte le coſe, e in unirci a lui con tutte le potenze dell'

falſiſſimum oppido eſt, quod noſtrates hæretici toti ex fraude, & mendacio compoſiti nobis (Vide Binghamum loc. citat.) exprobant, nos videlicet ſanctos *Latriæ cultu adorare*.

§. V. Nam & nobis, cum Martyribus

dell' anima per mezzo della Fede, Speranza, Carità, come a quegli, che ſolo può renderci felici, con la comunicazione del Bene infinito, che è egli medeſimo. Queſta adorazione interna, che noi facciamo a Dio in iſpirito, e in verità, ha i ſuoi ſegni eſterni, ed il principale è il Sagrifizio, che non ſi può offerire che a Dio ſolo, eſſendo il Sagrifizio ſtabilito per far una teſtimonianza pubblica, ed una proteſta ſolenne della ſovranità di Dio, e della noſtra dipendenza aſſoluta. La medeſima Chieſa inſegna, che ogni culto religioſo dee terminare in Dio, come nel ſuo fine neceſſario: e l' onore, che ella rende alla Beata Vergine, e a i Santi, in tanto ſi può chiamar religioſo, in quanto ſi riferiſce neceſſariamente a Dio. Ma prima di ſpiegar di vantaggio in che conſiſta queſto onore, non ſarà inutile d' avvertire, che i Preteſi Riformati ſpinti dalla forza della verità, cominciano a confeſſare, che l' uſo di pregar i Santi, e d' onorar le loro Reliquie, era già ſtabilito fin dal quarto ſecolo della Chieſa. Il Daillè confeſſando ciò nel Libro, che fece contro la Tradizione de' Latini, intorno all' oggetto del culto religioſo, accuſa S. Baſilio, S. Ambroſio, S. Girolamo, S. Gio: Griſoſtomo, S. Agoſtino, e diverſi altri gran lumi dell' antichità, che riſplenderono in quel ſecolo, ſopra tutto S. Gregorio Nazianzeno chiamato per eccellenza il Teologo, d' aver in queſta parte mutata la dottrina de' tre ſecoli antecedenti. Ma ſembrerà poco veriſimile, che il Daillè abbia meglio inteſo i ſentimenti de' Padri de' tre primi ſecoli, che quelli, che immediatamente dopo la loro morte hanno avuta, per così dire, la ſucceſſione della loro dottrina, e tanto meno ciò ſi crederà, perchè sì lontano è, che i Padri del quarto ſecolo ſi ſieno avveduti, che s' introduceſſe alcuna novità nel loro culto, che queſto Miniſtro ci ha portati de' teſti eſpreſſi, i quali moſtrano chiaramente, che eſſi pretendevano, pregando i Santi, di ſeguitar l' eſempio de' loro Maggiori. Ma ſenza eſaminar di vantaggio il ſentimento de' Padri de primi tre ſecoli, mi contento della confeſſione del medeſimo Daillè, che per noi laſcia tanti grandi uomini, che hanno inſegnata la Chieſa nel quarto ſecolo. Imperciocchè quantunque egli ſi ſia avviſato, 1200 anni dopo la loro morte, di dar loro per diſprezzo una ſpecie di nome di Setta, chiamandoli *Reliquarj*; cioè a dire, uomini, che onorano le reliquie; io ſpero, che que' della ſua comunione ſaranno più reverenti verſo queſti grandi Uomini. Non oſeranno almeno d' opporre loro, che pregando i Santi, ed onorando le lor Reliquie, ſieno caduti nell' Idolatria, o che abbiano rovinata la confidenza, che i Criſtiani devono avere in Gesù Criſto; e ſi può ſperare, che da ora innanzi non ci ſaranno tai rimproveri, ſe conſidereranno, che non poſſono farceli ſenza nel medeſimo tempo farli a tanti Uomini inſigni, de' quali profeſſano, come noi di riverir la Santità, e la Dottrina. Ma perchè quì ſi tratta di eſporre la noſtra credenza più toſto, che di moſtrare, quali ſieno ſtati i ſuoi defenſori, ne continueremo la ſpiegazione. La Chieſa inſegnando, che è utile di pregar i Santi, c' inſegna a pregarli in quel medeſimo ſpirito di carità, e ſecondo quell' ordine di ſocietà fraterna, che ci porta a domandar ſoccorſo da noſtri Fratelli, che vivono quaggiù in terra; e il Catechiſmo del Concilio di Trento (*part. 3, de cult. & invocat. Sanct.*) conchiude da queſta dottrina, che ſe la qualità di Mediatore data dalla Scrittura a Gesù Criſto riceveſſe qualche pregiudizio dall' interceſſione de' Santi, che regnano con Dio, ella non ne riceverebbe meno dall' interceſſione de' fedeli, che vivono con noi. Queſto Catechiſmo ci fa conoſcere la gran differenza, che vi ha tra la maniera, con la quale s' implora l' ajuto di Dio, e quella con la quale s' implora l' ajuto de' Santi. *Imperciocchè (part. 4, tit. Quis orandus ſit) noi preghiamo Iddio, o a darci i beni, e a liberarci da mali; ma perchè i Santi gli ſono più cari, e accetti, che noi, chiediamo loro, che pre-*

bus ac Sanctis debitos honores perſolvimus, illud licet uſurpare ſermonibus quod Eulogius Fructuoſi Martyris Diaconus Emiliano interroganti : *Numquid & tu Fructuoſum colis?* reſpondit, *Ego Fructuoſum non colo, ſed ipſum colo quem & Fructuoſus*. Atque nos etiam adverſus noſtrorum temporum Catholico-Maſtiges iiſdem verbis uti poſſumus, quibus olim Auguſtinus contra Fauſtum (*l.* 20, *c.* 21.): *Populus Chriſtianus memorias Martyrum religioſa ſolemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum conſocietur, atque orationibus adjuvetur; ita tamen ut nulli Martyrum, ſed ipſi Deo Martyrum, quamvis in memorias Martyrum, conſtituamus Altaria. Quis enim Antiſtitum in locis Sanctorum Corporum adſiſtens altari, aliquando dicit, Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? Sed quod offertur, offertur Deo qui Martyres coronavit: ut ex ipſorum locorum admonitione major adfectus exurgat ad acuendam charitatem, & in illos, quos imitari poſſumus, & in illum quo adjuvante poſſumus. Colimus ergo Martyres eo cultu dilectionis, & ſocietatis, quo & in hac vita coluntur ſancti homines Dei, quorum cor ad talem pro Evangelica veritate paſſionem paratum eſſe ſentimus . . . At vero illo*

---

prendan la noſtra difeſa, e che c' impetrino le coſe, che ci abbiſognano. Quindi è che uſiamo due forme di pregar molto differenti; perocchè ſe quando noi parliamo a Dio, la maniera propria è di dire, Abbiate pietà di noi, Aſcoltateci; a' Santi diciamo ſolamente, Pregate per noi. Dal che dobbiamo comprendere, che in qualſivoglia termine ſi concepiſcano le preghiere, che indiriziamo a' Santi, l' intenzione della Chieſa, e de' ſuoi fedeli le riduce ſempre a queſta forma, come il detto Catechiſmo conferma nella continuazione. Ma è bene di conſiderare le parole del Concilio medeſimo, il quale volendo preſcrivere a' Veſcovi, come debbano parlar dell' invocazione de' Santi, gli obliga ad inſegnare, (*Seſs.* 25, *Decreto de Invocat. &c.*) *Che i Santi regnano con Gesù Criſto, offeriſcono a Dio le loro preci per gli uomini; che è coſa buona, ed utile l' invocarli con maniera ſupplichevole, e di ricorrere al loro ajuto, e ſoccorſo per ottener da Dio i benefizj per mezzo del ſuo Figliuolo noſtro Signore Gesù Criſto, che ſolo è noſtro Salvadore, e Redentore*. Poi il Concilio condanna coloro, che inſegnano dottrina contraria. Si vede dunque che l' invocare i Santi giuſta la mente di queſto Concilio, ſi è ricorrere alle loro preghiere per ottener i benefizj da Dio per mezzo di Gesù Criſto. In fatti non otteniamo, che per Gesù Criſto, e nel ſuo nome, ciò che otteniamo per l' interceſſione de' Santi, poichè i Santi medeſimi non pregano, che per Gesù Criſto, e non ſono eſauditi che nel ſuo nome. Tal è la fede della Chieſa, che il Concilio di Trento ha chiaramente ſpiegato in poche parole. Dopo di che non vediamo, come ci ſi poſſa opporre, che noi ci allontaniamo da Gesù Criſto nel pregar i ſuoi membri, che ſono altresì i noſtri, i ſuoi Figliuoli, che ſono noſtri Fratelli, i ſuoi Santi, che ſono *noſtre* primizie, a pregar con noi, e per noi il noſtro comun Signore, in nome del noſtro comun Mediatore. Il medeſimo Concilio ſpiega chiaramente, e in poche parole, qual ſia la mente della Chieſa, mentre offeriſce a Dio il Santo Sagrifizio per onorar la memoria dei Santi. Queſt' onore, che noi rendiamo nell' azione del Sagrifizio, conſiſte in nominarli come fedeli ſervi di Dio nelle preci, che gli facciamo; in ringraziarlo delle Vittorie, che eſſi hanno riportate; e in pregarlo umilmente, che ſi voglia piegare a favorirci per le loro interceſſioni. S. Agoſtino (*L.* 8 *de Civit. Dei*, *cap.* 27.) ha detto già 1200 anni ſono, non doverſi credere, che ſi offeriſca il Sagrifizio a SS. Martiri, ancorchè ſecondo l' uſo praticato ſin a quel tempo dalla Chieſa Univerſale, s' offeriſse ſopra i loro corpi Santi, e alle loro Memorie, cioè a dire avanti i luoghi, in cui ſi conſervavano le Reliquie loro preziose. Il medeſimo Padre (*tract.* 84 *in Joan.*

lo cultu, qui Græce LATRIA dicitur, latine uno verbo dici non poteſt, quum ſit quædam propriæ Divinitati debita ſervitus, nec colimus, nec colendum docemus, niſi unum Deum. Cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio Sacrificii, unde Idololatria dicitur illorum, qui hoc etiam Idolis exhibent, nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus vel cuiquam Martyri, vel cuique Sanctæ Animæ, vel cuiquam Angelo; & quiſquis in hunc errorem delabitur, corripitur per ſanam Doctrinam, ſive ut corrigatur, ſive ut caveatur.

§. VI.

Joan. ſerm. 17 de virt. Apoſt.) aggiunge, che ſi faceva memoria de' Martiri alla Santa Meſſa nella celebrazione del Sagrifizio non già con fine di pregar per eſſi, come ſi fa pegli altri morti, ma piuttoſto a fine, che eſſi pregaſſero per noi. Io riferiſco il parere di queſto Santo Veſcovo, perchè il Concilio di Trento ſi ſerve quaſi delle ſue medeſime parole per inſegnar ai fedeli, (*Seſſ.* 22, *c.* 3.) *Che la Chieſa non offeriſce ai Santi il Sagrifizio, ma che ella lo offeriſce a Dio ſolo, che gli ha coronati; che il Sacerdote ancora non ſi volta punto a S. Pietro, o a S. Paolo per dir loro: Io vi offero queſto Sagrifizio, ma rendendo grazie a Dio per le lor Vittorie, chiede la loro aſſiſtenza, acciocchè quelli, di cui facciamo commemorazione in terra, ſi degnino pregar per noi nel Cielo*. Così noi onoriamo i Santi per ottener col mezzo loro le grazie da Dio; e la principale, che ſperiamo d'ottenere, è quella d'imitarli: al che ſiamo eccitati dalla conſiderazione de' loro eſempj ammirabili, e dall'onore, che avanti Dio rechiamo alla loro beata memoria. Quelli che conſidereranno la dottrina da noi propoſta, ſaranno coſtretti a confeſſare, che ſiccome non leviamo a Dio veruna delle perfezioni dovute alla ſua infinita eſſenza, così non attribuiamo alle creature alcuna di quelle qualità, o di quelle operazioni, che non poſſon convenire, che a Dio: il che ci diſtingue in sì fatta maniera dagli Idolatri, che non ſi può comprendere, perchè ce ne diano il nome. E quando i Preteſi-Riformati ci oppongono, che indrizzando le preghiere ai Santi, e onorandoli, come preſenti per tutta la terra, loro attribuiamo una ſpecie d'immenſità, o almeno la cognizione del ſegreto de' cuori, che pare nondimeno, che a ſe Iddio riſerbi per tanti teſtimonj della Sacra Scrittura, non conſiderano abbaſtanza la noſtra dottrina. Imperciocchè alla fine ſenza eſaminar, che fondamento poſſa averſi d'attribuir a' Santi fin a un certo grado la cognizione delle coſe, che ſeguono tra noi, od anche de' noſtri penſieri ſegreti, è coſa manifeſta, che non è ſollevar la creatura ſopra la ſua condizione, il dire che ella ha qualche cognizione di queſte coſe per mezzo del lume, che Iddio le comunica. L'eſempio de' Profeti ciò giuſtifica chiaramente; non avendo Iddio nè anche ſdegnato di ſcoprir loro le coſe avvenire, ancorchè ſembrino più particolarmente riſerbate alla ſua cognizione. Del reſto niun Cattolico ha mai penſato, che i Santi conoſceſſero da ſe medeſimi i noſtri biſogni, e nè anche i deſiderj, per cui loro porghiamo ſegrete preghiere. La Chieſa ſi contenta d'inſegnar con tutti gli antichi, che queſte preghiere ſono utiliſſime a quelli, che le fanno, ſia che li Santi le apprendano pel Miniſterio, e commercio degl' Angeli, che ſecondo la teſtimonianza della Scrittura ſanno ciò, che ſi fa fra di noi, eſſendo ſtabiliti per ordine di Dio Spiriti Miniſtratori per concorrer all'opra della noſtra ſalute; o ſia che Iddio medeſimo lor faccia conoſcere i noſtri deſiderj per una rivelazione particolare; o ſia finalmente che egli ſveli loro il ſegreto nella ſua infinita eſſenza, dove ogni verità ſi comprende. Così la Chieſa niente ha definito intorno ai diverſi modi, dei quali a Dio piace di ſervirſi per queſto. Ma quali ſi ſiano queſti modi, ſempre è vero, che la Chieſa non attribuiſce alla Creatura veruna delle perfezioni divine, come facevano gli Idolatri, non permettendo ella di riconoſcere ne' più gran Santi alcun grado di eccellenza, che non venga da Dio, nè alcun pregio avanti gl'occhi di lui, che per le virtù loro, nè alcuna virtù, che non ſia un dono della ſua grazia, nè alcuna conoſcenza delle coſe

§. VI. Quamquam non eſt cur queramur noſtratium hæreticorum impudentiſſimum os hæc putidiſſima mendacia adverſus nos confingentium, cum Ethnici etiam, ac Judæi hoc ipſum exprobraverint Smirnenſibus Chriſtianis, eo quod Polycarpi memoriam ſacris anniverſariis celebrarent: (Euſeb. *loc. citat.*) eaque, quæ ſupra recitavimus Smirnenſium verba non alio ſpectabant, quam ut hanc graviſſimam calumniam diſſlarent.

§. VII. Equidem haud inficias iverim non neminem ex noſtris aliquando ſuperſtitionem occupaſſe, ac tranſverſum egiſſe. Sed quid tum? Non ex privatorum hominum factis, aut dictis, ſed ex Conciliorum atque Pontificum ſcitis Catholicæ Eccleſiæ doctrina eſt exprimenda. Quem vero aut Pontificum, aut Conciliorum locum mihi proferes, in quo Sanctorum *Adoratio*, (Latria) vel hilum ſuboleat? (Vide not. (*a*)) Atque hæc de Sanctorum cultu, & veneratione.

§. VIII. Ad invocationem vero quod attinet, poſſemus in medium afferre Irenæum (anno 178) *l.* 5 *contra hæres c.* 19, *n.* 1, Origenem (anno 203) *Contra Celſum n.* 34, *pag.* 767, S. Cyprianum (anno 248.) *Epiſtola* 57 *ad Cornelium*. Sed quid teſtibus opus eſt, cum ex ipſis ſacris litteris pateat, Angelos, cæteroſque Sanctos noſtrorum votorum divinitus admonitos ante Dei ſolium preces noſtras ſiſtere? *Habentes ſinguli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum. Aſcendit fumus incenſorum de Orationibus Sanctorum de manu Angeli.* (*Apocalypſ. V, & VIII.*)

§. IX. Venio ad Romani Pontificis auctoritatem, ſine qua nemo in numero Sanctorum haberi poteſt, nec habitus unquam fuit. Quod quidem ſuſpicatus fuiſſe videtur Joannes ipſe Dallæus *l.* 3, *c.* 21, adverſus latinam traditionem de Religionis cultu, ubi ait: *Si veterum de tribus primis ſæculis Chriſtianorum eadem de colendis Divis ſententia, ac traditio fuit, quæ nunc Latinorum; decuiſſe, immo neceſſe fuiſſe ad hunc cultum rite, ac legitime exercendum eos pro ſingulari, qua pollebant prudentia, aliquem conſtituere, qui toti Eccleſiæ præeſſet, & qui vere Divi eſſent, publice pronuntiaret, ideſt, qui* (*ut Latini nunc ſane ex ſua hypotheſi ſapienter faciunt*) *canonizaret*. Equidem mirari ſatis non poſſum, multos Catholicos Scriptores reperiri, qui Sanctorum Canonizationem ſingulis Epiſcopis aſſerunt, nullamque Pontificis auctoritatem deſiderant. Verum adſint parumper; paucis eos volo. Nemo certe in Sanctorum numero habendus eſt, qui ab Chriſti Eccleſia Sanctus renuntiatus non ſit. At quam tu Chriſti Eccleſiam mihi das ſine Petro, ſine Pontifice, ſine Capite? Sanctorum igitur Canonizationi accedat etiam Pontificis vox neceſſe eſt, ut Eccleſiæ vox habeatur, & ſit. (Vid. *Quæſt. V.*)

§. X. Non me latet, priſcis tempori-

ſe umane, che quella, che egli loro comunica, nè alcun potere d' aſſiſterci che per le loro preghiere, nè finalmente alcuna felicità, che per una ſommiſſione, e una perfetta conformità al divin volere. E' dunque vero, che eſaminandoſi i ſentimenti interni, che noi abbiamo de' Santi, non ſi troverà, che gli inalziamo ſopra la condizione delle creature, e quindi può giudicarſi, di che natura ſia l'onore, che eſtrinſecamente rendiamo loro, eſſendo il culto eſteriore ſtabilito per moſtrar i ſentimenti interni dell' anima.

poribus Epiſcopos etiam inconſulto Pontifice (*b*) Sanctis ſacros honores decernere ſolitos fuiſſe. Sed quid tum? præterquam quod hic honos, cul-

(b) Joannes Mabillonius *Ad Sæc. V Act. SS. Bened. de Canon. Sanct.* Inter alia, quæ ſæculi decimi religionem probant, illud non prætermittendum, quod ad referenda in Sanctorum claſſem nova piorum nomina poſtulata eſt Romani Pontificis auctoritas. Scio, Bellarminum, & alios viros doctos in ea fuiſſe perſuaſione, hujuſce moris originem ad S. Guidbertum, ideſt ad ſæculum VIII eſſe revocandam. At cum eorum fundamentum falſis Actis, atque Litteris innitatur; non ante ſæculum X indubitata ejus rei exempla reperire licet. Sed quia hæc quæſtio aliquanti momenti eſt, eam paullo latius explicare juvat, & quidem hiſtorico, non dogmatico illo modo, quo uſi ſunt Bellarminus, & alii poſt eum in tractando hoc argumento.

Atque ut a vocabulo Canonizationis, quod jam in vulgarem, ac ſolemnem uſum venit, dicendi initium faciam, illud minus antiquum eſt, quam res ipſa, nec ante Sæculum XII inventum, poſtquam videlicet ad authenticam inter Sanctos relationem Summi Pontificis ſuffragium requiſitum eſt. Hoc quippe vocabulo uſus eſt inter primos Udalricus Conſtantienſis Epiſcopus in Epiſtola ad Callixtum II pro Canonizatione Conradi Epiſcopi, & aliquanto poſt Alexander III in Bulla de Canonizatione Eduardi Angliæ Regis anno 1161, itemque S. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi poſt annos undecim. Sed & eodem tempore Petrus Cellenſis, & alii Auctores, ut mox videbimus. Nominis ratio per ſe ipſa patet: neque enim aliud eſt Canonizatio, quam in Canonem, ſeu in album Sanctorum relatio.

Eſt autem Canon duplex: alius perſonarum, alius librorum, qui etiam *canonizati* non raro leguntur, cum in librorum approbatorum, ſeu authenticorum claſſem referuntur. Antiquior eſt hujus vocis uſus apud Græcos. Nam apud Athanaſium Τὰ κανονιζόμενα Βιβλία legitur, & apud alios. Hujus canonizationis veluti forma, ſeu quidam effectus erat cum Œcumenica Concilia inter Miſſarum ſolemnia in ambone, ſeu pulpito quodam prædicabantur, & in ſacris diptycis perlegebantur ab Epiſcopo, vel ab alio, cui vices ſuas ipſe delegaſſet; qua de re lege ſis Notas eximii viri Henrici Valeſii in Evagrium (*l.* 4, *c.* 11.). Apud Latinos etiam hæc vox tranſiit, ubi de libris ſacris, vel Canonica auctoritate approbatis actum eſt: quo modo Lituvardus Vercellenſis Epiſcopus Notkeri Balbuli ſequentias *canonizaſſe* traditur apud Ekkebardum minimum in libro de Hotkeri vita *c.* 16, & *Gerlaci* Eremitæ *grandia volumina* ab *Eugenio* Papa *Canonizata*, & *inter Scripturas Sacras commemorata* leguntur in ejus vita *c.* 8, ut eruditiſſimus Cangius adnotavit. In his libris, qui tam ſolemni modo approbati erant, quidquam detrahere, aut addere nefas arbitrabantur. Unde Fratribus Minoribus ſub annum 1408 quamdam a Regula ſua relaxationem petentibus Papa reſpondit, Regulam *S. Franciſci canonizatam* ſe nolle ſenſu aliquo violare.

Canon perſonarum duplex; unus vivorum, alius mortuorum, iſque bipartitus, nempe Sanctorum, & aliarum perſonarum illuſtrium. Canon Miſſæ, ſeu ſacra diptyca Sanctos; alius Canon, ſeu alia diptyca promiſcua, & minus ſacra cæteros complectebantur.

Canonis etiam nomine cenſenda ſunt tum Kalendaria, tum Martyrologia, in quibus Sanctorum nomina deſcripta ſunt publica auctoritate. Et hoc præcipue modo facta eſt ab annis ſexcentis Sanctorum Canonizatio, cum ſcilicet eorum nomina in Sanctorum album relata ſunt, facultate conceſſa, ut publico cultu in Eccleſia honorarentur. Nulli enim ab eo tempore in Miſſæ Canone adſcribi meruerunt. Idem ergo eſt Sanctum Canonizari, atque in Sanctorum numerum referri.

Nunc de perſonis, quibus canonizandi poteſtas competit, agendum. Sed prius diſtinguenda ſunt tria tempora, unum ab exordio Eccleſiæ ad ſæculum decimum; alterum a ſæculo decimo ad Alexandrum III hujus nominis Pontificem; tertium ab Alexandro ad noſtrum uſque tempus.

cultuſque, certis, anguſtiſque Regionibus definiebatur, certum, ac ratum minime erat, eos, quibus hic cultus habebatur, in Cœlitum ſedes fuiſſe

---

Primo intervallo hæc facultas maxime Epiſcopis in ſua cuique Diœceſi tributa eſt cum populi ſuffragio; deinde vero cum Synodi, & Principis conſenſu.

Secundo Summi Pontificis auctoritas petita eſt, ita tamen, ut Epiſcopi etiam morem priſtinum retinerent.

Tertio ſoli Romano Pontifici canonizandi facultas reſervata eſt ſecluſis Epiſcopis, ſed non Concilio Generali. Iſtorum omnium probationes inferius venient.

Præterea Canonizatio alia generalis, alia particularis dici poteſt. Hæc ab aliquo Epiſcopo, ſeu ab Eccleſia, vel Synodo particulari fiebat, illa ab Œcumenico Concilio, aut a Summo Pontifice Sanctum aliquem toti Eccleſiæ declarante. Generalis Canonizationis nullum (quod ego ſciam) veſtigium apparet ante ſæculum X. Particularis ſola in uſu erat, quæ tamen accedente totius Eccleſiæ conſenſu, & approbatione generalis evadebat.

At quædam generalis communi omnium Eccleſiarum conſenſu Canonizatio facta eſt Sanctorum quorumdam maxime illuſtrium: qualis eſt BB. Virginis Deiparæ, & Apoſtolorum. Quælibet porro Eccleſia particularis deſcriptum habebat Sanctorum ſuorum Catalogum: donec confirmata Eccleſiæ pace, omnium collectio facta eſt, primo quidem per Euſebium; deinde per quemdam ſub nomine Hieronymi, poſtea per Bedam, Wandelbertum, Uſuardum, Adonem, Notkerum, & alios, de quibus in ſæculi ſuperioris Præfatione prima diximus: ubi obſervavimus, Eccleſiam Romanam proprium Martyrologium ante ſæculum VIII habuiſſe. In primis facta eſt Martyrum Canonizatio, paullo ſerius Confeſſorum. Ad illam pertinet Cypriani Epiſtola 97, qua Clerum Eccleſiæ ſuæ admonet, ut dies eorum, qui Martyrio vitam finiiſſent, Eccleſiaſticis tabulis ſerio adnotarentur, *quo commemorationes eorum* (inquit) *inter memorias Martyrum celebrare poſſimus*. Non immoror congerendis de priſco Martyrum cultu teſtimoniis, quæ cuivis obvia eſſe poſſunt. Non tamen ſine delectu quorumlibet Martyrum cultus inductus eſt, tum quia hæretici, in primis Montaniſtæ, (Euſeb. *l.* 5, *c.* 15.) & Donatiſtæ Martyres ſuos & ipſi venditabant; tum quia erratum aliquando in falſis Martyribus ſubrepere poterat, ut apud Severum Sulpicium in libro *de vita S. Martini*, ubi de illo latrone, in quo Deus non ſivit Eccleſiam ludificari; tum quia Epiſcopi Martyres non ſatis notos, aut probatos inter veros Martyres coli haud patiebantur. Cum enim vulgus injuſte cœſos pro Martyribus aliquando haberet, ut alibi obſervavimus; maxime intererat vulgi judicium ad cenſuram revocare, ne error demum in ſuperſtitionem convaleſceret. Quapropter maxime neceſſarius erat in his delectus. Unde in Romana Eccleſia inſtituti fuerant a Clemente I ſeptem Notarii, qui acta Martyrum ſcriptis exciperent. Fabianus vero totidem Subdiaconos inſtituiſſe fertur, qui res geſtas Martyrum a ſeptem illis Notariis ſcriptas in ordinem redigerent. Memorabile hoc in argumento eſt, quod de actis S. Vigilii Epiſcopi Tridentini, & Martyris legitur in veteri Codice MSS. quorum Actorum exemplum ad Romanum admittetetur. Hæc verba ſunt antiqui Codicis, quem clariſſimus Obrechtus Argentoratenſis urbis advocatus generalis nobis pro ſua humanitate commodavit: *Geſta vero beatiſſimi Martyris, ut moris erat, urbis Rome Epiſcopo tranſmiſſa ſunt, ut ſacris Martyrum memorialibus inderetur, que ſuſcepta Venerabilis Papa legens cum omni veneratione ſuſcepit*. In iſtorum fine Actorum ſic legimus. *Paſſus eſt autem S. Vigilius Epiſcopus 6 Kal. Junias, qui egit Epiſcopatum in urbe Tridentina 12 annos Stilicone Conſule*. Stilico anno 400 Conſulatum gerere cœpit; quo tempore Acta hæc, quæ bonæ notæ videntur, ſcripta ſint, non omnino liquet. Codex membraneus ſuperat annos ſeptingentos: ac proinde ſæculo V, vel certe non multo poſt, Acta Martyrum ſaltem ex Italia ad Romanum Pontificem ex more mittebantur, ut vel ab eo auctoritatem acciperent, vel ut in Romano ſcrinio aſſervarentur, vel denique ut in Romanæ Eccleſiæ diptycis Martyres locum obti-

Digitized by Google

fuiſſe receptos, antequam aliarum Eccleſiarum nec numero paucarum Romanæ Sedi innixarum auctoritas acceſſiſſet; nec quidquam intereſt, ut vox Ec-

obtinerent. Primum colligimus ex ſuperioribus verbis, ubi Papa S. Vigilii *acta legiſſe, & cum omni veneratione ſuſcepiſſe* perhibetur. Alterum vero ex his, quæ ſubdit Actorum ſcriptor, nempe eo tempore, quo gens *Alamannorum* Italiam *crudeli* gladio vaſtabat, Papam Imperatori auctorem fuiſſe, ut beati Vigilii geſtam (ita loquebantur) *vexillo impoſitam contra hoſtes præferri curaret*: quo facto, barbaris in fugam conjectis, poſtea Cæſarem *geſtam Beatiſſimi Martyris* Romam retuliſſe, & cum Papa *arcæ* recondidiſſe.

Etſi vero acta Martyrum cum tanto honore ſuſciperet Eccleſia Romana, nihilominus ea publice legi ex antiqua conſuetudine vetat Decretum Gelaſii Papæ in Concilio Romano, quod Decretum Codices quidam Hormiſdæ tribuunt. In illo Decreto Pontifex ſuſcipit quidem *geſta Sanctorum Martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confeſſionum triumphis irradiant*. (ſed mox hæc ſubdit): *Quis ita eſſe Catholicorum dubitet, & majora eos in agonibus fuiſſe perpeſſos, nec ſuis viribus, ſed gratia Dei, & adjutorio univerſa toleraſſe? Sed ideo ſecundum antiquam conſuetudinem ſingulari cautela in S. Romana Eccleſia non leguntur, quia, & eorum qui conſcripſere, nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut idiotis ſuperflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, ſcripta putantur*. Mirum videri poſſet, ſi paſſiones Martyrum quorumcumque in Eccleſia Romana lectæ non fuerint; cum etiamſi quædam dubiæ fidei eſſent, aliæ tamen auctoritatem præ ſe ferrent, utpote ex Actis publicis excerptæ etſi incerto aliquando Auctore. Verum ſuſpecta fortaſſe erant Romanis etiam hæc Acta, quod ab infidelibus ſcripta eſſent. Hanc Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem, quæ *antiqua* in Gelaſii Decreto vocatur, impugnare videtur gravis, & vetus Auctor, qui paſſionem Beatorum Cantianorum litteris mandavit, ut extat in prædicto Codice Obrechtino, ſive is Auctor Maximus Taurinenſis Epiſcopus fuerit, ſeu quivis alius. Paſſio incipit ab his verbis: *Omnia, quæ a Sanctis geſta ſunt, vel geruntur, ſi quis voluerit ſtudioſe perquirere, & ſibi, & plurimis ædificationis exhibet fructum*. (Et poſt pauca): *Scribimus, ut in geſtis invenimus, quid egerint, quid loquuti fuerint, quid paſſi ſint Sancti. Oſtenditis vos omnes eſſe Catholicos, qui victorias Chriſti libenter legitis, libenter auditis. Interrogo vos, qui iſta inter apocryphas litteras exulanda cenſetis: per quos conſtat canon Scripturarum omnium Divinarum? Nunquid per eos, qui pro Canone occidi magis optaverunt, quam vinci? Quid ergo tenuerunt Martyres? Fidem rectam, quæ ſacris voluminibus certo librorum numero continetur. Agunt illis gratias apices ſanctiſſimi, qui per eorum perſeverantiam perſeverant. Et ideo volunt eorum geſta conſcribi, ut in conſpectu Dei, & hominum ſemper laudentur Sancti, qui in conſpectu incredulorum pro eorum defenſione tormenta immania pertulerunt. Nihil præter Scripturas Canonicas recipientes iſta ſtudioſe conſcripſimus, oſtendentes dogma Catholicum per Catholicos Martyres cuſtoditum. Exemplum poſteris damus, ædificationem credentibus tradimus, artem belli Chriſti militibus demonſtramus. Conſtat eos nolle pugnare, ſi neceſſe ſit, qui nolunt legere pugnatores. Imperent ſilentium infidelibus, ſpectent pugiles Diabolicos, quia athletas Domini ſpectare contemnunt. Nos divinas virtutes loquimur, ſcribimus, prædicamus*. Hæc fuſe retulimns, tum, ut genius Auctoris cognitus fiat, tum ut intelligatur, alium in aliis (Vid. Conc. Carthag. *III*, *c.* 13.) Eccleſiis, quam in Romana uſum obtinuiſſe, ut Acta Martyrum publice legerentur, & prædicarentur: quorum tamen nomina, ſi non Acta ipſa Eccleſiæ Romanæ ex *Adonis* Martyrologio diſcimus. Quidquid ſit, negari non poteſt magnam fuiſſe in recipiendis Martyrum actis cautionem in Eccleſia Romana; ut ex dictis, & ex Gelaſii Decreto manifeſtum eſt. Magnam etiam cautionem adhibebant Epiſcopi etiam aliarum Regionum inter ſe ſe; immo etiam fideles ipſi, aliquem pro Martyre coli vix ferebant, niſi

Eccleſiæ dici poſſit, num Epiſcoporum ſententiæ Pontificis conſenſus accedat, an Pontificis ſententiam Epiſcoporum aſſenſus conſequatur. (Vid. ea, quæ di-

---

niſi Acta Martyrum indubitate conteſtarentur. Hinc eſt, quod Lucilla Matrona a Cæciliano tum Archidiacono correpta eſt, *quæ ante ſpiritualem cibum, & potum, os neſcio cujus Martyris, ſi tamen Martyris, libare dicebatur: cum præponeret Calici ſalutari os neſcio cujus hominis mortui, etſi Martyris, ſed necdum vindicati*. (apud Optat. *in loc. citat*.) Et in Collatione Carthaginenſi Menſurius Carthaginenſis Antiſtes, cum fideles nonnulli perſecutionibus ſponte ſe offerentes, necati eſſent, *ab eis honorandis prohibuit Chriſtianos Vindicatos:* ergo volebant Martyres, ideſt ab Epiſcopis agnitos, & approbatos. Quamquam apud Cyprianum in libr. de Lapſis *vindicatus* Martyr idem eſt ac mortuus, ac de ſua corona ſecurus.

Memoratu dignum eſt, quod Cyrillo Hieroſolymitano contigit occaſione Ammonii Monachi, quem cum ſeditionis in Oreſtem Præfectum apud Alexandriam a Monachis ipſius Cyrilli cauſa excitatæ conſcius, ob idque ad mortem uſque ſuppliciis Præfecti juſſu excruciatus eſſet; mutato nomine Thaumaſium, immo, & Martyrem vocari juſſit, corpore ejus in Eccleſia depoſito. Sed qui modeſtiores erant ex ipſis etiam Chriſtianis, hoc Cyrilli ſtudium in Ammonium non probarunt, compertum habentes, hunc temeritatis ſuæ pœnas dediſſe. Quamobrem & Cyrillus ipſe hujus rei memoriam paullatim ſilentio obliteravit. Hæc fuſius apud Socratem (*l.* 7, *c.* 14). Martinus Turonenſis Epiſcopus (Vitæ *c.* 8.) ſuſpectum habens cultum, qui falſo cuidam Martyri impendebatur, ab his qui majores natu erant, Presbyteris, vel Clericis flagitabat, nomen ſibi Martyris, & tempora paſſionis oſtendi, grandi ſe ſcrupulo moveri teſtatus, quod nihil certi conſtans ſibi majorum memoria tradidiſſet. Itaque Oratione adhibita falſi Martyris larvam detexit. Eadem ratione S. Patrocolo Martyri Tricaſſino, tametſi miraculis coruſcanti loci homines parvum exhibebant famulatum, quod hiſtoria paſſionis ejus non haberetur in promptu, teſte Gregorio *l.* 1 *de glor. Mart.* *c.* 64. Vide etiam Acta S. Gerardi Abb. Bromenſis (*p.* 261) Turonenſis Epiſcopi. *Mos namque eſt hominum ruſticorum*, addit ille, *ut Sanctos Dei, quorum agones relegunt, attentius venerentur*. Et hæc quidem cautio noſtro tempore quibusdam in locis fortaſſe neceſſaria eſſet, in quibus honorantur pro Martyribus, aut Sanctis nonnulli, quorum vita penitus ignoratur, nec ab Eccleſia univerſa auctoritatem eorum cultus accepit.

Obſervatione digna eſt hac in re Gregorii Lingonienſis Epiſcopi diligentia, & religio, qui cum videret S. Benignum (*ibid. c.* 51.). Martyrem Divionenſem in magno ſarcophago conditum fuiſſe, putabat cum aliis ibi aliquem poſitum fuiſſe Gentilem. Eo tamen ruſtici convenientes vota diſſolvebant, & multa beneficia impetrabant. His nullo modo credebat Gregorius, ſed magis ne ibidem adorarent, fortiter teſtabatur; donec tandem veritatis revelatione factus eſt certior, & a quibusdam in Italiam abeuntibus hiſtoriam allatam beatus Confeſſor accepit. Lege factum, quod in eadem urbe accidit a nobis relatum in ſuperioris Tomi parte 1, *p.* 328. Huc ſpectat quod de Sancto Martiale Lemovicenſium Apoſtolo memoriæ proditum eſt in Concilio Lemovicenſi anni 1031; nempe Anglos quoſdam, cum S. Martialem in Litaniis, & Martyrologiis Cœnobii Cantuarienſis Apoſtoli titulo decoratum animadvertiſſent, non reperto libro de ejus Actis, hac de re apud Patrem Monaſterii expoſtulant, nempe quod Martialem diceret Apoſtolum, cum ejus Acta penes ſe non haberet.

Magna vero diſcretione prædita eſt Gregorii Magni (*l.* 12, *Epiſtola* 31.) reſponſio ad Auguſtinum Anglorum Apoſtolum, quem hoc loco adſcribere juvat. Petierat Auguſtinus, ut reliquiæ S. Sixti Martyris ſibi tranſmitterentur, quæ in quadam Eccleſia recondi poſſent, ubi corpus cujusdam S. Sixti non ſatis ſibi noti aſſervari dicebatur. Reſpondit in hunc modum Gregorius poſt interrogationem 9. *Fecimus quod petiſti, quatenus populus, qui*

diximus ſuperius Quæſt. V.) Suas etiam hæreſibus, quæ in eorum Diœceſibus oriebantur, ſinguli Epiſcopi notas inuſſerunt, earumque auctoribus

---

qui in loco quondam S. Sixti Martyris corpus dixerunt venerari (quod tuæ Fraternitati nec verum, nec veraciter Sanctum videtur) certa ſanctiſſimi, & probatiſſimi Martyris beneficia ſuſcipiens colere incerta Martyris eſſe creditur, nullis illic miraculis coruſcat : & neque aliqui de antiquioribus exiſtunt, qui ſe a parentibus paſſionis ejus ordinem audiſſe fateantur ; ita reliquiæ, quas petiſti, ſeorſim condendæ ſunt, ut locus, in quo præfatum corpus jacet, modis omnibus obſtruatur, nec permittatur populus certum deſerere, & incertum venerari. Utinam hanc Religionem, & prudentiam Epiſcopi in ſuis Parochis ſemper obſervaſſent.

Præclara eſt in hanc rem Concilii Carthaginenſis Conſtitutio apud Dionyſium exiguum *c.* 83. *Item placuit, ut Altaria, quæ paſſim, per agros, & vias tamquam memoriæ Martyrum conſtituuntur, in quibus nullum corpus, aut Reliquiæ Martyrum conditæ probantur, ab Epiſcopis, qui eiſdem locis præſunt, ſi fieri poteſt, evertantur. Si autem hoc per tumultus populares non ſinitur; plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequententent ; ut qui recte ſapiunt, nulla ibi ſuperſtitione devincti teneantur; & omnino nulla memoria Martyrum probabiliter acceptetur, niſi ubi corpus, aut aliquæ Reliquiæ ſunt, aut origo alicujus habitationis, vel poſſeſſionis, vel paſſionis fideliſſima origine traditur : namque per ſomnia, & per inanes revelationes quorumlibet hominum ubicumque conſtituuntur altaria, omni modo reprobentur*. Adde Concilii Eliberitani can. 60.

Ex illis denique, qui innocenter occiſi ſunt quoſdam non humana conjectura, ſed divina ratio Martyres conſecravit, ut loquitur Willelmus (*l.* 2 *de Regib. c.* 13, *fol.* 49.) Malmesburienſis. Hos inter merito cenſendi ſunt Leodegarius Eduenſis, & Thomas Cantuarienſis Pontifices, aliique nonnulli. At merito exploſum eſt ab Eccleſia Orientali Nicephori Phocæ decretum, quo ſancierat, ut milites, qui in bello occubuiſſent, eodem honore afficerentur ac Martyres, teſtante Curopalate, & poſt eum Balſamone. Sic quoſdam (*l.* 2 *de Pontif. c.* 5, *fol.* 145.) irruentibus latrunculis cæſos in Martyres credula conſecravit antiquitas : cujus rei multa exempla (*Sæc. IV Bened. Tom.* 2, *pag.* 512, & *ſeq.*) ſuppetunt. Præclare ad hunc locum Optatus Milevitanus (*in l.* 3.) : *Quare debetis intendere, ne temerarium ſit eos Martyres appellare, qui Chriſtianorum nullum ſenſerint bellum*.

Ut Martyribus, ſic etiam Confeſſoribus honos, publico cultu delatus ab Eccleſia eſt. Id fieri cœptum ſæculo IV, quo tempore S. Antonius ſepulturam ſuam ignoto loco parari juſſit, ne Pergamius, (Hierony. *in Vita S. Hilarionis*) qui in iis locis ditiſſimus erat, Martyrium, ideſt ædiculam ſacram ſuper tumulum ſuum fabricaret. Ex quo intelligitur eum ritum jam occœpiſſe. Hilarion ejus diſcipulus, dum in Cypro verſaretur (ait Sozomenus *l.* 3, *c.* 13.) forte obiit mortem, a cujus Inſulæ indigenis tumulo conditus eſt, ac magno in honore, ac veneratione habitus. Poſtea vero Heſichas, ipſius diſcipulus, illius Reliquias clam abreptas deportavit in Palæſtinam, inque ſuo Monaſterio ſepelivit; quo ex tempore dies feſtus maxima hominum frequentia, & ſummo ſplendore quotannis ab indigenis celebratus eſt. Addit Sozomenus, Palæſtinis id in more poſitum fuiſſe, bonos, ac pios viros, qui apud ipſos veneſint, eo honoris genere afficere; quod quidem erga Abrilium, Anthedonium, Alexionem, & Alaphionem monachos, qui exemplis, & verbis ſuis gentem illam ad Chriſtianam Religionem adduxerant, declaraverint. Sub idem tempus Nilammon perfectæ vitæ Monachus, cum a Teophilo Alexandrino Gerarum Epiſcopatum ſuſcipere cogeretur, impetratis unius diei induciis, in Oratione Spiritum Deo reddidit ; cujus corpus involutum, ait Socrates (*l.* 8, *c.* 30.) quibus oportebat, publica ſepultura dignati ſunt, ac Templum ſuper illius ſepulcrum (quod Martyrium Hieronymus *in Vita S. Hilarionis* appellat) indigenæ conſtruxerunt, & magna cum ſolemnitate adhuc diem mortis ejus celebrant. Hæc quidem ſæculo IV.

At in ſequenti magnopere auctus eſt Confeſ-

bus tamquam hæreticis diem dixerunt; ſed dubitari adhuc poterat, num revera hæreſes illæ eſſent, earumque auctores hæretici, donec Summus Pontifex

ſeſſorum cultus, auctore Theodorito, apud quem Marcianus (*Hiſt. relig. c* 3) cui multi Oratoria variis in locis ædificarunt, Theodoſius Antiochenus (*c.* 10) itidem Monachus in æde Sanctorum Martyrum depoſitus, eademque ipſa, qua divus, ac beatus Aphraates arca conditus. Macedonius (*c.* 13.) etiam, & Maro (*ibid.*) Monachi piiſſimi conſimili honore affecti ſunt.

Ita res in Oriente ſe habebant, dum Occidentales Martinum, & Hilarium Epiſcopos, alioſque perpetuæ Sanctitatis Confeſſores venerabantur. In Africana tamen Eccleſia paucis admodum Confeſſoribus is honos tributus Sæculo V, ut colligitur ex Kalendario Carthaginenſis Eccleſiæ, quod in tertio Analectorum tomo vulgatum eſt. In Miſſali Mozarabum oblatio pro Miſſa fiebat *pro ſpiritibus pauſantium Confeſſorum*, paullo ſecius quam pro Martyribus, quorum commemoratio fiebat. Eodem tamen modo ante annos octingentos Confeſſores quidam inſigniores, Martinus, Auguſtinus, Gregorius, Benedictus, & alii ſimiles celebrabantur; ſed poſtea ſolis Martyribus hic honor relictus eſt, tametſi defunctis ſua etiam ſervata commemoratio. Verum apud Auguſtinum (*de Virginit. c.* 45.) notum eſt, quo loco Martyres, & quo Defunctæ Sanctimoniales ad altaris ſacramenta recitentur; nempe eo loco recitantur ad altare Dei, ut (Idem *ſerm.* 17 *de Verb. Apoſtol.*) alibi dicit, ubi non pro ipſis oratur, ſicut pro cæteris defunctis. Alia enim erant diptyca Sanctorum, alia fidelium (*de Cœleſti Hierarchia c.* 3.). Merito itaque in Synodo Atrebatenſi damnati ſunt quidam hæretici, aſſerentes ſolis Apoſtolis, & Martyribus Venerationem ab Eccleſia impendendam. Etſi enim Confeſſores *non ſenſerint gladium, tamen per vitæ meritum Deo digno Martyrio non privantur; quia Martyrium non ſolum effuſione ſanguinis, ſed abſtinentia peccatorum perficitur; & ipſi gloria Martyrum non carent; quia, & voto, & virtute & potuerunt eſſe Martyres, & voluerunt*. Hunc honorem ſive Martyribus, ſive Confeſſoribus tribuere Epiſcoporum erat, ut Bellarminus ipſe agnoſcit, in ſua cujuſque Eccleſia. Id vero fieri tum communi populi conſenſu, tum erectione altaris, perſpicua jam loca retulimus ex Socrate, Sozomeno, & Theodorito, quibus fidem facit Ammianus Marcellinus, (*l.* 22, *c.* 11.) tametſi profanus, *Dilaniata*, inquit, *cadavera peremptorum camellis impoſita vexit ad litus* Gentilium multitudo, *iiſdemque ſubdito igne crematis cineres projecit in mare*, nempe Dacronitii, & Diodori, *id metuens*, *ut clamabat*, *ne collectis ſupremis ædes eis conſtruerentur*, *ut reliquis*, *quia deviare*, *religione compulſi pertulere cruciabiles pœnas ad uſque glorioſam mortem intemerata fide progreſſi*, *& nunc Martyres appellantur*. Hinc apud eundem auctorem (*ibid.*) baſilicæ Chriſtianorum a gentilibus ſepulcra dicuntur. Atque ob eam fortaſſe rationem cautum eſt, (Greg. M. *l.* 2, *Epiſt.* 9, *Ind.* 10.) ne in iis locis, in quibus dubium eſſet aliquos non Sanctos fuiſſe ſepultos, Oratoria conſtruerentur, ne videlicet inter Sanctos ejuſmodi homines colerentur; & Gregorius M. (*l.* 1, *Epiſt.* 52) permittit Sanctæ Agathæ Reliquias in Eccleſia quadam collocari, *dummodo nullum corpus ibi conſtet humatum*. Leo Marſicannus in Chronico Caſſinenſi (*l. c. cap.* 57.) teſtis eſt, oratorium fuiſſe conſtructum ſupra corpus Landenolphi Principis, qui innocens trucidatus fuerat, & miraculis coruſcare dicebatur. At vero cum in una eademque Eccleſia diverſa Sanctorum corpora humata eſſent, ſingula ſingulis erecta ſunt Altaria, ut ſuus cuique honor competeret. Tredecim in una Eccleſia erant Gregorii M. (*l.* 5, *Epiſt.* 50.) ætate. Denique falſo illi Martyri apud Severum Sulpicium in vita S. Martini altare a ſuperioribus Epiſcopis conſtitutum habebatur, quod S. Mayolo Abbati Cluniacenſi paullo poſt ejus mortem, atque S. Romualdo poſt quinquennium ab ejus obitu conceſſum eſt; teſtante Petro Damiani. Ritum deſcribit Prudentius de S. Vincentio ita canens.

Sed mox ſubactis hoſtibus,
Jam pace cunctis reddita,
Altare quietem debitam

Præ-

tifex Epiſcoporum ſententiam trabali clavo firmarit. Neque ideo unorum Epiſcoporum eſſe fidei definitiones edere, ſuperius jam demonſtravimus. (Vid.

Præſtat beatis oſſibus.
Subjecta nam Sacrario,
Imamque ad aram condita
Cæleſtis auram muneris,
Perfuſa ſubtus hauriunt.

Ejuſmodi Altarium, ſeu Oratoriorum erectionem conſequebatur feſtivitas in honorem Sanctorum ab Epiſcopis inſtituta, de quibus Tertullianus in libro *de corona militis c.* 3, Cyprianus *Epiſt.* 34, 37, Euſebius *l.* 4, *c.* 14, & alii.

Ad elevationem corporum quod attinet, non tam antiqua eſt ejus inſtitutio ad canonizationem, quin & ritus diverſus. Sanctorum tumulos ornari primum mos erat. Cum vero ad elevationes ventum eſt, non in ſummum locum, ſed ſuper pavimentum erecti ſunt loculi Sanctorum. Id de Sanctis Agricola, & Vitale apud Bononiam Italiæ Urbem crucifixis tradit Gregorius Turonenſis Epiſcopus, quorum ſepulcra ſuper terram ſunt collocata. Aliorum corpora extra Eccleſiam ſepulta novis induta veſtibus in Eccleſiam inferebant, & novo tumulo ad eum modum recondebant, ut de S. Ethildrita Beda *l.* 4, *c.* 19, memorat. Alia exempla retulimus alias. Tranſlationibus de loco in locum ne cauſa nundinationis id fieri contingeret, occurrit Carolus Magnus conditio Capitulari ad annum 801 de Sanctis noviter inventis, ut niſi Epiſcopo probante minime colerentur, ſalva de hoc, & de omnibus Eccleſiis canonica auctoritate. Et Concilium Moguntinum anni 813, in canone 15: *Denique vero corpora Sanctorum de loco ad locum* nullus præſumat transferre ſine conſilio Principis, vel Epiſcoporum, & S. Synodi licentia. Id obſervatum in translatione corporis S. Hucberti ex Urbe Leodienſi in Monaſterium Andaginenſe translati, Adabaldi Colonienſis Archiepiſcopi permiſſu, annuente Ludovico Auguſto, qui rem ad Patres Aquiſgrani tunc congregatos retulit. Hæc anno 825 contigere. Ante biennium Sancti Urſmari Abbatis Laubienſis elevatio facta eſt juſſu, & permiſſu ejus, qui tunc erat Cameracenſis Epiſcopus, ſcilicet Halitgratii; expletaque elevatione diem illum feſtivum duxere, ait Folquinus, & poſteris celebrem eſſe ſanxere. Eodem fere tempore, id eſt anno 828, conſulto Stephano Reverendiſſimo Tarvennenſis Eccleſiæ Epiſcopo elatum eſt corpus S. Folquini ejuſdem Sedis Epiſcopi, elevatiſque Sancti corporis membris in loco tumuli altare conſtructo diem illam omnibus cantibus, & gaudiis duxere feſtivam. Et anno 865 Sancti Othmari Abbatis elevatio, annuente Salomone Epiſcopo Conſtantienſi, & Synodo facta eſt. Denique ſub annum 950, cum Hadulfi Epiſcopi Sanctitas multis portentis oſtenſa eſſet, æditnus Engrammo Epiſcopo rem propalavit, qui teſtem idoneum animadvertens, ſanctum corpus levavit & verbo facto ad populum Beati Hadulfi in numero Sanctorum notificavit.

Ab eo tempore Romani Pontificis auctoritas ad religioſa ejuſdem facta requiri cœpit a nonnullis, ſed ita tamen, ut Epiſcopi præſertim Metropolitani aliis in locis antiquam hac in re facultatem retinerent. Scio, Bellarminum, & alios id altius referre, nempe ad Pontificatum Leonis III, qui Sanctum Suidbertum Epiſcopum regnante Carolo Magno Sanctorum catalogo adſcripſiſſe fertur. Editæ ſunt apud Surium Litteræ tum Rixfridi Trajectenſis ad Rhenum Epiſcopi ad Ludgerum Monaſterienſem, petentis, ut modum, & ordinem elevationis, & Canonizationis iſtius ſcriptis mandaret; tum ipſius Ludgeri id ipſum exequentis. Verum has Litteras fictitias eſſe demonſtravimus *in ſæculum* 3, *p.* 1, *pag.* 243. Non majoris momenti eſſe videtur S. Albanis Martyris Canonizatio, quæ ab Hadriano Papa anno 794 per Offam Merciorum Regem obtenta dicitur apud Spelmannum, tum quia longe ante iſtud tempus Albanus pro Sancto Martyre habebatur teſte Beda, tum quia hæc narratio nullo legitimo innititur teſtimonio, immo (ut quidem videtur) falſo. Nam in libro *de vita Offæ*, apud Matthæum Pariſium Offa dicitur conveniſſe Pontificem non ad S. Albanum inter Sanctos referendum, ſed ad canonizandum, & privilegiandum ejus Monaſterium auctoritate Romani Pontificis. Vero propius accedit id quod Ekkehardus de

(Vid. *Quaſt. VI.*) Quod ſi teſtes quæris, qui Canonizationes nunquam unis Epi-

de Beato Othmaro Abbate ſcribit, eum auctoritate Romani Pontificis in Sanctum levatum fuiſſe. Quamquam hunc auctorem habita ratione ſui temporis, nimirum ſæculi decimi primi, quo Romani Pontificis ſuffragium in levandis Sanctorum corporibus requiri ſolebat, loquutum fuiſſe inde colligitur, quod Iſo Monachus, hujus elevationis oculatus, & accuratus Scriptor eam a Salomone Conſtantienſi Epiſcopo factam memoret, nulla Romani Pontificis mentione facta, ut ſuo loco (*ſecul. III, p. 2, pag.* 153, 154) monuimus. Nec refero iſtuc teſtimonium Egivvardi Monachi de translatione S. Burchardi Epiſcopi Herbipolenſis cum conſenſu Benedicti VI, & Imperatoris ab Ugone Epiſcopo facta, quoniam non ad canonizationem, ſed ad translationem proprie pertinet.

Primum itaque indubitatæ fidei teſtimonium de ſolemni per Romanum Pontificem canonizatione invenimus diploma Joannis XV, qui in frequenti Epiſcoporum conventu ad preces Liutolfi Epiſcopi Auguſtani Uldaricum ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopum in Sanctorum album retulit anno 995. Id vero a Liutolfo ea ratione factum exiſtimamus, ut S. Uldarici cultus, quem ipſe in ſola Auguſtenſi Eccleſia inſtituere poterat, latius propagaretur auctoritate Romani Pontificis; quod alii poſtea in religionem verterunt. In Gallia quidem Richardus Corbejæ Abbas miſſis ad Joannem XX legatis, uti ſcribit Gerardus, Adalbardi Abbatis elevationem fieri impetravit anno 1020, quod etiam de Paſcaſio Radberto conceſſum eſt an. 1073. In Alamannia vero Notpertus Abbas ad S. Gallum *adminiculante Henrico Imperatore, & conjuge ejus* Agnete, hoc obtinuit apud Dominum Apoſtolicum Clementem ſecundum, recitata vita Beatæ Viboradæ, ejuſque miraculis de tamdiu neglecta re ab ipſo Papa redargutus, quatenus ipſam præeunte Theodorico Conſtantienſi Epiſcopo canonizaret, & pro Sancta haberi præciperet, & anniverſarium ipſius diem ſolemnizandum inſtitueret, ut ſcribit Burchardus Monachus *in c. 6.* Sub hæc Leo IX an. 1053, Gerardum Tulli Leucorum Epiſcopum Sanctis adnumerari præcepit annuente ac laudante Synodo Lateranenſi decernens, ut ex hoc Sanctus haberetur, colereturque 9 Kalendas Majas tam Tulli Leucorum, quam ubique terrarum, ſicut cæteri Sancti. Wolfangum item Ratiſponenſem Antiſtitem eodem honore decoravit idem Pontifex, cujus item permiſſu elevatum eſt corpus S. Bertini, tametſi inter Sanctos jam honorati, ut in ſæculo 3 Benedictino (*p. 1, pag.* 147) legitur. Succeſſit Canonizatio Petri Anagnienſis Epiſcopi per Paſchalem II, qui compertis ejus pie factis, atque miraculis per Brunonem Signienſem, ejuſdem (Baron. *ad an.* 1105) natalem tertio nonas Auguſti Sanctorum Catalogo congrue celebrem recoli mandavit anno 1105. Poſt 15 annos Uldaricus Conſtantienſis Epiſcopus vitam cum miraculis S. Conradi ejuſdem Sedis Epiſcopi litteris mandavit præmiſſa Epiſtola ad Callixtum II, in qua dicit, ſe pro ejuſdem Conradi gloria, ut moris eſt Eccleſiarum, canonizanda Sedem Apoſtolicam crebris interpelaſſe litteris, idque tandem reſponſi accepiſſe: *Vitam ejus in Concilio recitandam: teſtes inſuper ſignorum, quæ per eum fiebant, ſeu facta ſunt, adhibendos*: quod ipſe hoc libro præſtiterit. Ubi obſervandum, quod dicit de more jam recepto conſulendi Sedem Apoſtolicam ſuper Sanctorum Canonizatione, & de examine, quod hac de re in Conciliis Generalibus fieri deberet: quod totidem verbis repetit Eugenius III infra. Poſtea Innocentius II, anno 1134, Hugonem Gratianopolitanum (Bolland. *Tom I April. pag* 35) cognita ejus vita, & auditis, quæ per eum fiebant, miraculis, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Cardinalium, atque aliorum communicato conſilio inter Sanctos, & electos honorari præcepit, & diem Aſſumptionis ejus ſolemniter celebrari. Idem Pontifex audita vita laudabili Beati Sturmii (*Sec. III Bened. p. 2, pag.* 285) Abbatis Fuldenſis, cognitis etiam ex parte miraculis ejus atteſtatione Epiſcoporum, qui de partibus Teutonicis advenerant in plenaria Synodo apud Lateranum congregata, conſilio Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, atque Abbatum eundem Beatum virum inter Sanctos, & electos honorari præcepit, & diem depoſitionis ejus cum gaudio ſolemniter celebrari an. 1139. De Hen-

Epiſcopis inconſulto Pontifice permiſ- ſas fuiſse teſtentur, conſule Benedi-
ctum

Henrico I Imperatore extant apud Gretſerum Eugenii III Litteræ, qui Canonicorum Bambergenſium petitionibus, tametſi hujuſmodi petitio non niſi in generalibus Conciliis admitti non ſoleret, auctoritate tamen S. R. E. acquieſcens, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum communicato Conſilio, Henrici memorian inter Sanctos fieri, & anniverſarium ipſius diem celebrari conſtituit anno 1152.

Hæ ſunt inſigniores Canonizationes a Romanis Pontificibus factæ ante Alexandrum III, qui earum poteſtatem ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus reſervavit primus, & poſt eum Innocentius III, quo ex tempore ab Epiſcopis nulla celebrata legitur.

Per illud autem intervallum temporis, nempe a Sæculo X, quo Pontifices Romani ſuam in Sanctis canonizandis interpoſuere auctoritatem ad Alexandrum III, nihilominus Metropolitani antiquum morem quodammodo retinuerunt tum annuendo ſimul cum Papa Sanctorum elevationi, & canonizationi, tum etiam ſola ſua auctoritate utrumque pro ſua Eccleſia præſtando. Unde invento corpore S. Bertini, cum Bovo (*Sæc. III*, *part.* 1, *pag.* 154.) Abbas Sithienſis conſulto proprio Epiſcopo de hac inventione, & de ſcribendo ſuper ea libello certiorem feciſſet Widonem Remenſem Antiſtitem; is mandavit, ut cum hæc deſcripta eſſent, ſibi referrentur, iiſque relatis præcepit, ut S. Bertini corpus levaretur, ubi Leo IX annuerat. Idem contigiſſe puto erga Sanctum Angilbertum, cujus vita, & miracula (*Sæc. IV*, *part.* *I*, *pag.* 123, 130.) ab Anſchero Abbate ad Radulfum Remorum Antiſtitem directa ſunt. Quid actum ſit in elevatione corporis S. Guilberti fundatoris Gemblacenſis docet relatio a nobis edita (*pag.* 311.) ſuo loco, nempe anno 1099. Sigebertus monachus, obtenta Abbatis ſui facultate, rem ad Otbertum Leodicenſem Epiſcopum refert. Deinde ab Henrico Archidiacono cauſa defertur Friderico Colonienſium Archiepiſcopo, qui in Synodo generali negotio diſcuſſo, tandem poſtulatis annuit: ubi Synodi Generalis nomine intelligitur Conventus præcipuorum Eccleſiæ Colonienſis Sacerdotum, aut ejus ſuffraganeorum. Inſignes vero præ cæteris ſunt litteræ Ugonis Archiepiſcopi Rothomagenſis de elevatione S. Gualterii Abbatis Pontiſarenſis anno 1153 datæ, in quibus Archiepiſcopus commemorat, invitantibus, immo & cogentibus miraculis miſſa ſuper hoc legatione, & aſſenſu Magnifici Remorum Archiepiſcopi Samſonis, & aliorum Galliæ Pontificum, Theobaldo Epiſcopo Pariſienſi, ejuſque æquivoco Silvanectenſi præſentibus, S. Gualterii Reliquias a ſe levatas, & translatas fuiſſe, conceſſis inſuper indulgentiis in eorum gratiam, qui ipſius Beati Gualterii beneficia implorarent. Appoſite ad hunc locum Gerardus Epiſcopus Cameracenſis in Synodo Atrebatenſi, (ad an. 1025 *cap.* 2.) ubi relato Martini facto in falſum Martyrem hæc ſubdit: *In talibus igitur locis, ſi quid huic ſimile evenerit, de quo majorum memoriam nihil certum ferat, interdicant ſanctificationes, ne ritu* (ſic legendus hic locus mendoſus in editis) *gentilium ſana Idolorum antiquitus conſtructa pro ſacris venerentur; neve ſepultis temere divina ſolvantur, niſi per provincialem Epiſcopum vita ſepulti examinetur, ſi ſecundum Evangelium Chriſti fuit.* Itaque a ſæculo X inquiſitio de piorum meritis, & miraculis facta eſt, tum per Romanos Pontifices, tum per Epiſcopos, & Archiepiſcopos, & viſis ſcriptis datum diploma Pontificium vel Epiſcopale ad eorum Sanctitatem ſolemni modo declarandam.

Iam vero Alexander III id tamquam unam ex majoribus cauſis ad Romanum Pontificem pertinere edixit. Is pios complures vita functos hoc honoris titulo affecit, Eduardum Angliæ regem anno 1161, itemque Theobaldum eremitam, Vincentium, Thomam Cantuarienſem Epiſcopum anno 1172, & poſt biennium Bernardum Abbatem Clarævailenſem, qui primus Ciſtercienſium ſolemni hoc more in Sanctorum album relatus eſt. Ab eo tempore certi ritus ad eam celebritatem adhibiti ſunt: quorum ſpecimen in canonizatione Bernvvardi Epiſcopi Hildeneſheimenſis (Brovver, *ſidera German. pag.* 57, & ſeqq.) lege-

Jus Pontificium. S ſ

ſtum XIV *de Serv. Dei Beat. & Beat. Canon. l.* 1, *c.* 6, 7, 8, 9, 10, qui rem hanc lautiſſime more ſuo pertractat.

QU.

legere licet. Alia formula recentior extat apud Spelmannum *in tom.* 1 *Angliæ Conciliorum*, *pag.* 713, & apud Jacob. de Graſſiis *decis. aur. part.* 2, *l.* 2; *cap.* 13. Varias varii poſtea tradiderunt Auctores, Jacobus Caſtellanus, Angelus Rocca, & alii, quos omnes uno volumine majori Carolus Felix de Matha ſuo modo complexus eſt anno 1678. Graviſſime Gregorius IX in Bulla pro Canonizatione Sancti Antonii de Padua: *Ad hoc ut Sanctus habeatur apud homines in Eccleſia militante, duo ſunt neceſſaria, virtus morum, & veritas ſignorum; merita videlicet, & miracula, ut hæc, & illa ſibi invicem conteſtentur: cum nec merita ſine miraculis, nec miracula ſine meritis plene ſufficiant ad perhibendum inter homines teſtimonium ſanctitatis.*

QU. XXIX.

Quid habes de Reliquiis Sanctorum?

§. I. **C**Atholicos eo quod Sanctorum Reliquias (*a*) venerentur ac colant ſuperſtitionis arguunt (Vid. Bingham. *l.* 23, *c.* 4, §. *9.*) Heterodoxi. Verum quæ ſuperſtitio eſſe poteſt venerari cineres (*b*)

(a) Boſſuet *Eſpoſiz. della Dot. Cattol.* c. 5. Intorno all' Immagini. il Concilio di Trento proibiſce eſpreſſamente *di credere in eſſe alcuna divinità, o virtù per la quale ſi debbano riverire; di domandar loro alcuna grazia, e di mettervi la ſua fiducia, e vuole, che tutto l' onore, che ſi eſibiſce alle Immagini, ſi riferiſca agli originali, ch' elle rappreſentano.* (*Seſſ.* 25, *Dec. De Invoc. &c.*) Tutte queſte parole del Concilio ſono tanti caratteri e ſegni, che ſervono per farci diſtinguere dagli Idolatri, poichè sì lontano è, che noi crediamo, com' eſſi, che qualche divinità abiti nell' Immagini, che anzi loro non attribuiamo veruna virtù, che quella di riſvegliar in noi la memoria degli originali. Sopra di ciò è fondato l' onore, che ſi rende alle Immagini; e non ſi può negare, per eſempio, che quella di Gesù Criſto Crocifiſſo, quando la riguardiamo, non eccita più vivamente in noi la rimembranza *di chi ci ha amati ſino a darſi per noi alla morte.* Infinchè l' Immagine preſente a' noſtri occhi fa durar nell' anima noſtra una sì prezioſa ricordanza, noi ſiamo tirati, a paleſar con ſegni eſteriori ſin dove arrivi la noſtra riconoſcenza; e diamo a divedere inchinandoci alla preſenza dell' Immagine, qual ſia la noſtra ſommeſſione verſo il ſuo divin originale. Di maniera che a parlar rigoroſamente, e ſecondo lo ſtile eccleſiaſtico, quando, noi onoriamo l' Immagine di un Apoſtolo, o d' un Martire, l' intenzione noſtra non è tanto d' onorar l' Immagine, *che d' onorar l' Apoſtolo, o Martire in preſenza dell' Immagine.* Così parla il Pontificale Romano; e il Concilio di Trento eſprime la medeſima coſa, quando dice, che *l' onore che rendiamo alle Immagini ſi riferiſce talmente agli originali, che per mezzo delle Immagini che baciamo, e avanti le quali c' inginocchiamo, noi adoriamo Gesù Criſto, e onoriamo i Santi, di cui hanno la ſimiglianza.* Finalmente ſi può conoſcere con che intenzione la Chieſa onora le Immagini dall' onore, ch' ella rende alla Croce, e al Libro dell' Evangello. Tutto il Mondo vede bene, che avanti alla Croce ella adora *colui, che ha portati i noſtri peccati ſopra il Legno*: e che ſe i ſuoi Figliuoli chinano il capo avanti il Libro dell' Evangelio, ſe per riverenza ſi levano, quando ſi porta avanti loro, e ſe lo baciano con riſpetto, tutti queſti atti di onore terminano alla verità eterna ivi propoſta. Biſogna eſſer poco ragionevole per chiamar Idolatria quel moto religioſo, che ci fa ſcoprir, e abbaſſar il capo avanti l' Immagine della Croce in memoria di colui, ch' è ſtato crocefiſſo per amor noſtro; e ſarebbe troppa cecità il non diſcerner la gran differenza, che vi è tra quelli, che ſi confidavano negl' Idoli per l' opinione che avevano, che qualche divinità, o virtù vi foſſe per così dire attaccata, e quelli che profeſſano, come noi di non volerſi ſervire delle Immagini, che a ſollevar il proprio ſpirito al Cielo, per onorarvi Gesù Criſto, o i Santi, e ne' Santi Dio ſteſſo, ch' è l' autore d' ogni ſantificazione, e d' ogni grazia.

Digitized by Google

(b) eorum corporum quæ fuerunt membra Chriſti? (*II Corinth.* III, 16; Templum Dei, ac Spiritus Sancti, & VI, 15.) Quod ſi ad primævam Eccleſiam

Nella ſteſſa maniera ſi deve intendere l' onore, che rendiamo alle Reliquie ad eſempio de' primi Secoli della Chieſa; e ſe gli Avverſarj conſideraſſero, che noi guardiamo i corpi de' Santi, come ſtati vittime di Dio pel Martirio, o per la penitenza, non crederebbero, che l' onore, che ad eſſi rendiamo per tal motivo, poteſſe ſtaccarci da quello, che a Dio ſteſſo rendiamo. Poſſiamo dire in generale, che ſe voleſſero ben comprendere in che maniera l' affetto, che portiamo a qualcuno ſi diffonda, ſenza dividerſi, a' ſuoi figliuoli, a' ſuoi amici, e poi per diverſi gradi a ciò, che lo rappreſenta, a quel che rimane di Lui, e a tutto quel che ne rinnova la memoria; ſe intendeſſero, dico, che l' onore ha un ſimil progreſſo, altro non eſſendo egli veramente, che un amore miſto di timore, e di riſpetto; e finalmente ſe conſideraſſero, che tutto il culto eſteriore della Chieſa Cattolica ha la ſua origine in Dio, e che in Lui medeſimo ritorna; non crederebbero giammai, che queſto culto ch' egli ſolo anima, gli poteſſe cagionar geloſia. Vedrebbero al contrario, che ſe Iddio per geloſo che ſia dell' amore degli Uomini, non giudica, che noi ci dividiamo tra Lui, e la creatura, quando amiamo il noſtro proſſimo per amor ſuo; il medeſimo Iddio ancorchè geloſo del riſpetto de' Fedeli, non li riguarda come ſe divideſſero il culto, che deono a Lui ſolo, quando pel riſpetto, che hanno a lui, onorano quelli ch' egli medeſimo ha onorati. E' però vero, che come i ſegni ſenſibili di riverenza non ſono tutti aſſolutamente neceſſarj; la Chieſa ſenza punto alterar la Dottrina ha potuto eſtender più o meno queſte pratiche eſteriori, ſecondo la diverſità de' tempi, de' luoghi, e dell' occorrenze, non deſiderando, che i ſuoi figliuoli ſieno ſervilmente ſoggetti alle coſe ſenſibili, ma ſolamente che ſieno eccitati, e come avvertiti per tal mezzo di rivolgerſi a Dio, per offerirgli in iſpirito, e in verità l' oſſequio ragionevole, che attende dalle ſue creature. Da queſta Dottrina ſi può vedere, con quanta verità io abbia detto che una gran parte delle noſtre controverſie ſvanirebbe alla ſola intelligenza de' termini, ſe queſte materie ſi trattaſſero con carità; e ſe gli avverſarj conſideraſſero pacificamente le ſpiegazioni precedenti, che contengono la eſpreſſa dottrina del Concilio di Trento, ceſſerebbero di rinfacciarci, che noi feriamo la mediazione di Gesù Criſto, e che noi invochiamo i Santi, e che noi adoriamo le Immagini in una maniera che non ſi conviene, che a Dio. E vero, che come in certo ſenſo l' adorazione, l' Invocazione, e il nome di Mediatore non conviene che a Dio, e a Gesù Criſto, è facile abuſar di queſti termini per render odioſa la noſtra dottrina. Ma ſe ſi riducano veramente al ſenſo, che lor abbiamo dato, perderanno queſte obbiezioni la loro forza; e ſe a quelli della Religion Preteſa-Riformata reſtano altre difficoltà di minor importanza, la ſincerità li coſtringerà di confeſſare d' eſſer ſoddisfatti nel principal ſoggetto delle loro querele. Del reſto non vi è coſa più ingiuſta, che il rinfacciare alla Chieſa, ch' ella pone tutta la pietà in queſta divozione verſo i Santi, poichè, come avvertito abbiamo, il Concilio di Trento ſi contenta d' inſegnare ai Fedeli, che loro è *buona* ed *utile* queſta pratica, ſenza dir di vantaggio. Così la mente della Chieſa è di condannar quelli che rigettano ſimile pratica per diſprezzo, o per orrore. Ella dee condannarli, non dovendo tolerare, che ſi diſprezzino le pratiche ſalutevoli, nè che da moderni Dottori ſi condanni una Dottrina, che l' antichità ha autorizzata.

(b) Fleury *Coſtumi de' Criſtiani*, C. 16. I Criſtiani ſeguivano ancora i Martiri o nelle pubbliche piazze, nelle quali venivano tormentati, o negli altri luoghi, ne' quali conducevanſi in fine per farli morire. Atteſochè l' eſecuzioni facevanſi per l' ordinario fuori della Città, e i Martiri per la maggior parte dopo di aver ſuperati i tormenti o per via di miracolo o per mezzo della lor forza naturale, giungevano alla fine coll' eſſer decapitati. I Fedeli cor-

eccleſiam provocamus, (c) nonne ſtatim nobis occurrunt Smyrnenſes Sæculo II ineunte, qui ſe quotantis S. Polycarpi oſſibus, & cineribus, thus ado-

---

correvano in folla per ammirarli, o per fortificarſi col loro eſempio, ovvero ancora per dar loro coraggio, ed ajutarli colle loro orazioni. Raccoglievano con diligenza il ſangue, che ſcorreva dalle loro piaghe, l' adunavano co' panni, o ſpugne per conſervarlo nelle ampolle, che mettevano dentro i ſepolcri. (Cyprian. *Ep.* 10, 11, 12.) Furono fatte morire ſette femmine che avevano adunate le goccie del ſangue di S. Biaggio, mentre egli era tormentato, (*Martyrol. Rom.* 3 *Feb.*) ed allorchè fu decapitato S. Cipriano, i Fedeli avevano ſteſi i panni lini intorno ad eſſo per ricevere il ſuo ſangue. (Pont. Diacon.) Eſponevanſi arditamente per portar via i corpi dei martiri, per raccoglierne gli avanzi; atteſo che non reſtavano ſovente che oſſa, o ceneri, come allorchè erano ſtati abbruciati, ovvero divorati dalle fiere. (*V. Act. Ss. Tharacii &c. an.* 290, *& S. Bonif. An.* 505.) Non riſparmiavano per riſcattare dalle mani de' Carnefici quelle precioſe Reliquie, e per dar loro onorevole ſepoltura. (Euſeb. *in Epiſt. Eccl. Vien. l.* 5, *c.* 1.) Queſto penſiero delle Reliquie era la cagione della violenza dei Pagani nel diſſipare i corpi dei Martiri dopo la loro morte: oltre che credevano ridurre così a meno la ſperanza della Reſurrezione. Voi vi luſingate, dicevano eſſi, che i voſtri corpi ſiano per durare per fino al giorno, che voi ripigliarli credete: e ſperate che abbiano ad eſſere imbalſamati, e conſervati involti fra panni prezioſi dalle femmine da voi fatte impazzire co' voſtri vaneggiamenti. Noi vi daremo buon ordine. (*V. Act. SS. Thar. &c. an.* 290, *n.* 30. Prudent. *Hymn. de S. Vinc.*) Facevanli mangiare alle fiere, confondere coi corpi de' gladiatori, o di altri colpevoli, gettanvali nell' acqua attaccati a groſſi ſaſſi; li bruciavano, e ſpargevano le ceneri ai venti. Ma nonoſtante tutte le loro precauzioni, le Reliquie per la maggior parte erano conſervate o dal zelo ardente dei Fedeli, o dai Miracoli, che Iddio faceva ſovente in quelle occaſioni.

Curam ſacrarum Reliquiarum produnt, quæ Boſius, & Aringhius *in Roma ſubterranea*, Boldettus *in obſervat. Cæmeterial.* Trombellius *de cultu Sanct.* in medium proferunt.

(c) Selvag. *Antiq. Chriſtian. Inſt. l* 2, *p.* 2, *c.* 10, §. 5, *n.* 30. Quod vero Religioſo cultu proſequuti ſint Martyrum, cæterorumque Sanctorum hominum Reliquias Chriſtiani priſcis temporibus, tot ſunt quæ id probant Patrum loca, ut noſtri ævi Vigilantianos multitudine pene obruant ſua. Smyrnenſes *in Ep. ad Philomelienſes* ſæpe a nobis laudata, quum S. Polycarpi Martyrium deſcripſiſſent, tum addunt: *Illius oſſa gemmis cariora collegiſſe ſe ſe, & quo par erat loco condidiſſe, ac quotannis eodem ſe convenire ipſius Natalem celebraturos*, ut eſt apud Euſebium *l.* 4, *c.* 15. Cyrillus Hieroſolymitanus Chriſtianis Reliquias Martyrum adorandi documentum datum eſſe divinitus dicit per corpus Eliſæi Prophetæ, quod licet mortuum, ſolo contactu defunctum vitæ reſtituit. Poſtremo plura ſunt IV, & V Sæculo Patrum loca, quæ plane oſtendunt, quanta fuerit veterum in adorandis colendiſque Reliquiis pietas, ac Religio; quæ ne longiores ſimus, omittenda cenſemus.

Ipſa autem conditoria ſancta λείψανα complectentia miro opere elegantique ſtructura ut exornarentur, ſatagebant diligenter. Serico enim opere, aut argenteo aut aurato ſæpe conſtruebantur. Hinc illi Prudentii Verſus Hymno V de S. Eulalia: *Reliquias cinereſque ſacros ſervat humus veneranda ſinu. Tecta coruſca ſuper rutilant. De laquearibus aureolis, ſaxaque cæſa ſolum variant.* Ac Chryſoſtomus tantam ævo ſuo fuiſſe Martyrum ſepulcrorum magnificentiam indicat, ut ea ipſis Principum Palatiis anteferre non dubitarit *Hom.* 26 *in Ep.* 2 *ad Corinth.* Hinc merito ſpurcas Vigilantii voces execrata eſt ſemper Eccleſia, ajentis, Venerandas Sanctorum Reliquias vilibus pannis, vel cilicio colligendas, aut ſi quid his vilius eſt, ac fœdius, contra quem gravi ſed juſta oratione invectus eſt Hieronymus *contra Vigilant.*

Præterea ſuper ipſa Reliquiarum conditoria Altaria conſtruebant primis quidem ætatibus in Cæmeteriis, Cryptiſque; quum non-

Digitized by Google

adolere ſolitos ſe eſſe profitentur, cujus rei teſtimonium ſupra retuli-

mus (Vid. Quæſt. XXVIII.) ex Euſebio? (*l.* 4, *c.* 15, *pag.* 170.) Nonne vero

nondum publica noſtris erat poteſtas Patriam Religionem profirendi: ſequutis vero temporibus aut ſecus ipſa Cæmeteria aut in Urbibus. Namque effoſſa Martyrum corpora velut e tenebris in lucem vendicabant, expurtabantque etiam in Urbes magna populorum frequentia, eaque, ubi recondidiſſent, tum eodem loco Altare erigebant, ingentemque Baſilicam adſtruebant. Sic eodem, ubi Martyrium ſubiverat Cyprianus, loco altare excitatum fuit, in quo Sacrificium immolabant Carthaginenſes Chriſtiani; quod altare etiam peculiari nomenclatura *Menſa Cypriani* dicta eſt, uti ex Auguſtino apparet. (*Serm.* 93.) Ipſæ vero Baſilicæ Martyrum corporibus decoratæ *Memoriæ*, aut *Martyria* vocatæ ſunt, quorum nominum rationem explicatam habes hujus Tomi *Part. I*, *Cap. I*, §. *IV*. Immo vero Altaria ita proprius Reliquiarum condendarum locus viſa ſunt, ut nullam Baſilicam dedicarint, niſi illuc prius ſubtus Altare Reliquiæ illatæ eſſent, quod ſingulari canone ſanxit Conc. Carthaginenſe V, *can.* 10. Paulinus etiam Nolanus Reliquias neceſſarias eſſe dixit ad dedicandas Baſilicas. (*Ep. XI*, *ad Sever.*) Illud nunc diligenter explicandum eſt, cur ſubtus Altare potiſſimum Martyrum λείψανα collocarint veteres, tum qui tanto ſtudio, tantoque religione eodem ſtatis Natalitiorum feſtorum diebus convenerint. Ac prius quidem illud ex eo manaſſe puto, quod eſt in Apocalypſi Joannis *VI*, 9, ubi vidiſſe ſe Joannes reſtatur *ſub Altari animas interfectorum propter verbum Dei*. Hinc enim creditum merito ab priſcis Patribus fuit, ibi potiſſimum eorum eſſe corpora collocanda, qui pro Chriſto mortem oppetiverant, ubi ejuſdem Chriſti mors quotidie in Sacrificio recolebatur, ut id explicat Auctor *Serm. IV*, inter Auguſtini Opera. (Auct. *Serm. IV de Innocent.*) Ad poſterius vero quod ſpectat, præter communem illam cauſam, ut ſe Martyrum precibus commendarent, eiſque debitum cultum adhiberent, duplici etiam cauſa ad ſepulcra Martyrum lætos, ac venerabundos concurriſſe Chriſtianos certum eſt: I quidem, ut Chriſti Athletarum tumulos quaſi triumphos contuentes inde excitarentur ad imitanda illorum præclara geſta. *Deus* (inquit eleganter Chryſoſtomus *Hom.* 97.) *Nobiſcum partitus eſt Martyres: ipſe animas ſumpſit, nobis vero corpora dedit, ut habeamus perpetuum ad virtutem incitamentum, ſancta eorum oſſa*. II ut ad eorum Reliquias propius accedentes, quaſi viventes cum mortuis communicarent, oſtenderentque, militantem, triumphantemque Eccleſiam etſi locis, atque conditione diſſitam, fide tamen animoque eamdemque eſſe, atque indiviſam: quod egregie expreſſum reor ab Smyrnenſibus apud Euſebium *l. c.*, ubi magnopere cupiiſſe ſe dicunt ad Polycarpi ſepulcrum accedere, *& ſacro illi cadaveri communicare*. Ac ſi altius rem repetere velimus, juſſum id etiam quodammodo a Paulo fuit *c.* 12 *ad Rom.* *Memoriis*, inquit, *Sanctorum communicantes &c.* Certe ea fuit Optati Milevitani ſententia *l.* 2, ubi illud Pauli de hac communione accipit cum Sanctis Martyrum Reliquiis. Id etiam eſt minimum honoris, atque obſervantiæ indicium veterum Chriſtianorum in Martyrum λείψανα, quod ſecus eorum tumulos ſepeliri ſibi honoris duxerunt vel ipſi Imperatores. Sane id de Conſtantino Magno memoriæ proditum eſt ab Euſebio, (*l.* 4 *de Vit. Conſtant. c.* 60.) eum ſcilicet Templum Apoſtolorum ingenti ſtructura ædificaſſe, atque ut ibi medius inter duodecim Apoſtolorum conditoria componeretur, præcepiſſe. Hinc præclare more ſuo dixit Chryſoſtomus, (*Hom.* 26 *in* 2 *ad Corinth.*) id fuiſſe Imperatores in ſepulcro Piſcatorum, quod Janitores ſunt in Principum aulis. Atque id ab Imperatoribus primo uſurpatum mox cæteris etiam Chriſtianis eumdem Sepulcri honorem ambientibus ad quoſvis hominem pios manavit, uti apparet ex Maximo Taurinenſi, (*Hom. de SS. Martyr. Taur.*) qui præclare proviſum dicit ab Majoribus fuiſſe, ut Sanctorum oſſibus Chriſtianorum oſſa componerentur, ut cum illos Tartarus metuat,

ro per umbram Petri, per linteum, & balteum Pauli Deus miracula edidit? (*Act. V*, 15, *XIX*, 12.) Quod ſane a Deo factum eſſe exiſtimo, ut fidelium mentes ad earum Reliquiarum cultum exſtimularentur.

§. II. Ne autem ullus error ſubreperet, utque ſpuriæ a genuinis Reliquiis

quiis

---

tuat, nos pœna non tangat. Auguſtinus etiam (*l. de cura pro mortuis*, *c.* 4.) Paulino roganti, an mortuo proſit, ſi ejus corpus juxta Martyrum memorias ſepeliatur, reſpondet eſſe id aliquod mortuorum adjumentum, quum fideles Martyrum memorias recolentes, eis amicorum propinquorumque animas commendent.

Poſtremo ritus, quibus ipſas Reliquias venerabantur varii erant, quos nos, ne brevitatis obliti videamur, paucis complectemur.

I Ergo Martyrum λείψανα deoſculabantur, neque id ſolum, ſed ad oculos etiam, ad aures, atque ad omnes ſenſus admovebant, teſte Nyſſeno; (*Orat. de S. Theodoro*) quem morem colendarum Reliquiarum adhucdum Romana atque Catholica ſervat Eccleſia, ſi quando eas fidelium pietati exponit venerandas.

II Si quibus pannis, aut ſudariis Martyrum oſſa contigerant, hæc etiam magni faciebant. Sic Gregorius Nazianzenus (*Orat. de S. Meletio*) teſtatur, fideles S. Meletii Confeſſoris faciei ſudaria impoſuiſſe, eiſque pro Philacteriis uſos fuiſſe. Auguſtinus etiam tradit, cæcum Mediolani curatum fuiſſe per ſudarium, quod Reliquias contigerat SS. Martyrum Gervaſii atque Protaſii.

III Ad Martyrum ſepulcra cereos accendebant, quod perſpicue indicat Paulinus *Epigram. de Reliq.*, cujus eſt diſtycum:

Ecce ſub accenſis altaribus oſſa piorum
Regia purpureo marmore cruſta tegit.

IV Eas thecis pretioſis incluſas ſecum circumgeſtabant, quod de ſe ipſo teſtatur Gaudentius Brixienſis Epiſcopus (*in tract. XVII De Dedic. Baſilic. SS.* 40 *Martyr*)

Tandem Sanctis ſæpe Martyribus vota nuncupabant, ac ſiquidem ea rata fuiſſent, ad eorum Eccleſias ſuſpendebant. Hinc Paulinus Nolanus *Nat. XII*, cujuſdam meminit, qui S. Felici Nolano ſuem quum ſpopondiſſet, mox voti damnatus illum probe ſaginatum ad Eccleſiam S. Martyris perduxit, mactavitque. Damaſum etiam Pontificem eidem S. Felici voviſſe teſtatur vetus Diſtycum.

Te duce ſervatum, mortis quod vincula rupi,
Verſibus his Damaſus ſupplex tibi vota rependo.

Votorum etiam Beato Martino nuncupatorum meminit Gregorius Turonenſis: (*l.* 2 *Hiſt. Franc. c.* 37) *Domino*, inquit, *gratias agentes, & vota B. Confeſſori* (Martino) *promittentes, læti nuntiaverunt Regi &c.* Hinc inſanæ Manichæorum querelæ id ipſum majoribus noſtris exprobrantium, ut illa Fauſti apud Auguſtinum *l. II* contra ipſum Fauſtum: *Idola vertiſtis in Martyres, quos votis ſimilibus colitis.* Quinimmo & vota ipſa ſuſpendebant, votivas ſcilicet tabellas ejus beneficii indices, quod acceperant, oculorum puta, manus, pedumve; quæ ſimulacra cerata plerumque erant, aut argentea, aut etiam aurea, uti nunc quoque ab Fidelibus fieri aſſolet. Egregius eſt in hanc rem Theodoreti V Sæculi Scriptoris locus. *Pie vero*, inquit, (*Serm. VIII de Martyr.*) *fideliterque precatos ea maxime conſequi, quæ deſiderant, teſtantur illa, quæ votorum rei dona perſolvunt; manifeſta nimirum ſanitatis indicia. Nam alii porro manuum ſimulacra ſuſpendunt ex argento, auroque confecta.* Atque ad hæc ipſa votiva ſimulacra reſpexiſſe videtur Paulinus in *Nat. III* S. Felicis, ubi poſtibus ejus Matricis Eccleſiæ vota ſuſpenſa memorat.

Alma dies magnis celebratur cœtibus, omnes
Vota dicant ſacris rata poſtibus: omnia gaudent.

quiis (*d*) ſecernerentur, magna animi proviſione ſemper caverunt antiqui Patres, Synodo Laodicena anni 320 teſte, idque negotium olim Epiſcopis datum fuiſſe, innuere videtur S. Optatus *l.* 1. Noſtris vero temporibus hanc Spartam Epiſcopis traditam eſſe perſpicuis verbis innuit Concilium Tridentinum *de Inv. Ven.*, *& Reliquiis Sanctorum*, *Seſs.* 25. Nec quis mihi objiciat textum *C. ex eo*, *de Ven. Sanct.* ubi dicitur: *Niſi prius auctoritate Romani Pontificis ſint approbatæ*: nam hæc verba nihil præterea ſibi volunt, niſi neminem in Sanctorum numero habendum eſſe, illiuſque *Reliquias colendas*, niſi Romani Pontificis acceſſit auctoritas. Nec eſt, cur miremur, Pontificis auctoritatem deſiderari in Sanctis deſignandis, non vero in Reliquiis recognoſcendis, cum hic non in iis etiam quæ juris ſunt, uti in Sanctorum deſignatione, ſed in re meri facti verſemur, ubi nil præter diligentiam requiritur, fidelitatemque.

QU.

(d) Per Reliquias Sanctorum & Beatorum intelliguntur eorumdem corpora, & corporis partes etiam minimæ, nempe caput, manus, digiti, dentes, oſſa, capilli, cineres, pulveres. Item eorum veſtes, panni, vela, quibus in vita uſi ſunt, vel quibus eorum corpora, aut partes eorum poſt mortem fuerunt involuta. Item inſtrumenta pœnarum, & mortificationum, quibus in vita utebantur, & hujuſmodi. Reliquiæ noviter inventæ, aut productæ, ut coli poſſint cultu publico, debent prius eſſe legitime recognitæ, & probatæ, C. *Cum ex eo*, *de Reliqu. & Ven. Sanct.* & Conc. Trident. *Seſs.* 25, *De Inv. Ven. & Rel. Sanct.* Ut Epiſcopus rite approbet alicujus jam Canonizati, aut Beatificati Reliquias noviter inventas, Romæ nondum approbatas, neceſſe eſt ut adhibitis in conſilium Theologis, & aliis piis viris ea faciat, quæ pietati & veritati conſentanea judicaverit. Conc. Trid. *l. c.* Et ſi aliquod circa id emerſerit grave dubium, nihil inconſulto S. Pontifice novum, aut in Eccleſia hactenus inuſitatam eſt decernendum. Conc. Trid. *l. c.*

Corpora Sanctorum & Beatorum, & inſignes eorum reliquiæ non poſſunt transferri de Civitate in Civitatem, nec de Eccleſia ad Eccleſiam inconſulta Sede Apoſtolica. Ita S. Congr. Conc. nec fieri mutatio Capſæ, in qua eorum oſſa recondita ſunt, niſi accedente S. Pontif. aut Sacræ Cong. Rituum auctoritate. Idem dicito de Venerabilibus Servis Dei nondum Beatificatis, nec Canonizatis, in quorum Beatificationis, aut Canonizationis cauſis Sedes Apoſtolica jam manum appoſuit, & fuit ſignata *Commiſſio*. Reliquiæ Sanctorum vendi non poſſunt, C. 2 *De Rel. & Ven. Sanct.* nec furtive ſubtrahi etiam devotionis cauſa, niſi eſſent in locis Infidelium conditæ. Reliquia modica jam facta alienabilis, alicui Eccleſiæ vel Oratorio donari poteſt. Ita Sac. Cong. Rit.

QU. XXX.

Quid de Sacris Imaginibus? (*a*)

§. I. NOſtrorum temporum hæretici, qui ſibi gloriæ duxerunt hæreſes omnes ex tumulis eruere, Iconomachorum etiam labem excitare non erubuerunt. Illorum Achillæum eſt; primævos Chriſtianos nec coluiſſe, nec habuiſse Imagines. (Vid. Bingham. *l.* 8, *c.* 8, §. *6*, *Vol.* *3*, *p.* *296*, *&* *Vol.* 4, *p.* 223, *&* *Vol.* 7, *p.* 211.) Do equidem, non adeo multas primævis Chriſtianis fuiſſe Imagines tum ut Religionis arcana ab Ethnicorum oculis prohiberent, tum ne ulla Idolorum recordatione Ethnici noſtris myſteriis initiati moverentur; ſed nullas omnino neque pictas, neque fictas, neque ſculptas imagines ſibi eſse paſsos fuiſse primævos Chriſtianos, id neque Aringhius, neque Bottarius, neque Boldetus, neque Man-

(*a*) Imago proprie definitur figura picta, vel ſculpta vere repræſentans illud, cujus eſt imago, quæ differt ab Idolo, quod falſum quid repræſentat. Imagines Deum repræſentantes ſub ea forma, qua ipſe hominibus apparuit, licitæ ſunt. Benedictus XIV *Tom. I*, *Conſt.* 141. Imagines SS. Trinitatem repræſentantes ſub certis formis licitæ ſunt, nempe quæ Deum Patrem continent in forma hominis ſenis, in cujus ſinu ſit Chriſtus, & inter utrumque Sp. Sanctus in forma Columbæ; vel Imagines, in quibus ſeorſim Deus Pater in forma hominis ſenis, & ſeorſim Chriſtus, ſed propinqui ambo, & inter utrumque Sp. Sanctus in forma Columbæ. Idem *ibid.* Pingi etiam poteſt Pater ſolus ſeorſim ab aliis Perſonis; item æternus Filius ſeorſim a Patre, & Sp. Sancto, & etiam ſub forma Agni. Item Spiritus Sanctus vel tamquam de cœlo deſcendens die Pentecoſtes in figura linguarum iguis, vel alias in Columbæ ſpecie ſeorſim pariter ab aliis divinis Perſonis; non tamen Spiritus Sanctus ſeorſim a duabus aliis Perſonis humana ſpecie, ſeu viri ſeu Juvenis depingi poteſt. Idem *ibid.* Imagines inſolitæ, & errori occaſionem præbentes damnantur, & prohibentur. Idem *ibid.* Imagines Servorum Dei, quorum cultus ab Eccleſia non eſt approbatus, publice diſtribui, & venerari non licet. Idem *ibid.* Imagines Beatorum non ubique publicæ venerationi exponi poſſunt. Idem *Conſt.* 108.

Licitum eſt etiam Angelos dipingi vel ſculpi in forma corporea viſibili & conſueta in Eccleſia Catholica. Imagines D. N. J. C., & B. M. Virginis, ac Angelorum, Apoſtolorum, Evangeliſtarum, aliorumque Sanctorum, & Sanctarum prohibentur ſculpi, aut pingi cum habitu peculiari alicujus Ordinis Regularis, ſeu alio modo in Eccleſia Catholica inconſueto, & jam ſic ſculptæ aut pictæ prohibentur teneri, & publico aſpectui exponi, & mandantur ab Eccleſiis, & aliis locis quibuslibet amoveri, & deleri. Et Regulares & Moniales parere negligentes poſſunt a locorum Ordinariis & Legatis Apoſtolicis Juris remediis, & etiam cenſuris Eccleſiaſticis & aliis eorum arbitrio ad obſervantiam cogi; & quoad loci Superiores etiam privationis officii, ac vocis activæ, & paſſive pœnis compelli. Urbanus VIII 15 Martii 1642, *Conſt. Sacroſancta Synodus*. Imagines Sanctorum non ſunt pingendæ habitu profano; nec Imagines laſcivæ in Eccleſiis ſunt tolerandæ; nec imagines ſacræ pingi poſſunt in Eccleſia, inconſulto Parocho. *Conc. Mediol. I.* De novo non ſunt

Mancherius, aliique tibi concedent, verum plurimas Sanctorum imaguncuIas, quas in ſubterraneæ Romæ rudetibus offenderunt, quæque ſecundum aut tertium Sæculum olent, tibi ob oculos ponent. (*b*)

§. II.

ſunt collocandæ imagines in Eccleſiis, niſi ex probatione Epiſcopi, nec etiam in Eccleſiis exemptis. *Conc. Mediol. I.* Imagines Sanctorum, qui a Sede Apoſtolica non ſunt Canonizati, vel Beatificati, non poſſunt pingi cum radiis, & ſplendoribus, nec aliud quod cultum indicet, aut repræſentet; poteſt illis tribui. Urban. VIII *Conſt.* 37.

Ut plene percipiatur quinam cultus debeatur Sanctis, ac Beatis advertendum eſt, quod cultus eſt actus, quo quis alteri ſe ſubmittit, in recognitionem ſuæ excellentiæ. Et hic cultus alius eſt mere civilis, ſeu politicus, & alius ſacer, ſeu Religioſus. Cultus mere civilis ſeu politicus eſt ille, qui exhiberi ſolet Regibus, & Principibus ſupremis propter excellentiam ſui ſtatus, ſeu poteſtatis humanæ, quam præ aliis habent. Cultus ſacer, & Religioſus eſt ille, qui exhibetur alicui propter excellentiam ſuam ſacram, & ſupernaturalem, uti eſt cultus qui exhibetur Deo, & B. Mariæ Virgini, & Sanctis omnibus & Beatis. Cultus Religioſi tres ſunt ſpecies, nempe Latria, Hyperdulia, & Dulia. Adoratio ſeu cultus Latriæ eſt ille, quæ ſoli Deo debetur, ac exhibetur propter ſummam increatam, ac infinitam ejus excellentiam. Cultus Hyperduliæ eſt ille qui debetur B. M. V., ac exhibetur ob excellentiam Maternitatis Dei, & alia excellentiſſima dona, ac ſpecialiſſimam ejus ſanctitatem cæteris ſupereminentem. Cultus Duliæ eſt ille qui debetur & exhibetur Sanctis ob ſupernaturalem excellentiam eorum Sanctitatis & gloriæ. Dictus triplex cultus alius eſt abſolutus conveniens ſoli rei intellectuali, quæ per ſe honorabilis eſt ob perfectionem, atque excellentiam ſibi intrinſecam; & alius eſt reſpectivus conveniens rebus non intellectualibus, quæ non coluntur per ſe ob perfectionem, atque excellentiam ſibi intrinſecam, ſed propter aliud, ſeu ob reſpectum ad aliud, cujuſmodi cultus debetur & convenit Cruci, Reliquiis, Imaginibus &c. cum eorum cultus non ſiſtat in illis, ſed referatur ad prototypum. Cultus alius eſt publicus, alius eſt privatus. Cultus publicus eſt qui fit nomine Eccleſiæ, vel tamquam inſtitutus ab ea, ſive deinde publico in loco, ſive in occulto fiat. Non enim dicitur publicus vel ſolemnis eo quod publice vel coram aliis exhibeatur, ſed quia defertur nomine Eccleſiæ, vel tamquam inſtitutus ab ea. Cultus privatus eſt, qui non exhibetur nomine Eccleſiæ, nec tamquam inſtitutus ab ipſa, ſed fit ex privata devotione colentis, ſive deinde talis cultus fiat privatim in loco occulto, ſive in publico videntibus aliis.

(b Mamach. *Dei coſtumi de' Primit. Criſtian. Tom. I*, c. 1, §. 4. Che ſe i primitivi Criſtiani nelle Pitture, o Sculture loro eſprimevano le figure ritratte dal vecchio Teſtamento; molto più dovevano ſervirſi delle immagini, che rappreſentaſſero gli avvenimenti, e i dogmi deſcritti nel nuovo. Quindi è che in varie maniere dipingevano, o in marmi ſcolpite rappreſentavano le Immagini del Redentore. Or lo eſprimevano eglino, come ſe ſteſſe ſopra un monte, dal qual monte ſcaturiſſero i quattro fiumi del Paradiſo, pe' quali ſono figurati i quattro Evangelj: (*Tom. III Antiq. p. 46, ſeq.*) ora come ſe teneſſe un baſtone in mano, per dinotar la potenza di lui nell' operare i miracoli; ora come ſe aveſſe in mano una croce, trofeo della ſalvezza dell' uman gene, la qual croce in alcuni monumenti è rappreſentata come tempeſtata di gioje, per dimoſtrare il prezzo, e il valore di lei; e tal volta è ſemplice: ora ſotto la figura del buon Paſtore, avendo egli detto d'eſſer tale; ora ſotto la immagine di un Agnello, per dinotare la manſuetudine, e la innocenza di Lui, ch' era ſenza veruna macchia . . . Oltre le immagini di Criſto veggonſi nelle lapidi, e nelle pitture de'Cimiterj, ne' vetri, e nelle lucerne degli antichi Criſtiani le figure de' Ss. Apoſtoli Pietro, e Paolo, che a' Romani, e ad altri popoli annunziarono la Santa Fede di Criſto, (T. 3 *Ant. p.* 83, *ſeq.*) di S. Dama, di S. Lorenzo, di S. Agneſe, di S. Simone, di S. Floro, di S. Cipriano, di S. Vincenzo Diacono, di S. Sebaſtiano, di S. Siſto, de Ss. Mile, Adone, e Sene, e di molti altri Martiri,

§. II. Verum quoniam non adeo laborant noſtrorum temporum Agiomachi, (c) ut Imagines, quam ut Imaginum cultum proruant, ideo ad hunc etiam ſartum tectumque ab hoſtibus ſervandum juverit ea in medium proferre, quæ habentur apud Labbeum *Tom. VII Conc. p.* 838, & apud Harduinum *Tom. IV, p.* 371. *Quod autem cum multis aliis, quæ in Eccleſia obſervantur ſine Scriptura, nobis Imaginum VENERATIO tradita ſit AB APOSTOLORUM TEMPORIBUS, late per Hiſtorias traditum eſt, de imagime maxime Hæmoroiſsæ, quam multis Scriptoribus confirmare poſſemus.*

§. III.

---

tiri, che col ſangue loro confeſſarono Criſto, ed illuſtrarono la Chieſa, ed aquiſtarono la corona ne' Cieli.

(c) Aquil. *Dizion. Teolog. Tom. II*, V. *Iconoclaſti*. Iconoclaſti furono Eretici dell' ottavo Secolo. Furon così chiamati dalla parola Greca εικὼν, che ſignifica Immagine, poichè ſi dichiararono contro il culto delle Immagini, e che eſſi le laceravano, e le bruciavano. L' Imperador Leone chiamato *Iſaurico* fu quello, che ſtimolato da un Veſcovo della Frigia chiamato Coſtantino, divenne il principal ſoſtegno dell' ereſia. Coſtantino Capronimo figlio di Leone, e Leone figlio di Coſtantino, i quali ſucceſſivamente regnarono, favorirono la medeſima empietà, e riſvegliarono nella Chieſa una perſecuzione conſimile a quelle degl' Imperadori Pagani. Molti dei Fedeli morirono Martiri per la difeſa del culto delle Immagini. Il Papa Gregorio II, ed i ſuoi ſucceſſori ſi oppoſſero fortemente a queſta Setta, e particolarmente S. Germano Patriarca di Coſtantinopoli, S. Gio: Damaſceno, e molti altri. Il ſecondo Concilio Niceno che fu il ſettimo Generale condannò queſta ereſia ſotto l' Imperadrice Irene, e Coſtantino ſuo figlio nell' anno 787. Nell' anno 1372 il Teologo Ingleſe Giovanni Vicleffo rinnovò le antiche cicatrici contro del culto delle ſagre Immagini. Nel tempo dell' ereſia Luterana il primo a ſpogliar le Chieſe delle Immagini dei Santi fu Andrea Carloſtadio nell'anno 1522, approvando tal fatto Lutero; poco dopo il medeſimo fecero Melantone, Zuinglio, Calvino, ed altri. Ma per diſputare ordinatamente, in primo luogo deve dimoſtrarſi, che giammai ſia ſtato proibito l' uſo delle Immagini. In fatti la legge naturale non vieta di dipingerſi le immagini, mentre non inferiſcono eſſe alcun danno alla Società, nè alla Religione. E le Scritture tanto è lontano, che condannino la Scoltura, e la Pittura, che piuttoſto in eſſe leggeſi che Iddio iſpirò a due uomini di ſcolpire, e di ritrovar varie coſe per ornamento del Tempio. In oltre coſta dalle antiche Storie, che le Chieſe erano addobbate delle ſacre Immagini. Tertulliano nel libro *de Pudicitia* atteſta che nei calici vi era ſcolpito Criſto in forma di Paſtore, che portava ſulle ſpalle la pecora. Damaſo Papa nella vita di Silveſtro ſcrive, che Coſtantino nel luogo del ſuo Batteſimo avea ſituato un Agnello di oro puriſſimo, alla deſtra la ſtatua d' argento di Gesù Criſto, alla ſiniſtra la ſtatua di S. Gio: Battiſta. Il medeſimo atteſta, che furon poſte nella Chieſa Lateranenſe molte Immagini del Salvatore, degli Apoſtoli, degli Angioli. S. Gregorio Nazianzeno *Ep.* 49 *ad Olipium* ſi lamenta, che doveva devaſtarſi la Città di Neoceſarea, dove avea egli a meraviglia ornato il Tempio di ſtatue. S. Baſilio ſopra S. Barlaamo fa menzione della di Lui Immagine dipinta nel Tempio. S. Gregorio Niſſeno nella vita di Teodoro fa menzione del di Lui Martirio eſpreſſo con figure nella Chieſa, e ſoggiunge: *Solet enim ut pictura tacens in pariete loqui, maximeque prodeſſe*. S. Paolino nella naſcita di S. Felice Veſcovo di Nola . . . *ſanctaſque feramus in aulas. Miremurque ſacras veterum monumenta figuras*. Dunque manifeſta Calvino la ſua ignoranza, mentre nel *l.* 1 *delle Iſtit. C. XI*, dice che non vi ſieno ſtate Immagini nella Chieſa ne' primi cinque Secoli. Son queſte parole di Calvino: *Principio, ſi quid nos movet veteris Eccleſiæ auctoritas, meminerimus quingentis circiter annis, quibus magis adhuc florebat Religio, & ſincerior doctrina vigebat Chriſtiana, Templa fuiſſe communiter ab Imaginibus vacua.*

§. III. Verum neſcio, cur tot turbas edant hac de re Acatholici, cum jam Tridentina Synodus declaravit apertiſſime *Seſs. 25 cit.* cultum, qui Imaginibus indicitur, non in ipſis Imaginibus hærere, verum ad prototypum advolare; idemque octingentis antea annis luculentiſſime docuerint, explicarintque Nicæni II, Œcumenici VII, Concilii Patres hiſce verbis: *Quamobrem cum adoratur Imago, Chriſtus adoratur, cujus eſt aſſimilatio, non autem materia, quæ aſſimilationem iſtam excipit; atque ut in ſpeculo contuentis ipſum facies quodammodo deſcribitur, atque manet a materia ſeparata. Quod ſi*

Marchetti *Crit. Fleury T. 2, p. 154.* *Vidi Velum pendens in foribus Eccleſiæ tinctum, atque depictum, & habens imaginem QUASI CHRISTI, vel Sancti cujuſdam: non enim ſatis memini, cujus imago fuerit. Cum ergo hoc vidiſſem in Eccleſia Chriſti contra auctoritatem Scripturarum, HOMINIS pendere imaginem, ſcidi illud, & magis dedi conſilium Cuſtodibus ejuſdem loci, ut pauperem mortuum eo obvolverent & efferrent.* Ecco le celebri parole, nelle quali tanto ſi fondano i Proteſtanti per condannare coll' autorità e col fatto di S. Epifanio, l' uſo della Cattolica Chieſa di eſporre ne' ſacri Templi alla venerazion dei Fedeli le Sante Immagini. Il Padre Natale Aleſſandro diſtintamente in due luoghi della ſua Storia eſamina queſto teſtimonio contro Dalleo, ed altri moderni Iconomachi, e varie riſpoſte adduce a toglierne, o minorare almeno l' oppoſta difficoltà. Non ammette però la replica di quei Teologi che apocrifa, e d' aliena mano reputano quella chiuſa della Lettera menzionata; ma ne dice, che la rarità delle Sacre Immagini, che a que' dì ſi oſſervava nelle Chieſe Criſtiane; il pericolo che S. Epifanio ne temeva, che quella appoſta alle Porte della Chieſa di Anablata, non foſſe d' inciampo alla ſemplicità dei fedeli; la varietà della Diſciplina in quel Secolo ſu un tale articolo moſſero il Santo Padre a ſtrappar quell' Immagine. La riſpoſta però più forte fra quelle, che ſogliono darſi dai noſtri, la indica il noſtro Sig. Fleury nel riferire, che fa queſto medeſimo luogo, ed è: che abbenchè ſieno di S. Epifanio le riferite parole, ſingolare, ed a quello degli altri Padri contrario n' è il ſentimento, anche conſultando quegli de' medeſimi tempi, come S. Gregorio Niſſeno, Prudenzio, San Paolino ed altri. Ed è come ognun ſa, la conforme ſentenza de' Padri, e non la ſolitaria di alcuno, che dee condurſi a pruova della credenza della Chieſa Criſtiana.... Salvo il riſpetto a chi ha faticato con tanta lode in elucidar queſto paſſo; a me, ſe grave abbaglio non prendo, ſembra, che lo ſteſſo conteſto delle parole di S. Epifanio, ove attentamente, e ſenza prevenzione ſi eſamini; non ſolo ammetta, ma eſiga neceſſariamente un ſenſo, che l' uſo ed il culto delle S. Immagini, anzichè condannare, favoriſca piuttoſto, e confermi. Sarò contento di ſporne ai ſuperiori lumi degli attenti indagatori della Eccleſiaſtica antichità la mia interpretazione, che ſemplice mi ſembra ed ovvia, intendendo S. Epifanio così: *Entrato che io fui nella Chieſa di Anablata, vidivi appeſa alla Porta una Tela colorita, e dipinta, con l' immagine di un taluno, che or non ſovviemmi, chi rappreſentaſſe; la quale locata vedeaſi in quel ſacro luogo, Quaſi la foſſe la Immagine di G. C., o di qualche Santo. Che però avendo veduta l' Immagine di un uomo eſpoſta nella Chieſa di G. C., contro l' autorità della Scrittura* (che ad uomo mortale vieta tributar culto, ma che Dio ſolo ſi adori eſpreſſamente comanda) *da ivi ſtrappai quella Tela ec.* Ed ecco che in tal ſenſo, l' è la figura di *un uomo*, l' è un' Immagine *profana*, non una Sacra di Criſto, o di alcun Santo, che a S. Epifanio ſpiacque vedere appeſa in luogo, ove altrui figura non reputava doverſi eſporre, che di alcuno, cui doveaſi religioſo culto, ed onore. Mi ſi faccia grazia di confrontare l' addotta ſpiegazione col teſto medeſimo di S. Epifanio, e ſpero ſi riconoſcerà ingenuamente, che non ſe gli è fatta violenza.

ſi cui libeat apparentem illic ſuam imaginem oſculari, ad materiam quidem applicat ſe ſe, verum imaginem amplectitur. (d)

Q U.

(d) Diſputationi huic Græcorum cum Latinis aliud inteſtinum bellum ſub Alexio Comneno elapſo fere ſæculo XI pæne acceſſiſſet. Nam cum difficillimis Reipublicæ temporibus, Imperator non modo pecunias ex Templis ſumeret, verum etiam auri argentique laminas, atque emblemmata e valvis templorum revelli, & in nummos converti juberet, Leo Chalcedonenſis Antiſtes auſteri moris vir hoc factum acerrime reprehendebat, & ſacrilegium eſſe contendebat: cui ſententiæ ut fidem faceret, edito libello diſputabat, in ſignis & imaginibus Jeſu Chriſti, Sanctorumque hominum ineſſe ſanctitatem quamdam cultu, & adoratione dignam, nec idcirco eos tantum, quos ſigna, imagines, laminæ referrent, verum ipſa etiam ſigna coli & adorari debere. Motus ex hac diſputatione ut reprimeret Imperator, Concilium cogebat Conſtantinopoli quod ſciſcebat: Imagines J. C., & Sanctorum virorum *relative* tantum adorari debere; homines, ut Chriſti famulos propter Chriſtum invocari, & honorari. Moſhem. *Sec. IX, p. 2, c. 3, §. 12.*

Q U. XXXI.

Quid affers de Congregatione Fidei propagandæ?

§. I. CHriſti præceptum, quo Apoſtoli, Diſcipulique juſſi ſunt totum terrarum orbem perluſtrare, cunctaſque gentes divinis imbribus irrigare, cum duodecim Apoſtolis, ac ſeptuaginta Diſcipulis minime interiit, verum adhuc ſtat ævum in omne duraturum. (V. quæ diximus Quæſt. III.)

§. II. Fuit quoddam tempus, cum nulla adhuc Provinciarum, ac Diœceſeon facta erat diviſio, cumque Apoſtoli, Diſcipulique longe lateque munus ſuum obibant, ſingulique plures terras Evangelii lumine perfundebant. (Vid. ſupra Quæſt. V, & infra Quæſt. XLII.) Verum poſtquam ſui cuique Provinciæ limites, ſui cuique Diœceſi fines ſunt ab Eccleſia conſtituti, quos præterire integrum minime eſt, ſuis Primates, ſuis Epiſcopi cancellis modo continentur. Sed cum plurima orbis terrarum pars Infidelium atque hæreticorum illuvie ac ſitu obſita in nullius Epiſcopi cura lateat, ac tutela, hinc ad Summum Pontificem, cujus cura non unius Diœceſeos finibus circumſcribitur, (Vid. infra Quæſt. XLII.) pertinet iis Regionibus, ac Gentibus Evangelii lucem porrigere ac tendere.

§. III. Nihil dico, quod ab aureorum temporum more abhorreat. Nam nonne Eleutherius Pontifex altero Chriſtianæ æræ ſæculo in Britanniam miſit Fugatium, & Damianum, qui omnem inſulam Chriſtianæ Religionis inſtitutis imbuerant, eamque amotis Idolorum ſordibus, expiatiſque falſorum Numinum Templis, Chriſto, Fideique conciliarent? (Alford *in Ecclef. & Civil. Britan. Ann. ad an.* 183, §. 4.) Nonne Gregorius Magnus ſexto exeunte ſæculo Anglos, & Saxonas Germaniæ populos Ethnicorum ſuperſtitione imbutos, qui in eamdem Britanniæ inſulam perruperant, per Auguſtinum, alioſque Sanctos viros illuc miſſos perduxit ad Catholicam fidem? Nonne tandem Gregorius II, (ut de aliis ſileam) octavo ineunte ſæculo S. Bonifacium, S. Willebaldum Evangelii præcones ad Germaniæ populos legavit, ut in eorum animis verum Dei cultum inſererent? Hæc vetera. (*a*) Ad recentiora veniamus.

(a) Moshem. *Inſtit. Hiſt. Eccl. in Sæc. V, part.* 1, *c.* 1, §. 6. In Hiberniam Cœleſtinus Pontifex Romanus ad Religionem Chriſtianam inter barbaros inſulæ populos propagandam mittebat primum Palladium; qui exiguum tantum laborum ſuorum fructum capiebat. Eo mortuo idem Pontifex *Succhatum* gente Scotum, cui Patricii nomen dabat, an. 432 ad Hibernos legabat, virum, quod res geſtæ docent, fortem nec ineptum. Is multo felicius ſuperſtitionem oppugnabat, multiſque Hibernorum ad Chri-

mus. (V. Bergier *T. XI*, *pag.* 368.)

§. IV. Cum Columbi, ac Veſpucii opera immenſi terrarum tractus detecti fuerint, quo Chriſtianæ Fidei lumen nunquam pervaſerat, cumque teterrima Muhammedanorum natio omnem fere Orientalem Eccleſiam obruerit, Chriſtianumque nomen ibi pene deleverit, cum denique Septemtrionales hæreſes longe lateque virus ſuum effuderint, mirum quanta curarum cohors, ac moles in fide propaganda, reſtituendaque Summo Pontifici incubuerit. Hinc ut tantum onus ferre cum dignitate poſſet, Gregorius XV plurium Sapientiſſimorum, ac utrarumque linguarum doctiſſimorum virorum Cœtum inſtituit, cui nomen (*b*) *Congregatio de Propaganda*.

QU.

Chriſtum ductis an. 472 Armachæ Sedem Archiepiſcopi Hiberniæ collocabat. Vid. *Act. Sanct. Tom. II Martii*, *p.* 517, *Tom. III Februarii p.* 131, 179, S. Jac. Waraei *Hibernia ſacra*, *p.* 1, S. Dublini 1717, fol. Idem Waraeus Opuſcula S. Patricii edidit cum adnotationibus Londini, 1656, in 8. Synodi ab eo celebratæ exhibentur a Dav. Wilckins *in Conciliis Magnæ Britanniæ & Hiberniæ T. I*, *p.* 2, 5.

Idem *ad Sæc. VIII*, *p.* 1, *c.* 1, §. 2. Winifridus Monachus Benedictinus, illuſtri genere in Anglia natus, qui Bonifacii deinde nomen geſſit, ann. 719 a Gregorio II Romano Pontifice ſolemniter legatus, inter Thuringos, Friſios, Haſſos Miſſionis munus obibat. Creatus idem Romæ an. 723 a Gregorio II Epiſcopus, & Caroli Martelli, Majoris Francorum Domus, potentia & opibus adjutus ad Haſſos, & Thuringos ſuos redibat, quodque cœperat negotium ſecunda fortuna perſequebatur: in quo eximium auxilium ei ferebant utriuſque ſexus homines pii, & litterati, qui tam ex Anglia, quam ex Gallia ad eum confluebant. Tot Chriſtianorum Cœtibus collectis, ut unus omnes regere non poſſet, an. 738 ipſe a Gregorio III Archiepiſcopi dignitate adaugebatur, & ejus deinde auctoritate, Carolomanni & Pipinni, filiorum Caroli Martelli, præſidio fretus, plures in Germania Epiſcopatus fundabat, Herbipolenſem, Buraburgenſem, Erfordienſem, Eichſtadenſem: quibus an. 744 celebre Collegium Monachorum Fuldenſe addebat. Supremum laborum præmium Zacharias ei Pontifex Romanus decernebat, a quo Archiepiſcopus Moguntinus an. 746, Germaniæque, ac Belgii Primas conſtituebatur. Senex ad Friſios iterum proficiſcebatur; ſed ab his an. 755 cum quinquaginta ſacri ordinis comitibus trucidabatur. Quæ de hoc viro dici poſſunt, exhauſit Henr. Phil. Gudenius *Diſs. de S. Bonifacio Germ. Apoſtolo* Helmſtad. 1722, 4. Adde tamen Jo: Alb. Fabricii *Biblioth. latinam medii ævi Tom I*, *p.* 709, *Hiſt. litt. de la France*, Tom. IV, p. 92, Jo. Mabill. *in Annal. Benedict.* & alios.

(b) Idem *ad Sæc. XVII*, *Sect. I*, § 1. Ardui Romanorum Pontificum conatus, quos ſuperiore jam Sæculo ſuſceperant rem Chriſtianum evehendi & amplificandi, Sæculo hoc ſolido, & ſtabili fundamento collocati ſunt. Gregorius primum XV Narnii Oratoris ſui impulſa adducebatur, ut anno 1622 illuſtrem de propaganda fide Congregationem Romæ conſtitueret, & uberrimis redditibus inſtrueret. Collegii hujus, quod tredecim Cardinalibus, binis Sacerdotibus, unoque Monacho, quibus Scriba adjunctus eſt, continetur, munus eſt, Romanam Religionem per omnes terrarum orbis partes tueri, ac propagare. (Tot hujus Collegii membra ipſe Gregorius XV numerat in Bulla, qua illud inſtituit *Bullarii Romani Tom. III*, *p.* 472, Luxemburg. Nec plures Urb. Cerri *Etat preſent de l' Egliſe Romaine p.* 259, indicat. Sed Jac. Aymon *Tableau de la Cour de Rome* p. III, c. 3, pag. 279, ex 22 Cardinalibus, uno Pontificis Scriba, uno Proto-Notario Apoſtolico, uno Referente, ſeu Referendario, uno denique ex Aſſeſſoribus, & Scribis Sacri Officii illud compoſuit. Cardinalis vero de Luca ait, iſtam Congregationem coaleſcere ex Cardinalibus competenti numero vario, aliorumque Prælatorum, ac Inferioris Ordinis, Officialium mixtura; ex Secretario ſcilicet Prælato, ex Aſſeſſo-

re

re S. Officii ; ex uno Protonotario Apoſtolico, & aliquibus aliis Prælatis.) Auxit illud Urbanus VIII, & poſt eum innumeri ferè alii tot tantiſque divitiis, ut immenſis fere ſumptibus ferendis par ſit. Quocirca Legatos plurimos ad remotiſſimos etiam populos mittit, libros varii generis, quibus ad peregrinas, & partim barbaras linguas diſcendas opus eſt, edit, inſtitutiones Religionis Chriſtianæ, aliaque Opera vel ad pietatem excitandam, vel ad errores deſtruendos utilia, linguis & litteris ſingulis gentibus propriis deſcribi curat ; inſignem numerum juvenum ad obeundas legationes ſacras delectorum alit, & inſtituit, adoleſcentes qui quotannis ex nationibus exteris Romam mittuntur, ut in Patriam reverſi civium ſuorum Magiſtri fiant, liberaliter educat, & fovet ; homines, quibus conſtantia in profitenda, & defendenda Chriſti Fide exilium, aliaſque calamitates conſcivit, ſuſcipit & alit; aliaque & perficit, & molitur rerum imperitis pene incredibilia. Dicatum eſt hiſce Inſtitutis ſplendidiſſimum, & ampliſſimum Palatium, cui ipſa ſitus amœnitas eximium decus conciliat. Addidit huic inſtituto aliud non æque quidem magnificum, at nobile tamen, & valde utile Urbanus VIII anno 1627, *Collegium* nempe, ſeu *Seminarium pro fide propaganda* ; in quo ex omnibus fere populis futuri apud exteras gentes Chriſtianæ veritatis præcones educantur, & litteris, doctriniſque ad tantum munus neceſſariis maxima cura imbuuntur, & præparantur. Initium tanti operis ſtudiis Joannes Baptiſta Villes Hiſpani in aula Romana commorantis debetur, qui omnes opes, & poſſeſſiones ſuas una cum domo, quam pulcherrimam habebat, Pontifici ejus cauſa obtulit. Hujus deinde liberalitatem multi alii imitati ſunt, nec imitari hodie deſiſtunt. Subjecerat primum Urbanus Collegium hoc curæ & auctoritati tribus trium Templorum, quæ Patriarchalia dicuntur, Canonicis. Ab anno vero 1641 Congregationis, quam Gregorium XV inſtituiſſe diximus, mandatis regitur.

In Gallia anno 1663 auctoritate regia *Congregatio Sacerdotum a miſſionibus exteris* inſtituta, & a Gallorum Epiſcopis & Theologis nonnullis Seminarium Pariſiense pro miſſionibus ad exteras gentes conditum eſt, in quo futuri Chriſtianæ Religionis inter gentes a Chriſto alienas præcones educantur, & erudiuntur. Ex hoc *Seminario Vicarii Apoſtolici* Siamenſes, Tunquinenſes, Cochinquinenſes, Epiſcopi Babylonis, & Vicarii Apoſtolici Perſidis, aliique Legati ad populos Aſiaticos, ad noſtram uſque ætatem exeunt, qui & ex fructibus, quos ampliſſimos habet, ongregatio & Seminarium aluntur. (Vid. *Gallia Chriſtiana Benedict. Tom. VII*, *pag.* 1024, S. Helyot *Hiſt. des Ordes Tom. VIII ; c. XII*, *pag.* 845.) Congregationi etiam Gallicæ, quæ a SS. Sacramento nominatur, & Autherium Epiſcopum Bethlemitanum auctorem colit, id ab Urbano VIII, an. 1644, officii impoſitum eſt, ut ſemper promptos, & paratos habeat idoneos homines, qui, ſi Pontifex, aut Congregatio propagandæ fidei præpoſita jubeat, ad gentes Chriſtianæ Religionis neſcias abire velint. Reliqua minoris famæ Collegia, quæ ad infidelium converſionem in variis Regionibus condita ſunt, curam item, quam Jeſuitæ, & aliæ ſectæ adhibent, ne deſint, quos pro Chriſto legare queant, dicant & enumerent alii. Ex his Collegiis & ſocietatibus magnus ille Legatorum numerus exiit, qui hoc ævo totum, qua notus nobis eſt, orbem terrarum peragrarunt, & ferociſſimos etiam populos ad Chriſti fidem perduxerunt. Majorem inter hos gloriam ſibi vindicant Jeſuitæ, Dominicani, Franciſcani, & Capucini, atque etiam Carmelitæ.

Tota fere Aſia fama nominis, & Religionis Chriſtianæ hoc ævo, auctoribus hiſce Catholicæ Eccleſiæ miniſtris percrebuit. Ut ab Indis ordiamur, omnes fere partes ejus, illæ præſertim, quæ Luſitanis olim parebant donec a Batavis ejicerentur, Cœleſtem lucem Jeſuitarum, Theatinorum etiam quorumdam, & Auguſtinianorum labore exceperunt. Omnium vero, quæ ad has nationes Religionis nomine ſuſceptæ ſunt, legationum, nulla magis in ore, & ſermone hominum verſatur, quam Madurenſis; nulla etiam ad hunc uſque diem uberiores tuliſſe fructus dicitur. Ad Siamenſes, Tunquinenſes, Cochinquinenſes Jeſuitæ primi omnium, Alexandro de Rodes Avenionenſi duce, notitiam veritatis per Chriſtum patefactæ detulerunt : & cupide dicuntur eam innumeri ex his populis homines amplexi eſſe. Alexander VII, læto hoc nuntio excitatus ann. 1658, conſultum

tum judicavit, novam hanc Eccleſiam certis Epiſcopis committere, & Sacerdotes quoſdam Gallos *ex Congregatione Sacerdotum a Miſſionibus exteris* idcirco cum mandatis ſuis ad eam proficiſci juſſit. Poſt hæc Lodovicus XIV Galliarum Rex Siamenſem Regem, cui tum Chriſtianus ex Græcis, Conſtantinus nomine, ſupremus rei publicæ Adminiſter erat, homo magna mente volvens, ſplendida Legatione anno 1684 ſalutabat, & ad colendum Servatorem noſtrum hortabatur. Comitabantur Legatos multi Sacerdotes & Jeſuitæ, & in his nonnulli artibus, & diſciplinis, quarum ſtudium aliquod inerat in Rege, exculti. Hi quidem populi partem quamdam a majorum ſuperſtitione abſtrahebant, in Rege autem ipſo, & proceribus emendandis fruſtra laborabant. Omnis vero ſpes Siamenſem Civitatem Chriſtianæ Religioni addendi cum ipſo Rege, ejuſque amico Conſtantio, qui Gallos invitaverat, occidebat. Utrumque enim anno 1688 Principum aliquis commota ſeditione vita privabat. Quo facinore perpetrato Galli ad ſuos redire cogebantur.

Chinam, quod Regnum Aſiatica omnia magitudine, & operibus ſuperat, Jeſuitæ, Dominicani, Franciſcani, Capucini, & alii ineunte ſæculo magno numero propagandæ Religionis cauſa adierunt. Hi omnes incredibiles fere laborum ſuorum fructus memorant. Maximam vero tandem ſublatorum, quæ progreſſum Religionis Chriſtianæ morari poterant in gente acuta, ſuperba, veternumque morum ſuorum ſtudioſiſſima, impedimentorum non injuria ſibi Jeſuitæ vendicant. Hi enim cum nationem natura perſpicacem, & veri cognoſcendi cupidam artibus, ac ſcientiis, Mathematicis maxime, delectari cernerent, homines ad eam ablegarunt non uſu modo rerum & prudentia, ſed ingenio quoque Doctrina & diſciplinarum reconditarum peritia inſtructiſſimos. Quorum quidem aliqui magnam auctoritatem morum puritate, & rerum gerendarum prudentia conſequuti ſunt. Tantis patronis muniti doctores reliqui humilioris tam Ordinis quam animi, & ingenii ſine magno diſcrimine rem Chriſtianam curare, atque in cunctis ampliſſimi regni provinciis diſcipulos plurimos omnis ordinis, ſexus, & ætatis adjungere ſibi poterant. Triumphare prorſus in China Chriſtus videbatur, quum an. 1692 celeberrimam illam legem Imperator promulgavit, qua negabat reipublicæ noxam eſſe, quod hoſtes ejus contendebant, Religionem Chriſtianam, & civibus ſuis facultatem ejus amplectendæ concedebat, immo, quod majus eſt, magnificum Chriſtianis templum intra ipſius Palatii ſui fines an. 1700. extrueret.

Jus Pontificium.

Japonia exoriente hoc ſæculo incredibili hominum multitudine referta erat, quibus Jeſuitæ in primis Religionis Chriſtianæ veritatem, & præſtantiam perſuaſerant. Verum anno 1615 Imperator Japonum teterrimo bello, cujus ſimile univerſa rerum Chriſtianarum Hiſtoria non memorat, Chriſtianos aggrediebatur; quod per multos annos protractum non antea furere deſinebat, quam funditus rem Chriſtianam everteret. Abſumpſit horribilis hæc tempeſtas innumerabilem turbam hominum omnis generis, ſexus, ætatis, & ordinis, qui exquiſitiſſimos inter cruciatus mori, quam fidem ſemel Chriſto datam violare maluerunt. Plerique conſtantiſſime, nonnulli etiam hilari, & læto animo pro Chriſto excarnificandos ſe ſe præbuerunt. Cauſas immenſæ hujus calamitatis alii alias reddunt. Sunt qui Batavos, & Anglos invidiæ Luſitanis, Hiſpanis & ipſi Romanos Pontifici ſtudioſe apud Imperatorem Japonum conflatæ, quo ſoli apud Japones dominari, & mercaturam facere poſſent, poſtulant. Id quidem omnes prope perhibent, Imperatori, litteris quibuſdam a Batavis interceptis, aliiſque indiciis fucata veri ſpecie præditis, perſuaſum fuiſſe, id agere Jeſuitas, cæteroſque novæ Religionis doctores, ut per diſcipulos ſuos ſeditionem commoveant, & Hiſpaniarum in Regis poteſtatem Japoniam redigant; hinc ſibi quieto, & tranquillo eſſe non licere, niſi omnibus Chriſtianæ Religionis veſtigiis deletis tyrannum æque crudelem, ac ſuſpicioſum cenſuiſſe. Patet ab hoc tempore Japonia nulli advenæ, & ipſæ Chriſtiani nominis umbræ ferro & igne excinduntur.

Africæ, quæ arctiori ſenſu appellatur, interiores partes cum Europæis nondum pateant, omni Chriſtianæ veritatis luce adhuc carent. In maritimis vero provinciis, maxime in illis, quas Luſitani obtinent, barbaræ ſuperſtitionis vires attritæ ſunt, & Romana ſacra in ejus locum introducta. Quod Capucinorum induſtriæ tribui debet,

V v qui

qui hoc ſæculo incredibiles moleſtias, & labores in ferociſſimis nonnullis Africæ populis ad Chriſtum perducendis conſumpſerunt. Hi Regibus Overii, & Beninii inter alios veritatem Chriſtianæ Religionis perſuaſerunt, & crudeliſſimam fortiſſimamque Matambæ Reginam Annam Zingham induxerunt, ut anno 1652 ſe, & populum ſuum ſacris noſtris initiari pateretur.

Indiam Soli Occidenti oppoſitam, quam vulgo Americam vocamus, innumeri, qui Catholicam Religionem profitentur, homines incolunt Hiſpani, Luſitani, Galli. Veterum Americæ populorum illi, qui vel ab Europæis in ſervitutem redacti ſunt, vel in vicinia eorum commorantur, Catholicæ Religionis cognitione a Jeſuitis, Franciſcanis, & aliis imbuti ſunt. Ad remotiores ab Europæis in ſilvis errantes nationes qui recentiori ætate profecti ſunt Catholicæ Religionis Sacerdotes ipſo uſu intellexerunt, Indos niſi vagari deſinant, & humanos mores induant, ad recipiendam, & animo cuſtodiendam Chriſti diſciplinam plane ineptos eſſe. Quocirca in nonnullis Americæ tam meridiem, quam ſeptentrionem ſpectantibus Provinciis Indorum civitates magno labore conditæ, & legibus ſeptæ ſunt; at nullis Europæis, ne vitiis ſuis novos cives corrumpant, aditum facile ad eas concedunt Jeſuitæ.

Lutheranos, ut Pontificiorum exemplum imitarentur, multi accendere conati ſunt. A nullo ſtudioſius res hæc acta eſt, quam a Juſtin. Ern. libero Barone de Wels, Auſtriaco, cui ſocietatem a nomine Jeſu appellatam, curandæ ejus cauſa colligere conſtitutum erat. Sed quo minus ultra vota, & conſilia negotium progrederetur cum aliæ cauſæ impedivere, tum maxime Lutheranorum Principum rationes, quorum pauci terras, & Caſtella extra Europam poſſident. Reformatis vero, Anglis maxime & Batavis, qui navibus remotiſſimas orbis terrarum oras mercaturæ cauſa adeunt, & hoc ſæculo colonos in Aſiam, Africam, & Americam plurimos duxerunt, ampliſſima obtigit Chriſtianam Civitatem amplificandi (melius dixiſſet corrumpendi ac deſtruendi) facultas. Apud Anglos jam anno 1647, Decreto Senatus gentis propagandæ Religionis Chriſtianæ cura Collegio virorum concredita eſt, quod primum Caroli II tempore anno 1661 inſtauratum, deinde anno 1701 a Wilhelmo III pluribus beneficiis & juribus munitum, ad noſtram denique ætatem Regum, procerum, & privatorum hominum liberalitate magnifice locupletatum. (Vid. Khennet *Relation de la Société etablie pour la propagation de l' Evangile pur la Roi Guillaume III.* Rotterd. 1708 in 12.)

Boehem. *J. E. P. l.* 3, *t.* 33, §. 25. Excitarunt etiam ante aliquot annos Regem Daniæ, ut anno 1705 Theologos (Proteſtantes) in Indiam ad converſionem Tamulorum, quos vulgo Malabaros dicunt, mitteret, & miniſterio Miſſionariorum Eccleſiam ex gentibus colligeret, quod in Urbe *Tranquebar* factum fuit. Acceſſit anno 1714 novum Regiæ liberalitatis inſtitutum, quo ſub oculis ſuis ipſis Regia in Civitate *Collegii de curſu Evangelii promovendo* (*deſtruendo*) prima jecit fundamenta, illudque præceptis, monitis, regulis inſtrui curavit, ut operariorum copia non deeſſet. Sicuti vero magnæ Britanniæ Collegium de propaganda fide, ita hoc Daniæ *Collegium de curſu Evangelii promovendo*, opprobrium, quod Proteſtantibus paſſim objectum eſt, tandem deleviſſe videatur. Ita cenſuit de la Roche dans *la Biblioth. Angloiſe Tom. I, pag.* 467. Quelques controverſiſtes de l' Egliſe Romaine ont reproché aux Proteſtans, qui ils ne faiſoient paroitre alcun zele pour la converſion des Paiens, & qu' on ne voioit aucune miſſion Proteſtante parmi les Infideles. Un tel reproche ſerait mal fondé a l' avenir, puis qu' il y a des Miſſionaires Danois ſur la côte de Coromandel, & que nous avons en Angleterre une Congregation de propagande fide compoſée d' un grand nombre de perſones....

Mamach. *Orig. & Antiq. Chriſtianar. l.* 2, *pag.* 335. Quamquam neſcio quo caſu evenerit, ut Inſulæ quædam, continentiſque Americæ regiones in ditionem ceciderint Proteſtantium, factumque proinde ſit, ut barbari novo genere doctrinarum imbuerentur, quæ cum vera, qua Chriſtus ſuos inſtituit, pugnarent. In iis oppidis, quæ in Iſthmo Hiſpani obtinent, orthodoxam Religionem florere tam certum eſt, ut ne egeat quidem oratione. Sed quo Angli, Batavi, Danique obtinent in Septemtrionali America Regiones, eæ incolas habent pleroſque alienos ab inſtitutione & doctrina Catholicorum. Joannes Albertus Fabricius

cius *ſal. Lucæ Evang. c. 35, p.* 588, ſic habet. Poſt exulum Anglorum ſtudium Americam petivere Thomas Macu, Thomas Schepharad, & alii, præcipue vero Joannes Heliotus (hunc Indorum Americanorum Apoſtolum perperam vocat homo ex eadem hæreſi Creſcentius Matherus *Ep. ad Joannem Leuſdenum*, vertiſſeque ſcribit Sacra Biblia in linguam Indicam, quam linguam Indicam Fabricius *ibid.* putat fuiſſe Virginianam) de quibus... Joan. Hoornbeekius *l.* 11 *de Converſion. Indorum, & Gentil. c.* 15, *p.* 260, & Decretum Parlamenti Anglicani an. 1647. Condi cœpta ſocietas prior anno Chriſti 1649, & ſuccedenti tempore a Carolo II Rege an. 1661, deinceps a Willelmo III, anno 1701, Anna Regina, & Georgio utroque Regibus ſuſtentata, & aucta privilegiis egregie... & Leolyni Sen Kinſii & Roberti Boylei, & aliorum legatis, & donationibus egregie ornata, cujus fructus ingentes (quaſi vero fructum ullum afferre corruptela Doctrinæ Catholicæ poſſit) non tantum ad ampliſſimas novæ Angliæ provincias, ſed ad multas alias Regiones Americæ, Aſiæ, & Africæ longe lateque extenduntur. Numerat mox Fabricius Scriptores, qui de Societatibus iiſdem data opera diſſeruerunt. In his ponit Joannem Lochium, qui Epiſtolam ſcripſit de ſocietate promovendi cognitionem Chriſti, qua illud inſtitutum celebrat. Datas pæterea refert ab Edmundo Gibſono Epiſtolas binas, quarum una eſt *ad Capita familiarum in Coloniis Anglicis Americanis*, & altera *ad Miſſionarios in iiſdem Coloniis*; una cum præmiſſa exhortatione ad Chriſtianos Magnæ Britanniæ ut ſocietatem de promovendo Evangelio adjuvent in inſtruendis, & ad Chriſtum adducendis Nigris plantationes tranſmarinas Anglicanas incolentibus. Memorat deinde Creſcentii Matheri Epiſtolam *de ſucceſſu Evang. apud Indos Occidentales in nova Anglia an.* 1688. De Miſſionibus, quas vocat Belgarum, *c.* 34, *p.* 580, Genevenſium *c.* 31, *p.* 586, Batavorum *p.* 592, Svecorum *p.* 603, Danorum *p.* 605, *ſeq.* agit. Ita Proteſtantes impedire progreſſus Religionis Chriſtianæ Catholicæ, imbuereque nova doctrina quoſcumque poſſunt, conantur.

QU. XXXII.

Quid recenſes de Congregatione Fabricæ Baſilicæ Vaticanæ?

§. I. JUlius II Vaticanam S. Petri Baſilicam, a Magno Conſtantino olim ædificatam, vetuſtate collabentem, inſtaurandam ſuſcepit. Concepit animo eam amplitudinem Templi, quæ digna Apoſtolorum Principe, digna Romano Pontifice, digna ipſius etiam loci Majeſtate eſſet. Quarto decimo Kalendas Majas anno 1506, ſtructuram deſignante Architecto præſtantiſſimo Lazaro Bramante, jacta ſunt fundamenta ædis magnificentiſſimæ, cui perficiendæ cum ſumptus ingentes requirerentur, Julius, ejuſque Succeſſores non pecunia ſolum ad id publica uſi ſunt, ſed etiam Indulgentias Chriſtianis largiti, quorum ſtipe inchoata moles abſolveretur. Verum cum ea ſit Baſilicæ Vaticanæ dignitas, ac magnificentia, ut non ſolum ædificandæ, inſtaurandæque, verum etiam ornandæ conſervandæque ingenti pecuniæ vi ſit opus, providoque conſilio, ad id delecti fuerunt viri conſilio, & auctoritate principes, qui principi totius terrarum orbis Baſilicæ præeſſent. Hujus Congregationis meminere Cardinalis de Luca *in Rel. Cur. l.* 1, *c.* 17, & Benedictus XIV in ſuo *Bullario Tom.* 3, *Conſtit.* 53, quæ incipit, *Quanta curarum*:

§. II. Vix cogitari, poteſt, quot quantaſque ex hujuſce tanti Templi exſtructione anſas ad criminandum arripuerint Heterodoxi. Nihil modo dico de Indulgentiis, quas hac occaſione oblatrare cœpit Lutherus; de ipſa Baſilica loquor, cui, ut dicam ſcribant, Chriſtianorum Templorum originem non Apoſtolicis temporibus, verum Conſtantini ævo, hoc eſt corruptis jam Eccleſiæ rebus referendam eſſe contendunt. Quod quidem quàm falſo ab iis dictum jam ſit, juverit hic parumper diſquirere.

§. III. Verum ut Hæreticis os obſtruamus, quærendum primum eſt, quid *Templi* nomine ipſi ſibi velint. Boehmerus heterodoxorum Canoniſtarum facile princeps hanc nobis obtrudit definitionem: *Cum templa dico, intelligo loca Deo SACRATA, & humanis uſibus prorſus EXEMPTA, adeoque CONSTANTIA, & certa.* Boeh. *Jus Paroch. Sect.* 2, *c.* 2, §. 4, & *Diſs. II ad Plin. & Tert.* §. 3. Tria igitur requiruntur, ſi Boehmerum audimus, ut locus aliquis Templum habeatur, & ſit. I, Ut Deo ſit ſacer. II, Ut humanis uſibus exemptus. III, Ut conſtans ſit fixuſque.

§. IV. Quid igitur, ſi nihil horum priſcis Chriſtianorum Templis defuiſſe oſtendam? Non Conſecrationem, quod palmarium eſt. Nam ut ea teſtimonia, quæ a noſtris in hanc rem afferri ſolent, (*a*) prætercam, eo quod Conſtantini ætatem redoleant, in me-

(a) Benedict. XIV *De Sacros. Miſſæ Sacrif. l.* 1, *c.* 1, §. 9. Quod ſi de Templorum conſecratione pauca quædam velimus attingere, profecto ſacrum illum ritum

medium afferam S. Luciani (an. 250.) Preſbyteri Antiocheni factum quoddam, quod, niſi magnopere fallor, rem omnem conficere videtur.

§. V.

tum e veteri teſtamento in novum Apoſtolica Inſtitutione exiſtimamus eſſe traductum, quem ſtatim utraque Eccleſia Orientalis & Occidentalis ſunt amplexatæ. Neque enim eam cærimoniam excogitavit S. Evariſtus Pontifex, quem vere poſſumus dicere, quoſdam ritus tantummodo addidiſſe, ut oſtendit Bona *Rer. Liturg. l.* 1, *c.* 20, *n.* 3, & Pagius *in Vita S. Evariſti n.* 3: quapropter Euſebius Cæſarienſis *Eccl. Hiſt. l.* 10, *c.* 3, Conſtantino Sacris Religionis noſtræ initiato, lætitiam commemorans, quam ex ea re Chriſtiani cœperant, tradit tum Templa fuiſſe exſtructa, & conſecrata; eumque ritum innuit jam fuiſſe antea introductum; ſed perſecutionum tempore intermiſſum; tandem pace per Conſtantinum reddita, revocatum. *Votivum nobis ac deſideratum ſpectaculum præbebatur, Dedicationum ſcilicet feſtivitas per ſingulas Urbes, & Oratoriorum recens ſtructorum Conſecrationes.... Jam vero Antiſtitum abſolutiſſimæ cærimoniæ, & accurata Sacrificia Sacerdotum, & divini quidam, auguſtique ritus hinc Pſalmos canentium, & reliquas nobis divinitus traditas voces auſcultantium, illinc divina & arcana obeuntium miniſteria*. Proditum eſt in lege, Moyſem tabernaculum conſecraſſe: *Unxit & ſanctificavit cum omnibus vaſis ſuis altare, & ſimilia*, ut eſt *in Exod. cap.* 40, *& Num. c.* 7: quod quidem conſecrationis noſtrorum Templorum figura fuit quædam, ſi erudito Petavio fides habenda eſt *de Eccleſ. Hierarch. l.* 3, *c.* 5. Salomon etiam ſolemnem Templi dedicationem celebravit: *Dedicavit domum Dei Rex, & univerſus populus* (*Paralipom.* 2), mactavitque duo & viginti millia bovum, & ſex & viginti millia arietum. Judas Machabæus, poſtquam fœdis ſuperſtitionibus templum pollutum expiavit, & altare lapideum poſuit, *Encænia* celebravit, ſeu quod idem eſt, Feſtum Dedicationis, teſte Iſidoro, qui *l.* 1 *de Eccleſiaſt. Officiis*, *c.* 35, ſcribit: *Encænia Feſtivitas erat Dedicationis Templi*. Eam vero feſtivitatem conſtat Judæos celebraſſe etiam Jeſu Chriſti tempore, qui eam præſentia ſua illuſtravit Joan. c. 10. Hæc vero ſacrarum Scripturarum loca non modo evincunt a Judæis ad Chriſtianos Templi conſecrationem manaſſe, ſed etiam luculenter oſtendunt, quanta injuria, quamque temere Calvinus Sacrum ejuſmodi ritum irriſerit *Inſtit. l.* 3, *c.* 20. Facile enim ea diluitur ratio, cui potiſſimum ille innititur, parietes nimirum res eſſe inanimas, quæ ut gratiæ, ita etiam conſecrationis recipiendæ aptæ non ſunt; nam *Eccleſia materialis* ideo conſecratur, ut ſanctificatio illa repræſentetur, quam Eccleſia formalis, ſeu Cœtus fidelium per paſſionem Chriſti conſequutus eſt, ut docet D. Thomas 3 *part. qu.* 83, *art.* 3, *ad* 2.

In novo teſtamento mentio fit etiam Altaris; nam Matthæi c.5 habetur: *Si ergo offers munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adverſum te, relinque ibi munus tuum ante Altare, & vade prius reconciliari Fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum*. Quævis præterea liturgia Menſam, ubi ſacrificetur, commemorat, eamque verum *Altare* appellat, quod in ea verum Deo Sacrificium offeratur, idque uberrima argumentorum vi, & copia eruditiſſime oſtendit P. Le Brun *Tom.* 3, *de Miſſa*, *pag.* 576, *& ſeq.* & Altarium conſecrationem itidem ut Templorum vetuſtiſſimum eſſe ritum Apoſtolicum probat. Quamquam vero Origenes, Minutius Felix, Arnobius, & Lactantius adverſus gentes, quæ Chriſtianis exprobrabant, nulla iis eſſe Altaria, ejuſmodi criminationem non rejecerunt, quin etiam id verum eſſe confeſſi ſunt; certiſſimum tamen eſt, eos de aris eſſe loquutos, quæ erigebantur, ut ſuper iis ſimulacra falſorum Deorum colerentur, vel victimis mactandis cruenta fierent Sacrificia; quod ingenue fatetur ipſe Binghamus licet hæreticarum partium homo: (*Origin. Eccleſiaſtic. Tom.* 3, *pag.* 224, *& ſeq.*) *Objicit nobis Celſus, quod non habemus imagines, aut aras, aut templa*. Sunt verba Origenis *l.* 4 *contra Celſum*. Et apud Minutium in Octavio objicit Chriſtianis Cæcilius: *Cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota ſimulacra?* Et Arnobius: (*contra gentes l.* 6.) *Accuſatis nos, quod nec Templa habeamus, nec aras, nec*

ima-

§. V. Cum Nicomediæ carcere detentus eſſet Lucianus, gravique morbo afflictus, cumque in ſolemnem Theophaniæ, hoc eſt Chriſti Natalem diem incidiſſet, (qui teſte Binghamo *Orig. l.* 20, *c.* 4. *n.* 11, die ſexta Januarii apud Antiochenos celebrari ſolebat) maximum illi inceſſit deſiderium Sacris litandi. Verum deerat *Templum*, & *Ara*. *Cum Tyrannica vis nec Eccleſiæ, nec Altaris copiam faceret*, inquit vetuſtiſſimus Scriptor Philoſtorgius. Quid igitur Sacerdos Sanctiſſimus? Juſſit fideles omnes, qui illic aderant, ita circum ſe ſiſtere, ut ſacra Chriſtianorum corpora ad Sacrorum parietum vicem accederent, veramque *Templi* formam exhiberent. *Cum ſacer Chriſtianorum chorus, qui illum undique cingebant, Eccleſiæ ſpeciem referret*, propinque pectus in *Altaris* locum ſubſtituit, atque ſuppoſuit: *Ille vero*, (in Actis Bolland. *ad diem* 7 *Januarii*.) *Menſa quidem erit vobis hoc pectus meum, non, ut arbitror, Deo futura minus honeſta ea, quæ fit ex inanima materia; Tem-*

---

imagines. Quod quidem veriſſimum erat: Chriſtiani enim aras non habebant, ut ſuas Ethici firmas & ſtabiles, ſed mobiles, quas huc atque illuc liceret transferre, ut explicat Bocquillot *Tractatu Hiſtorico Sacræ Liturgiæ lib.* 1, *cap.* 5, *pag.* 82. Ex eo autem, quod veteres Chriſtiani conceſſerint ſe carere altaribus, luculenter tamen oſtendi poteſt, inde non poſſe illud inferri, nulla eis fuiſſe altaria, in quibus Euchariſticum Deo Sacrificium offerrent. Nam illi iidem Patres, qui Chriſtianis nullas eſſe aras confeſſi ſunt, cum de menſa loquuti ſunt, in qua Euchariſtiæ Sacramentum conficitur, mentionem facere de Altaribus non prætermiſerunt, ut bene advertit Lamy *l.* 6 *de Templo Hieroſolymitano*, *c.* 3, *ſect.* 1, & Fraſſen *Tom.* 11 *Theologiæ*, Roman. edit. *pag.* 339. Lucianum Martyrem celebrandæ Miſſæ cauſa, dum in vinculis eſſet, proprio uſum pectore tanquam Altari proditum eſt, & Diaconorum manus pro Altari ad ſacrificandum adhibuiſſe Theodoretum legimus. Sed hæc ſane ſunt digna exempla, quæ miremur magis, quam imitemur; ſemperque conſtans, & perpetua fuit Eccleſiæ diſciplina ut ſuper Altare Miſſa celebretur. Adverſus Donatiſtas, quorum furore Catholicorum Altaria erant everſa, inclamat Optatus Milevitanus *l.* 6: *Quid eſt enim*, inquit, *Altare niſi ſedes corporis, & ſanguinis Chriſti? Hæc omnia furor veſter aut raſit, aut fregit, aut removit .... Si livoris judicio nos vobis ſordidi videbamur, quid vobis fecerat Deus, qui illuc invocari conſueverat? quid vos offendiſtis etiam vos ipſi, ut illa altaria frangeretis, in quibus ante nos PER LONGA TEMPORUM SPATIA, ſancte, ut arbitramini, obtuliſtis? dum impie perſequimini manus noſtras illic, ubi corpus Chriſti habitabat, feritis & veſtras. Hoc modo Judæos eſtis imitati. Illi injecerunt manus Chriſto in Cruce, a Vobis percuſſus in Altari. Si Catholicos illic inſectari voluiſtis, vel veſtris illis oblationibus antiquis parceretis.*

Primis Eccleſiæ temporibus Altaria quidem lignea certe fuere teſte Optato Milevitano *l.* 6. Nec ita longe a vero abeſt, S. Apoſtolos in ligneis Altaribus Miſſam celebraſſe ad Jeſu Chriſti exemplum, qui legali cœna peracta ad menſam ligneam aſſidens ſemetipſum in Sacrificium obtulit Deo Patri. Beatum Petrum, quem Pudens Senator domi ſuæ excepit, traditione compertum eſt in Altari ligneo ſacrificaſſe, quod etiam nunc aſſervatur Romæ in Templo S. Pudentianæ, teſte Aringhio *in Roma ſubterranea t.* 2, *l.* 4, *c.* 43. Quod autem in carceribus Miſſas celebratas eſſe novimus, cum perſecutionibus Ethnici in Chriſtianos ſævirent id nobis palam facit, Altaria tunc temporis lignea fuiſſe. Primis vero ſæculis, & perſecutionum temporibus utrum præter lignea Chriſtiani haberent etiam Altaria lapidea, & num primus B. Sylveſter Sæculo IV juſſerit non amplius in ligneis, ſed in lapideis Altaribus Miſſam celebrari, quærunt viri docti. Vid. Juveninum *de Sacram. Diſſ.* 3 *de Euchariſt. q.* 8, *c.* 3, & Cardinalem Bonam *Rer. Liturg. l.* 1, *c.* 20, Martene *de antiquis Eccleſiæ ritibus Tom.* I, *l.* 1,

Templum autem Sanctum Vos mihi eritis me ex omni parte circumdantes.

§. VI. Quamquam hæc ſint ejuſmodi, quæ potius admirari, quàm imitari poſſumus, tamen ſatis nobis declarant eam iis temporibus viguiſse conſuetudinem, ut in locis ariſque ſolemni ritu (*b*) conſecratis ſacrificia fie-

l. 1, *c.* 3, *art.* 6. Lapidea fuiſſe Altaria vergente in finem Sæculo IV exploratiſſimum eſt S. Gregorii Niſſeni oratione *de Sancto Chriſti baptiſmate*, *pag.* 801. Altaria, cum Eccleſia ſecundioribus rebus uti cœpiſſet, legimus a fidelibus, facta ex argento. Sane Conſtantinus Imperator, ut eſt in libro Pontificali, ſeptem ex puriſſimo argento exſtruxit Altaria in Conſtantiniana Baſilica, quorum ſingula habebant pondus ducentarum & ſexaginta librarum. Xiſtum etiam tertium argenteum itidem Altare trecentarum pondo librarum in eodem libro proditum eſt Baſilicæ Liberianæ obtuliſſe: illud tamen incertum, e ſolido ne argento Altaria illa fuerint, an ex ligno vel lapide argenteis laminis obducto.

Nunc de Petra ſacra dicendum, qua opus eſſe monuimus, ut Miſſa rite celebretur niſi Altare conſecratum ſit. Ea in Can. *Concedimus*, *de Conſec. diſtinct.* 1, *TABULA* Altaris appellatur, & Viaticum in Decretali *Quoniam Epiſcopi*, *de privileg. in* 6. *Ut Altare poſſit habere viaticum*. Hincmarus Rhemenſis Sæcul. 9, de Petra ſacra loquitur in Capitulis, quæ anno Epiſcopatus ſui duodecimo condidit: *Nemo Presbyterorum in Altari ab Epiſcopo non conſecrato cantare præſumat. Quapropter ſi neceſſitas popoſcerit, donec Eccleſia vel Altaria conſecrentur, & in Capellis etiam, quæ conſecrationem non merentur, TABULAM quiſque Presbyter, cui neceſſarium fuerit, de marmore, vel nigra petra, aut lino honeſtiſſimo ſecundum ſuam poſſibilitatem honeſte affectatam habeat, & nobis ad conſecrandum afferat, quam ſecum cum expedierit, deferat, in qua ſacra Myſteria ſecundum ritum Eccleſiaſticum agere valeat.*

In Orientali Eccleſia nullus hujus Petræ ſacræ eſt uſus; nam ſi in Altari non conſecrato Miſſa ſit celebranda, pannos quoſdam adhibent Sacerdotes eodem ritu, quo conſecrantur Altaria, conſecratos, quos vocant *Antimenſia*, ut videre eſt apud Card. Bonam *Rer. Liturg. l.* 1, *c.* 20, Binghamum *tom.* 3, *pag.* 246, & apud Renaudotium *in Collection. Liturgiar. Orient. Tom.* 1, *p.* 182.

Duo tantum eorum, quæ attinent ad Altaria, ſuperſunt animadvertenda. Primum illud eſt, Menſam Altaris unica vel pluribus columellis ſuſtineri conſueviſſe, vacuo menſam inter & pavimentum ſpatio interjecto. Cujus rei argumento ſunt ejuſmodi Altaria, quæ in ſacris Romæ Cryptis videre licet. Alterum obſervatu dignum illud eſt, antiquitus unicum fuiſſe in Templis Altare, ut Grancolas, & Bocquillot animadvertunt, pluribus ad id probandum monumentis, e ſacra antiquitate depromptis. Ritum hunc Græci etiamnunc retinent. Unicum tantum, ut obſervat Grancolas, in Templo quolibet commemorant Altare Ignatius, Cyprianus, Iræneus, Tertullianus, Hieronymus. Neque adeo idem Grancolas monere prætermittit, etſi unum tantum eſſet Altare in Templo, Oratoria tamen in Templi ambitu fuiſſe, ubi Miſſa celebrabatur; cujuſmodi more etiam nunc utuntur Græci, qui cum unum in Templo habeant Altare, Oratoria tamen circum Templi perimetrum habent, ubi Miſſam celebrant idque tum ex eorum colligitur Euchologio tum ex Leone Allatio *in Ep. de Græcorum Templis*.

(b) Idem *in Bullar. Tom.* 4, *App.* 1, *Ep. quæ incipit*, *Peracta*, §. 3. Card. Bona *Rer. Liturgic. l.* 1, *c.* 20, *nu.* 3, affirmat ſacrum Eccleſias dicandi ritum e veteri in novum Teſtamentum, atque ab Apoſtolis in eorum ſucceſſores fuiſſe translatum. Non tamen eadem Eccleſiæ diſciplina in conſecrationibus peragendis ubique ſemper obtinuit. Euſebius, qui veterem Dedicationum ritum exhibet, neque Benedictiones aquæ luſtralis uſu, neque Cruces ſacro inungendas Chriſmate, unquam commemorat: ex quo Dallæus *in tract. adverſus traditiones Latinorum l.* 3, *c.* 15, perperam infert, ſacros hoſces ritus tunc temporis nondum obtinuiſſe. Immo vero Dallæo adhuc deterior Joſua Arudius *in Lexico Eccleſiaſticar. Antiquitatum*, *pag.* 1085, non veretur

fierent. Qui vero fuerit ritus ille, non certe dixerim. Certe Epiſcoporum proprius, alias ipſe Lucianus Presbyter manibus ſuis locum illum conſecraſſet, nec lapis, aut lignum, aut pannum ei defuiſſet, quod conſecraſset, eoque pro ara uteretur; certe materia hujuſmodi, quæ non tam facile haberi poteſt, cujuſmodi eſt Chriſma, requiri debuit; alias Theodoretus Cyri Epiſcopus cum ara ei deeſset, non Diaconorum manibus pro ara uſus eſſet. In locis igitur, ariſque conſecratis (c) Sacrificia antiquitus fieri conſueverunt, nec quibuſcumque precibus, aut quocumque ritu dicatis, ſed ſolemni, ſtatoque atque Epiſcoporum proprio.

§. VII. Quod ſi vero Hæretici, ut locus aliquis Templum vere dici poſſit, ejuſmodi Conſecrationem requirant quæ eos ipſos effectus pariat, quos ipſa Sacramenta, ea Templa nec apud veteres extiterunt, nec apud nos ſunt, nec quamdiu Catholica ſtabit Religio, unquam futura erunt. Neque enim, uti Boehmerus ſomniat, (*l.* 3 *J. E. P. t.* 40, §. 43, 44.) hanc Catholici unquam animo opinionem imbiberunt. (Vid. ſuperius Quæſt. XXVI, in Nota (a). Quod ſi apud Catholicæ Eccleſiæ Patres, atque Doctores de Eccleſiarum Conſecratione loquentes offendas ſanctiores quaſdam voces, ſcias velim eos (d)

ἀλλ...

retur aſſerere, veteres Eccleſiarum conſecrationes ſolis precibus, concionibus, atque hymnis fuiſſe inſtitutas; quam ſententiam ſibi adoptavit Gotofredus Wictus *de Altaribus c.* 11, *n.* 15. Hæc tamen quæ ab hæreticis jactantur inſano ore, inania ſunt, nec ulli ſubnixa fundamento. Si enim, ut ſcite ratiocinatur Sineſius *in Ep.* 67, *p.* 212. Ed. Pariſ. an. 1633, ſola precum prolatio par eſt ad Eccleſias dicandas, jam locus nullus, non oppidum, non caſtrum occurret, cui Dedicationis prærogativa non conveniat; quandoquidem vix, ac ne vix quidem ullus poterit inveniri locus, in quo aliquæ preces, hymni, laudes ad Deum effuſæ aliquando non fuerint. Quod igitur inoffenſo pede hac in re affirmari poteſt, illud eſt, Eccleſiarum conſecrationes ſacrum opus eſſe, quod ſolemni ritu, precibus, aliiſque ab Eccleſia præſcriptis actionibus Epiſcoporum miniſterio perficitur; quamvis lateat adhuc, quo primum tempore multiplices illi Dedicationum ritus incœperint. Vetuſtos tamen eſſe fateri oportet, ac refertos myſteriis, quæ a ſacris noſtris Scriptoribus elucidantur; quos inter primo loco eminet undecimo ſæculo Ivo Carnotenſis *in Serm.* 4, *de Sacramentis Dedicationis*, ubi de Crucibus, quæ ſacro inunguntur Chriſmate, ſermonem habens ita loquitur: *De Conſecrato Altari chriſmantur in parietibus illæ duodecim cruces, quæ typum gerunt Apoſtolicum, qui & primitias ſpiritus acceperunt, ut Crucis myſterium populis, & gentibus manifeſtare ſtuduerunt*. De Crucibus item, ac de candelis, quæ coram iiſdem Crucibus in Eccleſiæ conſecratione accenduntur differit Gretſerus *de Cruce*, *l.* 2, *c.* 7. Eccleſiarum Conſecratio duobus modis peragitur; vel etenim ab uno conſecrantur Epiſcopo, quod ut plurimum contingit, vel a pluribus ſimul Epiſcopis. Garnerius animadvertit, geminum Conſecrationis ritum obtinuiſſe, alterum quidem communem, quem unus operabatur Epiſcopus; ſolemnem alterum, ad quem viciniores Epiſcopi conveniebant. Neque profecto credendum eſt, Eccleſiam ab uno Epiſcopo fuiſſe conſecratam, cæteris tantum aſſiſtentibus, cum certum ſit, omnes fuiſſe comminiſtros, & omnes ſociam manum adhibuiſſe.

(c) (In aris conſecratis ſemper, in locis conſecratis cum licuit.)

(d) Berard. *p.* 2, *Diſſ. III*, *c.* 2. Antiquior plane fuit Conſecratio Eccleſiæ; etenim cum ambitus parietum Cœtum ipſum fidelium, ipſas etiam fidelium animas veluti ſymbolo exhiberet, iiſdem fere ritibus dedicari cœperunt, quibus ex inſtitutione divina fidelium animæ Deo dedicarentur. Hinc benedictiones aquæ aſperſione factæ, ad quamdam Baptiſmatis, hinc inunctiones Sacri Chriſmatis ad quamdam Confirmationis analo... Hinc benedictio Eccleſiarum

αλληγορυχῶς ibi locutos eſſe. (e)

§. VIII. Cum autem (f) Eccleſiæ Conſecratio nihil aliud ſit, quam alicujus Domus, aut loci Divino cultui deſponſatio, aperte patet, Eccleſiarum Conſecrationem humani etiam commercii, profanorumque etiam uſuum immunitatem, conſtantemque Venerationem neceſſario conſequi debuiſſe, quod nec Boehmerus ipſe diffitetur, qui nervos omnes intendit, ut a Chriſtianorum Eccleſiis omnem Conſe-

rum a Conſecratione diſtincta, uti Sacramentum Baptiſmatis a Sacramento Confirmationis diſtinguitur. Hinc Conſecratio per Chriſmationem facta nunquam repetita fuit, exemplo Confirmationis. Quod ſi Eccleſia polluta, non eſt hæc Symbolum renovati Baptiſmatis, ſed potius Symbolum Sacramenti Pœnitentiæ, cujus renovatio eſt in Eccleſia ſalutaris.

(e) Qui Dedicationis materiam tractant Morales Theologi, pari fere methodo Eccleſiarum conſecrationem, atque Sacramentorum naturam explicant; eſto non niſi in latiori quadam ſignificatione Eccleſiarum dedicatio Sacramentis adnumeretur; quatenus ſcilicet aut Cœleſtis Templi, aut animæ, quam gratia ſanctificat, ſignum eſt myſticum. Itaque docent, Sacrum Chriſma, quo Cruces inunguntur, Conſecrationis materiam eſſe; formam vero conſtituunt in hiſce verbis, quæ in ipſa Chriſmatis unctione proferuntur: *Sanctificetur, & conſacretur hoc Templum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

(f) Conſecratio Eccleſiæ eſt dicatio, ſeu dedicatio ejusdem ad cultum divinum ſpeciali ritu facta a legitimo Miniſtro ad hoc, ut populus valeat Religionis officia in ea rite peragere. Eccleſiam conſecrare poteſt ſolus Epiſcopus illius loci; (*Can.* 4, §. 68, *can.* 25, *ead.* §. 1, *De Relig. Dom.*) & ſi ab alio Epiſcopo fuerit conſecrata, inconſulto Epiſcopo loci, valida erit illa conſecratio, ſed tamen illicita, & conſecrans ipſo jure ſuſpenditur per annum ab officio Pontificalium, & a Miſſæ Celebratione. Conſecratio Eccleſiæ adeo pertinet ad Epiſcopum, ut ea ſimplici Sacerdoti & non Epiſcopo committi nequeat tamquam actus ordinis Epiſcopalis niſi per privilegium Summi Pontificis, *c.* 9, *h. t.* cujuſmodi privilegium, ſaltem ex immemorabili conſuetudine præſumptum quoad Calices, & Patenas conſecrandas obtinent Abbates, & alii Prælati uſum mitræ & baculi habentes. Benedictionem vero Eccleſiæ, Cæmeterii, Paramentorum &c. delegare poteſt Epiſcopus ſimplici Sacerdoti. Et ex privilegio Summi Pontificis ſaltem pro ſuis Eccleſiis & ad ſuum uſum de facto obtinent Abbates, & Superiores Mendicantium. Immo Superiores Regularium ſaltem vi conſuetudinis licite benedicunt paramenta etiam pro aliis Eccleſiis.

Epiſcopus, antequam Eccleſiæ conſecrationem peragat, diligenter animadvertat, num ea Eccleſia congruam dotem habuerit; nam ſi dote deſtituta fuerit, Eccleſia minime erit conſecranda. Jejunium ante conſecrationis diem, quod a S. Canonibus indicitur, non ex neceſſitate requiritur, ſed potius ex quadam convenientia. Si non appareat neque ex Scripturis, neque ex teſtibus, ſaltem ex uno teſte Eccleſiam fuiſſe conſecratam, ea eſt conſecranda; nam in dubio conſecratio probari debet. Cum autem non agatur de præjuditio alterius, etiam ſemiplena probatio ſatis erit: ſi vero eam conſecratam fuiſſe aliquo modo conſtabit, non amplius erit conſecranda, niſi fortaſſe everſa, aut diruta illa fuerit, & poſtea ſimul, & ſemel fuerit reædificata, vel niſi parietes interiores igne aut incendio abſumpti fuerint, vel niſi Eccleſia ita fuerit amplificata, ut nova vetuſtam longitudine, aut amplitudine notabiliter excedat. Si vero inſtauretur ſolum per partes pluries ſucceſſive, ita tamen ut ſemper pars major maneat, nova non indigebit conſecratione; adhuc enim ea cenſetur Eccleſia; requiritur ergo, ut vel major Eccleſiæ pars, vel tota ſimul & ſemel reædificetur, ut nova indigeat conſecratione.

Pluribus autem modis polluitur, ſeu violatur Eccleſia.

I Ob violentam, injurioſam, & graviter peccaminoſam ſanguinis effuſionem.

ſecrationem abjudicet, ne, ſi hanc illis concedat, alia itidem duo cogatur concedere.

§. IX. Quod ſi vero, ut Domus aliqua *Templum* dici poſſit, illud etiam poſtules, ut nunquam humanis uſibus inſervierit, en tibi anno 131 Quadratus Epiſcopus Athenienſis, aliique permulti, quos Euſebius multa Templa a fundamentis excitaſſe teſtatur. (*pag.* 176, Edit. Taurin.) Nunquid illud inſuper requiris, ut fundus non ad privatorum hominum, verum ad communia Chriſtianæ ſocietatis bona pertineret? Neque hujuſmodi templa ante Conſtantini ævum Chri-

Hæc autem ſanguinis effuſio in notabili quantitate eſſe debet, unde non paucæ guttulæ, ſed effuſa ſanguinis vis eſſe debet. Non erit autem violata Eccleſia ſi quis exiſtens in ipſa aliquem extra Eccleſiam exiſtentem feriat, atque ita ſanguinis contingat effuſio; e contra vero violabitur, ſi quis extra Eccleſiam exiſtens feriat, aut vulneret aliquem exiſtentem intra Eccleſiam cum ſanguinis effuſione: neque violata cenſebitur Eccleſia, ſi vulnus contingeret extra Eccleſiam, poſtea vulneratus in Eccleſiam ſe ſe recipiat, ibique ſanguinem effundat.

II Violatur per voluntarium, & injurioſum homicidium licet ſine ulla ſanguinis effuſione contingat, & idem de homicidio, quod de ſanguinis, effuſione diximus, erit intelligendum; hoc eſt ſi quis extra Eccleſiam alium intra Eccleſiam exiſtentem occidat, polluitur Eccleſia, & e contra non polluitur; neque ſi quis moriturus in Eccleſiam ſe ſe recipit, ibique decedat polluta erit Eccleſia. Quod ſi etiam Judicis ſententia aliquo ſupplicio mactetur in Eccleſia ita ut vel mors, vel notabilis ſanguinis contingat effuſio, polluitur Eccleſia, non tam ob actionem peccaminoſum, quam ob graviſſimam irreverentiam, ac injuriam, quæ fit Eccleſiæ.

III Violatur Eccleſia per voluntariam eminis ejaculationem, quocumque modo enaſcatur, etiam ſi licita fuerit, extra neceſſitatis caſum, ob irreverentiam, & injuriam, quæ infertur Eccleſiæ.

IV Violatur Eccleſia, ſi in ea ſepeliatur excommunicatus vitandus non toleratus publice denuntiatus, aut notorius Clerici percuſſor, aut Infidelis; unde etiam Infantes Chriſtianorum filii ſine Baptiſmo decedentes ſi in Eccleſia ſepeliantur, violata Eccleſia cenſebitur; dummodo in utero Matris filius non exiſtat, quia tunc cenſendus eſt eſſe pars viſceris illius matris, illamque ſequitur. Ad hæreticos quod attinet, ſi ſepeliantur in Eccleſia in illis Provinciis, in quibus tolerati ſunt, permixtique cum Catholicis vivunt, non violatur Eccleſia; item neque in aliis locis ſi non fuerint publice denuntiati atque notorii. Si Sacerdote ſacrum peragente violetur Eccleſia, ſi id contingat ante cœptum canonem dimittatur Miſſa, ſi poſt canonem cœptum, finiatur. Cæterum in Eccleſia violata nec ſacra officia, nec Miſſæ celebrari poſſunt, nec aliquis in ea tumulari. Polluta Eccleſia cenſentur etiam polluta altaria, item Cæmeterium ſi Eccleſiæ contiguum, non tamen polluto Cæmeterio polluta erit etiam Eccleſia. Diſcrimen notà inter violationem Eccleſiæ, & inter execrationem. Nam execrata dicitur Eccleſia cum vel ipſa majori ex parte diruta eſt, vel parietes interiores incendio aut igne, aut alia de cauſa, majore ex parte proruerint.

Eccleſiam conſecratam reconciliare nemo poteſt præter Epiſcopum: & debet reconciliari aqua cum oleo, ſale, & cinere ab ipſo benedicta. Regularibus etiam hoc privilegium indultum fuit, qui tamen in reconciliatione uti debent aqua per Epiſcopum benedicta, niſi Epiſcopus abſuerit ultra duas dietas, vel Epiſcopi Sedes vacua fuerit, vel Epiſcopus noluerit aquam illis benedicere, quibus in caſibus uti poterunt aqua ab ipſis benedicta. Eccleſia non conſecrata, ſed ſolum benedicta poterit per ipſum Eccleſiæ miniſtrum ſimplicem Sacerdotem luſtrari, atque expiari aqua luſtrali ordinaria etiam non expectata, licentia Epiſcopi, *c. fin. h. t.*

(g)


Chriſtianis defuerunt. Nonne enim Conſtantini, & Licinii lex anno 313 lata, quæ jubet, ut Chriſtianorum ſocietati, quas prius poſſederant divino cultui mancipatas, Domus, fundique reſtituerentur, nos ſatis docet, Eccleſias non inter privatorum bona, ſed inter res nullius referendas fuiſſe? Vide Euſebium *l. X, c.* 5, cui etiam Binghamus ipſe ſuum calculum adjicit.

§. X. Verum Adverſarii, ut ſuam ſententiam tueantur, ad Dialogum Minutii Felicis tamquam ad aram confugiunt; ubi Octavius Cæcilio reſpondit, Chriſtianis nec Templa, nec aras extitiſſe. Verum cuique Dialogum illum perlegenti facile in oculos incurrit, Octavium eo loci nil aliud præ ſe tuliſſe, quam ut demonſtraret Ethnicis, Chriſtianorum Religionem non in una Templorum, atque Ararum mole ſitam eſſe; etiamſi Templa omnia, atque Aræ ruerent, tamen adhuc Chriſtianam Religionem conſiſtere, cui pro Templis, atque Aris Chriſtianorum pectora, & corda ſatis eſſe poſſunt.

§. XI. Atque hæc de primorum Chriſtianorum (g) Templis adverſus Boehmerum, Walchium, alioſque Lutheri de grege homines. Verum cum non multos ante annos Joannes Henricus Ottius Calvinianus homo in ſuo libro, cui titulus *Examen perpetuum Hiſtorico-Chronologicum* primas Chriſtianorum Eccleſias ornatibus, thure, faciburque ſpoliare conatus ſit; operæ pretium erit hanc etiam calumniam diluere, ſuaque donaria, ſuoſque cereos ſacris ædibus reſtituere. Mitto ea, quæ D. Paulinus cecinit, quæque aurea, argenteaque ornamenta plurima illorum temporum Eccleſiis vendicant; antiquiora memoro. Nonne D. Laurentius anno 258 crateres auro ſolidos, argentea vaſa, plurimoſque Eccleſiæ theſauros in pauperes effudiſſe, ne Tyrannorum ingluvie ſtringerentur, illius Martyrii Acta teſtantur? Nonne Lucianus Samo-

(g) Mamach. *Coſtum. de' Primit. Criſt. l.* 1, *p.* 274. Sebbene i primitivi Criſtiani non aveano una certa determinata forma, e ſtruttura delle Chieſe allora quando contro di eſſi incrudelivano le perſecuzioni, onde procuravano di formarle come potevano, talchè ne veggiamo alcune nelle catacombe incavate rozzamente nel tufo, e poi forſe da' poſteri ornate alla meglio; con tutto ciò quando potevano godere un po di pace, in varie parti, ſecondo i gradi delle perſone, eran ſoliti di diſtribuire i templi, e imporre ad ognuno di eſſi quel nome, che loro ſembrava più convenevole. E quanto alle Cappelle, che veggonſi nelle catacombe, ho io voluto riferirne la figura di una, eſpreſſa nella ſeguente tavola nel numero ſecondo, la quale Cappella appartiene al cemeterio di Calliſto, ed è rappreſentata dal Boldetti in ſimile tavola *nel libro* 1, *Capitolo nono*. (*pag.* 35.) In eſſe ſi vedono lo Croci ſcolpite negli ſtipiti del ſuo ingreſſo come ſi ſcorge alla lettera B, e l'altare ſegnato altresì colla croce. L'altra figura che ſi vede al numero primo, rappreſenta una cancellata di marmo, che fu trovata quaſi intiera alcuni anni ſono dal Boldetti nello ſteſſo cemeterio di Calliſto. „ Sta queſta ſi„ tuata, *dice l' Autore citato* (*ibid. pag.* „ 34.) avanti una Cappelletta, innanzi la „ quale però vi è un largo ſpazio di Cap„ pella maggiore con una via, che a que„ ſto luogo conduce, due volte più ampia „ del ſolito, della lunghezza di un gran ſe„ polcro coperto con una lapida intiera di „ marmo, ſopra il quale nella parete un „ altro ſepolcro ſi vede, che dà chi anti„ camente vi penetrò, non ſolamente fu „ aperto, ma privato ancora della lapida, „ che lo chiudeva . . . nell'arco ſuperiore „ del-

moſatenus, ſeu quiſquis eſt Scriptor ejus Dialogi qui inſcribitur *Philopa-*



„ della cancellata ſuddetta di marmo ſono
„ ſcolpiti tre ſegni del monogramma di
„ Criſto ".

Quanto poi alla forma, e diſpoſizione delle parti de' templi fabbricati dopo, che fu data la pace a' Criſtiani, e fu loro libero di formarli a quel modo, e con quella ſimetria, che più conveniva a' loro uſi eg'

lopatris (*b*) (*Vid. pag.* 353) certe priorum ſæculorum ſcriptor, ubi ſacras

---

egli è certo, che non fu la medeſima in tutti. Imperciocchè quantunque la maggior parte erano più lunghi, che larghi, eſprimenti quaſi la forma di una nave, perchè forſe appreſſo gli antichi Criſtiani una tal figura era miſterioſa, (il che abbiamo di ſopra dimoſtrato), e i Templi di una tale ſtruttura erano da Greci chiami δρομικά per eſſere a modo de' corſi, de' luoghi da paſſeggiare formati; tuttavolta non può negarſi, che molti ancora ſi ritrovaſſero di ſtruttura diverſa, altri de' quali erano rotondi, altri ottangolari, altri rappreſentanti la figura della Croce, e altri di forme affatto differenti da queſte. Ma ſiccome varie erano le figure de' Templi, così erano ancora differenti le loro grandezze, mentre alcuni erano ſtati edificati da uomini ricchi, e facoltoſi con tutte quelle diſpoſizioni, e diviſioni di parti, che richiedeva l' uſo del tempo; e altri erano anguſti, ond' è, ch' erano eziandio mancanti di quelle particolari parti, che ſembravano neceſſarie alle funzioni, che in quell'età ſi facevano. Per la qual coſa dovendoſi dare una tal quale cognizione della ſtruttura delle antiche Chieſe, fa duopo prenderne non dalle anguſte, ma dalle più ample, e più magnifiche il modello.

Aveano dunque le più grandi i loro veſtiboli ſomiglianri bene ſpeſſo a'portici delle noſtre Baſiliche, come ſi vede nella ſeguente Tavola rappreſentante il piano d' una di quelle Chieſe. (Vedi le lett. Z. Z) Or queſto portico, ch'è appellato da Euſebio πρόπυλον (*Lib.* 1 *Hiſt. c.* IX.) ovvero πρωτεἴσοδος *primo ingreſſo*, e da Procopio προπυλαίον *veſtibolo* (*lib.* V, *c.* VI.), era da' noſtri maggiori chiamato il primo νάρθηξ *nartece*, cioè la prima *ferula*, perchè ſiccome la ferula è lunga, e ſtretta, così il veſtibolo era lungo quanto era larga la Chieſa, e aſſai ſtretto, in quella forma che ſi vede nella ſopra deſcritta figura. In fatti l'Anonimo, la opera del quale è ſtata prima pubblicata dal Lambeccio, e di poi dal P. Combefiſo, e finalmente dal P. Banduri, dopo d'aver aſſerito, che nel Tempio di S. Sofia ſi vedevano quattro narteci affatto diverſi dall' Area, ovvero dal Chioſtro del Tempio medeſimo, ſoggiunge, che uno di queſti ſi appellava l'eſteriore Nartece. Erano i quattro Narteci da lui accennati quattro portici, due dalla parte Occidentale, dov'era la facciata di quella Chieſa, uno de' quali era ſuperiore, e l'altro inferiore, come ne aſſicura il Gillio, il terzo dalla parte Settentrionale, e il quarto dalla Meridionale, poichè dalla Orientale non ve n' era alcuno, come lo fa chiaramente vedere il Ducange. Ma niuno di queſti Narteci era quello che dall' Anonimo fu appellato l' eſteriore, poichè ſe per eſſere ſtato fuor della nave della Chieſa dovea eſſer chiamato con queſto nome, ne ſarebbe ſeguito, che tutti ſarebbero ſtati eſteriori, mentre per non eſſere ſtati nella nave ſuddetta, furono da Giuſtiniano Imperatore paragonati a quattro fiumi, che uſcivano dal Paradiſo terreſtre. Non eſſendo adunque niuna di queſti appellato eſteriore Nartece, fa duopo, che tal Nartece eſteriore foſſe dagli accennati quattro diverſo. Or io non trovo altro, a cui competa queſto nome, che l' eſteriore e il primo veſtibolo della Chieſa, onde da' Greci moderni ſomiglianti veſtiboli ſono detti *Narteci di fuora* ἐξωνάρθηκες. In queſto eſteriore Nartece fatto in forma di portico ſoſtenuto da due, o più colonne (*Euſeb. l.* X, *cap.* IV, *Hiſt. pag.* 419, *Edit. Taur.*), ſi fecero le ſepolture pe' fedeli defunti, dopo che fu permeſſo, che i morti foſſero ſeppelliti nelle Città, (*Conc. Nannet. ann.* 658, *Can. VI.*) come conſta dal Concilio Nannetenſe. Atteſta ancora il ſopracitato Anonimo, eſſere ſtato ordinato da Giuſtiniano Imperadore, che nell' eſteriore Nartece ſteſſero tutti coloro, che pe' loro misfatti erano ſtati ſeparati dalla Eccleſiaſtica comunione. Forſe anche nel veſtibolo delle anguſte Chieſe, che non avevano l' atrio, o il clauſtro, ſtavano i penitenti di prima claſſe, a' quali non era lecito di entrare nel Nartece eſteriore, poichè altrimenti non ſarebbero ſtati fuori delle porte del Tempio contro ciò, che vien ordinato nel Canone aggiunto alla lettera Canonica di S. Gregorio Taumaturgo: *doverſi trattenere i lugenti fuori della porta dell' Oratorio*, poichè gli audienti debbono ſtare *dentro la porta nel Nartece*.


Dal veſtibolo ſi entrava nell' atrio chiamato

cras Chriſtianorum ædes deſcribit, & aureorum laquearium, & portarum ex ebore cælatarum, pavimentorumque ære conſtratorum, cereorumque accenſorum meminit? Nonne a Gregorio Turonenſi (an. 572.) in Arenariis, in quibus Numeriani Cæſaris (an. 280) juſſu obſtructis Chriſtiani ſacra Deo perſolventes vivi ſepulti fuerunt, longo poſtea temporum intervallo defoſſis pretioſſimam ſacrorum Vaſorum ſupellectilem inventam fuiſſe intelligimus? Tantam porro lucernarum, aut fictilium lampadum copiam ex Cæmeteriis erutam fuiſſe conſtat, ut non neceſſitati tantum, verum etiam ornatui inſerviſſe dicendum eſt. Vid. Lupium *in Animad. ad Severæ Martyr. Epitaph. n.* 13, *p.* 116, Boſium *Rom. ſubter. lib.* 3, *c.* 23, *p.* 201, Aringhium *Rom. ſub. l.* 1. *c.* 31, *n.* 5.

§. XII. Atque hæc de Templis, Templorumque ornatibus dicta ſufficiant. Qui pleniores hauſtus ſitit, ſe ſe ingurgitet lectione Joſephi Aloyſii Aſſemani *Com. de Eccleſiis Romæ* 1776, §. 10, *art.* 2, Manartii *de Antiqu. Chriſt.* §. 3, *num.* 45, *ſeq.* Pelicciæ *de Chriſt. Eccl. politia T.* 1, *l.* 2, *Sect.* 1, *c.* 3, Joannis Ciampini *Vet. Monum. c.* 18, Alexandri Donati *l.* 4 *de Urbe Roma*, Joſephi Medæ, & Joſephi Binghami *l.* 8, *c.* 1, §. 13, *ſeq.* Hollii *in Statiſt. Eccl. Germ. T.* 1, *cap.* 16, §. 297.

mato da Euſebio, e da Procopio αἴθριον, e da altri αὐλὴ per le porte X. V. X. Paolo Silenziario deſcrivendo il tempio di S. Sofia dice, che dalla parte occidentale del medeſimo ſi vedeva un atrio circondato da quattro portici. Erano parimente quattro i portici dell'atrio de' SS. Sergio, e Bacco in Coſtantinopoli, e della Madonna in Geruſalemme, e di Paolo in Tiro. Di queſto ultimo ſcriſſe Euſebio nel decimo libro della ſua Iſtoria (C. *IV*, *p.* 419.): „ Entrato „ che ſiate per la porta, non vuole Paoli„ no, che paſſiate ſubito nel Santuario, „ ma tra il tempio e il veſtibolo, ha egli „ laſciato un grande intervallo quadrato „ con quattro portici intorno “. Egli è vero però, che non tutti gli atrj aveano i quattro portici, mentre in alcuni quel portico che dovea eſſere contiguo alla facciata della Chieſa, ſerviva forſe per nartece interiore, e così ſarà ſtato il tempio del Santo Sepolcro in Geruſalemme deſcrittoci da Euſebio nel terzo libro della vita di Coſtantino. Nella noſtra tavola le lettere RRRR indicano l' area, o il clauſtro, e le lettere Q. Q. i portici. Gli ſpazj ch'erano tra l' una colonna, e l'altra de' portici, erano chiuſi co' cancelli, a' quali ognuno poteva con facilità appoggiarſi, perchè non erano troppo alti, e vagheggiare le acque, che dalla fontana poſta nel mezzo del chioſtro ſgorgavano. Onde Euſebio (*lib. X*, *c. IV*, *p.* 419, *Edit. Taur.*): *Chiuſe*, dice, *il Veſcovo Paolino co' cancelli di legno incrocciati a modo di rete, i quali ſono di giuſta altezza, i portici*. E S. Paolino Nolano (*Natal. X S. Felic. pag.* 647.): *Egli è lecito ad ognuno di paſſeggiare ne' portici, e quando ſia ſtracco, di appoggiarſi ne' cancelli, che ſono frappoſti alle colonne, e vedere i giuochi delle acque ec.* E giacchè della fontana abbiamo fatta menzione, ſembra opportuna coſa, che noi ricerchiamo come foſſe ella fatta, ed a qual uſo ſerviſſe. Era adunque l' atrio, di cui abbiamo parlato, affatto ſcoperto, e illuſtrato da raggi del Sole, come dice Euſebio, (*Lib. X Hiſt. Ecc. c. IV*, *p.* 419, *Edit. Taur.*) acciocchè libero foſſe a tutti, che quivi ſi foſſero fermati, di alzare gli occhi al Cielo, e di contemplarne la bellezza. Nel mezzo dell' atrio erano i ſegni delle ſacre eſpiazioni, cioè la fontana dove ſi lavavano le mani, e la faccia i Criſtiani, prima che nel tempio entraſſero, le quali fontane in alcuni atrj erano circondate da cancelli (S. Paul. *Natal. X Felic. p.* 647, *Edit. Opp. Veron.*) di legno, o di metallo, e di ſopra ancora coperte. Tutto l'edifizio, con cui era cinto, e coperto il fonte, era da noſtri Maggiori chiamato *fiala*. Intorno a certe urne

297, Petri Gelladæ *trium Diſſertatio- num an.* 1761, 1762, Heidelbergæ edi- ta-



urne delle medeſime fontane era ſcolpito in lettere greche queſto verſo:

νίψον ἀνομήματα, μὴ μόναν ὄψιν

Lava i peccati, e non ſolo la faccia.

Imperciocchè i fedeli prima di entrare nel tempio ſi lavavano le mani, e il viſo con queſte acque benedette dal Sacerdote. Benediceaſi il fonte il giorno della vigilia, e alle

tarum, queis titulus, *Templorum Catholicorum antiquitas, & conſecratio* ... San-

e alle volte ancora la feſta medeſima dell' Epifania, e negl' Eucologj de' Greci ſi legge la formula di queſta tal benedizione. Ma coll'andare de' tempi fu tolto l' uſo delle fontane; e ſon ſuccedute in luogo loro le urnette dell' acqua benedetta, che trovanſi comunemente negl' ingreſſi de' noſtri templi. Nella noſtra tavola i ⁖ ſegnano la fontana nel mezzo dell' area, e le lettere TTTT. i cancelli co' quali era attorniata. Ne portici dell' atrio ſtava la prima claſſe, o il primo ordine de' penitenti (Euſeb. *ibid*). Ma ſe queſti erano rei di quelle graviſſime colpe, che capitali erano appellate, erano diſcacciati anche da' portici, e coſtretti a ſtare allo ſcoperto nell' atrio (S. Greg. Thaumat. *Can. XL.*) Quindi è che Tertulliano nel libro *de Pudicitia*, atteſta che tutti coloro, i quali erano caduti in sì fatti delitti, erano non ſolamente impediti di entrare *in Chieſa*, ma anche coſtretti a non iſtare ſotto qualunque tetto, che alla medeſima Chieſa apparteneſſe. (*Cap. IV*, *p.* 557.) Il qual paſſo ho io voluto addurre perchè ancora ſi vegga, ſe per la parola *Chieſa* abbia inteſo ſempre le adunanze Tertulliano, e non l' edifizio, come ha preteſo il Boemero. Poichè non credo, che voglia coſtui attribuire il teſto addotto all' adunanza.

Dopo l' atrio ſi paſſava all' interiore *Nartece*. Era queſto *Nartece*, o *ferula*, che vogliam dire, nelle più gran Chieſe un portico interiore diviſo dalla Nave del tempio per un muro (come ſi vede nella riferita Tavola alle lettere M. M.), e non per un tavolato, come alcuni s' immaginarono. Imperciocchè, ſe foſſe ſtato nella ſteſſa nave della Chieſa, e ſolamente diſtinto per un tavolato dal luogo, dove ſi fermavano i battezzati, che della comunione delle coſe ſante godevano, come avrebbe detto Teoriano nella ſua legazione, che il *Nartece è fuor della Chieſa*? Onde ſe attentamente riflettiamo a ciò che ſcriſſe Paolo Silenziario nella ſua relazione della Chieſa di S. Sofia, noi troveremo che il nartece non era differente dal portico interiore di quel tempio. „ Dopo queſti ve„ ſtiboli del Clauſtro, dice egli, è uno „ ſpazio lungo, quanto larga la Chieſa, „ dove per certe larghiſſime porte entrano „ i concorrenti. Queſto luogo è da' Greci „ chiamato Nartece. Di qui ſentonſi le lo„ di del noſtro benefattore Gesù Criſto. „ Quindi per ſette porte poſſono entrare „ dentro la Chieſa, dove ſono invitati i „ popoli. Una di queſte porte corriſponde „ alla fronte dell' anguſto nartece verſo l' „ auſtro, l' altra verſo ſettentrione; e le „ cinque reſtanti ſono occidentali nell' ul„ tima muraglia del tempio. " Poichè non altro ſignificano queſte parole, ſe non che dall' atrio ſi paſſava per certe ample porte (come ſi vede nella tavola P. O. P.) a uno ſpazio lungo, quanto era largo il tempio, il quale ſpazio ſi chiamava nartece, onde poi ſi entrava per ſette porte nella nave della Chieſa, due delle quali porte erano laterali al nartece, (vedi la tavola lettere N. N.) e le altre nel muro occidentale della nave della Chieſa (vedi la tavola lettere L L K L L). Era dunque il nartece diviſo dalla nave della Chieſa per un muro, e non già per un tavolato. E per vero dire, dove mai Euſebio, dove Procopio, e dove altri antichi Scrittori hanno fatto menzione di un ſimile tavolato? Errarono pertanto quegli Scrittori, per altro dottiſſimi, i quali non avendo fatta rifleſſione alle teſtimonianze de' noſtri Maggiori, credettero, che le Chieſe antiche foſſero ſomiglianti a certe moderne dei Greci, la corſia delle quali è diviſa in due parti per un tavolato, ſicchè la inferior parte alla porta vicina è più ſtretta aſſai della ſuperiore, ed è appellata nartece. Dopo che fu introdotta la diſtinzione de' penitenti, e de' catecumeni in varie claſſi, furono aſſegnati loro i proprj luoghi ne' templi. Era il nartece deſtinato pe' catecumeni, per gli energumeni, e per quei, che faceano penitenza, i quali erano chiamati audienti, perciocchè era loro permeſſo di aſcoltar quivi gl' Inni, e Salmi, che ſi cantavano in Chieſa, e le iſtruzioni altresì, che davano a concorrenti i miniſtri della divina parola. Quindi è, che l' autore antico delle Apoſtoliche Coſtituzioni preſcrive, che l' ordinato dopo la ordinazione ne parli al popo-

lo

Sanctitas Templi ritibus Catholicis conſecrati: ſanctitas Templorum Catholicorum dotata, & ornata... Julii Cæſaris Bulengierii *de Donariis Pontificum*, Theophili Raynaudi *in heteroclitis Spiritualibus, p.* 184, *ſeq.* Joannis Tomci Mar-

---

lo, e finito che avrà di ragionare, dica il Diacono da un luogo eminente, *Eſcano gli audienti, e gl' infedeli*. Racconta eziandio l'autore dell'ultimo canone aggiunto alla lettera canonica di S. Gregorio Taumaturgo, che l'audizione ſi faceva dentro la porta del veſtibolo nel nartece, dove chi avea peccato potea ſtare finchè non erano licenziati i catecumeni, e udire la divina parola, e poi uſcire. Appartenevano gli *audienti* al ſecondo ordine di coloro, che faceano penitenza, poichè quelli della terza claſse, (che *ſuſtratti* erano appellati, perchè aveano finito tre anni nel pianto, e tre altri nell'aſcoltare, e ſei anni ancora doveano aſpettare per eſſer ammeſſi alla comunione) non nel nartece, ma dentro le porte della Chieſa nella nave ſi adunavano. Permettevaſi talvolta ancora a' gentili, e agli ebrei, e agli eretici, e agli ſciſmatici di entrare nel nartece, e di udire la predica, o la iſtruzione, che davaſi da' miniſtri del ſanto Vangelo, affinchè ſi poteſſero convertire, ſe Dio ſi foſſe degnato di toccar loro il cuore.

Dal Nartece entravaſi nella nave, così chiamata, perchè era lunga aſſai più, che larga. Erano in eſſa varie diviſioni, perchè gli uomini ſtaſſero ſeparati dalle donne (Clem. *Conſtit. Apoſt. LIII, c. LVII.*), le quali diviſioni erano forſe fatte con tavolati, che impedivano, che non ſi poteſſero ſcambievolmente vedere. Stavano gli uomini dalla parte ſiniſtra, il che ſi può facilmente provare con una iſcrizione antica trovata nel cemeterio Vaticano, in cui leggiamo, che la ſiniſtra parte della Chieſa era deſtinata per gli uomini (*Lib. II Rom. ſubter. c. X, n. XXIII, p.* 204.). Onde nella tavola di ſopra riferita la parte H. ſi può dire, ch'era deſtinata per gli uomini, la qual parte rimane ſiniſtra riguardo a chi entra in Chieſa, e la parte G. per le donne Nell' ingreſſo della nave, come abbiam detto, ſtavano i penitenti *Suſtratti*, I. I. affinchè uſcendo il Veſcovo ſi metteſſero inginocchioni, e riceveſſero la impoſizione delle mani. Vicino al luogo de' ſuſtratti era l'*ambone*, o il *pulpito*, (Tav. lett. Y.) onde ſi leggevano le ſacre Scritture al popolo, e onde ſi predicava.

Dopo la nave ſeguiva il *coro*, dai Greci chiamato Σῆμα, il quale era ſeparato dalla medeſima per una o più balauſtrate. (Vedi i ſegni nella Tav.) era queſti il luogo de' Miniſtri del ſacro Altare. Dal coro era ſeparato il *bema*, (Tav. lett. C. C.) ovvero il *Santuario* con un tavolato, nel qual tavolato erano tre porte. (Tav. Lett. F. B. F.) La porta di mezzo era maggiore delle altre due, ed era chiamata Santa. Dentro il *Bema* era l'altare, (Vedi la tavola di ſopra riferita alla let. A.) dove ſi offeriva il divin ſacrifizio, ed era queſto luogo (perciocchè non era lecito di entrarvi, fuorchè a' chierici) chiamato inacceſſo e ſacro. Erano in oltre i templi ornati con alcune immagini rappreſentanti le Iſtorie del vecchio, e del nuovo Teſtamento, e varj Santi che per la fede aveano patito il Martirio. Uſavanſi eziandio in quel tempo i cerei, e varj ornamenti delle Chieſe, e de' Miniſtri de' Sacri Altari, delle quali coſe noi trattiamo diffuſamente nelle noſtre Antichità Criſtiane. Ma era ſingolare ne' primi tempi la ſemplicità de' noſtri templi, come ce ne aſſicura Tertulliano nel capo terzo del libro, ch'ei compoſe contro i Valentiniani (*p* 251).

(h) Mam. *Coſtum. de' primit. Criſtian. l.* 1, *pag* 269, ediz. Venez 1757. Sapiamo eſſer in oltre egli antichiſſimo quel Dialogo intitolato *Filopatride* che trovaſi tra le Opere di Luciano. In queſto tal Dialogo ſi parla degli Oratorj de' Criſtiani, come ſe foſſero ſtati fabbricati con qualche magnificenza, e ornati ancora con ricchezza e leggiadria. Poichè così parla in eſſo Crizia, che fingeſi uno degl' Interlocutori. „ Paſſammo le porte di ferro, e le ſoglie di bronzo, e per molte ſcale girando intorno, ſalimmo alla caſa, della quale indorati erano i ſoffitti, in quella guiſa appunto, in cui era indorata la caſa di Menelao, ſecondo la deſcrizione di Omero. Vidi io allora non Elena, „ ma

Marnavitii Epiſcopi Boſnenſis *Diſſ. quæ* Romæ anno 1635 in lucem prodiit, aliorumque plurium, quos Fabricius enumerat *in Bibliographia antiquaria*, *pag.* 414; qui cum fluant lutulenti, erit tamen quod tollere poſſis.

QU.

„ ma certi uomini pallidi, che ſtavano in„ ginocchioni. „ Egli è vero, che alcuni s' immaginarono (Baſnag. T. *II Annal.* ad ann. 213, §. 3) parlarſi quivi dal Dialogiſta non de' Criſtiani, ma degli Aſtrologi, uſando egli delle parole, che ſono proprie di quella vana profeſſione. Ma non videro già coſtoro, che tutto il Dialogo ſi aggira intorno alle coſe de' Criſtiani, e che in queſto medeſimo paſſo ſi ragiona di coſe appartenenti al divin culto, le quali coſe non convengono all' Idolatria? Che ſe l' autore confuſe inſieme gli Aſtologi, ed i Criſtiani, non è da meravigliarſi, eſſendo certiſſimo, che i noſtri erano da' Gentili chiamati ſtregoni, e malefici, come dimoſtrammo nel primo volume delle noſtre antichità (*p.* 80, *& ſeq.*). Avendo pertanto alcuni altri compreſo la falſità della Interpretazione di coloro, che riferirono il paſſo a' Matematici, credettero di poterlo o affatto togliere, o ſnervare dicendo, che l' autore del Dialogo parla ironicamente, e quando dice i *Soffitti* ornati d' oro, intende i palchi fordidi, e mal fatti. Veramente è queſta una interpretazione pellegrina, che non ad altri potea ſaltare in capo, che al Boemero, a cui tanta venerazione preſtar ſogliono i Proteſtanti. (*Diſſert. De Anteluc. Chriſt. Cœtib. n.* 16.) Imperciocchè ſe l' autore del Dialogo parla ſempre ironicamente, e perciò queſto luogo ancora biſogna, che ſia ironicamente inteſo, egli è neceſſario, che ſia pure detto ironicamente ciò, che ſoggiunge degli uomini *pallidi*, e macilenti, i quali ſaranno ſtati ſecondo lui, e *graſſi*, *e roſſi*, *e candidi*, e non ſaranno ſtati inginocchioni, ma ritti, e così diſcorrendo. Che ſe avea difficoltà Boemero intorno a ſoffitti dorati, e alle ſoglie di bronzo, e alle porte di ferro, delle quali ſi fa nel dialogo menzione, eſſendo ſomiglianti coſe magnifiche, e parendo che non convengano all' età di Trajano; dovea piuttoſto dire, che il Dialogo era di età più recente, come diſſero altri Scrittori, e non ricorrere alla ridicoloſa Interpretazione dell' Ironia. Sebbene non vedo perchè ne' tempi, ne' quali ſotto Nerva, e ſotto Trajano per qualche tempo goderono i Criſtiani la pace, non poteſſero quelli, che tanto erano limoſinieri e pii, far anche un edificio ornato di dentro a onor, e gloria del Signore, che adoravano. Che ſe ſotto Diocleziano Imperator Gentile in luogo eminente avevano in Nicomedia una bella, e magnifica Chieſa, come alquanto dopo noi vedremmo, non comprendo, perchè un Oratorio di dentro ſolamente indorato e ornato non ſi poteſſe avere da' Criſtiani.

QU. XXXIII.

Ecquid affers de Congregatione Indulgentiarum?

§. I. VEnio ad Indulgentias, Pomum illud Eridis, quod tot contentiones orthodoxos inter heterodoxoſque ſæviſſe dolemus. Ac primis quidem Eccleſiæ temporibus Montaniſtæ adverſus Indulgentias ſigna tulerunt, bellumque poſtea inſtaurarunt Waldenſes, Wicleſus, Joannes Hus, ac tandem magno agmine facto Lutherus, Zuinglius, & Calvinus in eas irruerunt. Ad horum impetum frangendum Patres Tridentini ad calcem *Seſſ.* 25 hæc decreverunt: *Cum poteſtas conferendi Indulgentias a Chriſto Eccleſiæ conceſſa ſit* (a), *atque hujuſmodi poteſtate divinitus*

(a) Boſſuet *Eſpoſiz. della Dottrina della Chieſa Cattolica c.* 8. Biſogna ſpiegare ancora in qual maniera noi crediamo di poter ſoddisfare a Dio per la ſua grazia a fin di non laſciar alcun dubbio ſopra queſta materia. I Cattolici inſegnano di comun conſenſo, che ſolo Gesù Criſto Dio, ed Uomo inſieme poteva per la dignità infinita della ſua Perſona offerir a Dio una ſoddisfazione baſtevole per i noſtri peccati. Ma avendo egli ſoprabbondantemente ſoddisfatto ha potuto applicarci queſta ſoddisfazione infinita in due maniere, o dandoci una intiera abolizione ſenza riſervar alcuna pena, o commutando una maggiore in una minore, cioè a dire la pena eterna in pene temporali. Perchè la prima maniera è la più perfetta, e la più conforme alla ſua bontà, Egli l'uſa ſubito nel Batteſimo; ma noi crediamo che ſi ſerva della ſeconda nella remiſſione, che concede a' battezzati che ricadono nel peccato, eſſendovi in qualche modo forzato dall'ingratitudine di que' che ſi ſono abuſati de' ſuoi primi doni; in modo che devono ſofferir qualche pena temporale, benchè loro ſia rimeſſa l'eterna. Non biſogna quindi conchiudere, che Gesù Criſto non abbia intieramente ſoddisfatto per noi, ma al contrario, che avendo una ragione aſſoluta pel prezzo infinito, ch'egli ha dato per la noſtra ſalute, ci concede il perdono con tal condizione, ſotto tal legge, e con la riſerva, che a Lui piace. Noi faremmo ingiurioſi, ed ingrati verſo il Salvatore, ſe oſaſſimo di contraſtargli l'infinità del ſuo merito ſotto preteſto, che perdonandoci il peccato di Adamo non ci ſgrava nel tempo iſteſſo da tutte le ſequele di eſſo, laſciandoci tuttavia ſoggetti alla morte, e a' tante infermità corporali, e ſpirituali cagionateci da quel peccato. Baſta che Gesù Criſto abbia una volta pagato il prezzo, per cui ſaremo un giorno liberati intieramente da tutti i mali, che ci opprimono; a noi tocca di ricever con umiltà, e rendimento di grazie ciaſcheduna parte del ſuo beneficio conſiderando il progreſſo, col quale gli piace promover la noſtra liberazione ſecondo l'ordine ſtabilito dalla ſua ſapienza per il noſtro bene, e per una più chiara manifeſtazione della ſua bontà, e della ſua giuſtizia. Per una ſimile ragione non dee parerci ſtrano, ſe chi ci ha moſtrato una sì gran facilità nel Batteſimo, ſi rende più difficile con noi, dopo che ne abbiamo violato le ſante promeſſe. E' coſa giuſta, ed inſieme per noi ſalutare, che Iddio rimettendoci il peccato con la pena eterna, che avevamo meritata, richieda da noi qualche pena temporale per contenerci nel dovere, acciocchè uſcendo troppo preſto da' legami della Giuſtizia non ci abbondoniamo ad una temeraria confidenza abuſando della facilità del perdono. Per ſoddisfare dunque a queſta ob-

tus ſibi tradita antiquiſſimis (*b*) *etiam temporibus illa uſa fuerit : Sacroſancta Syno-*

obbligazione ſiamo ſoggetti ad alcuna opere penoſe, che adempir dobbiamo in iſpirito di umiltà, e di penitenza ; a queſta è la neceſſità di quell' opere ſoddisfattorie, cha ha obbligato la Chieſa antica ad imporre a Penitenti le pene, che ſi chiamano Canonicha. Quand' ella dunque impone a' Peccatori delle opere penoſe e difficili, a ch' eſſi le prendono a fara con umiltà, queſto ſi chiama ſoddisfazione ; e quando avendo riguardo al fervore de' Penitenti, od altre buone opera, che loro preſcriva, rimette qualche coſa della pena per eſſe dovuta, queſto ſi chiama Indulgenza. Il Concilio di Trento non propona altra coſa da credere ſopra il punto delle Indulgenza, ſe non che *la facoltà di concederle è ſtata data alla Chieſa da Gesù Criſto, e che l' uſo n' è ſalutare* ; al che queſto Concilio aggiunge, *ch' egli deve ritenerſi, ma con moderazione, acciocchè la diſciplina Eccleſiaſtica non venga ſnervata da una ſoverchia facilità* : il che moſtra, la maniera di diſpenſar le Indulgenze appartener alla Diſciplina. Quelli ch' aſcono da queſta vita con la grazia, a carità, ma tuttavia debitori delle pene riſervate dalla divina giuſtizia, le ſoffeiriſcon nell' altra. Il che obbligò tutta l' antichità Criſtiana ad offerir prieghi, elemoſina, e ſagrifizj par li fedeli, cha ſono morti nella pace, e comunione della Chieſa con una fede certa, che poſſon eſſer ajutati per queſti mezzi. Queſto è quel, che il Concilio di Trento (*Seſſ.* 25, *de Purg.*) ci propone da credere intorno alle anima ritenuta nel Purgatorio ſenza determinare in che conſiſtano le loro pene, nè molte altre coſe ſimili, ſopra la quali queſto Santo Concilio richiede gran cantela, e ritegno, biaſimando coloro, cha ſpacciano ciò, ch' è incerto, e ſoſpetto. Tal è la ſanta, ed innocente dottrina della Chieſa Cattolica intorno alla ſoddisfazioni, che ſi è voluto addoſſar per un sì grande delitto. Sa dopo queſta eſplicazione i Preteſi-Riformati ci oppongono, cha facciamo torto alla ſoddisfazione di Gesù Criſto, biſogna che ſi ſieno dimenticati, cha noi loro abbiam detto, il Salvatore aver pagato il prezzo intiero del noſtro riſcatto: nulla mancar a queſto prezzo, poichè è infinito, e qualla riſerve di pene, di cui abbiamo parlato, non provenir da alcun difetto di tal pagamento, ma da un cart' ordine, ch' egli ha ſtabilito per trattenerci con giuſti timori, e con una ſalutare diſciplina. Che ſe ci oppongono ancora, che noi crediamo di porer ſoddisfare par noi medeſimi a qualche parte dalla pena dovuta a' noſtri peccati ; potremo dire con fiducia, appatir il contrario per le maſſime già da noi ſtabilite. Elle ſanno chiaramente vedere, che tutta la noſtra ſalute non è, che un' opera di miſaricordia, e di grazia ; che quel che noi facciamo per la grazia di Dio non è men ſuo di quel, ch' ei ſaccia tutto ſolo per la ſua volontà aſſoluta ; e che finalmenta quel che a lui diamo non gli appartiene meno di quel ch' eſſo dà a Noi. Al che biſogna aggiungere, quel che Noi chiamiamo ſoddisfazione ſecondo tutta la Chiaſa antica, non eſſer alla fina, che una applicazione dalla ſoddisfazioue infinita di Gesù Criſto. Queſta medeſima conſiderazione appagar dee chi ſi offande quando diciamo, che Iddio ſi compiaca talmente della carità fraterna, e dalla comuniona da' ſuoi Santi, che ſpeſſo ancora riceve le ſoddisfazioni, che gli offriamo gli uni per gli altri. Sembra, che queſti non concepiſcano come tutto quel che noi ſiamo, ſia di Dio, nè come tutti i riguardi, che ha per ſua bontà de' fedeli, che ſono le membra di Gesù Criſto, ſi riferiſcano neceſſariamente a queſto Capo divino. Ma certo qualli, che hanno letto, e conſiderato, che Iddio medeſimo iſpira a' ſuoi ſervi il deſiderio di affliggerſi nel digiuno, nel ſacco, e nella cenera non ſolamenta per i loro peccati, ma par quelli di tutto il popolo, non ſi maravigliaranno, ſa noi diciamo, ch' ei moſſo dal godimento che ha nel ſar grazie a' ſuoi amici, accetta miſericordioſamante l' umile ſagrifizio delle loro volontarie mortificazioni in diminuzione da' caſtighi, ch' egli prepara al ſuo popolo ; il che moſtra, che ſoddisfatto dagli uni ſi vuol raddolcir verſo gli altri, onorando per quaſto mezzo il ſuo figliuolo Gesù Criſto nella comunione de' ſuoi membri, a nella ſanta ſocietà del ſuo corpo miſtico.

(b) Orthodoxa fides docet, in Eccleſia poteſtatem eſſe concedendi Indulgentias, earum-

Digitized by Google

Synodus Indulgentiarum uſum Chriſtiano populo maxime ſalutarem, & Sacrorum Conciliorum auctoritate probatum in Eccleſia retinendum eſſe docet, & præcipit (c); *eoſque anathemate damnat, qui aut inutiles eſſe aſſerunt, vel eas con-*

rumque uſum ſalutarem fidelibus eſſe. Nam Eccleſiæ ligandi, & ſolvendi, remittendi peccata, & clavium poteſtas conceſſa eſt, & quæ ipſa remittit, & ſolvit in terris, remiſſa, & ſoluta habentur in Cœlis. Ex iis vero Patres omnes colligunt, collatam Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus poteſtatem injungendi Pœnitentibus ſatisfactorias pœnitentias, & relaxandi. Patrum teſtimonia obvia ſunt. Uſus vero Indulgentiarum ex perpetua, & conſtanti traditione comprobatus rem ulterius confirmat. Paulus enim *II ad Corinth. II*, erga inceſtuoſum Corinthium hac uſus eſt Indulgentia, *ne*, inquit, *abundantiori triſtitia abſorbeatur*. Quæ verba Chryſoſtomus *Hom. II in II ad Corinth.* ita exponit. *Ex ea re docemur, quod non ſolum ad peccatorum naturam, verum etiam ad mentem, habituque Pœnitentium oportet moderari diſciplinam*. Indulgentias præterea ſecundo Eccleſiæ ſæculo probavit Tertullianus, antequam ad Montaniſtas tranſiiſſet, in libro quem ſcripſit *ad Martyres c. 1.* S. Cyprianus pluries ſcribit, ad Martyrum preces Eccleſiam in more habuiſſe remittere pœnas pœnitentibus. Uſus præterea Indulgentiarum in antiqua Eccleſia conſtat etiam ex relaxatione pœnitentiæ, quæ fiebat ab Epiſcopis in Cœna Domini iis, qui per Sacramentalem Abſolutionem initio Quadrageſimæ a Presbyteris abſoluti fuiſſent, ut pluribus oſtendit Amort. *Diſſ. prælim. de Indulg.* §. 11.

Ex antiquo Eccleſiæ uſu conſtat hanc relaxationem pœnæ Canonicæ validam fuiſſe etiam coram Deo.

I Quia Epiſcopi in relaxatione pœnæ Canonicæ utuntur deprecatoria formula ſimili illi, qua abſolutionem Sacramentalem concedebant, & in utraque abſolutionem petebant a peccatis in remedium animæ, ut videre eſt in antiquo Ordine Romano.

II Quia tempore S. Cypriani fideles putabant, ſe liberari a numinis vindicta, & ira Dei, ſi Martyrum interceſſione obtinuiſſent relaxationem pœnæ Canonicæ, ut legere eſt in Cypriani Epiſtolis.

III Quia Tertullianus *l. de Pudicit. c. ultimo* teſtatur hanc fuiſſe univerſalem Eccleſiæ perſuaſionem, ut meritis, ac ſatisfactionibus Martyrum peccata remitterentur, ſive pœnæ peccatis debitæ. Idem præterea conſtat *ex Epiſtola Cleri Romani ad Cyprianum*, & ex S. Ambroſio *l. de Pœnitentia*, ubi ait: *Tota Eccleſia ſuſcipit onus peccatoris, cui compatiendum, & fletu, & oratione, & dolore eſt, & quaſi fermento ejus ſe totam conſpergat, ut per univerſos ea quæ ſuperflua ſunt in aliquo pœnitentiam agente, viritim miſericordia, aut compaſſionis velut collativa quadam admixtione purgentur*. Ex eodem *de Pœnitentia l. 2, c. 3*, habemus, fieri conſueviſſe remiſſionem pœnæ Canonicæ in primitiva Eccleſia ob interceſſionem, & merita Sanctorum, & ex Tertulliano *l. de Pœnit. c. 9*, aliiſque.

(c) Videamus, quomodo Romani Pontifices antiquitus utendo rigore Canonum, & nunc adhibendo eam moderationem, ut pœnitentiæ ſeverioris modum relinquant communiter cujuſvis arbitrio, ſemper reſpexerint ad neceſſitatem temporum, & utilitatem plurimorum.

I Antiquitus Chriſtiani vivebant permixti cum Gentilibus, qui majorem concipiebant reverentiam erga Eccleſiam, ſi viderent, vitia tam ſevere elui. Itaque ad conciliandam hanc venerationem, & converſionem Gentilium congruum erat uti tali remedio; & utilitas paucorum fidelium debebat cedere publicæ honeſtati Eccleſiæ.

II Natura Chriſtianorum plurimorum recenter ex Gentiliſmo converſorum in populi magna parte erat adhuc nimis barbara, & vitiis dedita, ut poſſet mille exemplis per decem prima ſæcula demonſtrari; talis autem natura timore, ut ſervilis, durius tractari debuit, quia ut Sapiens ait: *Diſciplina ſervo*.

III.

concedendi in Eccleſia poteſtatem eſſe negant. In his tamen concedendis moderationem juxta veterem, & probatam in Eccleſia conſuetudinem adhiberi cupit; ne nimia facilitate Eccleſiaſtica diſciplina enervetur. Hæc Tridentina Synodus.

§. II.

III Illis temporibus plurima ſcelera non coercebantur legibus civilibus, maxime fornicatio, mollities, ſodomia, perjuria extrajudicialia, blaſphemiæ, & univerſim omnes tranſgreſſiones legum Eccleſiæ; cum ergo Eccleſia tunc non habuerit aliud medium expurgandi Eccleſiam ab his fæcibus, niſi forum Pœnitentiale, debuit in illis adhibere rigorem Canonum. Principes Chriſtiani cum viderent Eccleſiam ſatis punire talia ſcelera, judicia hæc reliquerunt Eccleſiæ uſque ad Sæculum undecimum, nec multum curarunt in foro externo illa ſcelera punire. Nunc autem cum omnia illa crimina ſevere puniantur per leges Principum, poterat Eccleſia agere mitius, quia non amplius erat periculum, ne publice talia ſcelera invaleſcerent.

IV Antiquitus non dabantur tot ſubſidia promovendi Sanctitatem in populo, prout nunc dantur; multiplicabantur ſcelera, & non erat efficax remedium reſiſtendi torrenti, ne prorſus inundaret omnia, niſi timor Canonum Pœnitentialium; nunc autem multiplicantur Clerici, Eccleſiæ, Parochiæ, Catecheſes, Conciones, ſcholæ, libri pii, exempla Sanctorum, ac piorum, Leges Juris Eccleſiaſtici, Religioſi Ordines, Monaſteria, quæ omnia multum fæcis ex hoc mundo exhauriunt, Juventutem Chriſtianam partim bonis moribus imbuendo, partim a Mundo extrahendo, partim in exemplo ſuorum propinquorum conſtituendo. Itaque rigore tanto amplius opus non eſt eo tempore, quo plus inferret damni, quam lucri. Antiquitus non erant introductæ in populum tot piæ conſuetudines, & devotiones publicæ, quæ dum fideles perpetuo occupant, ac diſtrahunt, potenter a malis occupationibus avocant. Tales ſunt Feſtivitates frequentes, confeſſiones, comprecationes, Peregrinationes, Confraternitates &c. Itaque ſicut virga e domo ejicitur, liberis jam adultis, & ad ſanam rationem compoſitis, ita antiqua diſciplina non eſt retinenda ab Eccleſia in optimo ſtatu conſtituta; neque per hoc mutatur Spiritus Eccleſiæ, quia ſicut anima una remanet in corpore humano pro diverſitate ætatis, ac ſenii valde diverſo, ita in Eccleſia datur quædam una, ac immortalis anima legum omnium, intentio videlicet legislatoris ſemper reſpicientis ad bonum commune, ad neceſſitatem temporum, & ad utilitatem plurimorum.

Quod ſi objicies, Romanos Pontifices nunc habere eum modum tendendi in ſuis Indulgentiis, quaſi poſſent Satisfactiones Sanctorum diſpenſare, cui vellent, quod antiquitus non præſumpſerunt, ſed contenti fuerunt ſolis ſatisfactionibus Chriſti; deinde eoſdem nunc poteſtatem ſuam extendere etiam ad Purgatorium; tandem eos nunc ſolos pro toto mundo diſpenſare Indulgentias, quod antiquitus non legitur: Reſpondeo primo cum Bellarmino *l. 1 de Indulg. c.* 4, non eſſe quidem opus ut adjungantur paſſiones Sanctorum paſſionibus Chriſti, quaſi hæ per ſe non ſufficiant, ſed adjunguntur tamen, quia æquum eſt, ut illæ paſſiones non ſint inanes; quomodo autem concurrant in hac applicatione Satisfactiones Sanctorum, ideſt, an applicetur una pars ſatisfactionis Chriſti cum paſſionibus Sanctorum, ideſt an applicetur una pars ſatisfactionis ex paſſionibus Chriſti, pars alia ex paſſionibus Sanctorum, an vero integra Satisfactio accipiatur ſemper ex paſſionibus Chriſti, & ſuperddantur ad cumulum ſatisfactionis paſſiones Sanctorum, non videtur curioſe inveſtigandum. Cum igitur ſatisfactiones Sanctorum Indulgentiis ſint accidentales, potuerunt omitti, vel addi in applicatione Indulgentiarum, quamvis eæ ob ipſam convenientiam intrinſecam etiam antiquitus adhibitæ fuerunt. Cum ergo verſemur in re accidentali, mutatio quoad ſubſtantiam fieri non potuit. Deinde reſpondeo, Indulgentias pro Defunctis eſſe ſolemnes deprecationes pro Defunctis, in quibus Summus Pontifex, nomine totius Eccleſiæ pro Defunctis Deo offert Sanctorum, & juſtorum opera. Cum ergo ſemper oraverit Eccleſia pro Defunctis, nihil in hoc innovarunt per Indulgentias Summi Pontifices,

§. II. Sed quoniam hujuſce Synodi auctoritate Acatholici non magnopere moventur, atque ad Apoſtolica tempora ſolent provocare, ideo Apoſtolorum doctrinam hac de re in medium afferamus, eamque Catholicorum dogmati apprime reſpondere, Lutheranorum vero ſententiæ omnino adverſari oſtendamus. Corinthius ille inceſti reus a Paulo Apoſtolo multa Pœnitentia multatus fuit, ut peccati ſui pœnam lueret: *Jam judicavi (I ad Corinthios V) ut præſens eum, qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, congregatis vobis, & meo ſpiritu cum virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti, tradere hujuſmodi ſatanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini noſtri Jeſu Chriſti*. Poſtquam ille multum Pœnitentiæ ſtadium decucurriſſet, multumque ad decurrendum ſupereſſet, laboribus, triſtitiaque fracto parci illi opertere, reliquamque Pœnitentiam condonari, indulgerique cenſuit Paulus: *Sufficit illi* (inquit *II ad Corinth. II*) *qui ejuſmodi eſt objurgatio, quæ fit a pluribus; ita ut e contrario magis donetis, & conſolemini, ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui ejuſmodi eſt*. Neque ſolum hanc Indulgentiam reliquæ Pœnitentiæ tribuendam illi eſſe cenſuit, verum etiam re ipſa tribuit; atque ut omnes intelligerent, hanc indulgentiam eam vim habere, quam habitura fuiſſet ipſa Pœnitentia, ſi integra peracta fuiſſet, *ad eluendam peccati pa am*, ſe id condonare, atque indulgere non ſua, ſed Chriſti auctoritate teſtatur. *Cui autem aliquid donaſtis, & ego: nam & ego quod donavi, ſi quid donavi, propter vos in perſona Chriſti*. (*II ad Corinth. II*, 10.) Nonne hic præclariſſimam imaginem adumbratam habemus earum Indulgentiarum, quas Catholica largitur Eccleſia?

§. III. Neque vero hæc liberalitas divinitus inſtituta una cum Paulo conſenuit, verum ad Apoſtolorum ſucceſſores, & hæredes veniſſe, uberrimoſque ſuos fructus edidiſſe, Annales paſſim teſtantur Eccleſiæ.

§. IV. Verum cum labentibus ſæculis hæc liberalitas diſſolutior facta eſſe videretur, idcirco Eccleſia (quid Eccleſiæ nomen ſibi velit, jam ſatis ſuperque dictum eſt. Vid. Quæſt. V.) ne hæc Indulgentiarum largitas vileſceret, remedia legibus ſuis quæſivit,

---

ces, ſed per eas ſolum invitant fideles ad ſecum comprecandum pro defunctis, & ut ad hoc facilius excitentur, promittit Papa ſe interpoſiturum ſimul pro tali anima deprecationem Eccleſiæ, & oblaturum Deo pro illa anima Sanctorum opera. Tandem reſpondeo, etiam antiquitus relaxationes tantum factas fuiſſe ex tacito, vel expreſſo conſenſu Summi Pontificis. Quod relaxatio pro mœchis habeat originem a Zephirino Papa, teſtatur Tertullianus; quod lapſis in Idolatriam facta ſit communio, & relaxatio, factum eſt ex conſenſu expreſſo Cornelii Papæ, ut teſtatur Cyprianus *Ep.* 52, & modum relaxationum etiam pro homicidiis præſcripſit Epiſcopis Germaniæ Nicolaus I, ut teſtatur ejus Epiſtola, quam dum luſtrarem Bibliothecas Bavariæ reperi in Manuſcripto Codice Sæculi duodecimi in Canonia ad S. Nicolaum Paſſavii, eſtque adhuc inedita. Denique quod antiquitus factum eſt ex generali conſuetudine Eccleſiæ haud dubie vim ſuam habet ex conſenſu tacito Legiſlatoris.

Vid. Muratorium in *Diſſertationibus ſuper antiquitatibus Italiæ, Diſſert.* 78.

vit, (*d*) queis abuſui atque corruptelis obviam itum eſt; Epiſcopis,

(d) Indulgentia definitur Remiſſio pœnæ temporalis debitæ pro peccatis actualibus quoad culpam jam remiſſis, facta extra Sacramentum ab habente facultatem per applicationem theſauri Eccleſiaſtici. Dividitur in plenariam, & non plenariam, ſeu partialem. Partialis eſt illa, quæ remittit ſolum partem pœnæ temporalis peccatis quoad culpam jam remiſſis debitæ, ex. gr. centum dierum, per quam remittitur tanta pœna, quanta remitteretur virtute illius Pœnitentiæ per canones Pœnitentiales in Jure Canonico poſt Decretum Gratiani impreſſos ſtatutæ, ſi ipſa per tot dies, vel annos in hoc mundo perageretur. Plenaria eſt illa, quæ remittit totam pœnam temporalem ex peccatis omnibus quoad culpam jam dimiſſis reſtantem, & debitam.

Dividitur Indulgentia in plenam, pleniorem, pleniſſimam. Indulgentia dicitur plena, quando tota pœna pro peccatis jam remiſſis debita remittitur. Plenior quando poteſtas extraordinaria abſolvendi a caſibus reſervatis ſuperadditur. Pleniſſima, quando ultra hæc etiam diſpenſationes in votis, & in hujuſmodo vinculis conceduntur, prout fieri ſolet in Jubilæo. Indulgentia conceſſa inſtar Jubilæi, vel per modum Jubilæi, vel in forma Jubilæi, non majorem effectum importat Indulgentia Plenaria, ſed ſolumodo majorem affectum, & cauſæ abundantiam, nimirum ut in fidelibus major lucrandæ Indulgentiæ cura majorque ex ea conſolatio excitetur.

Indulgentia alia eſt perpetua, alia temporalis, alia indefinita. Perpetua quæ expreſſe eſt conceſſa in perpetuum. Temporalis quæ eſt conceſſa ad determinatum tempus. Indefinita, quæ nulla temporis vel durationis mentione facta conceſſa eſt, quæ durat, donec tacite vel expreſſe revocata fuerit.

Indulgentia inſuper alia eſt localis alia realis, & alia perſonalis. Localis eſt ea quæ conceditur alicui pio loco; realis, quæ conceditur Coronis, Crucibus, Medaliis &c. ideſt fidelibus tales res penes ſe devote habentibus &c. Perſonalis quæ conceditur alicui Perſonæ tale opus peragenti.

Circa Indulgentiam localem hæc ſunt notanda.

I Si Eccleſia, ſeu Capella totaliter deſtruatur, & non reædificetur, perit, & ceſſat Indulgentia, quia ipſa non erat conceſſa loco ſimpliciter, ſed Eccleſiæ, ſeu Capellæ.

II Si Eccleſia totaliter deſtruatur, & ibidem in meliorem formam reædificetur, ſeu auctoritate ſuperioris in alium meliorem ſitum transferatur ſub eodem titulo & Patrono, retinet eamdem Indulgentiam.

III Si Eccleſia non totaliter deſtruatur, ſed tantum per partes, & paulatim reædificetur, retinet eamdem Indulgentiam.

Circa Indulgentiam realem hæc notanda ſunt.

I Si deſtruatur res, in qua erat Indulgentia, perit ipſa Indulgentia.

II Si Crux ſeu imago, cui eſt affixa Indulgentia ita frangatur ut non amplius referat ſpeciem Crucis, ſeu Imaginis, ceſſat Indulgentia.

III Si frangatur chorda, ſeu funiculus coronæ, cui eſt affixa Indulgentia, aut circiter pars granorum pro quibus alia ſubſtituantur, non perit Indulgentia.

IV Ut aliquis ſive ſanus, ſive moribundus lucretur Indulgentias conceſſas Crucibus, medaliis &c. debet Crucem, Medaliam &c. penes ſe habere.

V Nemo tamen poteſt lucrari Indulgentiam realem utendo Roſario, ſeu Medalia aliena, aut hujuſmodi.

Summus Pontifex de jure divino poteſt concedere quibuſvis fidelibus Indulgentias tum plenarias, tum partiales, tum perpetuas, tum temporales, tum locales, reales, & perſonales. Papa poteſt concedere haſce Indulgentias etiam ante ſuam conſecrationem, cum hujuſmodi poteſtas non ſit Ordinis, ſed Juriſdictionis. Epiſcopi de jure eccleſiaſtico poſſunt concedere Indulgentias unius anni in Dedicatione Eccleſiæ, & in Anniverſario Dedicationis, & aliis etiam in caſibus, & rationabilibus cauſis poſſunt concedere indulgentiam quadraginta dierum *c.* 14, *de Pœnit. & Remiſs.* Epiſcopi poſſunt facultatem concedendi Indulgen-

copis, Archiepiſcopiſque imminuta poteſtas, (Vid. quæſt. IV, V, VI.

gentias aliis delegare non ſolum Sacerdotibus, ſed etiam Clericis. Archiepiſcopi, Primates, & Patriarchæ poſſunt in ſuis Diœceſibus concedere Indulgentias quas concedere poſſunt Epiſcopi in ſuis, & inſuper in tota ſua provincia. C. 15 *eod.* Nuntii, ſeu Legati Apoſtolici poſſunt ſubditis ſuæ Nuntiaturæ & Legationis pro quocumque opere concedere 100 aut plurium dierum Indulgentiam; attamen ſemper minus quam annum. Pro templo autem ſeu Capella poſſunt concedere Indulgentiam ſeptem annorum, & ſeptem quadragenarum pro illis, qui confeſſi communicaverint, & in eo loco oraverint ad intentionem Eccleſiæ. Cardinales ultra Indulgentias, quas concedere poſſunt in ſuis reſpective Diœceſibus, ſeu Provinciis, ſi ſint Epiſcopi, ſeu Archiepiſcopi, poſſunt concedere Indulgentiam centum dierum in Eccleſiis ſuorum Titulorum, quamvis non ſint nec Epiſcopi, nec Sacerdotes. Si ſupradicti Papa inferiores in concedendis Indulgentiis excedant facultatem ſibi competentem, quamvis tales Indulgentiæ non valeant quoad exceſſum, valent tamen quoad eam partem, quæ numerum præſcriptum, ſeu facultatem eis competentem non excedit. Prælati Epiſcopo inferiores, quamvis in cæteris habeant facultatem quaſi Epiſcopalem, non poſſunt tamen jure ordinario & proprio concedere Indulgentias, cum id nullibi reperiatur eis conceſſum. Vicarius Generalis de jure ſine ſpeciali commiſſione non poteſt Indulgentias concedere; neque poteſt Capitulum, ſeu Vicarius Capitularis Sede vacante Indulgentias concedere. Ratio eſt, quia facultas concedendi Indulgentias non eſt adeo neceſſaria ad Diœceſeos regimen, ut aliquod damnum ei immineat, ſi ea careat, qui Diœceſim ad tempus adminiſtrat; quod de uſu Juriſdictionis, quoad alia externam politiam reſpicientia dici nequit. Deinde poteſtas concedendi Indulgentias licet Juriſdictionis, & non ordinis ſit, eſt tamen Juriſdictionis cujuſdam extraordinariæ ſoli dignitati Epiſcopali annexæ. Demum jus elargiendi Indulgentias plenarie reſidet in ſolo Romano Pontifice, qui Eccleſiæ theſauri ex infinitis Chriſti Domini meritis, Sanctorumque Satisfactionibus conflati cuſtos, adminiſter, & diſpenſator eſt, atque a Summo Pontifice profluit in Epiſcopos. Potuit autem Summus Pontifex illius juris partem conferre Epiſcopis tamquam ſuarum Eccleſiarum ſponſis, ut ea uterentur in commodum gregis, cujus veri Paſtores & tutores ſunt, & nolle illam credere aliis, qui neque Eccleſiarum ſponſi, nec veri Paſtores ſunt, ſed temporariam tantum curam gerunt. Solus Papa concedit Indulgentias pro Defunctis applicandas.

Ut valide concedatur Indulgentia etiam a Papa requiritur ultra legitimam poteſtatem etiam juſta, & legitima cauſa, & ſpectatis omnibus circumſtantiis etiam proportionata, ut quanto major eſt Indulgentia, tanto major cauſa requiratur. Indulgentias lucrari poſſunt omnes baptizati, rationis capaces, & debitores pœnarum temporalium. Indulgentias lucrari poſſunt etiam qui illas conceſſerunt. Nec obſtat quod nemo poſſit uti Juriſdictione in ſe ipſum, quia hoc verificatur ſolum in actibus Juriſdictionis contentioſæ vel coactivæ, non autem in actibus Juriſdictionis voluntariæ, cum Superior cum ſe ipſo diſpenſare poſſit, ſi habeat poteſtatem diſpenſandi generaliter cum omnibus ſuis ſubditis, & a fortiori poterit, ut perſona privata lucrari illas Indulgentias, quas ut Perſona publica, & Superior conceſſerit.

Ad lucrandas Indulgentias requiruntur ſequentes conditiones.

I Ut lucraturus Indulgentiam ſit in gratia Dei conſtitutus eo tempore, quo Indulgentiam conſecuturus eſt, quia reatus pœnæ nunquam aufertur niſi ablata culpa.

II Ut ſit ſubditus concedentis, ſeu ſi ſit exemptus, exiſtat ſaltem intra territorium Juriſdictionis illius.

III Ut non ſit ligatus excommunicatione majori, quia hæc privat communione bonorum ſpiritualium.

IV Ut opera præſcripta integre perficiat ad intentionem concedentis Indulgentias.

V Ut ea perficiat per ſe ipſum, excepta eleemoſyna, quæ etiam per famulum fieri poteſt a Domino.

VI Ut ſaltem ultimum opus præſcriptum perficiat in ſtatu gratiæ.

VI. (*e*)) totaque fere hujuſce Cœleſtis ærarii diſpenſatio ad S. Pontificem redacta eſt, qui ne a piis hominum fraudibus in tranſverſa ferretur, Cardinalium Congregationem ſibi conſiliariam adjunxit, quæ omnia diligenti trutina examinet, excutiat, exquirat. (Vid. de hac Congregat. Vanneſpen *P. II*, *Tit. VII*, *c.* 2. *n.* 30.)

Ni-

VII Ut habeat intentionem ſaltem habitualem & interpretativam eas lucrandi.

Quod attinet ad intelligentiam verborum „ *Qui vere pœnitentes confeſſi ac ſacra* „ *Communione refecti Eccleſiam viſitave-* „ *rint* “ quæ in Indulgentiarum Brevibus apponi ſolent; Sacra Indulgentiarum Congregatio die 31 Martii 1759, Declaravit Confeſſionem Sacramentalem peragi omnino debere etiam ab iis, qui ſibi lethalis peccati conſcii non ſunt; Confeſſionem autem ſuffragari etiam poſſe ſi expleatur in vigilia Feſtivitatis.

Tempus lucrandi Indulgentias in feſtis extra quadrageſimam (niſi aliud in Bulla conceſſionis caveatur) communiter nunc incipit a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis ſequentis diei. In quadrageſima autem tempus lucrandi Indulgentiam pro ſequenti feſto die conceſſam incipit media decima hora antemeridiana diei præcedentis, cum eo tempore in quadrageſima Veſperæ dici poſſint & ſoleant. In feriis autem, & non feſtis diebus tam in quadrageſima, quam extra quadrageſimam tempus lucrandi Indulgentias incipit a nocte intempeſta, uſque ad alteram noctem intempeſtam. Indulgentia tamdiu durat, quamdiu vult is, qui eam conceſſit. Indulgentia ſimpliciter & abſolute conceſſa ſine appoſitione determinati temporis durat perpetuo per ſe loquendo; nec perit Indulgentia per mortem concedentis. Indulgentia autem conceſſa uſque ad beneplacitum *Sedis Apoſtolicæ* durat perpetuo, niſi a Concedente vel Succeſſore revocetur, quia Sedes ipſa non moritur.

(e) Oſtenſum ibi a nobis eſt, poteſtatem ligandi, & ſolvendi, quam Chriſtus Apoſtolis tradidit, non ſingulis eorum, ſed eorum Univerſitati datam eſſe. Poteſtatem univerſo Senatui datam, a ſingulis inconſulto Senatu geri non poſſe; Juriſdictionem, quam Apoſtoli ſinguli exercuerunt, ab Apoſtolorum Univerſitate acceptam fuiſſe. Hinc ſequitur, Epiſcopos Apoſtolorum ſucceſſores Indulgentias largiendi poteſtatem qua ſingulos accepiſſe ab Eccleſia, hoc eſt ab Summo Pontifice, tacite vel expreſſe conſentiente Summo Pontifice. Si ab Eccleſia igitur potuit dari, & revera data fuit ſingulis Epiſcopis hujuſmodi poteſtas, ab Eccleſia potuit iiſdem etiam imminui, quemadmodum revera imminuta fuit juſtis de cauſis.

Digitized by Google

Nihilque nobis profers de Congregatione Reliquiarum?

Vid. Quæſt. XXVIII.

QU. XXXIV.

Quænam ſententia de Congregationibus Conſultæ, Boni Regiminis, Aquarum, Fontium, Viarum, Confinium, Annonæ, & de plerisque aliis quæ ad regimen temporale Status Eccleſiaſtici ſpectant?

§. I. QUi florentiſſimas Provincias, (*a*) Civitateſque Eccleſiæ Romanæ irretortis oculis ſpectant, ii magna animorum vi contendunt, Romanos

(a) Muratorius *de Antiquitatibus Italiæ*, *Diſſert.* 71. Noi miriamo oggidì riſplendere per illuſtre potenza, e per dominio temporale ſopra Città, e Caſtella non tanto il Romano Pontefice, quanto non pochi Arciveſcovi ed Abbati di Germania, Italia, Francia, e Spagna ec. Ma fu ben diverſa una volta la faccia delle coſe. Cioè ſenza comparazione ſi eſtendeva più lungamente allora la Signoria temporale dell' uno, e dell'altro Clero, e di gran lunga maggiore, anzi incredibile fu la loro opulenza, e maſſimamente in Italia. Bene ſarà l' eſporre quì brevemente il principio, e progreſſo di tanto loro potere. Di due ſorte, come anche oggidì, erano una volta i Beni temporali. Appartengono alla prima i Beni Privati, quali ſono i poderi, le fabbriche, le ſelve, il danaro, i mobili, ed altre ſimili coſe, eſiſtenti in dominio de' Cittadini, e delle Perſone private, e che ſi poſſono ſecondo il diritto delle genti vendere, comperare, donare, permutare, ed obbligare. L'altra parte abbraccia i Beni Pubblici, appartenenti alla Repubblica, o ſia al Principe, e ſi chiamano Regalie, ſieno coſe corporali, o diritti. Fra queſte ſi contano il comando ſopra i popoli, le Angherie, e Parangherie, la Giuriſdizione, le Gabele, e i Dazj, la Zecca, le Miniere, i Fiumi, le Saline, ed altre non poche coſe da vederſi preſſo i Legiſti. Manifeſta coſa è, che per li primi ſette Secoli Criſtiani, aſſaiſſimi Beni della prima ſpecie concorſero nelle Chieſe tanto per la pietà, e obblazione de' Fedeli, quanto per donazione degli Imperatori, ed altri Re, e Principi; del che gran copia di eſempj io ho recato nelle precedenti Diſſertazioni. Forſe ancora ſi può dimoſtrare facilmente, che non poche delle Regalie minori furono in que' medeſimi tempi contribuite ai luoghi, e Miniſtri Sagri. Ma per conto delle Regalie maggiori, e ſupreme, come il preſcriver leggi temporali, e comandare a popoli nel temporale coll' imporre pene, Giudici, e tributi, avere ſoldati, far guerra ad arbitrio ſuo, in una parola l' eſſer Signore temporale di Città, Caſtella, e Paeſi, comandando ivi con podeſtà Secolare Principeſca, che queſto Principato diſſi foſſe conceduto ad alcuno degli Eccleſiaſtici prima del Secolo ottavo, io non ſo d' averlo letto. I primi per quanto a me ſembra furono i Romani Pontefici, che diedero eſempio di queſta temporal Signoria. Imperciocchè eſſendoſi i Re Longobardi impadroniti dell' Eſarcato, togliendolo ai Greci Imperadori, col minacciare an-

Zz 2 che

manos Pontifices contra jus, faſque in tanti Imperii poſſeſſionem irruiſſe. At

che Roma, Stefano II Papa nell' anno 754 portatoſi in Francia implorò dal Re Pipino quell' ajuto, che non poteva ſperare dai Greci benchè ſi trattaſſe di un loro Dominio. Pipino due volte con potente eſercito entrato in Italia ſorzò il Longobardo a chiedere pace; ed avendo ricuperato l' Eſarcato, ne fece un dono alla Chieſa Romana, come di Stato conquiſtato per diritto di guerra. Di qua poi paſſarono più oltre i Papi a coſe maggiori, cioè ad ottenere la Signoria di Roma. Queſto eſempio ſervì poi ai Veſcovi Minori, e agli ſteſſi Monaſterj degli Uomini, ed anche delle Donne per procacciarſi il governo, o dominio d'ampie Città, di Caſtella intere, o d'altri pezzi di Regalie, e di temporal dominio. Se chiedi, come ſi faceſſero doni sì magnifichi alle Chieſe, non una ſu la cagione. La prima, e forſe la principale ſembra che foſſe la *Remiſſione de' peccati*, di cui ſi è diffuſamente trattato nella *Diſſert.* 68. Imperciochè in que' tempi ſregolati maggiormente abbondavano, che nei noſtri i misfatti, e peccati; e di queſta cattiva influenza non di rado parteciparono gli ſteſſi Imperadori, Re, e Principi, a'quali perciò s'imponevano nella Penitenza le pene Canoniche ſecondo l' uſo allora vigoroſo nella Chieſa di Dio. Niun' altra maniera conoſcevano allora i Principi per iſgravarſi dal peſo de' digiuni, e dell'altre Penitenze, che l' uſata dal Popolo, cioè di far limoſina a poveri, di far celebrar Meſſe, ed offerir poderi, ed altre ſimili ſoſtanze a' Luoghi, e Collegj ſacri. Gran differenza nondimeno paſſava fra le *Redenzioni* del Volgo, e de' Re. Meno ſi eſigeva dal Popolo ſecondo la condizione, e le facoltà delle Perſone; molto più dai Dominanti; sì perchè nelle bilance di Dio ſogliono peſar più alcuni peccati dei Principi, e sì perchè debbono più magnificamente trattar con Dio i Potenti, ſiccome provveduti di tanta maggior copia di Beni, che le private Perſone. Un picciolo tributo offerto dal povero a Dio vale per lo più moltiſſimo; laddove l' obblazion del ricco, e maſſimamente del Principe, ſe ſia lieve, e poco diverſa dal nulla, e congiunta con poco incomodo del donatore, ſi credeva piuttoſto atta a far comparire la di Lui Avarizia, che a redimere i peccati. Il perchè coſtumarono i Principi, e ſpecialmente i Re, ed Imperadori di offerire alle Chieſe non ſolamente Corti, e groſſe tenute di Beni per la redenzione de' loro peccati, ma anche Caſtella, Città, Comitati, Marche, Ducati, ed altre, aggiungendo nuovi doni a' vecchi, o almeno confermando il donato dagli Anteceſſori. Con queſto titolo ſi può credere, che Pipino, e Carlo Magno amendue di Francia offeriſſero a S. Pietro oltre all' Eſarcato altri Paeſi. E ciò ſembra additare lo ſteſſo Adriano I nell' *Ep. 92* al medeſimo Carlo nel Codice Carolino *p. 2, Tom. III de Rer. Ital.* Quivi il Pontefice ſcrive di Capoa, *quam Beato Petro Apoſtolorum Principi pro mercede animæ veſtræ, atque ſempiterna memoria cum cæteris Civitatibus obtuliſtis*. La ſteſſa Redenzion de' peccati ebbero davanti gli occhi gli altri Principi, e Re, che o donarono, o fecero tributarj alla Chieſa Romana Regni, o Principati. Fra queſti donatori ſi contarono una volta i Re di Spagna, di Aragona, di Portogallo, Polonia, Danimarca, Boemia. Irlanda, Ungheria, ed altri che riconobbero una volta i lor Dominj dalla Sede Apoſtolica dopo averli donati ad eſſa, oppure ne pagarono cenſo alla medeſima per atteſtato della lor temporale ſoggezione. Particolarmente poi nel Secolo XI dell' Era Criſtiana per ſimili obblazioni crebbe la potenza, e Maeſtà de' Romani Pontefici, perchè ſopra gli altri ſi moſtrò ſollecito a procurarle quel gran difenſore della dignità Pontificia, e dell' Eccleſiaſtica diſciplina S. Gregorio VII, come appariſce dalla di Lui *Epiſtola 3, l. IX*, in cui raccomanda al Veſcovo di Paſſavia di ſtudiarſi per quanto foſſe poſſibile, d' indurre Guelfo Duca di Baviera, e gli altri Principi di Germania, a ſoggettar le loro terre a S. Pietro *pro ſuorum Peccatorum abſolutione*. Scrive lo ſteſſo Pontefice Gregorio VII *nell' Ep. 23, l. 8*, che la Francia era ſolita fin dai tempi di Carlo Magno a pagare annualmente Cenſo alla Chieſa Romana, cui eſſo Re, ed Imperadore anche *Saxoniam obtulerat*. Scrive eziandio: *Dicendum eſt omnibus Gallis, & per veram obedientiam præcipiendum, ut unaquæque Domus* ſal-

Digitized by Google

At quantopere a veritate abhorreat eorum Oratio nervoſiore diſputatione oſtendit Claudius Fleuryus Romanorum auribus palpari minime aſſuetus.

Cc

ſaltem unum denarium annuatim ſolvant B. Petro, ſi eum recognoſcant Patrem, & Paſtorem ſuum more antiquo. Che frutto produceſſero queſte premure non ſi ſa. Certamente altrove ebbero buona fortuna; perciocchè *Demetrius Croatiæ, & Dalmatiæ Dux*, creato Re dallo ſteſſo Pontefice, ſottopoſe il ſuo Dominio alla Sede Apoſtolica nell' anno 1074, e le promiſe un annuo tributo. In oltre *Bertrannus Provinciæ Comes* nell' anno 1081, come abbiamo dal Cardinal Baronio, *pro remiſſione peccatorum ſuorum, & parentum ſuorum* offre, concede, e dona tutto il ſuo Comitato di Provenza *omnipotenti Deo, & SS. Apoſtolis Petro & Paulo, & Domino Gregorio Papæ ſeptimo, & omnibus ſucceſſoribus ſuis*. Parimente anche *Berengarius Barchinonenſis Comes* nell' anno 1090 offrì e donò a S. Pietro, e a Papa Urbano II *Civitatem Tarraconenſem*, tolta di mano ai Saraceni, *propter Redemptionem*, com' egli dichiarò, *peccatorum meorum, & Patris mei Raymundi, & parentum meorum*. Sappiamo ancora, che di queſto titolo ſi ſervì anche la nobiliſſima Eroina, cioè la Conteſſa Matilda, quando nell' anno 1102 donò *omnia bona ſua Eccleſiæ S. Petri*. Vedi lo Strumento ſuo nel *Tom. V Rer. Ital.*, dov' ella proteſta d' aver fatta così ampia donazione, *pro mercede, & remedio Animæ meæ, & parentum meorum:* la qual formola ſignifica la Redenzione delle Pene Penitenziali. Ho io prodotto varj atti ricavati dal Regiſtro MSS. di Cencio Camerlengo, da' quali appariſce il diritto che ſopra la Sardegna ebbe ne' paſſati Secoli la Chieſa Romana. E primieramente uno ſtrumento del 1224, in cui *Benedicta Donnicella Marchiſana Maſsæ, & Judiciſſa Calaritana* promette di pagar cenſo in avvenire ad eſſa Chieſa *pro Regno meo Calaritano, ſive Judicatu*. E più con giuramento di Vaſſallaggio preſtato nel 1234 da Orlandino Ugolino da Porcari a Papa Gregorio IX *de Rocca Maſſæ cum Curia ſua, & de Caſtro Potenzolo*. Così nell' 1236, *Adelaſia Regina Turritana, & Gallurenſis pro ſalute animæ ſuæ, & remiſſione peccatorum parentum ſuorum* dà, dona, e concede alla Sede Apoſtolica *totam terram Judicatus Turritani &c.* dichiarandoſi in avvenire Vaſſalla inſieme con Ubaldo Giudice di Gallura, e Turri ſuo marito. Parimenti nell' anno 1237, *Dominus Petrus Judex Arboreæ* ſi confeſſa Vaſſallo del Papa per eſſo Giudicato di Arborea, e promette di pagar cenſo in avvenire. Altri ſimili ſtrumenti ho io prodotto ſpettanti ai diritti d' eſſa S. Sede ſopra i Giudicati ſuddetti della Sardegna, cioè in tempi che Federigo II Auguſto s' attribuiva quivi Dominio ..... Prima di congedarmi da queſto argomento, ho io prodotto il Catalogo, delle Carte, che nell' anno 1366 ſi conſervavano nell' Archivio della Sede Apoſtolica, acciocchè s' intenda, quanti diritti temporali godeſſero una volta i Romani Pontefici, e ſi confrontino i preſenti con i paſſati tempi. Nè ſi creda alcuno ch' in eſſo Catalogo conſiſtano tutti i Dominj, e ragioni della S. Sede. Parte dell' antico Archivio della Chieſa Romana è a mio credere perito, e in quel Catalogo viene eſpreſſo quel poco, che reſta. In queſta mia Opera ho io prodotto altri documenti ſpettanti ad eſſa Chieſa, e tratti dal Regiſtro di Cencio Camerario, de' quali niuna menzione è fatta in queſto Catalogo. Quanto ad eſſo io lo riconoſco della Biblioteca Eſtenſe, dove ſi trova ſcritto in carta pecorina, ed è Originale, ſe iò non erro. Il tempo in cui fu eſſo fatto, ſi è l' anno 1367, come ſi vede eſpreſſo in fine del Codice. Da queſto Catalogo potranno gli eruditi ricavar non poche notizie ſpettanti a varj argomenti, e con eſſo s' ha da unire, quanto i P. P. Durand, e Martene pubblicarono nel *Tomo II, pag.* 1226, *Vet. Script. Coll.* appartenenti ſolamente ai tempi di Federigo II Auguſto.

Moshem. *Inſtit. Hiſt. Eccl. Sec. VIII, p.* 2, *c.* 2, §. 8. Obſequium Romanorum Pontificum in Francos magnas Eccleſiæ, cui præerant, opes pariebat. Vehementibus enim turbis, & Seditionibus in illa parte Italiæ, quæ in Græcorum adhuc poteſtate erat, per Leonis Iſauri, & Conſtantini Co-

pro-

Ce n' eſt pas (ait ille, *Diſſert. IV in Hiſtor. Eccleſiaſt. n. 9.*) qu' il ne ſoit per-

pronymi contra imagines decreta exortis Longobardorum Reges, & armis, & conſilio hos motus ita temperabant, ut paulatim Græcorum in Italia provincias, Exarcho Ravennæ moranti ſubjectas occuparent. Qua felicitate elatus Aiſtulphus Longobardorum Rex urbi etiam Romæ, ejuſque tractui inhiabat, totiuſque Italiæ imperium affectabat. Hæ temporum anguſtiæ cogebant Stephanum II Pontificem magni Patroni ſui Pipini Francorum Regis implorare auxilium. Is anno 754 trajectis cum exercitu Alpibus ab Aiſtulpho impetrabat, ut interpoſito Sacramento ſe Ravennatenſem Exarchatum, Pentapolim, & omnia quæ ceperat reſtituturum eſſe promitteret. Cum vero anno 755 Longobardus datam fidem falleret, atque Romam obſideret, Pipinus denuo cum copiis in Italiam profectus, eum ad promiſſa ſervanda adigebat, ereptaſque illi Græcorum terras, ideſt Exarchatum cum Pentapoli, S. Petro, Eccleſiæque ejus liberaliſſime donabat. Vid. Carol. Sigon. *de regno Italiæ l, 3, p. 202.* Henric. Comitis de Bunau *Hiſtoriam Imperii Germanici*, T. II, *pag.* 301, 366, Muratorium *Annali d' Italia Tom. IV*, *pag.* 310, & plures alios. Quinam autem Exarchatus hujus a Pipino donati fines eſſent, valde controverſum eſt; & multis noſtra in primis ætate virorum eruditorum laboribus inveſtigatum. Romani enim Pontifices quantum poſſunt, Exarchatum dilatant a Pipino donatum, & alii eumdem pro viribus contrahunt. Vid. Ludovic. Ant. Murat. *Droits de l' empire ſur l' etat Eccleſiaſtique c.* 1, 2, *& antiq. Italiæ medii ævi Tom. I, p.* 64, 68, 986, 987. Idem vero cautius diſputat *Tom. V*, *p. 790.* Lis hæc haud facile dirimi poteſt, niſi ex ipſis donationis tabulis. Juſt. Fontanin. *in Defenſ. prima Dominii Temporalis Sanctæ Sedis in Comachlum* Italice ſcripta *c.* 100, *pag.* 346, *c.* 67, *p.* 242, extare adhuc has tabulas ſignificat, & verba quædam ex illis profert.... Franciſcus Blanchinus *in Prolegomenis ad Anaſtaſium de vitis Pontificum Romanorum*, *p.* 55, ſpecimen quoddam Donationis hujus ex Farneſiano Codice ſiſtit, quod antiquitatis notas habere videtur.

Mortuo Pipino Longobardorum Rege, Deſiderius denuo S. Petri patrimonium, ideſt terras a Francis Eccleſiæ Romanæ donatas audacter invadebat. Hadrianus I tum Pontifex Romanus ad Pipini Filium Carolum, qui Magni poſtea cognomen obtinuit, confugiebat. Is ergo an. 774 ſuperatis cum valido exercitu Alpibus, Longobardorum in Italia Regnum, quod ducentis amplius annis ſteterat, evertebat, Regique Deſiderio in Galliam relegato, ipſe Regem ſe ſe Longobardorum creabat. Eo in itinere cum Romam Carolus etiam veniſſet, non modo liberalitatem Parentis erga S. Petrum probabat, verum etiam ſuperabat, atque alias Italiæ Provincias, & Urbes præter eas, quas Pipinus donaverat, Pontificibus regendas, & poſſidendas tradebat. Quænam vero hæ partes eſſent Italiæ, quas Carolus muneri parentis addidit valde hodie obſcurum & incertum eſt. Vid. Carol. Sig. *de Regno Italiæ l. 3*, de Bunau *Hiſt. Imp. German. Tom. II*, Petrum de Marca *de Concord. Sac. & Imp. l.* 1, *c.* 12, Ludov. Anton. Murat. *Droits de l' Empire ſur l' Etat. Eccleſiaſtic. c.* 2, Herm. Conringium *de Imp. Rom. Germ. c.* 6, alioſque. De amplitudine ac finibus novæ Dominationis Caroli M. æque fortiter certatur inter amicos Pontificis & Imperatorum, ac de munere Pipini. Qui Romani Pontificis cauſam agunt, contendunt, Corſicam, Sardiniam, Siciliam, tractum Sabinenſem, Ducatum Spoletanum, & multa præter hæc alia S. Petro a religioſiſſimo Carolo eſſe donata. Sed qui jura Imperatorum tuentur, quantum poſſunt munificentiam Caroli extenuant, arctoſque limites novo huic dono ponunt. Legi poſſunt hac de re, qui noſtro Sæculo de jure Imperatorum, & Pontificum in Comachlum, Florentiam, Parmam, Placentiam libros ediderunt, & præter cæteros Berretus in pereruditа *Diſſ. Corographica de Italia medii ævi.* Partium ſtudium, niſi me fallit opinio, diſputantes impedit, quominus ſemper verum videant. Et facillimus eſt in ejuſmodi rebus longa nocte involutis lapſus.

Supremum Jus in Urbem Romam, ejuſque tractum retinuiſſe Carolum, jus civibus

permis aux Eccleſiaſtiques, comme aux laiques, de poſſeder toutes ſortes de biens

bus dixiſſe per Judices ſuos, maleficos pœnis coercuiſſe, & omnia Majeſtatis jura exercuiſſe multi contendunt. Vid. tantum Muratorium *Droits de l'Empire ſur l' Etat. Eccl. c. 6, p. 77*. Alii vero pugnant cum Juſto Fontanino *Dominio della S. Sede ſopra Comachio Diſs. 1, c. 95, 96*, Carolum non Domini, ſed Advocati tantum Romanæ Eccleſiæ perſonam Romæ ſuſtinuiſſe, univerſo Imperio Pontificibus tradito. At non minus tamen, ne quid diſſimulemus, perſpicuum eſt, magnam Romani Pontificis poteſtatem in urbe, tractuque Romano fuiſſe, multaque cum Imperio quodam ab eo libere ſancita, & facta eſſe. Quanta vero hæc eſſet poteſtas, & quibus fundamentis, obſcurum valde, ac controverſum eſt.

Natalis Alexander *Hiſt. Eccl. ad Sec. IV, Diſs. 25, prop. 6*, affert edictum Lotharii, ex quo evincitur conſortium Dominii Pontificem inter ac Imperatorem tunc extitiſſe. *Volumus (l. 2 leg. Longobard. tit. 57.) ut cunctus Populus Romanus interregetur, quali lege vult vivere: ut tali lege, quali vivere profeſſi ſunt, vivant; illiſque denuntietur, ut hoc unuſquiſque, tam Judices, quam Duces, vel reliquus populus ſciat, quod ſi offenſionem contra eamdem legem fecerint, eidem legi, qua profitentur vivere per Diſpoſitionem Pontificis & noſtram ſubjaceant*. Verum (ſubdit ibid. Natalis Alexander) illud poteſtatis conſortium amovit Carolus Calvus, ſolidumque jus in Urbem Joanni VII. ejuſque Succeſſoribus conceſſit, anno circiter 876. Unde Eutropius Longobardus Presbyter poſt aliquot annos ſcripſit de Carolo Calvo: *Renovavit pactum cum Romanis, perdonans illis jura Regni, & conſuetudines illius... Cuncta illis contulit, quæ voluerunt*.

Moſhem. *ib. in Sæcul. XI, p. 2, c. 2, §. XI*. Felicior erat Gregorius VII in proferendis imperii Eccleſiæ Romanæ finibus, & patrimonio Sancti Petri amplificando. Mathildem enim, Bonifacii, ditiſſimi Tuſciæ ducis, & Marchionis filiam, Principem in Italia potentiſſimam permovebat, ut priori marito Godefrido Gibboſo, Lotharingiæ Duce, matreque Beatrice mortuis an. 1076, aut 1077, Romanam Eccleſiam omnium bonorum ſuorum tam in Italia, quam extra Italiam ſitorum, hæredem ſcriberet. Donationem hanc plus quam regiam ſecundæ nuptiæ fortiſſimæ & fortunatiſſimæ mulieris cum Welfo Welfi Bavariæ Ducis filio, conſentiente Urbano II Pontifice Maximo anno 1089 celebratæ, deſtruere videbantur. At renovabat eam ſolemni ritu anno 1102 Mathildis, poſtquam anno 1095 a marito relicta, & ſui denuo juris facta erat. Formula hujus iteratæ Donationis legi poteſt apud Leibnitium *in Scriptoribus Brunſvic. Tom. I, pag. 629*, & Muratorium *Scriptorum rerum Italicarum Tom. V, pag. 335*. Graves quidem de hac ſplendida hæreditate lites Pontificibus ab Henrico primum V Imperatore, deinde ab aliis motæ ſunt; neque tam ſecunda illi habuere fortunam, ut eam totam S. Petro vindicarent, at non medioctem tamen ejus partem poſt varia diſcrimina obtinuerunt, & adhuc poſſident. Viri egregii ex ipſis donationis tabulis concludunt, Mathildem Romanæ Eccleſiæ non quæ poſſidebat *feuda Imperii*, nec idcirco Marchiam Tuſciæ, Ducatumque Spoletanum, ſed *allodia* tantum ſua donaſſe. Dicit enim: *Ego Mathildis... dedi & obtuli Eccleſiæ S. Petri... omnia bona mea jure proprietario, tam quæ tunc habueram, quam ea, quæ in antea acquiſitura eram, ſive jure ſucceſſionis, ſive alio quocumque jure ad me pertinent*. Vid. *Orig. Guelphicæ Tom. I, l. 3, pag.* 448. Verum dubito num hoc mihi ſine controverſia credendum ſit. Verba enim *jure proprietario*, ex quibus viri docti concludunt, Mathildem bona tantum S. Petro legaſſe, quæ jure proprietario, ſeu allodii tum poſſideret, manifeſto, niſi totus fallor, non ad bona pertinent donantis, ſed ad modum liberalitatis, & cum antecedentibus verbis *dedi*, *& obtuli*, conjungi debent. Non dicit Princeps fœmina: *dedi bona omnia, quæ jure proprietario poſſideo, & habeo:* qua ratione ſi loquuta eſſet in virorum eruditorum ſententiam nobis migrandum eſſet: ſed dicit: *dedi omnia bona mea Eccleſiæ jure proprietario, ideſt volo, ut Eccleſia omnia bona mea jure proprietario, tamquam bona propria poſſideat*. Sequentia præterea verba hanc

biens temporels. (*b*) Vous avez vû, que des les premiers temps même ſous les Empereus payens, les Egliſes avoient des immeubles, & que les Evêques avoient en proprieté toutes ſortes de biens, même des eſclaves. D' ou il s' enſuit, qu' ils ont pû auſſi poſseder des Seigneuries, depuis que par la foibleſſe des Souverains, & par la mauvaiſe politique les juſtices ſont devenues patrimoniales, & la puiſsance publique laiſsée en proprietè a des particuliers. Car ſous l' empire Romain (Gelaſ. *Ep.* 8 *ad Anaſt. Hiſt. l.* 30, *n.* 31.) on ne connoiſſoit rien de ſemblable, & perſone n' etoit ſeigneur, que le ſouverain; mais depuis que les Seigneuries ont étè attacheés a certaines terres, en donnant ces terres à l' Egliſe on leur à donnè les Segneuries, & les Evêques ſont devenus Comtes, Ducs, & Princes comme ils ſont encore en Allemagne. Ainſi, ce qui eſt le plus eloignè de l' inſtitution, les moines, que leur humilitè avoit mis au-deſſous de tous les hommes, ſe ſont trouvez avoir des ſujets, & des vaſſaux; & leurs Abbez ont acquis le rang des Seigneurs & des Princes. Tous ces droits ſont legitimes; il n' eſt non plus permis de les conteſter à l' Egliſe qu' aux laiques; & pour revenir à l' Egliſe Romaine, il ſeroit tres injuſte de lui diſputer la ſouvrainetè de Rome, e d' une grande partie de l' Italie, dont elle eſt en poſſeſſion depuis tant de ſiecles: puiſque la plûpart des Souvrains n' ont pas de meilleur titre que la longue poſſeſſion .... Mais il falloit ſe ſouvenir de cette maxime ſi ſage de l' Apôtre, (*I Corinth. VI*, 12.) que ce qui eſt permis, n' eſt pas toujours expedient .... Je ne vois, que l' Egliſe Romaine, ou l' on peut trouver une rai-

---

hanc virorum doctorum. interpretationem plane refellunt. Neque enim ſcribere potuiſſet Mathildes: *ſive jure Succeſſionis, ſeu alio quocumque jure ad me pertineant*, ſi de bonis *quæ jure uno Allodii* habebat intelligi voluiſſet. Certe nullum genus bonorum eximit, verum omnia hac formula latiſſimæ poteſtatis complectitur. At reſpondebit forte aliquis: Eccleſia tamen Romana nunquam feuda Imperii Romani, quæ Mathildes poſſidebat, per ejus donatinnem ſibi data eſſe pugnavit, ſed Allodia tantum ejus poſtulavit. Neſcio, an hoc verum ſit; multa ſunt, quibus inducor, ut credam, Pontifices omoia bona Mathildis Eccleſiæ ſuæ adſerere voluiſſe: at ſi verum foret, de quo nunc diſputare nequeo, ea, quæ dixi non everteret. Neque enim de moderatione Romanorum Pontificum in petenda hæreditate a Mathilde relicta, ſed de ſenſu verborum donationis quæritur.

(b) Franciſcus Duarenus *de Sacris Eccleſiæ Miniſteriis, ac Beneficiis l.* 1, *c.* 4. Nec nos movere debet, quod pleroſque Sacerdotes, atque Eccleſias Imperium illud, quod a Jureconſultis dicitur *merum*, omnemque Juriſdictionem exercere videamus. Ea ſiquidem poteſtate non ut Sacerdotes, ſed ut Duces ac Comites, ac Dnmini utuntur. Quod non videtur uſquequaque improbandum eſſe, modo ea gubernatio a ſpirituali procuratione eos non avertat. Nam ſicut prædia ſibi donata a principibus aut aliis propria habere, ac retinere poſſunt; ita & Juriſdictionem quæ cum prædiorum donatione transfertur. Præterea quid vetat Dominum ac Principem Civitatis alicujus, aut Prnviociæ, ſi idoneus reperiatur, Epiſcopum creari? quod ſi uſuvenerit, nemo dixerit, opinor, eum facultates, ac patrimonium ſuum deſerere oportere; quaſi id retinendo, Epiſcopali munere fungi noo poſſit. Certe apud Theodoretum *l.* 2, *cap.* 3, cujuſdam Jacobi mentio eſt, qui ejuſdem Civitatis & Princeps, & Epiſcopus fuit.

Vide Bergier *T. XI*, *pag.* 94. Per giudicare ſe queſta ſovranità ec.

raiſon ſinguliere d' unir les deux puiſſances. Tant que l' empire Romain a ſubſiſtè, il renfermoit dans ſa vaſte etenduë preſque toute la Chretientè: mais depuis que l' Europe eſt diviſée entre pluſieurs Princes indépendans les uns des autres; ſi le Pape eût étè ſujet de l' un d' eux, il et ûétè à craindre que les autres n' euſſent eu peine à le reconnoître pour Pere commun, & que les ſchiſmes n' euſſent étè frequens. On peut donc croire, que c' eſt par un effet particulier de la providence que le Pape s' eſt trouvè independant & maitre d' un etat aſſez puiſſant pour n' etre pas aiſément opprimé par les autres Souvrains: afin qu' il fût plus libre dans l' exercice de ſa puiſſance ſpirituelle, & qu' il pût contenir plus facilement tous les autres Evêques dans leur devoir. C' etoit la penſée d' un grand evêque de notre temps. Hæc Fleuryus; quæ rem omnem, qua de agimus, plane conficiunt.

§. II. De Congregationibus autem, qnibus civilis Romana procuratur res nihil omnino dicere inſtitui; veritus ſcilicet ne Juris civilis interpretes aut interdicto mecum contendant, aut me ex jure manu conſertum vocent, quod temere in proprias ipſorum poſſeſſiones irruerim. (Vid. Card. de Luc. lib. XV, p. II, Diſc. XXV, XXVI, XXVII, XXVIII, XXIX, XXX, XXXI, XXXII, XXXIII, XXXIV, XXXV, XXXVI, XXXVII, XXXVIII, XXXIX, XL.)

QU. XXXV.

De Camerario Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Quænam Appellationes ad Summum Pontificem poſſunt interponi?

§. I. CUM Appellationes ab Epiſcopis, Metropolitiſque ad Summum Pontificem interpoſitæ Camerarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ tribunal ſoleant circumſtare (Vid. Card. de Luca *Lib. XV*, *Diſc. XI*, *n.* 1.) atque obſidere, abs re non erit de hiſce Appellationibus nonnulla hic profari, ne locus tam illuſtris, ac pervagatus a nobis prorſus prætermiſſus eſſe videatur. Sed quanta, bone Deus, de harum Appellationum jure diſputationum, (*a*) ac concertationum vis! Ego vero hunc nodum tot tantiſque laqueis impeditum uno mucrone reſolvam.

§. II. Duo ſunt tempora, in quibus Appellationum remedio vulneribus ſuis mederi cives ſolent. Vel enim a ſententia rite, recteque, ſed non ex ſenſu noſtro pronuntiata, vel a ſententia nedum non ex ſenſu noſtro,

(a) Marchetti *Critica della Storia Eccl. e Diſcorſ. di Fleury Tom I*, *Art. I*, §. 5. *Delle Appelazioni al Romano Pontefice dalle ſentenze de' particolari Sinodi, o de' Veſcovi; ſe Iſidoro v' introduceſſe novità*. Non ſi ſpaventino i miei Lettori ad un titolo così vaſto. Per trattarlo quanto baſti a premunirci nella lezione del noſtro Storico, poche coſe occorrono da dirne. Veramente ſe queſta materia tutta non ſi foſſe da circa un Secolo maravreglioſamente intralciata, agevol coſa ſi era il farne prendere a qualunque picciol Teologo una nozione adeguata. Baſtava dirgli: egli è certo nella Cattolica Chieſa, e preſſo anche i più adirati oppoſitori alle prerogative di Roma, che il Papa gode *per iſtituzione divina* un vero primato di *giuriſdizione* in tutta la Chieſa: *Dirò ciò ſolo, di cui concorde è il ſentimento di tutti i Cattolici*, „ dont tous les Catholiques conviennent " (dice Ludovico Maimbourg nel trattato *de l' Etabliſſemens, e des Prerogatives de l' Egliſe de Rome, c. IV.*) *che Gesù Criſto ſcelſe S. Pietro fra tutti i ſuoi Apoſtoli per conferirgli non ſolamente il Primato di onore, e di rango ..... ma ſibben anche il Primato di Giuriſdizione, di podeſtà, e di autorità ſopra tutti i Fedeli in tutta la Chieſa, della quale lo ſtabilì* CAPO. *E lo ſteſſo noſtro Autore il Fleury nel ſuo Catechiſmo Storico*: (*Tom II*, *p.* 1, *lez.* 46.) „ *Epiſcopus Romanus, quem hodie* „ *appellamus Papam, ſemper habitus eſt* „ *omnium Epiſcoporum primus, cum ha-* „ *beat ſupra alios Primatum Juriſdictionis* „ *jure divino, ſitque viſibile Capue Ec-* „ *cleſiæ & Vicarius Jeſu Chriſti*. " E queſta fu mai ſempre la coſtante dottrina della celebratiſſima Facoltà di Parigi, ſiccome è a vederſi nella di Lei cenſura dell' anno 1542 all' articolo 24 contro Lutero; l' anno 1607 contro Marc' Antonio de Dominis; nell' Aſſemblea dei Meſi Marzo, e Maggio dell' anno 1681; negli ſteſſi Comizj dell' anno 1682; ed in quelli (per tacerne altri più) del dì 8 Maggio 1728. Quindi la Facoltà ha ſempre coſtantemente aſſerito nei Succeſſori di Pietro queſto Primato di Giuriſdizione nella Chieſa tutta, *cui omnes Chri-*

ſtro , ſed neque rite , nec recte lata provocamus . In priore ſententia ſi peccatum eſt , opinationis peccatum eſt , in altera vero nequitiæ . In illa juris

---

Chriſtiani parere teneantur, e la dottrina contraria ha qualificata d' *Eretica*, e *Sciſmatica*. Ci volea quindi poco a capire il ſenſo di queſte parole *Primato di Giuriſdizione*, che a ſentimento di tutti, anche dei Proteſtanti (che perciò appunto l' impugnano) ſignificano una Giuriſdizione *ſuperiore* a quella di tutti i Veſcovi, di tutti i Primati, di tutti i Concilj, almeno (per tutte abbracciar le ſentenze) particolari. E ſiccome l' appello non men dai Canoni, che dalle leggi Civili ſi definiſce (*Canon. Placuit*, *Cauſ. II*, *Queſt. VI*, Ulpianus *l. 1*, *de Appell.*) *a minore Judice ad ſuperiorem provocatio*; ſi è ſempre inteſo, e s' intenderà ſempre da tutti, che lo ſteſſo natural ſentimento richieda, che dal Giudicato di un *Inferiore*, ad un *Superiore* nel genere medeſimo di podeſtà, appellare, provocare ſi poſſa. (Il punto della quiſtione conſiſte, ſe *omiſſo medio*, e ſe *dopo le tre conformi*, ſi poſſa appellare dall' Inferiore al Superiore, al che non avverte punto il noſtro Autore.) Queſto facile raziocinio coadjuvato da una ſerie coſtante di tradizioni dei Padri di tutti i Secoli meſſo in pratica in una catena non interrotta di fatti luminoſi, chiari, noti a tutti, baſtava a far comprendere a chi che ſia, che conceſſo una volta, ſuperiore eſſere l' autorità de' Papi, e minore quella dei Veſcovi, dei Primati, dei Concilj; n' era conſeguenza dettata da ogni buon ſenſo, che chiunque giudicato da queſti ſecondi, poteſſe di ſuo buon diritto appellare al Tribunale del Romano Pontefice. E ſe nel corſo di omai diciotto ſecoli, quanti ne conta la Chieſa, ritrovato ſi foſſe alcun fatto, o detto, che a sì certa dottrina, ed a tanti più, e tanto più chiari contrarj detti, e fatti, ſembraſſe aver repugnanza; o conveniva ſpiegarſi a coerenza di eſſi, o nella ſua ſingolarità abbandonarſi. Quivi però ſi è tenuto un oppoſto ſiſtema. Dappoichè eruditi, e dotti Uomini, ma per avventura da alcuna opinione preoccupati, recentemente ſonoſi poſti a trattar la materia delle Appellazioni Romane, ſi è andato ſtudioſamente cercando, e fiutando in tutta l' antichità alcun teſtimonio, o ſingolare, od oſcuro di alcuno Scrittore, che a queſte Appellazioni pareſſe contrario; e con eſſo alla mano ſi è preteſo di ſtravolgere le idee più chiare ſu queſto punto; con eſſo ſpiegar mille luoghi i più eloquenti, mille de' più incontraſtabili fatti. Ed ecco in una materia, che fu già d' iſpezion così ovvia, riempiute di più groſſi volumi le Librerie; ecco ingolfati in un mare gli ſtudioſi delle Eccleſiaſtiche antichità; ecco gli dubbioſi, ed incerti ſu d' un punto, di cui, a portar l' idee nella ſua giuſtezza, appena poteaſi avere leggero ſcrupolo. Dio voleſſe, che foſſe queſto l' unico eſempio nella letteratura moderna di una materia divenuta oſcura, da che ſi è impreſo appunto ad illuſtrarla. Avvedutamente però il de Marca, *Qui* (ſiccome eſprimeſi il Signor Blaſco *Comment. de Coll. Can. Iſidori cap. 9*, *in princ.*) *Mercatoris ſcopum fuiſſe vult*, *ut Romanæ Eccleſiæ depreſſam auctoritatem ſublevaret*, *& erga hujuſmodi Appellationes fuit parum æquus*: Egli ſteſſo non trova alcun rimprovero a fare in punto di appellazioni a Iſidoro. Il noſtro Storico però, ben più del De Marca avveduto, ed a certi ſentimenti più intento, trova moltiſſimo di che richiamare a ſindicato la Collezione del Mercatore ſu tale Articolo. Sentiamone i lagrimevoli omei. „ Una delle più grandi „ piaghe (*Diſc. IV*, *n.* V.) che le falſe „ Decretali abbian fatto alla diſciplina Ec„ cleſiaſtica, ſi è d' avere ſteſe le Appella„ zioni al Papa in infinito. Sembra, che „ il falſario aveſſe queſto Articolo molto „ a cuore per la diligenza che ha uſata di „ ſpargere in tutta l' Opera la Maſſima, „ *che non ſolamente ogni Veſcovo*, *ma o*„ *gni Prete*, *e generalmente ogni Perſona*, „ *che ſi ſenta veſſata*, *poſſa in ogni occa*„ *ſione appellare direttamente al Papa*. " Così il Signor Fleury che in altri mille luoghi della ſua Storia non hà coſa più a cuore, che dir mille mali a Iſidoro per queſto punto, e loda Ingmaro Remenſe, *il quale meglio iſtrutto degli altri nell' antica diſciplina*, *ſi oppoſe vigoroſamente* a que-

juris ordo ſervatus, Judiciaria tela rite contexta, & ſententia ipſa recte quidem, ſed fortaſſe non vere dicta. In hac juris ordo turbatus, Judicia-

riæ

---

a queſta novità. Tralaſciamo molte coſe, che dir ſi potrebbono, e veniamo alle ſtrette. Dunque tutto il male, di che Iſidoro ſi addebita, ſi è l'aver detto, *che qualunque Perſona, la quale ſi ſente veſſata, generalmente parlando, poſſa in ogni occaſione appellare* (in materie Eccleſiaſtiche) *al Papa*. Or ſe non è egli Iſidoro che abbia poſta fuori tal Maſſima; ſe veramente ſuſſiſte, che altri l'abbia ſiſſata prima di Lui; ſe noi la troviamo eſpreſſa negli accertati monumenti i più autorevoli dell'antichità, biſognerà laſciare in pace Iſidoro, e prenderſela con chi ha ſteſe prima di Lui le Appellazioni in infinito. Ciò poſto ſentanſi queſte parole. *Si Epiſcopus accuſatus fuerit, & judicaverint congregati Epiſcopi regionis ipſius* (eccovi un Concilio Provinciale, che giudica un Veſcovo) *& de gradu ſuo eum dejecerint; SI APPELLAVERIT, QUI DEJECTUS EST, ET CONFUGERIT AD EPISCOPUM ROMANÆ ECCLESIÆ ..... faciet* (il Veſcovo di Roma) *quod ſapientiſſimo conſilio ſuo judicaverit*. Udiam queſt'altre. *Cum aliquis Epiſcopus depoſitus fuerit eorum Epiſcoporum judicio, qui in vicinis locis commorantur, & proclamaverit agendum ſibi negotium in Urbe Roma, alter Epiſcopus in ejuſdem Cathedra poſt appellationem ejus, qui videtur eſſe depoſitus, omnino non ordinetur, niſi cauſa fuerit in Judicio Epiſcopi Romani determinata*. Legganſi attentamente queſti due teſti, ſe ne faccia la notomia più eſatta, e vedaſi, ſe poſſono eſprimerſi più generalmente le Maſſime ch'ogni Veſcovo poſſa dopo il Sinodal Giudizio aver ricorſo al Romano Pontefice. (Se il noſtro Autore aveſſe attentamente letti, e conſiderati queſti due teſti, avrebbe capito, che non fanno a propoſito del ſuo aſſunto. Si trattava di S. Atanaſio Patriarca d'Aleſſandria, ſi trattava d'una manifeſta, e violenta oppreſſione che ſoffriva per parte degli Ariani, ſi trattava di riformare un Giudizio fatto *contra omnem juris ordinem*; ſicchè in que' canoni non ſi tratta di *Appellazione* propriamente detta, ma di *Ricorſo*. (Veggaſi Van-Eſpen. *p*. 5 *Jur. Eccl. Univ. pag*. 68, 69, Edit. Lovan. 1732, e Berard *in Canon. Grat. part*. 1, *c*. 10.) Quanto poi all'eſpreſſione generale, per cui tanto è maltrattato Iſidoro, che ognuno poſſa appellare a Roma da un Giudicio Eccleſiaſtico, non mi occorre, che preſentar queſto teſto: *Quorumlibet ſententiis Pontificum ligata, Beati Petri Sedes Jus habet reſolvendi, utpote quod de omni Eccleſia jus habeat judicandi, neque cujuſquam de illius liceat appellare Judicio. Si quidem ad illam de qualibet Mundi parte Canones appellari voluerunt; ab ea autem nemo ſit appellare permiſſus*. (Queſto teſto pure ſi deve intendere dei *Ricorſi*, e non delle *Appellazioni* propriamente dette. I Canoni che vengono citati da queſto teſto non ſono, nè ponno eſſer altri, che i Sardiceſi di ſopra lodati, ne' quali, come ſi è detto, non ſi fa menzione veruna di Appellazioni preſe nello ſtretto ſignificato, ma preſe in un ſignificato generale, cioè di *Ricorſi*.) Parla in ſimil guiſa Enea Veſcovo di Parigi nel Trattato contro i Greci (nello *Spicilegio* del P. Dachery, *Tom. VII*.): in ſimil guiſa parla nel Secolo VI il Pontefice Vigilio nella ſua lettera ad Eucherio: *OMNIUM APPELLATIONUM ad Apoſtolicam Sedem judicia, eidem Sanctæ Sedi reſervata eſſe liquet*. Notate di grazia ſe vi è, che ripetere ſpecialmente a quel *omnium* e *liquet*, ſcritto trecento anni prima d'Iſidoro. In ſimil guiſa il Pontefice Pelagio (*Ep. I. ad Joan. CP*.) ed altri più, che veder ſi ponno preſſo il P. Petitdidier. (*Traitè de l'Infaillibilitè du Pape p*. 129, *&c*.) (Il noſtro Autore in tutti i teſti, che allega, non pone mente alla diſtinzione degli *Appelli*, e de' Ricorſi; per il che ſono ſenza forza.) Eppoi conceſſo una volta, che il Papa poſſa ritrattare per via di *Appello* un Giudizio contro di un Veſcovo del ſuo Concilio, perchè non potrà egli ritrattare il Giudicato contro un ſemplice Prete pronunziato dal proprio Veſcovo? E' egli forſe il Papa più ſuperiore di un Concilio Provinciale, che di

un

riæ leges oppreſſæ, liti ipſi vis illata. Cum ab illa provocamus, aliorum Judicum, qui proximiores nobis dati ſunt intelligentiam, prudentiamque

un Veſcovo? Biſogna tutto violentare il buon ſenſo per eſcludere il ſolo inferior Clero, od il Popolo dal rimedio legale delle Appellazioni. (Anche qui ragiona malamente il noſtro Autore, perchè neſſuno contende al Papa le Appellazioni anche propriamente dette, che ſi fanno *non omiſſo medio*, ſe gli diſputano ſolamente quelle, che ſi fanno *omiſſo medio*; dicendoſi ciò eſſer contro la natura delle vere *Appellazioni*. Che ſe i Canoni in qualche caſo ſtabiliſcono l' Appello da un Veſcovo al Papa, vengono a ſtabilire, che in quel caſo tra il Veſcovo, e il Papa non ſono altri Giudici di mezzo. Ma in que' caſi, che dalla Chieſa tra il Veſcovo, e il Papa ſono ſtati poſti Giudici di mezzo, quali ſono i Concilj Provinciali, i Metropolitani, ſarà ſempre disdicevole l' appellare dal Veſcovo *direttamente* al Papa. Il Fleury ſi lagna d' Iſidoro per ciò, che dice, che *in ogni occaſione direttamente ſi poſſa appellare al Papa*. Il N. A. dovea dimoſtrare, che nell' antichità ſianſi I, interpoſte *Appellazioni* propriamente dette, e non ſemplici *Ricorſi*. II, Che queſte ſieno ſtate fatte direttamente al Papa, cioè *omiſſo medio*. III, Che ſiano ſtate fatte in ogni occaſione, e non in quelle ſole ſtabilite da Canoni oſſia dalla Chieſa.) Diffatti noi ſappiamo dal Fleury ſteſſo *l.* 35, *n.* 26, che S. Gregorio Magno fin dal Secolo VI ricevè l' appellazione di Onorato Arcidiacono di Sabina, depoſto dal Veſcovo proprio, (Il Veſcovo di Sabina non ha altri Metropolitani, che il Veſcovo di Roma, onde quell' Appello, ſe pure fu vero Appello, non fu fatto *omiſſo* medio) che Giovanni Prete di Calcedonia (*n.* 44.) condannato d' ereſia da Giovanni il Digiunatore Patriarcà di Coſtantinopoli appellò a S. Gregorio medeſimo, il quale caſſando il Giudicato reſo dai Deputati rimandò aſſoluto Giovanni di Calcedonia. (Giovanni Prete prima condannato dal ſuo Veſcovo, ch' era anche Arciveſcovo, non poteva ad altri appellare, che al Patriarca di Coſtantinopoli, dal quale anche condannato non poteva appellare che al S. Pontefice, non eſſendovi tra il Veſcovo di Calcedonia e il Patriarca di Coſtantinopoli alcun altro Giudice di mezzo, come neppure tra il Patriarca di Coſtantinopoli, ed il Sommo Pontefice. Quell' appello dunque fu fatto *non omiſſo medio*, ſeppur fu vero *Appello*.) E nell' Età ancor più vetuſta, e fino dal ſecondo Secolo della Chieſa ne atteſta Epifanio *Her.* 42, che Marcione Prete di Sinope, ſcomunicato dal proprio Veſcovo ricorſe a Roma per venire aſſoluto. (Marcione a Roma non ebbe aſcolto, nè il di lui fatto fa autorità.) Sappiamo da antico autore Claudio Apollinare recatoci da Euſebio *l.* 5 *H. Eccl. c.* 15, 18, che Montano, Floriano, Blaſto, e gli altri *Catafrigj* condannati da Apollonio Veſcovo di Efeſo, e da più Sinodi della Frigia, e dell' Aſia, ne appellarono a Roma, e per fino ottennero con ſurrezione un favorevol Decreto. Nel Secolo III ſeguente egli è celebre l' appello dei Preti Africani *Fortunato*, *Feliciſſimo* ed altri quattro (Ciprian. Ep. 49.) per nulla dire dell' Età ſuſſeguente. (Conviene, che il N. A. dimoſtri che queſti fatti furono non *Ricorſi*, ma veri *Appelli*, ed *Appelli omiſſo medio*.) ...... Il peggio ſi è che il Fleury nel *n.* 5 *del Diſcorſo IV*, tali ragioni arreca, che ſembrano impugnare onninamente il *diritto* nel Papa di ricever le Appellazioni, che poco prima ha conceſſo. Egli oppone la ſolita vecchia, ſmantellata, *Unica* prima d' Iſidoro, obiezione degli Africani mille volte diſciolta, (V. Pietro Couſtant. *Tom. I Epp. RR PP. Col.* 185, Criſtiano Lupo *de Appell. Diſſ.* 11, *c.* 17, Steffanucci *de Appel. part.* 3, *c.* 6.) e che ſebben foſſe inſolubile, gli baſterebbe il ſol difetto di eſſer ſola contro tanti canoni, ſola contro tanti teſtimonj antichi, e patenti, ſola contro tanti fatti chiari, e certi dell' età più vetuſta. La ragione, che Fleury eſalta tanto contro le Appellazioni, *che le cauſe debban trattarſi ſulla faccia dei luoghi*, (che valerebbe ſoltanto ſe l' appello non ſupponeſſe appunto l' eſame fatto della cauſa ſul luogo) di non dar anſa alla Cabala dei condannati, non prolungare

que tentamus, exploramuſque, num & alii Judices ita ſentiant, eam demum ſententiam veram eſſe faſſuri, in quam una omnes vel plerique conſpi-

re i Proceſſi &c. o non prova niente, o tutte toglie in un colpo le Appellazioni medeſime. Il dir poco dopo, com'egli fa, *che ne avrebbe detto S. Bernardo delle Appellazioni, ſe ſaputo aveſſe, che l'uſo non era nuovo, e ſu monumenti falſi fondato?* è un parlar ben coraggioſo, e da Scrittor perſuaſo di parlar a' Lettori, che preſtin fede ad ogni ſuo detto. Poco prima egli dice, *che fin al nono Secolo vedonſi pochi eſempj di queſte Appellazioni in virtù del Concilio di Sardica. Se pochi eſempj*, pur ne ſignifica alcuni, e ſe il Concilio di Sardica è un monumento certamente certo; io dopo di ciò non direi in alcun modo l'uſo delle Appellazioni nuovo, e fondato ſu titoli falſi. Andiamo avanti. Nel precedente *num. III* così dice Fleury: *Egli è vero che in occaſioni rare d'un oppreſſion manifeſta, e d'una ingiuſtizia patente i Veſcovi condannati da lor Concilj potevano ricorrere al Papa come ſuperiore di tutti i Veſcovi, e conſervatore dei Canoni.* Quivi par ben riconoſciuto il diritto degli *Appelli* (Doveva dire dei *Ricorſi*); nè diſſimular debbo, che l'anonimo Apologiſta di Fleury *part. V*, §. 2, il quale riconoſce, che il Concilio di Sardica non accordò quanto alle Appellazioni alcun *nuovo* diritto al Romano Pontefice, ma ſpiegò ſolamente, e riconobbe quello, che già in vigore del Primato lui competeva, pretende anche, che tale ſia il ſentimento di Fleury. Si vergognò cioè queſto Apologiſta Franceſe di vedere attaccato il ſuo veneratiſſimo Storico di una così aſſurda ſentenza, quaſi che egli pretendeſſe di ſola Iſtituzione Eccleſiaſtica, ed al Sinodo di Sardica riferibile la prerogativa Romana delle Appellazioni, lo che poſto ſembra, che converrebbe negare il Primato di Giuriſdizione co' Proteſtanti; o queſto ammeſſo ripugnare al Gius naturale, che il Rimedio delle Appellazioni da un Inferior Giudice (*non omiſſo medio*, o dai *Ricorſi*) manifeſtamente determina. Se non il Concilio di Sardica, ma la *divina* Iſtituzione del Primato, ſi è la radice del diritto di tal Appello al Papa; ſe ciò ſi dimoſtra con eſpreſſa Diſſertazione dallo ſteſſo Natale Aleſſandro; (*In Sæc. IV*, *Diſſert. XXVIII*, *& alibi*) ſe il Fleuriano Apologiſta, nom qual egli è, confeſſa lo ſteſſo; ſe poi ſi avverta, che ſia anche tale la Dottrina del Fleury, perchè poi andar ripetendo: (*Diſcorſ. IV*, *n.* 5) *Le Appellazioni in virtù del Concilio di Sardica, permeſſe dal Concilio di Sardica?* Perchè poi dirci in altro luogo: (*Lib. XXIII hiſt. n. 7.*) *Queſto Canone* (Coſtantinopolitano) . . *ſembra togliere la facoltà di appellare al Papa accordata dal Concilio di Sardica, e ritornare all'antico diritto?* Che? Forſe l'*antico diritto* ſi fu, che non ſi poteſſe appellare? Prima del Concilio di Sardica non era il Papa ſuperiore a' Veſcovi tutti, e *non potevano* allora eſſi ricorrere al *Papa come Superiore di tutti i Veſcovi, e conſervatore dei canoni?* E quando è, che ſi moſtra di non aver principj determinati, nè certa dottrina, ſe non nel contraddirſi in tal guiſa? Di più in altro luogo encomiaſi dal Fleury *l. 7*, *n.* 8, una preteſa oppoſizione di S. Cipriano (eccovi nell'unica obiezione Africana) ad un Appello a Roma, come a procedura *notoriamente irregolare*. E quello *potevano i Veſcovi ricorrere al ſuo Superiore*, dove è egli mai? Notoriamente irregolare una procedura fondata ſull'ordine Gerarchico di *divina* Iſtituzione, e riconoſciuta da un Concilio di Sardica, per non dir altro? Dice di più Fleury, che ſin al nono Secolo vedonſi pochi eſempj di queſte Appellazioni. Il Luterano Boemero porta ancor più avanti la coſa e maeſtralmente ci dà come manifeſto nell' Eccleſiaſtica antichità, che affatto non ſe n'ebbe notizia alcuna: *Olim enim Appellationes a ſententiis Epiſcoporum, & Synodorum incognitas fuiſſe, ex antiquitate Eccleſiaſtica conſtat.* (*Jus Eccl. Prot. T.* 1, *l.* 2, *tit.* 28, §. 1.) Bella, ammirabil franchezza! Calvino all'incontro, (chi il crederebbe?) Calvino dice, che tali Appelli ſono molti e frequenti, e ſol valuta a ſuo prò, che furono contraddetti: (*l. IV Inſt. c.* 7, §. 9.) *Multi ſæpe Romanum Pontificem appella-*

ſpirent. At cum ab hac provocamus non tam appellamus, quam in Principis ſinum confugimus ejuſque opem adverſus nefariorum Judicum vim, po-

pellarunt; ipſe quoque cauſarum cognitionem ad ſe trahere conatus eſt; ſed ſemper fuit deriſus (è Calvino che parla) *quoties ſuos fines exceſſit*. Fin alle Decretali altra oppoſizione eſpreſſa non trovo agli Appelli (oſſia Ricorſi) che quella degli eretici Ariani del Conciliabolo di Filippopoli, i quali l' Appellazione (oſſia Ricorſo) de SS. Veſcovi Atanaſio, e Paolo ec. acremente ripreſero. *Son fuggiti* (diceano codeſti eretici) *inſieme in Paeſi ſtranieri, non nei luoghi, ove avevano commeſſi i delitti, e nelle vicinanze, ov' eranvi i loro accuſatori: ma in Paeſi lontani, giuſtificandoſi avanti chi non gli conoſceva, e perſuadendo, che non ſi credeſſe ai loro Giudici*. Fleury *l. XII hiſt. n.* 40. Così coſtoro contro i Padri Cattolici. La contraddizione di queſti ſuoi predeceſſori accennerà forſe Calvino nelle riferite parole, e diffatti vedo Dupinio *de antiq. Eccl. diſcipl. Diſſ. II, c.* 1, *n.* 8, che la reca ſul ſerio come un' objezione contro le Appellazioni. Vedo però che allorchè il Parlamento Ingleſe ſotto Arrigo VIII dopo il di lui Matrimonio con Anna Bolena proibì prima l' Appello a Roma, (Il Continuator di Fleury *CXXXIV*, 90.) e quindi ſubito dopo per corollario abolì, ſiccome ei diſſe, l' autorità Pontificia (*ibid. n.* 104.) non ſeppe allegar niun vecchio eſempio di proibizione dei detti Appelli. Gli hanno ſuggeriti poi a Calvino, e agli Anglicani il Dupinio, il Fleury, il Launojo ec. Ma venendo a bomba, ſon' eglino pochi, niuno, o molti gli eſempj di Appelli a Roma? A chi crederem noi, a Fleury, a Boemero, o a Calvino? Debbo pur dirlo: a queſt' ultimo. Molti certamente troviamo eſempj di Appellazioni a' vecchi Secoli: Criſtiano Lupo, Orſi, Steffanucci, ed altri che han trattata la materia diffuſamente, ben dimoſtrano, che nei tempi, che al Concilio di Sardica precederono abbiam gli Appelli di Marcione, di Montano, Floriano Blaſto, ed altri Catafrigi, di Privato, di Novato, di Fortunato, Feliciſſimo, ed altri quattro, di Baſilide e Marziale, di Ceciliano, di S. Atanaſio, (Per queſto celebre Appello di S. Atanaſio, e de' ſuoi vi ha un' opera eſpreſſa di Gio: Griſoſtomo da S. Giuſeppe Romæ 1743. Vedanſi anche i Ballerini nell' *Appendice a San Leone*.) S. Paolo, Aſclepa, Lucio, Marcello: *& plurimi alii Epiſcopi ex Thracia, Cæleſyria, Phœnicia, Palæſtina*, ſiccome lo ſteſſo Giulio atteſta *Ep. ad Orient. apud Athanaſ. Apol. II.* Queſti per que' tre primi Secoli di perſecuzioni, e di anguſtia da' pochiſſimi monumenti, che ci rimangono, non ſembreran pochi eſempj. Dei tempi poſteriori al concilio di Sardica, nulla ne dico; giacchè di tal Epoca è fuor di dubbio, che molto più frequenti, più eſpreſſi, più deciſivi ce ne ſon reſtati i monumenti. Spiacemi, che a dir mi reſti delle ragioni, che contro gli Appelli medeſimi prende Fleury dal comodo che ne ritraevan i facinoroſi, la veſſazione, che ne veniva ai Giudici Veſcovi, la prolungazione dei Proceſſi, le brighe, che ne venivano ai Papi ec. ſpiacemi perchè egli è queſto un taſto, che commove moltiſſimo. Così ſacra, così ſanta, e profitevol dottrina eſſer giammai non può anzi neppur può immaginarſi, di cui abuſare non poſſa la corruttela dei tempi, la malizia degli uomini; ed il farſi ad attaccare la coſa ſteſſa per *l' abuſo*, che ſe ne faccia, egli è un metodo intolerabile. A dir chiaro, mi muove a ſdegno il vederlo tanto comune a Fleury. Sempre gridò alto il buon ſenſo, che *non licet judicare de re ex eo, quod convenit illi per accidens*. Ma gridò in vano a prò delle ſagre Indulgenze. Dall' abuſo, che ſe ne faceva, occaſion vollero i primi Autori della falſa Riforma di negare alla Chieſa la podeſtà di concederle. Gridò invano a favore del ſacro Celibato, e dei Religioſi voti ſolenni; e ſi volle occaſione di condannarli dagli abuſi, che ci ſi eran meſcolati. Gridò in vano a difeſa della Meſſa privata, e Lutero declamò ad abolirla, perchè faceaſene abuſo. Si unì Calvino contro la Confeſſion privata, le ſante Imagini, la Salmodia, la Liturgia, le preghiere per i trapaſſati ec. perchè ne furon notati gli abuſi. Quindi ſono andati avanti i Puffendorſj, gli Henningi,

potentiamque imploramus atque expoſcimus.

§. III. Hiſce poſitis ajo, hujuſce ſecundi generis Appellationes, quæ rectius

---

uingj, i Pffaffj, i Tommasj a tutta impugnare la ſacra Gerarchia, e la legislativa podeſtà della Chieſa, e non ſi è da queſti molto ſcoſtato il Fleury. (Ved. *Diſcorſ. VII, dal num.* 1, ed altrove ſovente nella Storia, ove il potere coattivo ne impugna). Quindi finalmente i Voltaire, i Collins, i Rouſſeau, i Raynal han potuto attentare contro la Rivelazione, la pietà, la ſede, la Religione, e non è lor mancato eſempio di chi abuſato abbia di queſte coſe medeſime. E non debbe poi fare degno il veder di tal metodo giovarſi anche Autori Cattolici, e Cattolici Lettori applaudirlo? (quindi correggaſi Fleury *Lib.* 44 *hiſt. n.* 40, 50, *L.* 52, *n.* 36, *L.* 69, *n.* 58, *L.* 73, *n.* 21. §. *L'abus*) *Quid enim* (dirò a propoſito colle parole di grave Autore *Diſſ. cit. De Appellat. Romæ* 1768, *pag.* 164.) *eſt tam ſalutare, tam ſanctum, tam divinum, quo non perſæpe hominum abutatur malitia? Væ ſupremis Principibus, ſi propter appellationum abuſum, eæ eſſent omnino tollendæ? Nonne enim earum etiam Appellationum, quæ ad ipſos fiunt, non infrequens eſt abuſus, ipſis etiam nolentibus, vel propter Juriſconſultorum tricas, & ſophiſmata; vel propter litigantium opulentiam, & auctoritatem, vel propter Judicum Appellationis ſegnitiem aut etiam Infidelitatem?* Negar non vuolſi, che in queſta ſalutar materia delle Appellazioni, non ſi foſſero inſenſibilmente introdotti dei conſiderabili abuſi per parte della cabala dei Rei, che di tal rimedio ſervironſi ſpeſſe fiate, non a protezione dell'innocenza, ma a garantia della colpa. Queſti abuſi ſeppe ben rilevare con la robuſta ſua eloquenza S. Bernardo nei libri *de conſideratione* ad Engenio III, e Fleury ben ſi giova di tali teſtimonianze. Ma S. Bernardo medeſimo, che pur Febronio chiama *Os Eccleſiæ ſui ævi*, ne' luoghi ſteſſi citati dal Fleury riconoſce: *Fateor grande, & generale Mundo bonum eſſe Appellationes, idque tam neceſſarium, quam Solem ipſum mortalibus.* Ottimamente in vero, perchè guai agli Atanasj, ai Paoli, ai Marcelli, ai Flaviani, ai Griſoſtomi, agl'Ignazi; anzi guai a tutti i Veſcovi, a tutti i Padri, ai Dottori tutti della Chieſa Cattolica, che agli Eretici, e alle Ereſie vigoroſamente ſi oppoſero, ſe i potenti loro Avverſarj poteano aver in mano, come condannargli ſenza rimedio. Tolga il Cielo, che ſiaſi mai voluto a Roma, e nella Chieſa Criſtiana proteggere gli abuſi delle Appellazioni. Quando queſti ſi vedono prender piede, baſta aprire il Gius Canonico per vedere, quanti rimedj ſi è procurato di apporvi. Vedaſi il *Capo de dolo & cont* C. *Cum ſpeciali*, §. *Porro Appell.* conforme alla *L* 1, C. *Quorum Appellationes non recipiantur*, la Clementina *Diſpendioſam de Judic.*, ed altre più Coſtituzioni de' Papi, dopo i quali non meno il Concilio di Trento *Seſſ.* 13, *c.* 1, *Seſſ.* 24, *c.* 20, *de Ref.* V. Fleury *L.* 77, *n.* 49, §. *Dans un autre*, che i poſteriori Pontefici, e ſpecialmente Clemente VIII, Gregorio XV, Urbano VIII, Benedetto XIII, e recentemente Benedetto XIV, *Conſt. ad militantis die* 30 *Martii* 1742, han procurato andar contro alla ſoverchia frequenza degli Appelli, ed abbreviare le cauſe Eccleſiaſtiche... Che del reſto per tali Appelli ſi moltiplicaſſer gli affari ai Romani Pontefici; è queſta un'antica Appendice della lor carica, e di quella *ſollecitudine di tutte le Chieſe* che provò anche S. Paolo. Ben prima delle Decretali d'Iſidoro non mancarono affari eſteſi a Roma. Fleury eſagera le molte lettere, che abbiamo d'Innocenzo III, ma non ſa coſa egli dice di quelle, che ſcriveva per S. Damaſo il Dottor S. Girolamo? Sono elleno poche le Lettere, che ci reſtano di S. Leone Magno, di S. Gelaſio, di S. Gregorio? Vorrà egli dire il Fleury che a queſti Papi non reſtò tempo di ſantificar Roma, di fare Orazione, di dir Meſſa? O ſivvero fra le invidiabili prerogative de' primi ſei Secoli, vi è anche quella di aver le giornate, le ore più lunghe, che le poſteriori? Per quanto poi ci ſi dice da Fleury nel *n.* 8 *del Diſcorſo IV*, in encomio della poca relazione, ch'ebbe la Chieſa Greca in alcun tempo con Roma, è un luogo veramente deplorabile. Se intendonſi i tempi di Sciſma dopo il pertinaciſſimo Fozio, noi

Digitized by Google

ctius *Recurſus* a Scholis vocantur, ab omnibus Epiſcopis ad Summum Pontificem fieri poſſe, neque eas jure Eccleſiaſtico tantum niti, ſed & jure Divino. Nam cum Summus Pontifex Canonum cuſtos, Sacrarumque legum vindex, & ultor in Univerſa, atque *in ſingulis Eccleſiis* divinitus ſit conſtitutus, (Vid. *Quæſt. VIII*, *IX.*) ſi Epiſcopi in ſententiis ferendis Juris ordinem effregerint, Judicia everterint, leges oppreſſerint, quis non videt, adverſus effrenem horum vim a Summo Pontifice Canonum tutelam repoſci poſſe? Cæterum ubi abſit Judicum nequitia, Jurium effractio, Judiciorum everſio, ſed ubi ſolummodo quæratur de rei veritate eruenda in controverſiis, quæ neque ad fidem, nec ad morum doctrinam, neque ad Religionis fundamenta ſpectanr, quæ a factorum magis, quam a jurium indagine pendent, non eſt cur Summus Pontifex aliorum Judicum ſemel ab Eccleſia conſtitutorum jura (*b*) invadat, iiſque ſuſpenſionis quandam par-

---

noi non neghiamo, che i Greci d'allora poco commercio aveſſero co' Romani Pontefici; altrimenti non ſarebbero ſtati Sciſmatici. Ma queſti come lodargli? Ed ove intendanſi i primi Secoli, e buoni tempi della Chieſa Greca, ſi può egli ſentir ſenza ſdegno chi ci aſſeriſce conrro tutta la Storia, che i Greci *niente* oſſervavano di ciò che Fleury chiama Diſciplina *nuova*; cioè gli *Appelli*, *i Concilj approvati dal Papa*, *i Legati ec.* Baſta vedere i monumenti della Grecia, che abbiam recati fin ora, e leggere la Storia ſteſſa del Fleury *L.* 12, *n.* 25, *L.* 16, *n.* 31, *L.* 29, *n* 45, *L.* 30, *n.* 36, *L.* 45, *n.* 47, (conferendolo col *Diſc. VII*, *n* 20.) *L.* 50, *n.* 28, *L.* 71, *n.* 36, ec. e la *Diſſ. IV*, *in Sæc. IV*, di Nat. Aleſ., e comprenderaſſi, quanto ſi allontani dal vero quivi nel *n.* 20 del ſuo *Diſc. VII*, ed altrove il Fleury,

(b) Van-Eſpen *Jus Eccl. Univ. p. III*, *t.* 10, *c.* 1, *n.* 13. Contra Appellationum frequentiam, atque inde reſultantem Eccleſiæ diſciplinæ, & Judiciorum everſionem, in Concilio Tridentino plures e Patribus conqueſti fuerunt, atque præ cæteris Joannes Gropperus in hunc Appellationum abuſum vehementius inſurrexit, oſtenditque labentibus Sæculis, Epiſcopos non tantum ſublatis Synodis, more Judicum ſæcularium, forum, & officiales inſtituiſſe; ſed & ad abuſus longe majores, quam in foro ſæculari gradum non cunctanter feciſſe. In foro ſæculari, inquiebat, provocationes non fieri, niſi ad Judicem immediate Superiorem; tantum abeſſe ut fas ſit, ad ſupremum primo ſaltu tendere. Neque licere in articulis cauſæ provocare a Decretis Judicis, quæ vocantur *interlocutoria*; ſed cauſæ finem, & Decreta litis deciſoria neceſſario eſſe expectanda. At contra in Judiciis Eccleſiaſticis & appellari a ſingulis actis Judicis, unde cauſarum immenſitas naſcitur, & immediate ad ſupremum, unde ſequitur, extra territorium, magno cum ſumptuum impendio, & aliorum intolerabilium malorum mole proficiſcendi neceſſitas. Hæc non ob alium finem a ſe dicta proteſtabatur Gropperus, niſi ut huic abuſui remedium apponeretur, & dum pro temporum conditione ad ſuam primam originem reduci in totum non poteſt, ſaltem appellationes in foro Eccleſiaſtico ad juris civilis normam reducerentur.

Idem *l. c. c.* 2, *n.* 1. De forma Appellationis in primis eſt, ut appellatio fiat ab Inferiore ad Superiorem, & quidem immediatum, uti aperte jam pridem leges præſcripſerunt; adeo quidem, ut Imperatores Antoninus & Verus reſcripſerint *in L.* 21, *de Appell. Appellationes quæ recta ad Principem factæ ſunt omiſſis his, ad quos debuerunt fieri, ex imo Ordine ad Præſides remitti. Iidemque reſcripſerunt a Judice, quem a Præſide Provinciæ quis acceperit, non recte ad Imperatorem appellatum eſſe; ideoque eum reverti ad Præſidem debere.* Hinc concludunt communi ſuffragio Interpretes, de jure civili appellari non poſſe ad Judicem ſuperiorem etiam Principem, ejuſque Senatum, *omiſſo medio*; quod & hodie tribunalia Sæcularia obſervant; nec ſolent conſilia Regia appellationes ab inferioribus Magiſtratibus, *omiſſis mediis* recipere, niſi in ſingularibus quibuſdam, & exce-

particulam hil tale prometitis quodammodo inurat . Nam eadem utilitas , quæ Apoſtolos impulit, eorumque ſucceſſores, ut provincias inter ſe diſtribuerent, & munia ſibi dividerent, eadem etiam Pontifici Maximo ſuadere debet , ut niſi rei gravitas popoſcerit , in aliorum officia haudquaquam irruat , ne quæ tam ſapienter conſtituta fuerunt , tam facile convelli videantur. Adde, quod in omni bene conſtituta Republica *Recurſus* quidem ad ſuprema tribunalia, aliis Judicibus inſuper habitis, unicuique pateant, Appellationes vero nonniſi ad proximiores Magiſtratus fieri ſoleant.

Q U.

---

ptis caſibus. Secundum Jus Civile etiam ſæpius reſponderunt Pontifices in cauſis ad Forum Eccleſiaſticum ſpectantibus. Et quidem cum quidam appellaſſent a ſententia Archidiaconi ad Metropolitanum , omiſſo Diœceſano Epiſcopo, ad quem fuerat *gradatim* appellandum, ipſeque Officialis Archiepiſcopi non obſtante exceptione per partem adverſam oppoſita proceſſiſſet , Honorius III mandavit quibuſdam Judicibus a ſe delegatis, *Quatenus ſententias poſt hujuſmodi appellationem latas denuntient* , *penitus non valere*. Idem Jus aſſeritur *in cap.* 1 , §. 1 , *De App. in 6.* Verum in hoc Jus Canonicum a civili recedit, quod cum hoc nequidem ad Principem immediate , *omiſſo medio*, appellari permittat , Jus tamen Canonicum concedat Appellationem ad Pontificem Romanum *omiſſis mediis* . (*c. fin. de for. Comp. c.* 7, 54. *De Appellat.*) In Gallia, ex Concordatis inter Leonem X & Franciſcum I , Appellatio , *omiſſo medio* , nequidem ad Pontificem admittitur; atque ex iiſdem Concordatis, Appellatione devoluta ad Sedem Apoſtolicam , debet cauſa committi Judicibus Delegatis in partibus; quæ praxis ſervatur etiam in Belgio. Unde licet in Belgio admittatur ſubinde Appellatio ad Sedem Apoſtolicam *omiſſo medio* , nihilominus cavetur incommodum, quod contra hujuſmodi Appellationes ad ſupremum, *omiſſo medio*, in Concilio Tridentino urgebat Gropperus; quandoquidem ſtante hac Belgica diſciplina, nequaquam ex ſimili Appellatione ſequatur, extra territorium magno cum ſumptuum impendio, & aliorum intolerabilium malorum mole, proficiſcendi *neceſſitas*. Appellatione autem coram Pontifice introducta, & cauſa deciſa, ulteriori Appellationi adhuc locus eſt, videlicet uſque ad tertiam ſententiam conformem. Licet enim Appellatio inſtitui nequeat niſi ab inferiore ad ſuperiorem; adeoque non videatur a Sede Apoſtolica ad alium Judicem appellari poſſe; quemadmodum a ſententia Principis, ſive Supremi ejus Senatus ulterior Appellatio non admittitur; tamen receptum eſt a Sede Apoſtolica appellari, non quidem ad alium Judicem Superiorem, ſed ad eamdem Sedem Apoſtolicam, ſeu Pontificem melius informatum; ſoletque novum Reſcriptum a Pontifice , ſive ejus in partibus Nuntio , vel Pronuntio impetrari , quo alius Judex in partibus delegetur, qui de cauſa Appellationis rurſus cognoſcat; poteſtque Appellatio ſic toties reiterari, quouſque habeantur tres ſententiæ conformes.

De Appellationibus plura Libro Tertio , ubi agimus de Metropolitico Jure.

QU. XXXVI.

De Romanæ Eccleſiæ Cancellaria. (a)

Quamnam ſententiam præ te fers de Annatis &c.? (b)

§. I. ADverſus Cancellariam Apoſtolicam nigerrinæ loliginis ſuccum effudit Carolus Eſpenceus cum ait: *Proſtat, & in quæſtu pro meretrice ſedet Liber taxæ Cameræ, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ, in quo plus ſcelerum diſcas licet, quam in omnibus vitiorum Summiſtis, & Summariis.* (*Com. in Ep. Ap. ad Titum* 21.) Verum qui ab omni livore, & odio vacui ſunt, equius ſentiunt, leniuſque loquuntur.

§. II. In confeſſo enim res eſt apud omnes

(a) Cancellariæ Apoſtolicæ Collegium ex 72 Officialibus conſtans ſtabilivit Sixtus IV *Conſt.* 16 quæ incipit, *Divina*. Dicuntur Abbreviatores. Aliqui ſunt Præſidentes de Parco Majori, & ſunt 22. Alii de Parco Minori. Alii examinant litteras, & iis Officialibus competit litteras ſignare. Qualitates eorum, ut aſſumantur, (*Ibid.*) quomodo dividendæ inter eos? Poſſunt officia reſignare vel libere vel in favorem alterius; Litteræ Apoſtolicæ pro eis gratis expendendæ. Non poſſunt expedire litteras non ſignatas a Vice-Cancellario, ſignatas poſſunt accipere, & diſponere. (*Ibid.*) Vice-Cancellario ſubduntur, & in hos ampla eſt poteſtas Vice-Cancellarii. (*Ibid.*) Cancellariæ Apoſtolicæ regulæ obſervandæ pro expeditionibus litterarum reformatæ, & præſcriptæ ſunt a variis Summis Pontificibus, & noviſſime a Benedicto XIV *in Conſt.* quæ incipit, *Sanctiſſimus*, per ſeptuaginta duo capita. Cancellariæ regulæ ſunt certæ Conſtitutiones Apoſtolicæ, quas ſinguli Pontifices a principio ſui regiminis circa cauſas Beneficiales, & Judiciales facere, vel a Prædeceſſoribus ſuis jam factas renovare, augere, vel minuere conſueverunt. Et ſolent eſſe ſeptuaginta duæ, ut earum numerum reduxit Benedictus XIV *Conſt. cit.* facta, & publicata 1740, 31 Auguſti, Anno primo ſui Pontificatus. Vid. Card. de Luc. *l. XV*, *p.* 2, *Relat. Rom. Cur. Diſc. X*, & Rigant. in *Reg. Cancell.* Vid. Van-Eſpen *J. E. Un. p.* 1, *t.* 23, *c.* 1.

(b) Fagnanus *in l.* 5 *Decret. p.* 1, *pag.* 150, *& ſeq. pag.* 93, 196. Annata penditur per omnibus prorſus Beneficiis, exceptis Epiſcopatibus, & Abbatiis Conſiſtorialibus. Conſtant autem media parte redditũum Beneficii annuorum. Ea porro ad uſum Papæ reſervatur, & Bonifaciana dicitur, quod Bonifacius IX ita temperarit, ut nunc eſt. Ante enim Pontifices ſibi reſervabant reditus unius anni cujuſque Beneficii intra triennium ſolvendos, tertia ſcilicet parte ſolvenda unoquoque anno. Bonifacius IX dimidium ejus relaxavit ea lege ut Bullas jam deſcriptas, & expeditas non acciperet Beneficiarius niſi perſoluta ea pecunia, quæ Pontificis ipſius, & Cameræ Apoſtolicæ neceſſitatibus levandis dicata eſt. De hac Annata Joannes XXII Bullam ſuam promulgavit, *Cum nonnullæ*. *Servitia communia* ſolvuntur pro Epiſcopatibus, & Cœnobiis Conſiſtorialibus. Eorum media pars Pontifici addicitur, media Cardinalibus. *Minuta Servitia* ſunt quinque minores taxæ Epiſcoporum, & Abbatiarum taxis accommodatæ & inter minuſculos Curiæ Romanæ Miniſtros partiendæ; ideoque *minuta ſervitia* appel-

omnes Catholicos etiam moroſiores, (V. Eybel, Febronium, alioſque) Summum Pontificem omnium Eccleſiarum cura ac ſollicitudine diſtineri, ejus tutelæ totius Eccleſiæ unitatem, Fidei puritatem, morum nitorem, Canonum, legumque Eccleſiaſticarum cuſtodiam concreditam divinitus eſſe; illius eſſe Epiſcopos longius evagantes in officio retinere, deſciſcentes in ordinem redigere, negligentium, ac deſidum partes explere, afflictos recreare, vi oppreſſos erigere, eiſque dexteram tendere, opemque ferre. Quod ſi adeo liberales ſumus, cum agitur de oneribus illi imponendis, cur etiam in honoribus illi mandandis non hac eadem utimur liberalitate? *Si ſpiritualia vobis ſeminavimus, magnum eſt, ſi carnalia metamus?* inquit Apoſtolus. Si ad omnes Eccleſias cura Summi Pontificis ſe ſe extendit, cur non etiam fructus ex omnibus Eccleſiis colliget?

§. III. Neque æquitati reſpondet id quod ajebant Galli in Concilio Conſtantienſi *art.* 17, vectigalia omnia, omneſque ſumptus, qui rei Pontificiæ ſuſtentandæ neceſſarii ſunt, ab una Romana Urbe, vel ad ſummum ab una Provincia Romana eſſe decerpendos. Nam ſi res ita eſſe deberet, nulla Civitas, nulla Provincia eſſet, quæ Sedibus ſuis Summum Pontificem excipere, quæque tanto onere ſe opprimi vellet. Do equidem, Civitatem Romanam Epiſcopi ſui, Provinciam Romanam Archiepiſcopi ſui onera ferre debere; ſed illud mihi quoque des neceſſe eſt, ut Occidentis Regiones ſui Patriarchæ, Univerſi orbis autem Eccleſiæ ſui Primatis onera ſentiant.

§. IV. Neque vero hac in re recentior veteri diſciplina metienda eſt. Nam priſcis Eccleſiæ temporibus tanta pecuniæ vis in Romanæ Eccleſiæ ſinum ab Chriſtianis ſponte, & acervatim effundebatur (*c*) ut ab hac

---

lantur. *Quintadecima* poſtremo illa eſt annata, quæ decimoquinto quoque anno ſolvitur pro Beneficiis unitis.

(Monent Scriptores, quoties Sedes Apoſtolica confert Beneficia ſibi Reſervata, toties exigi a Dataria reditus unius anni, ſi Beneficia ſint Conſiſtorialia, ſive majora, ut Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, & ſimilia; ſi vero ſint minora cujus redditus non excedant ſummam 24 Ducatorum aureorum de Camera, exigi dimidium fructuum annuorum a novo Beneficiato, quæ *Præſtimonia*, *Annatæ*, vel *dimidiæ Annatæ* vocantur. Monemus nos, quidquid ſervetur in aliis provinciis, exigi quidem a novis etiam Beneficiariis, quibus Beneficia conferuntur a Pontifice in hoc Dominio Veneto certam ſummam pro expeditione, ut ajunt, Bullarum ad arbitrium Miniſtrorum Datariæ, ſemper tamen ejuſmodi, quæ longiſſime inferior ſit media Annata. Fortaſſe id fiet ex aliquo Concordato, quod Curiales noſtri initum credunt fuiſſe aliquando inter Sedem Apoſtolicam, & Rempublicam Venetam, ſed undecumque tandem id ſit, ita certe ſervatur.)

(c) Muratori ſopra l'Antichità Italiane *Diſſ.* 68. Qual ſia a tempi noſtri la ricchezza, e la Maeſtà della Chieſa Romana, lo ſa ogni rozza perſona. Qual foſſe negli antichi ſecoli, ai più, penſo io, che ſia poco noto. Sia perciò a me permeſſo di toccare queſto nobile argomento, acciocchè chiunque voglia far paragone fra lo ſtato ſuo preſente, e l'antico, poſſa aver qualche lume. Primieramente ſtabiliſco, che fin dal ſuo principio avendo queſta Chieſa goduto il Primato ſopra tutte le altre Chieſe, ſempre l'abbondanza delle facoltà corriſpoſe alla ſua dignità. Ma principalmente venne ella dotata di molti beni, e ricchezze, da che Coſtantino il Grande abbracciò la ſanta Religione di Criſto, e diede la pace alla Criſtianità. Imperciocchè quantunque niuno erudito ci ſia oggidì, che non conoſca, e atteſti ſalſa la ſa.

hac aliæ Eccleſiæ multa ſubſidia derivarent. (*d*) (*Vid. pag.* 382) Verum magna rerum converſio facta eſt; & quod Eccleſiæ Hieruſa-

---

la famoſa donazione di Coſtantino, che per più ſecoli fu in grande credito; tuttavia convien confeſſare, che Coſtantino ſi dimoſtrò ſommamente liberale verſo la Chieſa Romana, e più delle altre l' ornò, e l' arricchì. A così credere ſiam condotti da Anaſtaſio Bibliotecario nelle Vite de' Romani Pontefici, ed anche dalla teſtimonianza de' pagani allegata anche dal Cardinale Baronio. Racconta Amiano Marcellino nel *Lib.* 27, *c.* 3, le turbolenze inſorte nell' anno 367 per l' Elezione del nuovo Pontefice, eſſendo diviſi i voti del Popolo fra Damaſo, e Urſicino; poi ſoggiunge: *Neque ego abnuo oſtentationem rerum conſiderans Urbanarum, hujus rei cupidos ob impetrandum quod appetunt, omni contentione laterum jurgari debere; quum id adepti futuri ſint ita ſecuri, ut ditentur oblationibus Matronarum, procedantque Vehiculis inſidentes, circumſpecte veſtiti, epulas curantes profuſas, adeo ut eorum convivia Regales ſuperent menſas.* Così un Etnico Scrittore, a cui ne aggiungo un altro non già Scrittore, ma della prima Nobiltà di Roma, cioè Preteſtato Conſole deſignato. Di lui così parla S. Girolamo nell' Epiſtola 38, già 61 contro gli errori di Giovanni Geroſolimitano, colle ſeguenti parole. *Homo ſacrilegus, & Idolorum cultor ſolebat ludens Beato Papæ Damaſo dicere: Facite me Romanæ Urbis Epiſcopum, & ero protinus Chriſtianus.* Maligno etnico era coſtui, con tutto ciò fa egli abbaſtanza conoſcere, qual foſſe allora lo ſplendore de' Romani Pontefici, e come coſpicua la magnificenza della Chieſa Romana, la quale nondimeno diffondeva ſopra i poveri una copioſa parte delle ſue ricchezze. Nè ſolamente abbondava eſſa di beni ſtabili nel Territorio Romano, e ne' circonvicini; ma ne poſſedeva anche in Aſia. Celeſtino I ſcrivendo nell' anno 432 a Teodoſio Juniore Auguſto, rammentava *Poſſeſſiones in Aſia conſtitutas, quas illuſtris, & Sanctæ recordationis Proba longa a majoribus vetuſtate reliquerat Eccleſiæ Romanæ*, pregando eſſo Imperadore, *ut omnis ab his inſidiantium inquietudo diſce-dat*. Ma venendo a tempi ſuſſeguenti, dico primieramente, che la ricchezza della Romana Chieſa conſiſteva una volta in Beni ſtabili, come Maſſe, cioè groſſe tenute unite inſieme, ed in altri fondi, che la pietà degli Imperadori, e degli altri fedeli avea contribuito in varie Provincie a S. Pietro. L' amminiſtrazione d' eſſi per lo più era appoggiata a' Cherici, e Suddiaconi di provata fede, che ſi chiamavano Difenſori, e Rettori. Per tale uffizio ancora ſi ſceglievano *Azionarj*, o Attori, i quali forſe erano ſolamente diverſi di nome dai precedenti. Ora appariſce chiaro dalle Piſtole di S. Gregorio Magno, che varj ricchiſſimi Patrimonj poſſedeva la S. Chieſa Romana nell' *Appia*, *Toſcana*, *Campania*, *Calabria*, *Gallia*, *Corſica*, *Sardegna*, *Dalmazia*, *Africa* ed altre provincie. Anche Anaſtaſio Bibliotecario nella Vita di Papa Giovanni V rammenta *Patrimonium Siciliæ, & Calabriæ*. E nella Vita di Papa Zaccheria atteſta che ad eſſo Pontefice furono reſtituiti *a Traſmundo Duce Spoletano Sabinenſe Patrimonium, quod per annos prope triginta fuerat ablatum, atque Narnienſe etiam, & Auximanum, atque Anconitanum, nec non & Numanate &c.* Però allorchè leggiamo preſſo Anaſtaſio nella *Vita di Papa Giovanni VII*, e preſſo Paolo Diacono nella *Storia Longobardica* la donazione, o reſtituzione *Patrimonii Alpium Cottiarum* fatta dal Re Ariberto, e confermata dal Re Liutprando alla Chieſa Romana, intendiamo altro non voler dire queſte parole, ſe non poderi, e fondi. Bartolomeo Zucchi nella *Storia di Monza* pubblicò una lettera ſcritta dal Re Ariberto al ſuddetto Giovanni VII Papa, dove ſi legge: *Ex hoc noſtro latiſſimo Decreto eidem Romanæ Eccleſiæ liberaliter Alpes Cottias, in quibus & Genua eſt, donamus, ita ut in bonis B. Petri ipſæ Alpes a Taurinis montibus uſque ad Liguſticum mare cenſeantur.* Anche Adriano Papa I nella *Piſtola* 49 fa menzione dei Patrimonj della Chieſa Romana poſti *in partibus Tuſciæ, Spoleto, ſeu Benevento, atque Corſica ſimul, & Sabinenſi &c.* Nella Cro-

ſalem, qua in urbe primitus ſummum Chriſtianorum Sacerdotium ſitum fuerat, accidit, ut ab aliis aleretur Eccleſiis, uti diſcimus ex Epiſtolis D. Pauli, (*ad Roman. XV*, 25, *ad Gal. II*, 10, *&c. Act. XII*, 25, *XXIV*, 17.) qui in hac ſtipe colligenda totus fuiſſe videtur (*e*) idem

la Cronica Farfenſe da me data alla luce ſi parla molto degli Azionarj della Chieſa Romana, cioè dei Deputati al governo di queſti Patrimonj; e più ſi ha dalle lettere di S. Gregorio Magno. Che anche nella Germania poſſedeſſe la medeſima Chieſa gran quantità di rendite, ſenza ſaper noi onde ſi raccoglieſſero, lo ricaviamo dalla Piſtola 55 di Nicolò I ſcritta a Lodovico Re di Germania, dove tratta di mandare un Legato *pro unius anni redditibus rerum S. Petri in regno veſtro ſitarum: quum duorum annorum jam tempora præterierint, ex quo redditus ex illis debuerint eſſe collecti, & nos ex eis nihil recepimus*. Lo ſteſſo Pontefice nella Piſtola 2 a Michele Imperador dei Greci parla dei Patrimonj della Chieſa Romana uſurpati da' Greci, con dire: *Præterea Calabritanum Patrimonium, & Siculum, quæque noſtræ Eccleſiæ conceſſa fuere & ea poſſidenda obtinuit, & diſponendo per ſuos familiares regere ſtuduit, veſtris conceſſionibus reddantur, quoniam irrationabile eſt, ut Eccleſiaſtica poſſeſſio, unde luminaria, & concinnationes Eccleſiæ Dei fieri debent, terrena quavis poteſtate ſubtrahantur*. Anche Papa Leone IX, nella Piſtola 7 a Coſtantino Monomaco Imperadore facea iſtanza, perchè gli ſteſſi Patrimonj gli foſſero reſtituiti. Adriano I Papa nella Piſtola 57 a Carlo Magno Re nel Codice Carolino ſcrive: *Mauricium Epiſcopum Hiſtrionſem, quod Penſiones B. Petri, quæ in Hiſtrienſi territorio jacebant, exigeret, ut eas Romam dirigere deberet*, era ſtato acciecato dai malevoli Greci. Anche di più può venir luce da uno ſcuro luogo ne' Diplomi degli Auguſti, cioè di Ottone Magno, e Succeſſori, ne' quali ſi confermano alla Chieſa Romana *Almus cum Inſula Corſica, deinde in Monte Bardonis; deinde in Suriano, deinde in Berceto, exinde in Parma, deinde in Regio, exinde in Mantua, atque in monte Silicis, atque Provincia Venetiarum, & Hiſtria*: parole ripetute da Leone Marſicano nella *Cronica Caſſineſe*. Non già Città, non Caſtella, non Provincie donate al Romano Pontefice, s' ha quì da intendere, eſſendo certiſſimo, che luoghi tali ſotto Carlo Magno apparteneſſero al Regno d' Italia, ed anche più ſecoli dopo. Reſta perciò, che foſſero Patrimonj, Penſioni, Maſſe, Moniſterj, ed altri ſimili privati diritti, o da Lei prima poſſeduti, o dal medeſimo Carlo Magno conceduti. Vide etiam Fleury *Mor. Chriſtianorum p. 3, c. 13*.

(d) Sand. *in Vit. Pont. Stephani I.* Hunc Pontificem Syriarum provinciis, & Arabiæ identidem neceſſaria ſuppeditaſſe teſtatur Dionyſius Alexandrinus apud Euſebium *l. 7, c. 5*, ſervato ſcilicet more, inſtitutoque Romanorum, quem ipſe Euſebius *l. 4, c. 23*, ab ipſo Chriſtianæ Religionis exordio ad ſuam uſque ætatem cuſtoditum ſcribit, ut Eccleſiis plurimis etiam remotis neceſſaria vitæ ſubſidia tranſmitterentur. Eamdem ob cauſam S. Soter commendatur ab Dionyſio Epiſcopo Corinthiorum.

Fleury *Diſcours quatrieme n. XII.* Quelle difference di cette conduite a celle de S. Gregoire, qui répandoit tant d'aumônes dans les provinces; du Pape Saint Denis (Baſil. *ep.* 227.) qui aſſiſtoit juſques en Cappadoce les Egliſes affligées, & pour remonter plus haut, du Pape Saint Soter, a qui Saint Denis de Corinthe rend un ſi glorieux temoignage des liberalitez, qu'il exerçoit envers les Egliſes de Grece. Vid. Boehmerum *J. E. P. T. II*, *p.* 260, Mamachium *Orig. & Antiq. Chriſt. l.* 2, *p.* 230, ubi Dionyſii verba recitantur.

(e) Raccolta Milaneſe dell' anno 1757. *Diſſ.* ..... Nulla primis naſcentis Eccleſiæ temporibus Collectarum videtur fuiſſe neceſſitas, cum qui ad Chriſtianorum Sacra tranſirent, bonis ſeſe ſuis abdicarent, pretiumque ad Apoſtolos deferrent. (*Act. II.*) Adde tantam Apoſtolis fuiſſe pecuniæ vim, ut ne ab Evangelii prædicatione avocarentur, Diaconis (*Act. VI.*) credere ejus adminiſtrandæ curam debuerint. At

que

idem nunc accidit Eccleſiæ Romanæ, quæ ſui nutrimenta unde unde

que id quidem ajo de primæva Eccleſia e ſolis Judæis coacta ante S. Stephani mortem: quo ſcilicet tempore conſtat Fideles omnia, quæ poſſiderent, venum dediſſe, pretiumque Apoſtolis numeraſſe, hos vero divino afflatos ſpiritu, cum futuram Eccleſiæ perſecutionem, atque ab Judæis ad Gentes Evangelium transferendum prænoſcerent, nemini prædiorum ſuorum poteſtatem feciſſe, ne ad Chriſtiani nominis perſecutores devenirent. Quod vero ad Eccleſiam ſpectat tempore S. Stephani Martyrium inter, & Evangelicam gentibus prædicationem medio conſtitutam, cenſeo, collectas ad paupertatis levamen fuiſſe factas. In Eccleſiis porro Ethnicorum ad fidem noſtram converſorum, in quibus fideles juſſos fuiſſe quæ poſſiderent, divendere, inque communem Eccleſiæ theſaurum transferre non conſtat; (Vid. Salmas. *de Uſur. c.* 21, & Moshemium *in Diſſ. de vera natura communionis bonorum apud Lucam*) ita ſtatuo, pauperibus, quæ Apoſtolis, cæteriſque Sacris Miniſtris ſupereſſent fuiſſe diſtributa, atque ubi hæc illis alendis ſatis haud eſſent, eleemoſynis, collectiſque eorum egeſtati fuiſſe proviſum. Quare etſi ante Antiochenam illam pro Palæſtinæ fidelibus nulla in ſacris litteris mentio collectarum occurrit, nullus tamen dubito a morte Stephani ad annum æræ vulgaris XLIV in variis cum Judæorum, tum Ethnicorum Eccleſiis fuiſſe collectas alias indictas. Quod autem Collecta illa Antiochenſis non ad privatas Eccleſiæ illius egeſtates, ſed ad publicas Eccleſiarum alterius Provinciæ levandas inſtituta fuerit; hinc fortaſſe factum, ut cæteris ſilentio præteritis, illam ſacer Hiſtoricus commemoraret. Ejus autem hæc videtur occaſio fuiſſe. Admodum veroſimile eſt, Fideles in S. Stephani obitu Hieroſolymis pulſos, atque in Palæſtina fere (*Act. VIII.*) diſperſos communem illum Eccleſiæ ſuæ theſaurum in ea perſecutione amiſiſſe, idque Paulus in ea, quam ad ipſos dedit, Epiſtola, indicare videtur (*ad Hebræos X*, 34.). Quare mirum non eſt, longe graviorem ipſis fuiſſe famem ab Agabo prænuntiatam. Miſerrimo eorum ſtatu commoti Antiocheni diſcipuli Paulum ac Barnabam opportuni ſubſidii delatores illico ad eos miſerunt. Quod unum in hac collecta animadverſione dignum videtur, illud eſt, Antiochenos, quæ collegerant, miſiſſe ad *ſeniores*, nempe ad Eccleſiæ principes viros, per manus Barnabæ, & Pauli (*Act. II.*). In perſecutione poſt S. Stephani obitum mota fideles omnia, aut fere omnia, quæ in communi poſſidebant, bona amiſiſſe indicatum jam eſt; quod quidem præter probabile ſatis argumentum, quod ex Pauli Apoſtoli ad Hebræos Epiſtola (*X*, 32.) ducitur, facile quiſque ſibi perſuadebit, ſi ad odium, quo in Chriſtianos ferebantur Judæi, ac tumultus, ſeditioniſque tunc excitatæ impetum animum adjecerit. In extremam ergo paupertatem novi illi Fideles dejecti erant, quæ ab Apoſtolorum providentia miſerationem, curamque ſibi omnem merebatur. Quapropter hi cum in Hieroſolymitano Concilio Pauli, ac Barnabæ doctrinam probaſſent, id unum iſtis etiam atque etiam commendarunt (*XI*, 10.), pauperum ut memores eſſent, inque Regionibus, quas Evangelica prædicatione imbuiſſent, eleemoſynas pro illis ſedulo colligerent. Atque hinc plurium in Epiſtolis Pauli collectarum mentio. Prima ad Theſſalonicenſes *Ep. IV*, 9, 10, ait Apoſtolus: *De Charitate autem Fraternitatis non neceſſe habemus ſcribere vobis, ipſi enim vos a Deo didiciſtis, ut diligatis invicem; etenim illud facitis in omnes fratres in univerſa Macedonia* (cujus Urbs erat Theſſalonica). *Rogamus autem vos Fratres, ut abundetis magis*. Caput primæ ad Corinthios decimum ſextum his verbis idem Apoſtolus inchoat: *De Collectis autem, quæ fiunt in Sanctos*, (hoc eſt in Chriſtianos) *ſicut ordinavi Eccleſiis Galatiæ, ita & vos facite. Per unam Sabbathi unuſquiſque veſtrum apud ſe ſeponat recondens quod ei bene placuerit: ut non, cum venero, Collectæ fiant. Quum autem præſens fuero, quos probaveritis per epiſtolas, hos mittam perferre gratiam veſtram in Jeruſalem. Quod ſi dignum fuerit, ut ego eam, mecum ibunt*. Ubi animadverto, Apoſtolum Corinthios ad Charitatem ut acueret, Galatarum uti exemplo; quibus proinde aut voce coram, aut per quem-

piam

de modo cogitur quæritare. (*f*)

§. V. Huc accedit, quod antiquis temporibus non tanta rerum moles Pontificis humeris inſidebat, nec tot,

piam miniſtrum, aut Epiſtola aliqua, quæ perierit, debuit collectas præcepiſſe; illarum certe in ea quam habemus ad Galatas Epiſtola nulla fit mentio, & ſolum in ea fideles monentur, *ut communicet is, qui catechizatur verbo, ei qui catechizat in omnibus bonis*, nempe ut bonis opem afferat erudienti. Præterea, etſi Apoſtolus indefinite dicit *per unam Sabathi* unumquemque apud ſe debere ſeponere, quod ei bene placuerit; interpretum tamen ſententia eſt, die dominico id factum, quamvis S. Leonis temporibus ſecunda, ac tertia feria collectas habitas reperiamus (*ſer. de Coll. & Jejun.* 2, & 3.). *Gratiam* autem Apoſtolus eleemoſynas vocat; quemadmodum & in aliis ſæpe locis (*II Cor. VIII.*). Neque enim decebat, inquit Œcumenius, hoc altero vocabulo uti, quod Sanctis præterea, quibus conferri debebant, indignum. Cum priorem hanc ad Corinthios Epiſtolam Apoſtolus dedit, Epheſi etiam tum morabatur; Macedoniam tamen cogitabat, quo Timotheum, & Eraſtum præmiſerat. Macedoniam deinde & ipſe profectus Evangelii prædicatione detinebatur, quum Titus Troade ab ipſo fruſtra quæſitus ad eum adiit. Solatus eſt Paulum Titus, fauſtiſſimis de Corinthia Eccleſia nuntiis allatis, deque Eleemoſynis, quas Fideles Achajæ Fidelibus Judææ parati erant ſuppeditare. Hoc ſtatim exemplo uſus eſt Apoſtolus Macedoniæ Chriſtianos ad uberes pro Palæſtinæ fidelibus collectas incitaturus. Hinc Corinthios ut in cœptis confirmaret, ſecundam ad eos Epiſtolam perſcribere conſtituit. In hac (*c. VIII*, & *IX.*) Eccleſiarum Macedoniæ exemplo Corinthios rurſus hortatur, ut in Palæſtinæ Fideles eſſe liberales velint ...... Nihil de Collectis invenio in epiſtola ad Romanos, niſi quod Apoſtolus ſcribit, venturum ſe ad Urbem Orbis principem poſtquam Macedoniæ & Achajæ collectas Jeruſalem detuliſſet. (*XV*, 26.) Hoc extremum eſt, quod ob hanc cauſam ſuſcepit Apoſtolus iter; poſt hoc enim Ceſareæ duos annos in carcere manſit; hincque Romam fuit miſſus. Philippis, quæ Urbs Romana Colonia erat, partiſque Macedoniæ princeps, plures pro Paulo collectæ ſunt habitæ. Ejus Eccleſiæ fideles omnibus, qui ab Apoſtolo fuerant fidei lumine colluſtrati, gratiore in illum animo fuere. Poſtquam ſolutus fuit a vinculis, quibus in ea urbe fuerat ob Evangelii prædicationem adſtrictus, Amphipolim, Apolloniam, Teſſalonicam, aliaſque ad Civitates ſe contulit. Quoquo autem progrederetur, Philippenſes (*Philip IV*, 19.) eum pecunia juvabant. Bis enim Theſſalonicam, (*Philip. IV*, 16.) ſemel etiam Corinthum (*II Cor. II.*) ad illum pecuniam miſerunt. Ut autem Romæ illum Carcere damnatum intellexerunt, (*Phil. XI*, 26.) Epaphroditum, aut Epiſcopum, aut ſuæ Eccleſiæ miniſtrum (Vid. Calmet *Præfat. Ep. ad Philipp.*) deſtinarunt, qui ſufficientem pecuniæ vim ad eum deferret; de qua in ſe charitate gratias illis plurimas S. Apoſtolus agit (*Philip. c. ult.*). Etſi vero Apoſtolo Paulo, & Barnabæ ab Hieroſolymitano Concilio eſt Hieroſolymitanorum, & Palæſtinorum delata cura, nullus dubito parem illorum fuiſſe cæteris. Apoſtolis ſollicitudinem, ac mihi omnino perſuadeo, ab his in eorum ſubſidium fuiſſe ex variis, quas evangelica prædicatione imbuebant, provinciis eleemoſynas miſſas.

(f) Benedict. XIV *De Serv. Dei Beatif. & Beat. Canoniz. l.* 1, *c.* 46, *n.* 1. Vulgatiſſima eſt, præſertim vero apud exteras nationes querela, Pontificium ærarium divitis redundare ſuperfluis, eiſque ex univerſi Chriſtiani orbis contributionibus, quas tamquam intollerabiles traducunt, conflatis; atque adeo Romanos dedecere Pontifices tantam divitiarum copiam, quippe quæ in amplificanda nepotum patrimonia nimia profuſione erogatur. Porro facile eſt re ipſa reſpondere querelis. Norunt enim omnes, qui Pontificii ærarii notitiam habent, quam id ſit exhauſtum, & non modico æri alieno ad ſubveniendum Chriſtianæ Reipublicæ contracto obnoxium. Oportet ſane, id, uti prædicant, divitiis redundare, quemadmodum prolixa oratione proſequitur Æneas Silvius in ſua *Apologia ad Martinum Mayer*, quæ extat

tot, tantiſque adjutoribus, atque adminiſtris opus illi erat. Verum poſtquam aditus ad novas terrarum orbis partes patefacti, quo nullum adhuc fidei Chriſtianæ lumen pervaſerat; poſtquam teterrima Turcarum illuvies totam pene Orientalem Eccleſiam proſtravit, (cujus uberiores opes iis ipſis Univerſalis Eccleſiæ neceſſitatibus utilitatibuſque olim inſerviebant (g) quibus nunc Romana proſpicit Eccleſia); poſtquam Lutherus ingenti prædonum agmine facto in Occidentalem Eccleſiam irruerit, mirum quanta curarum, ac ſumptuum acceſſio Romanæ Eccleſiæ facta fuit! Hinc opus fuit optimis viris, qui in eas regiones peregre proficiſcerentur ibique Apoſtolatus munere fungerentur; atque ne unquam tantæ meſſi, in dies magis ſuccreſcenti operarii

extat in Commentariis Jo. Gobellini, ubi poſt multa ſic concludit p. 742. *Liquet igitur meo Judicio, quando id auctoritatibus, & rationibus probatum eſt, Romanam Eccleſiam divitem eſſe oportere, neque divitias ad voluptatem requiri, ſed ad tria tantum; ad ſtatum honeſtum, & dignitati convenientem tenendum; ad alendos pauperes, & Eccleſias manutenendas; ad coercendos malefactores, qui fidei ſinceritati officiunt*. Inquit nempe Salomon: (*Eccleſiaſt. VII*, 12, 13.) *Utilior eſt ſapientia cum divitiis & magis prodeſt..... ſicut enim protegit ſapientia, ita protegit pecunia*. Tum autem ſacris litteris & Regum, & Machabæorum teſtatum eſt in Dei templo magnam auri, atque argenti vim, ingentemque theſaurum ad neceſſitates fuiſſe reſervatum. Cum igitur vis hæc deficiat, nec reditus ex terris Summo Pontifici pleno jure ſubjectis pro eorum onerum complemento, quæ Sancta Sedes ſubit, & ſubire tenetur, ſufficiant; quid mirum, ſi ex Bullarum expeditione, & potiſſimum quidem in Epiſcopatuum, Abbatiarum, & Beneficiorum collatione novum aliquod ſubſidium petatur; quod porro cæteris omnibus reditibus junctum ſic etiam nec divitem facit Romanum Pontificem, nec eum vel ipſi ferendo oneri parem conſtituit? Decimæ ſcilicet decimarum in veteri lege Summo Sacerdoti a Levitis debebantur, & benignum pariter ſubſidium Epiſcopo indigenti perſolvitur: Romano autem Pontifici univerſæ Eccleſiæ clavum tenenti, & re vera indigenti minime ſubveniretur, ne Suprema Dignitas vileſcat, neve, urgente neceſſitate, ceſſare cogatur a tot laudabilibus operibus, quæ quotidie præſtat pro Chriſtianæ Reipublicæ tutela? Hiſce tamen devicti argumentis Joannes ipſe Gerſonius, & Cardinalis Petrus de Alliaco, etſi exactioni annuorum non admodum favorabiles, ingenue admiſerunt, eorum ſolutionem permanere debere, uſquequo alio modo poſſet Romani Pontificis indigentiis ſubveniri; ut ex eorum teſtimoniis plene relatis infert Thomaſſinus *de Benef. tom.* 3, *l.* 2, *c.* 58. Nec profuſa nonnullorum Pontificum erga nepotes liberalitas magis exprobranda eſt, aut quia olim fiebat, ut plurimum citra ullum Cameræ Apoſtolicæ incommodum, per aſſignationem videlicet eccleſiaſticorum redituum, ut puta Abatiarum, Beneficiorum, Romanæque Curiæ Officiorum, quæ quidem ſi non in nepotes, in alios collata fuiſſent; aut quia Innocentius XII *in Conſt.* 28, ſtatuit Romanum Pontificem Nepotibus, & conſanguineis inopia laborantibus debere pro ſua conſcientia ſubvenire, eorumdemque paupertatem eodem omnino modo ſublevare, quo pauperum extraneorum egeſtati opitulari fas eſt; præterea taxavit moderatam quantitatem Eccleſiaſticorum redituum per eum Nepoti, hujus ſcilicet meritis ita exigentibus, ad Cardinalitiam dignitatem evehendo aſſignandam; & hanc utique Conſtitutionem Innocentianam, quotquot poſt ipſum Innocentium Pontificatum Romanum adepti ſunt, adamuſſim obſervarunt, atque adeo ad effectum perduxerunt.

(g) Petrus de Marca *in Diſſ. de diſcr. Cler.*, & *Laic. c.* 3, *n.* 10. Miſſiones in barbaricas regiones, ideſt extra fines Romani Imperii ſitas Synodus Conſtantinopolitana reſervavit præcipuis thronis erga provincias ſuis tractibus viciniores. Ea de cauſa Alexandrinus Epiſcopus Æthiopiæ conſulebat, Antiochenus Indiarum Eccleſiis, Cæſarienſis in Cappadocia majoris Armeniæ Eccleſias ordinabat, quod jus deinde poſt ſubjectam Conſtantinopolitanæ Sedi Cæſaream, in illam devolutum eſt.

rarii deeſſent, neceſſe fuit Seminaria (*h*) inſtitui, in quibus viri tantæ magnitudini pares continenter propagarentur, iis Chriſtianis, qui ſub dira Turcarum ſervitute ingemiſcunt, ſubſidia mittere, Templorum ibi reliquias ſartas tectas ſervare, eorumque miniſtros alere (*i*), ſchiſmata, atque hæreſes refellere, ſchiſmaticos, hæreticoſque undique ingruentes ad bonam frugem revocare. Quæ quidem omnia quot, quantiſque adminiſtris indigent? Quantam pecuniæ vim exſorbent?

§. VI. Optandum ſane eſſet, ut Romanæ Eccleſiæ quemadmodum olim, ubi oblationum ardor deferbuit, prædiis, ac latifundiis, ita etiam ſequioribus hiſce temporibus, quibus liberalitas omnis pene aruit, ſtatis reditibus abunde pro dignitate proviſum eſſet,

(h) Vide ea quæ recitavimus in nota (b) ad Quæſtionem XXXI.

(i) Urbanus Cerri libro quem Innocent. XI P.M. obtulit, inſcripto *Iſtruzione dello ſtato della Santa Congregazione de propaganda Fide*, ad cap. cujus hæc eſt inſcriptio: *Della Terra Santa*, ſic habet: Nella Paleſtina, o Terra Santa vi ſono Conventi di Minori Oſſervanti, uno in Geruſalemme di 40 Frati, uno in Beteleme, ed un altro in Nazaret di minor numero ſotto l'obbedienza del Guardiano di Geruſalemme, quali ſervono al S. Sepolcro, e ſebbene di queſto Santuario, ultimamente ſono ſtati ſpogliati dai Greci, che con danaro hanno dal Gran Viſir ſpuntato un tal poſſeſſo, nondimeno adeſſo s'intende, che detti Padri poſſano ricuperarlo mediante l' Interceſſione de' Principi Criſtiani moſſi dalle caldiſſime iſtanze fatte loro con replicati Brevi della Memoria di Clemente, e di una gran ſomma di danari raccolta nella Criſtianità.

Idem *l. c.* Coſtantinopoli .... è piena di grandiſſimo Popolo di tutte le Nazioni, e Religioſi. I Latini però non arrivano a mille, per lo più Mercanti, che abitano in Galata, o Pera. Tra queſti hanno le abitazioni gl' Ambaſciadori, o Reſidenti de' Principi Criſtiani. La Congregazione *de Propaganda* vi mantiene un Veſcovo col titolo di Vicario Patriarcale, ch' era M. Ridolfi della Marca Minore Conventuale, che per le ſue indiſpoſizioni avendo ottenuto licenza di ritornare in Italia è morto prima, che gli arrivaſſe il Su ceſſore, qual è il P. Gaſperini della Provincia di Fano ſtato Provinciale in quel Convento, e Soggetto aſſai appropoſito per tal Miniſtero, per quanto ne ha data relazione il P. Lauria, il quale è già partito per la ſua reſidenza. Vi ſono molte Chieſe, e la Repubblica di Venezia ha, pochi anni ſono, impetrato licenza di rifare la Chieſa di S. Franceſco... Fa ivi il detto Vicario le ſue funzioni Epiſcopali, e ſopraintende a' Religioſi, che ſono Curati per l' amminiſtrazione de' Sagramenti ai Latini, e Schiavi che ſtanno nei Bagni. Altro bene non è permeſſo dalla tirannide del Turco, e dalla pertinacia dei Greci, il cui Patriarcato è divenuto venale, e il Gran Signore elegge, e depone i Patriarchi di Coſtantinopoli tuttochè viventi: provano in ſomma que' Greci una ſchiavitudine incredibile dopo d' eſſerſi alienati dalla Chieſa Romana collo ſciſma. Onde con tuttochè nel Concilio Fiorentino ſe ne ſtabiliſſe poi l' unione, dalla *malizia*, e oſtinazione de' Greci *non fu mantenuta*, oltrechè dagli ſteſſi Turchi adeſſo ſarà ſempre impedita.

Idem *l. c.* La Grecia ſi divide in quattro Provincie, cioè Macedonia, Epiro, Achaja, e Morea, ſebbene quaſi tutta la Romania ſi può chiamar Grecia, come anche le Iſole dell' Arcipelago. Nella Grecia dunque, che chiamaremo Mediterranea, non ſono altri Criſtiani, che Greci Sciſmatici, nè tra loro è alcuna diverſità eſſenziale; vero è, che eſſendo ſotto il giogo Ottomano la Criſtianità ſi è diminuita, le Città ſpopolate, e i Templi del tutto diſtrutti; ſicchè dentro terra ſono in molto maggior numero i Turchi de' Greci. Dei Cattolici ve ne abitano pochiſſimi ſcarſi di ajuti ſpirituali non avendo in quel Paeſe potuto pigliar piede le miſſioni, che ſi ſono dalla Congregazione più volte mandate. Ricevono però qualche aſſiſtenza de' Padri Conventuali di Corfù, e da' Cappuccini Franceſi, che ſtanno nel Arcipelago. *E' una gran coſa però che da tan*-

eſſet, ut optarunt Patres Synodi Baſileenſis *Seſſ.* 12, 21, nec ad eas incitas redacta res eſſet, ut ab iis, qui diſpenſationes, & ſacerdotia petunt, hæc ſubſidia poſtulentur, anſaque adverſariis præbeatur, Simoniæ, munerumque Eccleſiaſticorum nundinationis reum Pontificem Maximum agere. Verum cum id optandum potius, quam ſperandum ſit, danda opera eſt, ut Eccleſiam Romanam ab omni Simoniæ ſuſpicione liberemus.

§. VII. Sed factum bene, quod huic cauſæ patronos habemus Ludovicum Tho-

ti Alunni allevati nel Collegio Greco non ſi faccia mai alcun profitto per la riduzione de' Sciſmatici al grembo della S. Madre Chieſa: anzi molti tornino a farſi Sciſmatici riuſcendo più fieri nemici de' Cattolici per le Scienze che hanno appreſe, e per la notizia delle noſtre imperfezioni, e in ſpezie il Pianotto Veſcovo Sciſmatico, e già Dragomano del Gran Viſir, che fu alunno di queſto Collegio, è ſtato il maggior perſecutore de' Cattolici, avendoli anche con Scritture falſe privati dello S. Sepolcro, e tutto il Levante ſcrive, e fa iſtanze, che ſi aboliſca il detto Collegio: però biſognerebbe, che la Santità Voſtra lo faceſſe viſitare diligentemente per trovare la cagione, ſe è poſſibile, di queſti ſconcerti. Hæc Urbanus Cerrius S. Congregationis de propaganda Fide a Secretis; in quem locum hæc ſubdit Mamachius: Cauſa, quam ille quærendam putat, perſpicua eſt. Erſi enim adoleſcentuli parentibus Græcis Schiſmaticis orti, dum in Collegium veniunt, profeſſionem fidei recitent, ore tamen, non corde recitare plerumque ſolent, quod ita fuerint a ſuis inſtituti, antequam Patria excederent. Addiſcendi cauſa veniunt, non ſchiſmatis ejurandi. Qui autem præfecti Collegio ſunt, quamquam errorem ex animi adoleſcentulorum eorumdem evellere conantur, nihil tamen efficiunt, quod lingua omnino aſſentiri ſe illi nobis dicant, animo non dicant. Hæc Mamachius (*l.* 2, *cap.* 16.) natione Græcus.

Moshemius *l. c. in Sæc. XVI*, *Sect. II*, *p.* 1, §. 22. Inter Chaldæos ſeu Neſtorianos medio fere ſuperiori ſæculo cœtus quidam exiguus Romano Pontifici obediens collectus eſt, qui Patriarchas habet in Urbe Amida habitantes, & *Joſephi* omnes nomine utentes. (Vid. Aſſemani *Biblioth. Orient. Vaticana Tom. III*, *p.* 1, *pag.* 615, Lequien *Oriens Chr. T. II*, *p* 1084.) Quod cæterum legati Summi Pontificis progreſſus ſuos inter haſce ſectas magnifice prædicant, id parum ingenue, & ſine cauſa faciunt. Teſtimoniis enim omni dubitatione majoribus exploratum eſt, in quibuſdam regionibus nihil prorſus ab illis effici, hoc unum ſi demas, quod infantes furtim ſacro fonte initiant, quos parentes, quoniam ſeſe Medicos plerumque profitentur, ſanandos illis offerunt, (Vid. Urban. Cerri *p. 164*, Gabriel de Chiron *Relations nouvelles du Levant p.* 1, *c.* 6, *p.* 174) in aliis pauperem tantum, & miſeram turbam colligi, quæ plerumque argentum ſi deſit delabitur, & ad Majorum religionem redit. Unus item, & alter ex Græcorum, aliorumque populorum Præſulibus interdum obedientiam Romano Pontifici ſpondet, immo Romam teſtandi obſequii cauſa proficiſcitur; verum hos aut avaritia aut ambitio ducit. Quocirca mutatis rerum ſuarum rationibus repente deficiunt, aut ambiguis formulis Romanos decipiunt. Si qui fidem, quam dederant, præſtant, immo ad poſteros propagant, ut Neſtorianus, qui Amidæ habitat, Antiſtes, nullam habent aliam conſtantiæ ſuæ cauſam, quam *perpetuam Romani Pontificis liberalitatem*.

Maronitarum gens, quæ montes Libani, & Ante-Libani maxime occupat, tota ab eo tempore, quo Latini terram ſanctam invaſerunt, in Pontificis Romani ditionem tranſit: *Magno hæc amicitia Pontifici conſtat*. Summa enim cum in paupertate ſub Mahumetanorum tyrannide vivant Maronitæ, Pontificis eſt, miſeriæ eorum opibus ſubvenire, ut habeat Antiſtes cum proceribus, quo crudeles Dominos placare, Sacerdotibus neceſſaria ſuppeditare, & ſacra publica celebrare queat. Nec leves ſumptus Collegium Maronitarum requirit, quod Gregorius XIII Romæ conſtruxit ad juvenes ex Syria miſſos litteris, & amore erga Cathedram Romanam imbuendos.

Thomaſſinum *de vet. & nov. Eccl. Diſcipl. p. 3, lib. 2, cap. 58, 29*, (k) Pe-

(k) Thomaſſin. *l. c.* Noſtram hanc de Annatis Diſſertationem indidem ordiemur, unde priorem de ſpoliis; ejuſdem uſum perdiu ante Invaluiſſe in Cœnobiis, atque in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegialibus, quam eas vel ſummis digitis attingerent Pontifices Romani. Memoria obiter, & ſummarim recolenda ſunt, quæ dicta ſunt ſupra de Deportibus ut jam ambigere nemo prorſus poſſit, quin Prælati Sæculares, & Regulares, & Epiſcopi ipſi fructus primi anni acceperint Beneficiorum vacantium ſuæ ditionis aliquamdiu ante quam Summi Pontifices Idem ſibi juris adrogarent. Principem locum do Abbatibus, quod cum Prioratus eorum juris obedientiæ ſint eis ad nutum obnoxiæ, majoris in eos imperii vim illi exercebant, etiam in temporalibus, quam vel Epiſcopi, vel Archidiaconi in Parochias, quæ in obedientiarum utique claſſem conjici non poterant, cum ad nutum Epiſcoporum revocabiles non fuerint Parochi. Epiſcopi aliquando reſcripta Apoſtolica elicuere, ut eo jure uterentur, ut Epiſcopus Tullenſis ab Honorio III, (*extrav. de Verb. ſignif. c. 32.*) & Archiepiſcopus Cantuarienſis ab Innocentio IV, (Matth. Pariſ. *ad ann.* 1246.) & Epiſcopus Leodienſis a Gregorio X, Anno 1306. Cæteræ Eccleſiæ exigebant annatas antiqua etiam conſuetudine, cum nedum ullas Romana exigeret, uti patet ex Decretalibus Bonif. VIII, *l. 1, t. 3, c. 10, in 6, & tit. 16, cap. 19, eod.* Sub Clemente V, & tempore Concilii Viennenſis nedum Pontifex annatas capiebat ullas, uti conſtat ex iis, quæ referunt Matthæus Weſmonaſterienſis *pag.* 457, & Thomas Valſinghamus in *hypod. Neuſtriæ p.* 96, 97. *Ipſe vero Papa videns inſatiabilem quorumdam Epiſcoporum Angliæ avaritiam importune poſtulantium primas vacantes Eccleſias per annum in ſuis Diœceſibus ſibi concedi, advertenſque, quia quod poſtulat Inferior, poteſt & Superior; appropriavit ſibi ipſi per biennium omnes proventus de primo vacantibus in Anglia; videlicet de primo anno primos fructus eam de Epiſcopatibus, Abbatiis, Prioratibus, Præbendis, Rectoriie, & Vicariis, quam de cæteris minutis Beneficiis. At hæ exactiones ultra duos treſve annos non ſunt progreſſæ, nec ultra fines Angliæ.* Cœpit Joannes XXII aliquas exigere, ſed ab hodiernis longe diverſiſſimas, uti colligere eſt *in extrav. com. l. 3, t. 2, c. 11, Cum nonnullæ.* Flagrante autem ſchiſmate Avenionenſi cœpit Bonifacius IX annatas exigere ab Epiſcopis, & Abbatibus, uti habemus ex Theodoro Niemenſi *n.* 12, & ex Platina, cujus hæc ſunt verba: *Annatarum uſum Eccleſiaſticis beneficiis impoſuit. Hanc autem conſuetudinem omnes admiſere præter Anglos, qui de ſolis Epiſcopatibus conceſſere, in cæteris beneficiis non adeo.* Nam luctuoſiſſimo illo ſchiſmate poſt mortem Gregorii IX exorto, qui Avenione migrans Apoſtolicam Sedem Romæ reſtituerat, ita ſciſſa fuit Eccleſia inter duos Pontifices alterum Romæ, alterum Avenione ſedentem, ut uterque mox Pontifex ad moleſtiſſimæ inopiæ anguſtias detruſus ſit. Ei malo mederi tentavit Clemens VII, invecto ſpoliorum jure, Bonifacius IX, qui Urbano Gregorii ſucceſſori ſucceſſerat, Annatarum inſtitutione. Diximus ſupra, anno 1355 fulmineo quodam edicto Carolum VI Regem detonuiſſe in ſpolia, quæ Clementis VII Collectores ex Epiſcopatibus, & Abbatiis vacantibus legere cœperant. De annatis ibi prorſus ſiletur, ut quas Bonifacius IX anno demum 1392 exigere cœperit. Sedebat Romæ Bonifacius, nec multo poſt cœpit & ipſe, qui Avenione ſedebat Pontifex annatas exigere. Rex idem enim ipſe Carolus VI edicto alio proſcribens ſpolia, quæ rurſus exigi cœperant anno 1406 28 Februarii, Annatas pariter proſcribere cœpit, quæ jam cum ſpolio exigebantur.

Magna animorum contentione agitata eſt quæſtio de Annatis in Concilio Conſtantienſi, ubi Cardinales Piſanus, Cameracenſis, & Florentinus delegati fuere a Concilio cum Deputatis quinque nationum, ut in commune conſulrarent de repurganda Eccleſiæ diſciplina in Capite, & in membris. Propoſita Annatarum quæſtione, moleſte ferentes Galli non ſatis ſtrenue certari ad eas abolendas; quin & vehementer conniti Cardinales ad earum defenſionem, privatim ipſi coiere, & ad eas expungendas conjuravere. Joan-

Petrum de Marca *De Concordia Sacerdotii & Imperii lib. 6, cap.* 12, (*l*)

Joannes de Scribanis Procurator Fiſcalis Cameræ Apoſtolicæ appellavit ab hac deliberatione ad Papam futurum. Ei provocationi adhæſere Cardinales. Ita factum eſt, ut nihil de Annatis in Concilio Conſtantienſi definiretur. *Seſs.* 40, in medium prolata ſunt capita, multa Reformationis, & illud, potiſſimum *de Annatis*, *Communibus ſervitiis*, *& Minutis*. Hæc proponebantur, ut de iis conſilium inirent cum Summo Pontifice Concilii Patres. *Seſs.* 43, electo jam ante in Pontificem Martino V, plurima quidem egregie conſtituta ſunt de cæteris diſciplinæ expurgandis capitibus, de Annatis altum fuit ſilentium, quo uſus prior confirmari videbatur. In Concilio Baſileenſi, anuo 1433, conſtitutum fuit, ut annatæ tamdiu colligerentur, dum alii proventus Curiæ Summi Pontificis a Concilio aſſignarentur. *Summum Pontificem* (*ſeſs.* 12.) *Synodus exhortatur, ut cum ſpeculum ac norma omnis ſanctitatis eſſe debeat, & munditiæ, pro confirmatione earum Electionum, quas ad eum deferri contigerit, nihil penitus exigat, aut recipiat &c. Pro oneribus autem, quæ ipſum pro regimine Univerſalis Eccleſiæ ſubire oportet, proque ſuſtentatione S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & aliorum neceſſariorum officialium, hoc ſacrum Concilium ante ſui diſſolutionem omnino debite, & congruenter provideat. Quod ſi contingat aliquam circa hæc proviſionem non facere, tunc illæ Eccleſiæ, & Beneficia, quæ uſque nunc ex novi Prælati aſſumptione certam taxam ſolverint, deinceps medietatem hujuſmodi per annum poſt adeptam poſſeſſionem ſolvere in partibus teneantur; duratura hujuſmodi proviſione donec prædicti Papæ & Cardinalium ſuſtentationi fuerit aliter proviſum*. Quod eodem redit ac ſi Annatæ a Concilio confirmatæ fuiſſent. Cum enim fundos alios, proventuſque non aſſignaverit in locum Annatarum ſubrogandos ad onera Eccleſiæ Romanæ, conceptis Decreti hujus verbis Annatæ perſolvi uſque præcipiuntur, licet cum aliqua ſummæ totius moderatione. Sed quid invictius, & ineluctabilius decreto *ſeſs.* 42 ejuſdem Concilii Baſileenſis, ubi creato Papa, vel Antipapa Felice V, confirmatæ ſunt Annatæ ad ſumptus neceſſarios eidem Felici V ſuppeditandos? *Vult, & decernit Synodus, quod ſi qua Capitula, Collegia, & Conventus, & Eccleſiaſticæ, ſæculareſque perſonæ, cujuſcumque dignitatis, ordinis ſtatus, ac conditionis exiſtant, fructus, reditus, ac proventus primi anni hujuſmodi, aut aliquam illorum partem, ex ſtatutis, conſuetudinibus, ſeu privilegiis, aut alias quovis modo levare, aut percipere conſueverunt, per hoc Felici Papæ nullatenus præjudicetur. Per hoc tamen Sancta Synodus Capitulis, Collegiis, Conventibus, ac perſonis prædictis, quominus annis dictum primum vacationis annum ſequentibus, illos & illam pro ea parte, quæ ob impoſitionem denarii eis defecerit, petere, & exigere valeant, non vult nec intelligit præjudicium generari*.

Antequam recedamus a Concilio Baſileenſi, depromenda hic nobis eſt reſponſio Æneæ Sylvii ad querimonias Germanorum, a viro juris conſultiſſimo, ſibique conjunctiſſimo ad ſe perlatas Martino Meyro. In his autem querelis erat quod ad Annatas ſpectaret, & ad invidioſam earum exigendarum rationem non mora, non procraſtinatione ulla conceſſa. Hinc maxima invidia conflabatur Curiæ Romanæ. Reſpondet autem Æneas, *a Beneficiariis ipſis Pontificem in has anguſtias eſſe conjectum; quondam enim Bullas annui ſolitas ſtatim atque ſpopondiſſent ſe ſoluturos; at illi Bullis potiti non tantum fidem ſuam non liberabant, ſed & fulmina ipſa excommunicationum aſpernabantur. Eo neceſſitatis telo compulſam Curiam Bullas niſi repræſentata pecunia pernegaſſe*. Exactioni annatarum imputabat Martinus hic Juriſconſultus ſummam quamdam Germaniæ egeſtatem in quibuſdam Eccleſiis ſuis. Contra regerebat Æneas, *ab omnibus prorſus Eccleſiis Germaniæ ſolvi annatas, nec omnes tamen inopia conflictari; certiſſimam ergo cauſam hujus Germanicarum Eccleſiarum egeſtatis refundi potius deberi in creberrimas bellorum ruinas, immenſa quædam Beneficiariorum dona in cognatos, regificas Præſulum dapes, equorumque, & Satellitii magnificentiam prorſus ſæcularem. Luxuria, & am-*

(*l*) & Joannem Gerſonium, qui in Op. *de ſtatu Papæ & Cardinalium Conſ.* 5, hæc habet: *Status Summi Pontificis, & Cardinalium dum recipit, & quærit ſubventiones conſuetas in Oblationibus, decimis, vel annatis, & ſimilibus, non debet eo ipſo de Simoniaca pravitate notari. Oppoſitum vero pertinaciter opponens notando generaliter totum ſtatum iſtum, temerarius eſſet, nec ferendus.* Quis enim non videt, dum de ſimonia Romanum Pontificem hujuſmodi vectigalia exigentem condemnamus, etiam Epiſcopos omnes eadem Romano Pontifici penſitantes, & haud abſimilia a ſuis Clericis exprimentes uno eodemque tempore Simoniæ reos agi, itaque Univerſæ Eccleſiæ Simoniacam labem a nobis adſpergi?

§. VIII. Quid quod horum Vectigalium penſitandorum conſuetudinem a primis uſque Eccleſiæ ſæculis ex Juſtiniano accepimus, qui *in Novel.* 56, *c.* 1, hanc conſuetudinem ratam habere videtur. *Sancimus igitur* (ita habet hæc lex ad Menam Patriarcham Conſtantinopolitanum) *Beatitudinem tuam hoc validiſſime cuſtodire, ut ſi quidem conſuetudo eſt dare eos, qui ordinantur in ſanctiſſima Eccleſia majore, hoc eos præbere, nihil enim de eis, quæ dantur in ſanctiſſima Eccleſia majore novamus, & in Novel.* 123, *c.* 3. *Pro conſuetudinibus illa ſola permittimus præberi ab ordinatis Epiſcopis, quæ ſubſequenter præſenti legi inſerta ſunt. Jubemus igitur Beatiſſimos Archiepiſcopos, & Patriarchas, hoc eſt ſenioris Romæ, & Conſtantinopoleos, & Alexandriæ, & Theopoleos, & Hieroſolymorum, ſi quidem conſuetudo habet, Epiſcopis, & Clericis non minus quam viginti auri libras dari; ipſa ſolummodo præberi, quæ conſuetudo recognoſcit. plus autem ab hac quantitate, nihil ſupra viginti auri libras præberi. Metropolitas autem a propria Synodo, aut beatiſſimis Patriarchis ordinatos, & alios omnes Epiſcopos, qui aut a Patriarchis, aut a Metropolitis ordinantur, dare pro inthroniſticis quidem ſolidos centum; notariis autem ordinantis, & aliis miniſtrantibus ei, & ſolemniter accipientibus ſolidos trecentos. Et c.* 16. *Sed*

---

ambitio Germanicas Eccleſias, non Romana Curia exhaurit. Edita ſunt anno 1448 Nationis Germanicæ cum Nicolao V Concordata, quibus conventum eſt, Epiſcopatuum, & Cœnobiorum virilium Annatas perſolutum iri ex Apoſtolicæ Cameræ taxa; quoad alia vero Beneficia, quæ ad Apoſtolica Sede conferentur, nihil Annatarum ab his acceptum iri, quorum reditus viginti quatuor auri florenos non ſuperaret. Anno 1469 a Paulo II ſtatutum eſt, Prioratus, & alia Beneficia Annatis obnoxia, ubi vacabant, ſi poſtea unirentur nexu perpetuo cuidam Prælaturæ, eas perſolutura quintodecimo quoque anno. Hanc Conſtitutionem innovavit Paulus IV anno 1558 ea Bulla, in qua meminit Conſtitutionum omnium a ſuis majoribus editarum ſuper Annatis. Pius V, & Siſtus V, anno 1586, eamdem Conſtitutionem innovavere quoad Beneficia, & Annatas. In Galliis Annatæ poſt varios caſus reſtitutæ ſunt Concordatis Bononienſibus anno 1515 inter Leonem Papam X, & Franciſcum I initis, confirmatiſque *ſeſs. XI* Concilii Lateranenſis ſub eodem Pontifice.

(l) Petrus de Marca *de Concord. S. & I. l.* 6, *c.* 12, *n.* 6. Quare paullo audacior Gerſone cenſeo æquum non eſſe, ut priſcam ſeveritatem mordicus teneamus quoad annatas, quas Epiſcopi ſolvunt, cum eæ obnoxiæ ſint interpretationi, quæ ipſas liberat a vitio Simoniæ, titulo videlicet ſubventionis. Modus quippe adigendi ad earum ſolutionem, retentis videlicet Bullis, qui erat lapis ſcandali tempore Conciliorum Conſtantienſis, & Baſileenſis, in conſuetudinem verſus eſt abſque ulla conqueſtione Prælatorum, aut Principum, qui ſolutioni huic conſenſerunt ſub titulo ſub-

16. *Sed neque Clericum cujuſcumque gradus dare aliquid ei, a quo ordinatur, aut alii cuilibet perſonæ permittimus: ſolas autem præbere eum conſuetudines iis, qui ordinantium miniſtrantes ſunt, ex conſuetudine accipientibus unius anni emolumenta non tranſcendentem*. Haſce leges cum expenderent Gothofredus (*in not. ad novel.* 113, *c.* 16.) & Boehmerus, (*J. E. P. l.* 1, *t.* 11, §. 34.) homines licet a Romanarum partium ſtudio valde alieni, fateri tamen coacti ſunt, horum pendendorum vectigalium conſuetudinem longe ante Juſtiniani tempora in Eccleſia viguiſſe. Univerſam ne igitur Eccleſiam tam longo ſæculorum ſpatio ſimoniacam fuiſſe dicemus?

§. IX. Verum horum vectigalium exigendorum jus altius eſt repetendum. Cum Eccleſiaſticorum bonorum diviſio facta eſt; (*m*) ea non (uti pro-

ſubventionis. Ea videlicet ratione tollitur omnis ſuſpicio Simoniæ; quandoquidem alio titulo reali, & legitimo ſolvuntur, cujus natura mutari non poteſt ob modum, qui obſervatur in ſolutione.

(m) Berard. *Tom. IV*, *p.* 2, *Diſ.* 3, *c.* 5. Non tamen inde colligitur, quamdam ſpeciem habere veri opinionem illorum, qui putaverunt, hodie ſuſpenſionem illam, quæ dicitur a beneficio, non poſſe eſſe cenſuram; propterea quod hodie apud Clericos receſſum ſit a generali communione bonorum, & diviſis Eccleſiaſticis beneficiis, prædia, redditus, & obventiones univerſæ Eccleſiæ factæ ſint propriæ ſinguiorum. Placeant hæc illis, qui aliam habent imaginem beneficiorum ab ea, quam ego in ea tractatione, quæ eſt de Eccleſiaſticis beneficiis edidi. Mihi ſane non arrident conſideranti facto quidem ceſſaviſſe bonorum communionem, non jure, propterea quod non aliud jus aſſerendum videtur Clerico beneficiario, quam uſus, non dominium, immo nec uſusfructus, uti ſuo loco demonſtravi.

Benedict. XIV, *de Syn. Diœceſ. l.* 3, *c.* 8, §. 6. Animadvertendum eſt, optimo jure Summum Pontificem potuiſſe ſibi reſervare ſpolia Clericorum in pauperes, alioſque pios uſus diſtribuenda, uti bene poſt Redoanum probat Azor. *Inſt. Moral. p.* 1, *l.* 8, *c.* 2, *q.* 4, & in provinciis, in quibus prædicta ſpolia colliguntur, potuiſſe Exactores, & Collectores conſtituere, quorum importunam, quam exaggerant, exactionem facile Clerici eludere queunt, ſi ſcilicet bona Eccleſiæ, quæ ſuperſunt, pauperibus erogent, neque in commodum congregent cognatorum; uti bene perpendit Cardinal. Baronius *ad an.* 397, *n.* 64, & Thomaſſinus *de Benef. p.* 3, *l.* 2, *c.* 57.

Berard. *Comm. In Jus Eccl. Univerſ. Tom.* 2, *Diſ.* 6, *c.* 3. Recentioribus ſæculis nova in Eccleſiam invecta fuit Diſciplina, juxta quam aliter de bonis Beneficiariorum ſive teſtato ſive inteſtato decedentium diſpoſitum eſt, quod appellaverunt jus ſpoliorum. Hujus origo repetenda videtur ex moribus Monaſteriorum, in quibus ſi quando Monachus deceſſiſſet, Abbas, ſeu quicunque alius regularis Prælatus ſibi vindicabat quæcumque apud defunctum reperiebantur, quod Sæculo XIII factum fuiſſe teſtantur ejus temporis Concilia, Salmurienſe anni 1253, *can.* 21, Redunenſe anni 1273, *c.* 4, & Langeacenſe an. 1278, *c.* 3. Prælatorum Regularium exemplo Epiſcopi cœperunt eodem ferme tempore Clericorum inferiorum bona ſibi vindicare, rati, qualis erat Abbatum in Monachos, talem eſſe Epiſcopi in Clericos, præſertim ubi vivebant in communi, poteſtatem .... Et exemplo Epiſcoporum tandem hæc ſpoliorum jura etiam Romani Pontifices ſibi vindicare cœperunt. Quod factum fuit tempore ſchiſmatis Avenionenſis. Dirum ſane ſchiſma fuit, dum Clemens in Galliis erat, Romæ ſedebat Urbanus. Hic Romanæ Eccleſiæ reditibus fruebatur, ille remotus ab Epiſcopatu, quem ſuum jactabat, reditibus propriis omnino carebat. Prætenſa tamen dignitas videbatur a Clemente honeſtam, & gradui ſuo reſpondentem vitæ rationem poſtulare, præſertim ubi Cardinalium coronam ſibi adſiſtentem non modicam creaviſſet, præter ingentem comitatum.

profanorum) tam ſeveris legibus conſtricta fuit, nec tam arctis clauſtris cuſtodita, ut ſi quando Eccleſiæ neceſſitas, aut utilitas popoſcerit, ea clauſtra revelli non poſſint. Revulſa fuerunt jam antiquiſſimis temporibus, cum Sacerdotiis penſitationes, aliaque hujuſmodi onera imperata fuerunt. Cur vero, ut Romanæ Eccleſiæ dignitas ſuſtentetur, ut Religionis pomeria longe, lateque protendantur, non poterunt ea vincula diſſolvi, quibus bonorum Eccleſiaſticorum diſtributio adſtricta fuit? Cum

---

tum. Ut ſibi in his adjunctis, Curiæque ſuæ proſpiceret, vacantium Beneficiorum qua minorum qua majorum bona & ſibi, & ſuis addixit, & quæ a decedentibus Clericis relicta erant, vindicavit.

E Curia Clementis VII in Curiam Romanam traducta fuere ſpoliorum jura, quibus viam ſimiles cauſæ aperuerant. Etſi enim circa annum 1389 obierint & Urbanus, & Clemens de Romana Cathedra diſputantes, alii tamen duo in locum defunctorum ſuffecti fuerunt iterum de Cathedra contendentes Bonifacius IX, & Benedictus XI, qui & Benedictus XIII, appellatur. Cœperunt tunc temporis ſpolia exigi in pluribus Italiæ provinciis, quod & factum eſt temporibus Innocentii VII anno 1404, & Gregorii XII an. 1406, non tamen ſine contradictione multorum; unde fiebat, ut aliquæ provinciæ novæ diſciplinæ adquieſcerent, aliæ obſiſterent, aliæ etiam, prout ferret adjunctorum ratio eam diſciplinam modo reciperent, modo abjicerent. Anno 1409, electus Pontifex Alexander V proteſtatus eſt, ſe ſpoliorum jure minime uſurum. Ita legitur *in Seſſ.* 22 Concilii Piſani. At immaturo fato e vivis ſublato Alexandro, ſucceſſor Joannes XXIII, ut ſuorum temporum adjunctis inſerviret ob gravia concitata bella fidei, ac Religionis, iterum ſpoliorum jura explicavit. Defuncto Joanne anno 1417, deducta res ad Concilium Conſtantienſe, ubi *Seſſ.* 29 ita ſtatutum legitur: *Cum per Papam facta reſervatio, & executio ſpoliorum decedentium Prælatorum, aliorumque Clericorum gravia Eccleſiis, Monaſteriis, & aliis Beneficiis, Eccleſiaſticiſque perſonis afferant detrimenta, præſenti declaramus edicto, rationi fore conſentaneum, & Reipublicæ accommodatum, tales per Papam reſervationes, ac per Collectores exactiones de cætero nullo modo fieri, ſeu attentari*. Forte res ex voto ceſſiſſet, ſi Decretum hoc fuiſſet Pontificis auctoritate confirmatum. At Martinus V eadem ſpolia exigi adhuc juſſit, incuſans adjuncta infelicium temporum, quibus ingenti pecunia opus eſſet ad Eccleſiæ pacem, & tranquillitatem curandam.

Vita functo Martino V, Cardinales ad novi Pontificis electionem convenientes, ventilatis ſpoliorum cauſis, uti refert Rainaldus *ad an.* 1431, *n.* 9, Statuerunt, atque jurejurando firmarunt, eum, qui electus eſſet in Pontificem, a ſpoliis exigendis temperaturum. Tamdiu viguit hoc decretum, quamdiu Pontificia Sedes vacavit, quodque quiſque Cardinalis ſentiebat, neſcio quo fato electus Pontifex revocavit. Itaque iterum ſub Eugenio IV, Nicolao V, Calixto II, Pio II, Sixto IV, Innocentio VIII, & Alexandro VI, pluribus in provinciis ſpolia exacta ſunt; neque enim publicæ cauſæ deerant, quibus *Apoſtolicæ* Sedi ſubſidia quædam eſſent ab inferioribus Eccleſiis conferenda. Pius III conatus eſt, ut eam diſciplinam generaliter in Occidente proponeret; non tamen potuit id in Gallia præſertim recipi repugnante Ludovico XII anno 1503, quo Pius obiit. Hinc ſub Julio II, Leone X, Adriano VI, & Clemente VII, anceps fuit, & deformis conſuetudo Eccleſiarum, immo & fere obnoxia ubique contentionibus.

Supremam manum tuendis Apoſtolicæ Sedis juribus cenſuit admovendam Paulus III, anno 1541, edita generali Conſtitutione, qua ſpolia generaliter indicerentur. Habetur iſta *in c* 1, *De ſpoliis Clericorum*, in ſept. Decretal. exitu tamen parum felici. Julius III opportunum duxit eam Conſtitutionem moderari; etenim anno 1549 ſtatuit, ut quicumque Eccleſiaſticus in Curia Romana decederet, aut eam ſequens, in quamcumque cauſam teſtari poſſet; quod ſi in-

Cum igitur S. Pontifex Annatas, aliaque hujuſmodi vectigalia (n) Beneficiis

inteſtatus decederet, ei legitimi hæredes ubicumque degentes ſuccederent. Deinde anno 1553 ſtatuit, ut quando jurgia multa in provinciis oriebantur occaſione ſpoliorum, cognitiones cauſarum reſervarentur ſoli Theſaurario generali.

Nihil ſingulare occurrit ſub Marcello II, ac deinde ubi Paulus IV anno 1556 mandavit aliquibus, ut ſpolia omnino Cameræ exigerent, exceptionem addidit, *niſi aliud obtineret in privilegio Apoſtolico, ſeu ex conſuetudine legitime præſcripta in loco vigenti*. Similia etiam mandata prodierunt a Pio IV anno 1560. Ut paucis dicam, ea tempeſtate hinc ſingularibus Bullis, hinc contrariis privilegiis, vel moribus contendebatur. Sed & idem Pius IV eodem anno Conſtitutionem edidit, qua decrevit, ut bona Clericorum omnium illicite quæſita poſt eorum obitum ad Apoſtolicam Cameram devolverentur, qua tamen Conſtitutione non comprehenduntur aut Cardinales, aut decedentes in Curia, aut Clerici illi, qui ſingulari jure a Pontificiis ſpoliis exempti probarentur.

Laudanda eſt maxime in hac parte prudentia Patrum Tridentinorum, qui ne verbum quidem facientes horum ſpoliorum contenti fuerunt definire *Seſſ.* 24, *de Ref. c.* 16, & 18, fructus vacantium Beneficiorum per Œconomos ab Epiſcopo, & fructus Menſarum Epiſcopalium per Œconomos a Capitulo deputandos curari oportere, & futuris Succeſſoribus reſervari. Pius V potius curavit, ut ubi adhuc jus ſpoliorum vigeret, certis limitibus coerceretur. Hinc in Conſtitutione anni 1567, 3 Kal. Septembris ſtatuit primum, ut nomine ſpoliorum capi nequeant ſupellectilia ſacra ad Epiſcopalem Capellam pertinentia; deinde ut ſpoliis minime continerentur arcæ ligneæ, dolia, aliæve res domeſticæ viliores, quæ in defuncti ædibus reperirentur; denique ut minime ſubjacerent ſpoliorum legibus beneficia illa, quorum fructus, & proventus triginta Ducatorum auri de Camera ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excederent; quod ideo ſe ſtatuiſſe dicit, ne deinceps contingat inſolentia ſpoliorum Cameræ Apoſtolicæ collectorum aliquas Eccleſias, aut hominem quempiam damno, aut injuria affici.

Interea contentiones in hac materia variis in provinciis plurimæ extiterunt. In Gallis ortum quidem ſpolia habuerunt, ſed vix paucis annis vigere potuerunt. Germania ab iiſdem ſemper fuit immunis. Exempta etiam fuit Polonia, & Luſitania; immo etiam in Italia, & Inſulis adjacentibus Sicilia, Venetiæ, & Ducatus Mediolanenſis. In Regno Neapolitano vix e mandato Pii V ſpolia quandoque exigi cœperunt, quando contentiones ſtatim emerſerunt, quas extra ordinem compeſcere ſtuduit Sixtus V in ſua Conſtitutione, quæ incipit *Cum ſicut accepimus* anni 1589, 1 Januarii. In Sardiniæ Regno jam a temporibus Pii V abs jure ſpoliorum explicando ceſſatum eſt gratia Eccleſiarum. In Sabaudia, & Pedemontio jamdudum Pius IV in Brevi directo ad Ducem Emmanuelem Philibertum gratia ejuſdem Principis jura ſpoliorum ceſſerat, ita tamen, ut bona inde redacta in pios uſus converterentur. Deinde ab anno 1590 iterum Pontificiæ Cameræ ſollicitatores conati ſunt, ut ſpoliis colligendis vacarent. Initæ interea temporales tranſactiones, & in Pontificio Regio Concordato anni 1742 ita res relicta eſt, uti moribus erat recepta. Tandem vero anno 1750 ita res abſoluta fuit, ut nihil amplius ſub ſpoliorum nomine a Clericis Beneficiariis, eorumque ſucceſſoribus exigatur. Reliquum eſt, ut intelligant Beneficiarii redactam apud nos eſſe rem ad jus commune, nimirum teſtamenta quidem in pias cauſas permitti juxta *capit. 12 de teſtam.* non vero teſtatores libertate potiri, quaſi de re ſua diſponant; ubi autem nihil teſtamento diſpoſuerint, legitimos Clericï hæredes debere Eccleſiæ reſtituere ea, quæ ſciverint a defuncto intuitu Eccleſiæ eſſe quæſita.

(n) Boehm. *in not. ad Fleury Inſtit. part.* 2, *c.* 24, §. 3, *N.* 2. Solemne eſt, ut jus Annatarum cum jure deportus, quod ſæpe per integrum annum extenſum fuit, confundatur. Cum annatæ ſolvantur a jam proviſo, palam eſt eas non vacantis beneficii

ciis imperat, nihil aliud agit, quam Eccleſiaſticorum bonorum particulam ex iis Beneficiis decerpere, eamque in univerſalis Eccleſiæ neceſſitates, utilitateſque erogare.

§. X. Si Eccleſiaſticarum pecuniarum nulla adhuc facta fuiſſet diviſio, ſi in univerſa Eccleſia commune adhuc, quemadmodum in primis Eccleſiæ incunabulis, eſſet ærarium, quiſnam Summum Pontificem de Simonia poſtularet, ſi, quæ in una provincia colligerentur, pecunias, in alterius Provinciæ neceſſitates, utilitateſque impenderet?

§. XI. Præterea Summus Pontifex non ſolum Univerſalis Eccleſiæ curam generatim obit, verum etiam omnium earum Diœceſeon, atque Regionum, quibus nullus datus adhuc eſt Epiſcopus, tutelam ſpeciatim gerit; quemadmodum videre eſt in iis regionibus, quæ vel nullo adhuc fidei lumine colluſtratæ, vel fœda barbararum gentium obrutæ illuvie, veritatis Evangelicæ præcones ſanctæque vitæ duces, atque magiſtros non ab alio, quam a Summo Pontifice expetere poſſunt, atque exſpectare. Si ſumptuum, impenſarumque, quæ in deſertorum, ſituque obſitorum agrorum *vacantium* cultura neceſſariæ ſunt, onus Summo Pontifici relinquimus, cur non etiam fruges, fructuſque, quæ ex præcultis, atque feracibus agris *vacantibus* colliguntur, eidem non largiemur?

§. XII. Verum utcumque annatas, inquies, aliaque hujuſmodi vectigalia ab Simoniæ labe vindices, ea tamen,

---

cii fructus annuos eſſe, ſed primi ejus anni, quo proviſus gaudere debebat. Non aliud vero per jus *Deportus* agitur, quam ut beneficii vacantis reditus a collatore percipiantur. Honorius III, ſæculo XIII, Epiſcopo Tulenſi conceſſit, ut fructus vacantium beneficiorum per biennium retineret *c.* 32, *de V. S.* teſte Matthæo Pariſienſi *in hiſt. Anglic. ad an.* 1246. Cantuarienſi Epiſcopo indulſit, ut ipſe per ſeptennium, & non ultra omnium beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ deinceps in Civitate, Diœceſi, & provincia Cantuarienſi vacabant, primi anni proventus, uſque ad decem millium marcarum ſummam ..... Item in univerſorum, & ſingulorum patronorum Eccleſiarum Angliæ præjudicium non modicum, & gravamen his diebus Domino Cantuarienſi conceſſum eſt, ut obventiones, ſive fructus unius anni Beneficiorum, quæ vacare contigerint in provincia Cantuarienſi, eidem Domino Cantuarienſi conferantur. Bonifacius VIII, anno 1302, ſimili ratione Epiſcopo cuidam conceſſerat, ut propter debita ſolvenda fructus beneficiorum vacantium primi anni uſque ad quinquennium poſſit retinere *c.* 10, *de Reſcript. in* 6. Ipſe Pontifex nonnunquam tale auſus eſt; nam circa annum 1305, Clemens V ſibi ipſi per biennium omnes proventus de primo vacantibus in Anglia appropriavit, referente Thomaſſino *de Vet. & nov. Eccl. Diſcipl. p.* 3, *l.* 2, *c.* 58, § 4, ex Thoma Valſinghamo *in hypodigm. Neuſtr.* Vid. Boehm. *J. E. Prot. l.* 1, *t. XI*, §. 35, & *tit. VI*, §. 67, & Thomaſs: *l. c.* C. 37. Hanc diſtinctionem inter annatas, & Jus Deportus, & harum differentiam agnovit ipſe Clerus Gallicanus in Concilio Conſtantienſi, ut reſponſio ejus docet relata ab Edmundo Rocherio *in hiſt. Concilii Gener. l.* 2, *c.* 3, §. 19, & Carolus VI Rex Galliarum in edicto de anno 1406, 28 Februar., ubi tribus ſervitutibus Papalibus Galliam eſſe afflictam conqueritur, nimirum I, jure ſpoliorum: II, jure Deportuum in fructus vacantium Beneficiorum: III, jure annatarum in fructus beneficiorum recens collatorum.

men; quæ pro Diſpenſationibus exorandis ab Laicis penduntur, nunquam a Simoniæ vitio liberabis. Nunquam certe, ſi pro ipſa diſpenſatione, non vero pro Tabellionibus, Actuariis, Notariiſque, aliiſque hujuſmodi hominibus, qui ne fraudibus, & dolis locus ſit, operas ſuas locant, alendis penderentur.

Digitized by Google

QU. XXXVII.

De Dataria Apoſtolica.

Quanam tibi ſententia ſedet de Apoſtolicis Beneficiorum Reſervationibus? (a)

§. I. JAmdiu in ea incidimus tempora, quibus Eccleſia adverſis jactata tempeſtatibus ab ſummo ſuo Gubernatore opem expoſcit. Hic, ut e naufragio eam eripiat, plurimis indiget proretis, epibatis, vectoribus, nautiſque, qui ut operi ſedulo inſtent, illudque naviter urgeant, non

(a) Touſatius *ad Lancell. l.* 1, *t.* 27, §. 17. Reſcriptis de providendo, ſive mandatis Apoſtolicis diu in Eccleſia locus fuit, quibus jubebantur Epiſcopi vacatura beneficia deſignatis Clericis conferre, quod jus a tenuibus initiis cœperat, ejuſque veluti ſemina occurrunt apud Gregorium Magnum *l.* 3, *Ep.* 14, *l.* 6, *Ep.* 47, ubi Clerici duo Sedis Apoſtolicæ obſequiis diu mancipati commendantur Epiſcopis Syracuſano, & Fanenſi; ut eis locus in ipſorum Diœceſi aut Eccleſia concedatur. Cui quidem juri adverſati ſunt Epiſcopi, donec ſub Alexandro III, & ſequentibus Pontificibus in neceſſitatem verſæ preces fuerunt, atque introductus triplicium litterarum, ſive reſcriptorum uſus, quorum alia Monitoria tantum, alia deinde præceptoria erant; poſtrema demum adjiciebantur executoria, per quæ dabantur priorum mandatorum executores, qui recuſantem Ordinarium compellerent ad Beneficium nominato conferendum, aut illud ipſi auctoritate Pontificia tribuerent. Sed ejuſmodi Mandatorum Apoſtolicorum uſus Tridentinæ Synodi placito penitus ubique ſublatus eſt. *Seſſ.* 24, *c.* 19, *de Reform.*

Quia vero defectum horum mandatorum hodie ſupplent Reſervationes Apoſtolicæ, ideo de hiſce agendum eſt. Reſervationum igitur quædam ſunt in corpore juris, quædam extra corpus juris ſunt. Notandum tamen diſcrimen; quia illæ utpote expreſſæ in eo jure, quod etiam vacante Sede Apoſtolica viget, illæ inquam etiam vacante Sede Apoſtolica obtinent. Quæ autem continentur tantum in regulis Cancellariæ, ex vacua Sede Apoſtolica non obtinent, quouſque a novo Pontifice non ſuſcitentur.

Prima Reſervatio in corpore *juris clauſa* primum lege firmata eſt a Clemente IV, an. 1265, eſt Beneficiorum vacantium per obitum naturalem Beneficiariorum in Curia, ſeu apud Sedem, quam poſtea Bonifacius VIII extendit ad vacantia per obitum naturalem Beneficiariorum accedentium vel recedentium a Curia in locis diſtantibus iter duorum dierum, ſeu 40 milliaria Italica; quamquam extendit rurſus Joannes XXII ad vacantia per obitum civilem Beneficiariorum in Curia, h. e. per privationem, renuntiationem, translationem, & his ſimilia in Curia facta; item ad Beneficia Cardinalium ubicumque terrarum obeuntium; demum ad Beneficia aliorum Officialium S. Sedis ſingillatim enumeratorum *in extravag. Com. Ex debito de Elect.*

Secunda Reſervatio in corpore juris clauſa a Joanne XXII, eſt Beneficiorum vacantium ob pacificam reſignationem, & aliorum incompatibilium, quæ quis cum prioribus retinere præſumpſerit. Habentes enim ali-

non ſolum ſubſidiis ad vitam neceſſariis, verum etiam præmiis acuendi ſunt, excitandique. Quemadmodum igitur Annatarum, aliorumque hujuſmodi vectigalium fundamenta poſuimus in alendis iis, qui univerſæ Eccleſiæ ſaluti, atque incolumitati invigilant, ita in præmiis decernendis iis, qui de Univerſali Eccleſia præclare meriti ſunt, Reſervationum Apoſtolicarum jura radices ſuas defixas habent.

§. II. Quis enim tam illiberalis eſt, ut Summum Pontificem, qui ad univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ clavum ſedens plurimos ſuorum laborum, curarumque ſocios ſibi adſciſcere, eiſque meritum vigiliarum fructum, & præmia periculorum perſolvere debet; intra Urbis mœnia in Beneficiis concedendis includi velit? Sunt enim, ſunt Beneficia in Eccleſia non ideo ſolum inſtituta, ut puram putam alimoniam ædituis ſuis ſuppeditent, ve-

---

aliquam dignitatem vel Beneficium cum cura Animarum, vel cum onere reſidentiæ, ſi proinde aliud incompatibile cum priore obtineant, ipſo jure primo privati ſunt. Si primum, quo ipſo jure privati ſunt, non ſtatim dimittant in manibus Ordinariorum ſuorum, etiam ſecundo ipſo jure privati ſunt: *Quæ omnia & ſingula beneficia vacatura, ut præmittitur, vel dimiſſa noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervamus*, inquit laudatus Joannes *in Extrav. Execrabilis de Præbendis*, inter communes.

Tertia reſervatio item clauſa in corpore Juris a Benedicto XI facta eſt, cum Beneficiorum hactenus indicatorum, reſervatorumque a Joanne XXII, tum aliorum, quæ vacant ob promotionem ad Eccleſias Epiſcopales, vel ob collationem aliorum quorumcumque Beneficiorum incompatibilium, collationem, inquam, factam a Pontifice, vel ab alio auctoritate Apoſtolica.

Extra corpus Juris ſunt, quæ continentur in nonnullis regulis Cancellariæ Apoſtolicæ, ſed præſertim a regula prima uſque ad nonam.

In regula igitur prima quemadmodum confirmantur Reſervationes Benedicti XI, & Joannis XXII, quas modo memoravimus, ita præterea reſervantur Beneficia collata vel contra Decreta Concilii Tridentini, vel contra formam eorum decretorum. Collata contra Decreta Concilii Tridentini ſunt ea Beneficia, quorum conferendorum poteſtatem Decreta Concilii Tridentini denegant. Ita Concilium Tridentinum denegat Ordinario poteſtatem conferendi Beneficium etiam ſimplex non habenti primam Tonſuram, vel licet habenti primam Tonſuram, non tamen conſtituto in anno decimoquarto ætatis ſuæ; denegat poteſtatem conferendi Archidiaconatum, Theologalem, vel Pœnitentiariam ei, qui non ſit graduatus; denegat poteſtatem conferendi Sæculare beneficium Regulari, vel Regulare Sæculari. Collata contra formam Concilii Tridentini ſunt ea Beneficia, quæ collata ſunt non ſervata forma a Concilio præſcripta, ex. gr. ſi in conferenda Parochiali Eccleſia non eſt habitum examen per concurſum.

In ſecunda primo reſervantur Eccleſiæ Epiſcopales, Archiepiſcopales, Patriarchales. Secundo certa Miniſteria majoris annui redditus, quam ducentorum Florenorum auri taxata in libris Cameræ dicta Conſiſtorialia, quia ut plurimum ea confer Pontifex in Conſiſtorio. Tertio Beneficia omnia pertinentia ad collationem Epiſcopatuum Sedibus Epiſcopalibus vacantibus.

In tertia reſervantur ea Benencia, quæ quis reſignat intra tempus vacationis alterius Beneficii incompatibilis auctoritate Apoſtolica faciendæ.

In quarta reſervantur primo dignitates cum principales poſt Epiſcopales in Cathedralibus, tum majores in Collegiatis. Secundo Prioratus, Præpoſituræ, vel ſimile dignitates Conventuales. Tertio Beneficia eorum, qui vel Papæ, vel Cardinalis alicujus famuli fuerunt.

In quinta reſervantur Beneficia Collectorum, vel Subcollectorum fructuum Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ.

In Sexta Beneficia Curialium, qui ſequentes Curiam Romanam, quando transfertur de

verum etiam, ut magnorum præmia eſsent meritorum. (*b*) Neque vero ab Pontificis jure alienum quiſnam exiſtimarit hæc præmia ex aliarum Eccleſiarum penu decerpere, qui ſecum reputet, Eccleſias omnes peculiares unam

---

de loco in locum (Transfertur autem Curia Romana, quando transfertur Papa ab una Urbe in aliam) in quovis loco, quantumcumque ab ipſa Curia remoto decedant.

In Septima reſervantur Beneficia Cubicularium, & Curſorum.

In Octava reſervantur Beneficia Eccleſiarum S. Joannis Lateranenſis, S. Petri, & S. Mariæ Majoris de Urbe; item Beneficia, quæ in titulis Cardinalium vacaverint, ipſis Cardinalibus a Curia abſentibus.

Nona vero regula plura haurit Beneficia quam reliquæ omnes regulæ. Hujus duæ ſunt partes. Prima Pars continet Reſervationes Beneficiorum omnino omnium ubicumque exiſtentium, & ad quorumcumque collationem pertinentium (non tamen pertinentium ad collationem S. R. E. Cardinalium) quæ quocumque modo vacare contigerit in Singulis Menſibus Januarii, Februarii, Aprilis, Maji, Julii, Auguſti, Octobris, & Novembris; ita ut vacantia in hiſce octo Menſibus poſſint, & debeant conferri a ſolo Summo Pontifice, eaque dumtaxat, quæ vacaverint in quatuor qui ſuperſunt, Menſibus, Martio ſcilicet, Junio, Septembri, & Decembri Ordinariorum arbitrio permittantur. Secunda vero in gratiam, & remunerationem eorum Antiſtitum qui in Eccleſiis ſuis perpetuo reſidere velint, iiſdem ſi forte diſpliceat non ultra quatuor anni Menſes conferendorum Beneficiorum poteſtatem extendere, prout in prima parte cavetur, veniam facit conferendi Beneficia in ſuis Diœceſibus vacantia per ſex Menſes alternarim dividendos inter Pontificem, & Antiſtites ipſos; ita ut vacantia ex. gr. in Menſe Januario pertineant ad Pontificem, in Menſe Februario ad Epiſcopum, in Martio ad eundem Pontificem, in Aprili ad eundem Epiſcopum, & ſic de reliquis. Quam veniam conferendorum Beneficiorum alternis menſibus cum Pontifice quicumque obtinuerint, ii habere dicuntur privilegium *Alternativæ*. Privilegium hoc datur paſſim volentibus, Epiſcopis videlicet, Archiepiſcopis, Patriarchis, non autem Abbatibus, Capitulis, aliiſque inferioribus Collatoribus. Quibus vero datur, ea ſub conditione datur, ut eo uti fas ſit, quando vere, & perſonaliter Collatores reſident in ſuis Diœceſibus. Si quando autem abſint, quamvis fortaſſe juſtam, atque adeo ob neceſſariam cauſam abſint, eo uti non poſſint.

His Reſervationibus, quæ continentur in Regulis Cancellariæ accedunt tres aliæ Reſervationes, quæ continentur in aliis Conſtitutionibus Pontificiis. Nam Pius V reſervavit Sedi Apoſtolicæ Beneficia vacantia propter crimen hæreſis; item Beneficia recepta in Confidentia, ſeu cum Simonia Confidentiali. Gregorius autem XIII reſervavit Beneficia vacantia ex reſignatione, in qua obſervatum non fuit præceptum Publicationis ab eo factum. Horum pleraque non amplius obſervantur.

(b) Duarenus *De Sacr. Eccl. Miniſt. & Benefic. l.* 2, *c.* 3. Animadvertendum eſt, moris fuiſſe veteribus prædia quædam, ac poſſeſſiones militibus tribuere, ut hoc beneficio devincti animoſiores ad Rempublicam tutandam redderentur. Id factum ab Alexandro Severo teſtis eſt Lampridius, quem & alii Imperatores ante Juſtinianum ſecuti ſunt, ut ex eorum Conſtitutionibus apparet. (*Cod. de fund. milit.*) Meminit, & prædiorum hujuſcemodi militarium Conſtantinus quidam Imperator apud Harmenopulum *l.* 1, eaque ϛρατιωτικὰ κτήματα, ϗ ϛρατιωτικοὺς τόπους vocat. Quibus perquam affinia ſunt ea, quæ ob fidem, & obſequium fruenda conceduntur moribus non Longobardorum modo, a quibus hoc prædiorum fruendorum genus ad nos manaſſe videtur, ſed etiam noſtris, & omnium prope totius Europæ populorum, ac gentium. Et hæc quidem prædia non inepte beneficia a quibuſdam appellata ſunt, & Beneficiarii, qui ea poſſident. Nam & Beneficiariorum militum mentio eſt apud Cæſarem *in Comm.* ſenſu haud diſſimili, & apud pleroſque alios auctores, quorum pura, latinaque eſt Oratio. Hunc vero morem qui in profanis receptus erat, imitati ſunt Eccleſiaſtici viri, & prædia poſſeſſioneſque ob Miniſterium Eccleſiæ ſingulis miniſtris adſcriptas vocaverunt *Beneficia*.

Digitized by Google

nam Eccleſiam univerſalem conſtituere, (*c*) cujus Romanus Pontifex Princeps, & Caput eſt; (Vide Quæſt. IV.) diviſionem ideo factam dumtaxat fuiſſe, ut major inde rei Chriſtianæ elegantia, pulchritudo, commoditas exiſteret, proindeque non tam ſeveris legibus cuſtodiendam, ut ubi Eccleſiæ neceſſitas, vel utilitas, ita tulerit, perrumpi non poſſit. Habeat hanc vim diviſio in civilibus negotiis, ut *Meum ac Tuum* ſumma religione diſcriminentur; non autem in rebus Eccleſiaſticis, ubi etiam poſt diviſionem unum corpus, una Univerſitas, una ſocietas habemur, & ſumus (*d*). Quæ quidem ita intelligenda ſunt, ut hujuſce diviſionis leges non privato auſu, ſed publica Eccleſiæ auctoritate (hoc eſt Summi Pontificis, in quem non minima Epiſcoporum pars conſpiret, atque conſentiat. Vide ea quæ diximus Quæſt. V.) infringi poſſint.

§. III. Neque vero iis aſſentiri poſſum, (Van-Eſpen *p.* 2, *t.* 23, *c.* 2, *J. Ec. Un.* & Boehm *Tom.* 2, *p.* 365, Edit. Hale an. 1763.) qui ajunt Pontificem Maximum ante decimum primum Sæculum nullam non-Urbicorum Clericorum electionem, aut Ordinationem ad ſe pertraxiſſe. Nam quis ſibi unquam perſuadeat non licuiſſe Romano Pontifici, quod Carthaginenſi licuit Epiſcopo? Nam in Codice Canonum Africanorum hæc habentur: *Ut Carthaginenſi Epiſcopo unde voluerit, Clericum liceat ordinare*. Verum ut ad ipſa Eccleſiæ exordia noſmet referamus, cum Divus Petrus S. Ignatium Antiochenæ, S. Marcum Alexandrinæ præfecit Eccleſiæ, nonne hujuſce qua de quærimus, poteſtatis Pontificiæ monumenta nobis reliquit? Quid cum S. Manſuetum ſocium S. Clementis Thullenſem ordinavit Epiſcopum? (uti ex Thullenſium Annalibus, aliiſque vetuſtis monumentis colligunt Franciſcus Irenicus *Germ. Exegeſ. l.* 3, *c.* 49, Uſſer *ibid.*) Hujuſce poteſtatis, quam primitus ſuo facto Petrus comprobavit, jura explicuerunt inſequentibus Sæculis Summi Pontifices; ac ut de aliis taceam, ſatis mihi erit modo memorare Cœleſtinum Pontificem, qui teſte Proſpero *l. contra Collat. c.* 21, & in *Chron. ad an.* 431, Scotis ordinavit Palladium Epiſcopum. *Ad Scotos in Chriſtum credentes ordinatur a Papa Cœleſtino Palladius, & primus Epiſcopus mittitur.* Vitalianum Papam, qui anno 670, Adrianum Britannorum Epiſcopum conſtituit. Beda *l.* 4. *H. E. cap.* 1. *Hunc* (Adrianum) *ad ſe acitum Papa Vitalianus juſſit accepto Epiſcopatu in Britaniam venire.* Plura hac de re in Libro II.

QU.

(c) Boehm. *J. Eccl. P. l.* 3, *t.* 5, §. 29 Supereſt ut de Dominio bonorum Eccleſiaſticorum agam, quia etiam de hoc litigant, diverſoſque animi motus produnt . . . Non adeo difficile erit tantas componere lites, ſi naturam horum bonorum ſupra explicatam, tantum nobis proponimus, eamque animo contemplamur. Singulæ Eccleſiæ particulares univerſitatem quamdam conſtituunt collectam ex iis, qui ejuſdem ſunt confeſſionis, & fidei. Quid ergo prohibet, quo minus *Univerſitati* harum rerum proprietatem adſcribamus, & in ejus Patrimonio illas eſſe aſſeramus? Non aliud corpus eſt Eccleſia, ac reliquæ Univerſitates. Sæpius jam errorem eorum notavimus, qui Eccleſiæ Reipublicæ formam obtrudunt. (Vide ea quæ dicemus Quæſt XL. ubi hæc Boehmeri opinio refellitur.) Id quod cum Pontificii faciant non poſſunt non opinari bona Eccleſiaſtica eſſe bona Clericorum, utpote qui vices imperantium in hac Republica tenent, ſicut bona Reipublicæ juris publici, & ſub imperantis arbitrio, & diſpoſitione eſſe dicuntur.

(d) Si quæ bona poſt diviſionem vi donationis Eccleſiis peculiaribus acceſſerunt, ea naturam eorum bonorum, quæ diviſionem paſſa erant, ſibi induerunt; neque alia potuit, nec debuit eſſe Donantium voluntas; quidquid contra clamitet Paulus Sarpius *in tract. de Benef. art.* 21, *quæſt.* 2.

Digitized by Google

QU. XXXVIII.

De S. Pœnitentiaria quid mihi narras?

§. I. HIc locus nos monet, ut arcanæ Confeſſionis neceſſitatem adverſus Acatholicos vindicemus. Non multis opus eſt, ut hanc Catholicorum doctrinam tam rabida inimicorum vi oppugnatam tuear, atque defendam.

§. II. Certo certius eſt, Chriſtum Dei filium ſuis Apoſtolis poteſtatem feciſſe quoſcumque peccati reos condemnandi atque abſolvendi. (Matth. XVIII, 18, Joan. XX, 23.) Verum hujuſce poteſtatis, quæ quantaque tandem eſſet uſura, atque actio, ſi integrum eſſet fontibus Chriſtianis hoc tribunal defugere, ſi alia commodior, & ſecurior (ut hæretici volunt) (*a*) via illis ad veniam impetrandam ſuper-

(a) Boehm. *J. E. P. l.* 5, *t.* 38, §. 4. Neque enim in ea opinione erant Antiqui Chriſtiani, delicta non aliter a Deo remitti poſſe, niſi Sacerdoti alicui confeſſa, & manifeſtata, & ab eo remiſſio peccatorum impetrata fuit, quod dogma inventum eſt recentiori ævo, & multum ad firmandam Hierarchiam, & Sacerdotii auctoritatem augendam attulit..... Deerat itaque *arcana Confeſſio*, *ſeu auricularis* in criminibus in latebris commiſſis, & nemo ad eam adſtringi poterat, quod integra adhuc communione Eccleſiarum frueretur, & ſemetipſum ab illa excludere nemo cogendus eſſet, ut recte Binghamus *in Or. & Ant. Eccl. Vol. VIII*, *l.* 18, *c.* 3, §. 2, *ſeq.* cenſet. Quod ſi enim hanc duram legem, ſemetipſum excludendi a communione Eccleſiæ ob commiſſa occulta facinora impoſuiſſent delinquentibus, & hi pœnitentiam ambiiſſent, neceſſario in ea fuiſſent ſententia, crimina ſine excluſione a cœtu fidelium, & ſubſecuta per pœnitentiam publicam receptione, atque abſolutione a Deo remitti non poſſe, quod ab omni veritate alienum eſt. Dictum enim, quoſdam ab omni excluſos pœnitentia, & nunquam plenarie receptos, quos tamen non excludebant a gratia, & venia miſericordiſſimi Dei, ut *c. l.* Binghamus §. 3 recte docet, ſimulque argumentis Dallæi illuſtrat, & egometipſe in *Diſſ. III ad P. & T.* §. 50 docui. In Africanis Eccleſiis poſt primam Pœnitentiam *ſecunda* locus non erat, nec bis ad eumdem. Quis autem negaret, hunc denuo lapſum a Deo veniam non potuiſſe ſperare, & per Chriſtum impetrare? Certior, & ſecurior erat abſolutio, & venia a Deo per Chriſtum pœnitenti indulta, quam judicio Eccleſiæ decreta, quæ ſæpe fallere poterat, quod nemo ſanus negabit. (Tota hæc Boehmeri corruit ratiocinatio, ſi cogitetur, apud Catholicos in Confeſſione Auriculari propter delicta ſecreta *nunquam imponi Pœnitentiam publicam*, ſed ſolummodo ſecretam; neque unquam contingi poſſe juxta Catholicos, ut Chriſtianus a Deo veniam non poſſit ſperare, & impetrare; Dogma enim Catholicorum eſt, peccatores, qui Confeſſarii copiam non habent, nec abſolutionem poſſunt obtinere, per ſolam Contritionem junctam cum deſiderio Confeſſionis faciendæ, Abſolutioniſque impetrandæ ſufficere, ut a Deo veniam poſſint ſperare, & impetrare. Licet igitur ab omni excluſi fuiſſent receptione in Eccleſiam, non tamen conſequebatur, eos excluſos fuiſſe etiam a gratia, & a venia miſericordiſſimi Dei, cum hanc etiam excluſi ab Eccleſia habere ſemper potuiſſent ſola Contritione cum deſiderio Confeſſionis faciendæ. Quid autem ſibi velint illæ excluſiones ab omni pœnitentia dicemus Quæſtione ſequenti XXXIX.) Interim moniti Jacobi V, 16, memores Confeſſionem arcanam, ſeu privatam commendabant quandoque, quod Apoſtolus adhor-

pereſſet? Quis enim, quotuſque eſſet, qui, cum certam tutamque ſuorum vinculorum perrumpendorum rationem, eamque faciliorem habeat, ad incertam, dubiamque malit delabi, iiſque ſe ſe committere, qui etiam retinendi peccata poteſtatem habent? Illud igitur neceſſum eſſe dicendum, ut ii, quos peccatorum conſcientia pungit, ſe ſe ſiſtant Sacerdotibus, qui in Apoſtolorum locum (*b*) venerunt, ab iiſque vulneribus ſuis remedia

---

hortaretur ſingulos, *Confitemini alii aliis offenſas, & precamini alii pro aliis, multum enim vales deprecatio juſti efficax*. Ridiculi ſunt, qoi hunc locum ad confeſſionem auricularem baonariam trahont. Citius ſioe dubio ex pumice oleum, quam hæc artificialiter excogitata Confeſſio Auricularis ex hoc loco extorqueri, & trahi poſſet. (Noo tam ex hoc loco, quam ex loco Matthæi *XVIII*, 18, neceſſitatem Confeſſionis arcanæ erount. Aodi Magnum Boſſuetum *in Exp. Doct. Chriſt. c. 9* Noi crediamo, che ſia piaciuto a Gesù Criſto, che coloro, che ſi ſono ſottomeſſi all' autorità della Chieſa pel Batteſimo, e di poi hanno violate le leggi dell' Evangelo, vengano a ſottometterſi al giudizio della medeſima oel tribunale della Pœnitenza, dov' ella eſercita la facoltà datale di rimettere, e di ritenere i peccati. *Matth. XVIII*, 18, *Joan. XX*, 23. I termini della commiſſione data a Miniſtri della Chieſa per aſſolvere da peccati ſono così generali, che ſenza temerità non ſi poſſono ridurre a' peccati publici; perchè quando eſſi pronunciano l' aſſoluzione in nome di Gesù Criſto non fanno che ſeguir i termini di tal commiſſione, il giudizio ſi crede reſo da Gesù Criſto medeſimo, in luogo del quale ſono deputati Giudici. Egli è il Pontefice inviſibile, che aſſolve ioteriormente i Penitenti, mentre che il Sacerdote eſercita il Miniſtero eſteriore. Eſſendo queſto giudizio un freno tanto neceſſario alla licenza, una ſcaturiggine così feconda di ſaggi conſigli, uoa conſolazione così ſenſibile per le anime afflitte de' loro peccati, quando non ſolamente ſi dichiara loro in termini generali l' aſſoluzione, come i Miniſtri praticano, ma che in effetti ſi aſſolvono coo l' autorità di Gesù Criſto dopo un eſame particolare, e con la cognizione della cauſa, non poſſiamo credere che i noſtri avverſarj poſſano rimirar tanti beni ſenza dolerſi della loro perdita, e ſenza aver qualche vergogna di una Riforma, che ha tolta una pratica tanto ſalutevole, e ſanta.)

(b) Boehm. *Diſſ. III ad Plin. & Tertull.* §. 8. Novum vero argumentum exinde dedacunt, quod Salvator diſcipulis, & cum his toti Eccleſiæ, vel ad minimum eorum ſucceſſoribos dederit poteſtatem peccata remittendi, & retinendi *Joan. XX*, 23. ... Equidem expeditum eſt poteſtatem *ligandi, & ſolvendi, peccata remittendi vel retinendi* Apoſtolis datam fuiſſe, verum utrum illa ipſa ordinaria, an vero ſingularis, & extraordinaria fuerit, paucis inquirendum eſt. Illam voco, quæ omnibus Eccleſiæ Miniſtris vi officii competit; hanc vero, quæ Apoſtolis virtute muneris ſui divini, quod immediate illis demandatum eſt, propria fuit; negari enim nequit, Apoſtolis dona extraordinaria plurima data, quæ cæteri Eccleſiarum Præpoſiti ſibi nuoquam arrogarunt nec arrogare potuerunt. (Ut in Apoſtolis ſecernantur dona extraordioaria a donis ordinariis, ſeu poteſtas extraordinaria a poteſtate ordinaria, videndum eſt, quæ Apoſtoli dona a Deo acceperint per modum *actus* & quæ per modum *habitus*; quid Apoſtoli egerint per modum *actus*, hoc eſt Deo in ipſis actu operante, quidque per modum *habitus*, hoc eſt poteſtate ſua. Gratiæ miraculorum, genera linguarum, & reliquæ gratis datæ, Apoſtolis datæ fuerunt non per modum *habitus*, ſed per modum *actus*, ſive motionis tranſeuntis aliis rarius, aliis frequentius, aſpirante divina gratia quando, & quomodo vult, & hæc fuerunt bona extraordinaria Apoſtolorum; at poteſtas prædicandi, baptizandi, imponendi manus, remittendi peccata, ſeu poteſtas clavium, data illis fuit per modum *habitus*, ut illa uterentur poteſtate ſua, & quando vellent. Hiſce poſitis quæ omnium ſæculorum, omniumque Eccleſiarum traditione demonſtrantur, facillime evertuntur, quæ ad ſuam firmandam ſententiam argumenta congeſſit Boehmerus.

Jus Pontificium. Eee Vide

dia petant, animæque ſauciatæ medicinam quærant. Sed qui mederi optime poterit Sacerdos, niſi prius ex ipſo ægroto intelligat, quot, quibus, quantiſque morbis vexetur? Qui vitioſas partes alias ſanare, alias ſecare, niſi quæ, quanta, & quam profunda ſit mali vis, ex te ipſo cognoſcat? Quare prudentiſſime Tridentini Patres *Seſs.* 14, *c.* 5: *Conſtat*, inquiunt. *Sacerdotes Judicium hoc incognita cauſa exercere non potuiſſe, neque æquitatem quidem illos in pœnis injungendis ſervare potuiſſe, ſi in genere dumtaxat, & non potius in ſpecie, ac ſingillatim ſua ipſi peccata declaraſſent.*

§. III. Quam falſo vero effutiant hæretici, (*c*) neceſſitatem *auricularis* Confeſſionis invaluiſſe poſterioribus hiſce ſæculis, (*d*) facile quiſque

---

Vide etiam quæ ſuperius diximus in Quæſt. III.) Et quidem jus *remittendi*, & *retinendi* peccata hi ce adſcribendum eſſe, plurima evincunt argumenta. Nam primo illis a Salvatore promiſſa erant ſingularia dona Spiritus Sancti, virtute quorum in convertendis infidelibus ſingularem virtutem edebant, miracula patrabant, manus impoſitione Spiritum Sanctum credentibus communicabant. Et ab hac ſingulari Spiritus Sancti effuſione hanc poteſtatem quoque dependere, ipſe Salvator innuere velle videtur verbis proxime antecedentibus: *Accipite Spiritum Sanctum, cuicumque remiſeritis peccata &c.* Præterea ſecundo hæc virtus extraordinaria poſt adſcenſum Chriſti in Cœlum ſe mox in Apoſtolis exeruit, cum omnes, quibus manus imponerent, Spiritum Sanctum acciperent *Act. VIII*, 15, 16. (Hæc ratio nimis probat; probaret etiam poteſtatem docendi, & baptizandi fuiſſe in Apoſtolis extraordinariam, proindeque cum illis in Eccleſia ceſſaſſe, nec ad ſucceſſores manaſſe. *Data eſt mihi omnis poteſtas*, ait Chriſtus (*Math. XXVIII*, 18), *in Cœlo, & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, docentes ſervare omnia, quæcumque mandavi vobis*: Baptiſmum autem tollere peccata omnia, & Spiritum Sanctum impertiri docemur *Marci XVI*, 15. *Euntes in mundum Univerſum prædicate Evangelium omni Creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit. Joann. III*, 5. *Amen amen dico tibi, niſi quis renatus, fuerit ex Aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum Dei. Act. II*, 38. Petrus vero ad illos: *Pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrum in nomine Jeſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus Sancti.* Doceat igitur nos Boehmerus cur Poteſtas clavium in Apoſtolis fuit extraordinaria, baptizandi vero ordinaria, ſi per utramque peccata omnia remittebantur, & Spiritus Sanctus infundebatur.) Denique nullum per duo priora ſæcula veſtigium extat, quod Presbyteri, vel Epiſcopi talem poteſtatem remittendi, vel retinendi peccata ſibi arrogaverint. (Conſulere debebat Boehmerus Juveninum *De Sacramentis Diſs. VI*, *q.* 5, *art.* 2, & non unum veſtigium hujuſce exercitæ poteſtatis per duo priora ſæcula inveniſſet.)

(c) Mosh. *Inſt. H. E. ad ſæculum XIII*, *p.* 2, *c.* 3. Innocentius III imperioſiſſimus Pontifex in Concilio Lateranenſi IV frequentiſſimo, quod anno 1225 celebrabat, ſeptuaginta leges *nullius rogata ſententia* promulgabat, quibus cum alia ſanciebat ad Pontificiam potentiam, & S. Ordinis dignitatem amplificandam accommodata, tum religionem novis dogmatibus, ſeu, ut vulgo loquuntur, *Fidei Articulis* augebat ...... Deinde credere jubebat, jure divino præceptum eſſe, ut quilibet peccata ſua Sacerdoti confiteatur, & enumeret; quod quidem antea nonnullorum doctorum, non vero publica Eccleſiæ fuerat opinio. Ad hoc enim tempus, etſi peccatorum Confeſſio neceſſaria putabatur, liberum tamen erat, utrum Deo aliquis ſoli, & animo, an vero Sacerdoti, & ore peccata confiteri vellet. (Vid. Dallæum *l. de Conf. Aur.*) Vid. Bingham. *H. E. l.* 15, *c.* 8, §. 6, *l.* 18, *c.* 2, 3, §. 2.

(d) Thomaſſin. *de Vet. & Nov. Eccl. Diſc. p.* 1, *l.* 2, *c.* 11, §. 1, *& ſeq.* Secundum Pœnitentiarios pars longe major poteſtatis, & curæ adminiſtrandæ penes Parochos ſemper fuit, penes quos & ante ſæcu-

Digitized by Google

que intelliget, ſi ad ea quæ Tertullianus ſcripſit de Pœnitentia ſæculo II animum, mentemque advertat. Poſtquam enim ille *Confeſſionis* neceſſitatem ob oculos poſuerat, tandem hæc ait: *Pleroſque tamen hoc opus ut publicationem ſui aut ſuffugere aut de die in diem differre præſumo pudoris magis, quam ſalutis; velut illi, qui in partibus verecundioribus corporis contractá vexatione, conſcientiam medentium vitant, & ita cum erubeſcentia ſua pereunt*. Quæ quidem verba ſi diligenter expendantur, rem omnem conficiunt, atque adverſariis omnem evadendi viam intercludunt. Nam verba illa *Salutis*, *Pereunt*, neceſſitatem; verba vero illa, *qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione conſcientiam medentium vitant*, & ſingulorum peccatorum, & *arcanam Confeſſionem* evincunt apertiſſime. Verum quid diſertius iis, quæ nobis ſcripta reliquit S. Leo? (*Ep. 36.*) *Illam etiam contra Apoſtolicam regulam* (e) *præſumptionem quam nuper agnovi a quibuſdam illicita uſurpatione committi, modis omnibus conſtituo ſubmoveri, ne videlicet de ſingulorum peccatorum genere, libello ſcripta profeſſio publicetur: cum reatus conſcientiarum ſufficiat ſolis Sacerdotibus indicare Confeſſione ſecreta*. Quod ſi teſtes quæris etiam Eccleſiæ Orientalis, en tibi ſæculo III Origenem, qui in *Homil. 2 in Pſal.* 37., ad ea verba: *Quoniam iniquitatem meam pronuntio*, hæc habet: *Vide ergo quid nos edocet Scriptura Divina, quia oportet peccatum non celari intrinſecus. Fortaſſe enim, ſicut ii, qui habent intus incluſam eſcam in-*

culis retro actis fuerat. Non pigebit ergo in ſuperiores retro flecti Eccleſiæ ætates, ut veſtigemos veluti tadices, & leges primarias eorom, quæ circa Sacramentum Pœnitentiæ etiam nunc obſervantur, & ſubſtantia quidem rei prorſos eadem fuit, quæ eſt etiam nunc. Tenebantur fideles omnes ea lege, ut Presbytero confiterentur, & apetirent commiſſa ſua omnia etiam ocolta, commemoratis circomſtantiis, quæ alicujus eſſent momenti, monitis ejus auſcultarent, ſalubres pœnas ab eo inflictas ſubirent; ita ſcelerum abſolutionem peterent, & promererentor. Hæc omnia ſingillatim declaravit (an. 793.) Theodulphus Aurelianenſis Epiſcopus in ſoo ad Presbyteros Capitulari *c.* 31, 32. *Confeſſio, quam Sacerdotibus facimus, hoc nobis adminiculum affert, quia accepto ab eis ſalutari conſilio, ſaluberrimis Pœnitentiæ obſervationibus, ſive mutuis orationibus peccatorum maculas diluimus. Confeſſio vero, quam Deo facimus, in hoc juvat, &c. Confeſſiones dandæ ſunt de omnibus peccatis, quæ ſive in opere, ſive in cogitatione perpetrantur &c.* (*Concil. Gal. Tom.* 2, *ad an.* 797.) *Quando ergo quis ad confeſſionem venit, diligenter debet inquiri, quando, aut qua occaſione peccatum perpetraverit ..... Debet ei perſuaderi, ut & de perverſis cogitationibus faciat Confeſſionem .... Nominatim ei debet Sacerdos unumquodque vitium dicere, & ſuam de eo accipere Confeſſionem .... Juxta modum facti debet ei pœnitentia indicari ..... Hebdomada una ante initium Quadrageſimæ Confeſſiones Sacerdotibus dandæ ſunt, pœnitentia accipienda, diſcordantes reconciliandi, & omnia jurgia ſedanda &c. & ſic ingredientes in beatæ Quadrageſimæ tempus, mundis, & purificatis mentibus ad ſanctum Paſcha accedant.* Non quæ ipſe commentos erat, ſed ſuperiorom Eccleſiæ ætatum leges, moreſque receptiſſimos Capitulari ſoo complexus eſt Theodulphus. Concilio quoque Cabilonenſi II, an. 813, c. 32, declarata eſt neceſſitas edendæ Confeſſionis plenæ, ut ne ocultiſſima quidem flagitia reticerentor. *Solerti indagatione debent inquiri ipſa peccata, ut ex utriſque plena ſit confeſſio, ſcilicet, ut ea confiteantur, quæ per corpus geſta ſunt, & ea quibus in ſola cogitatione delinquitur.*

(e) Hinc collige quam perperam Moſhemius effutiat *in Inſt. H. E. ad ſæcul. V*, *p.* 2,

indigeſtam; *aut humoris*, *vel phlegmatis ſtomacho graviter*, *& moleſte imminentia*, *ſi vomuerint*, *relevantur*; *ita ii*, *qui peccaverunt*, *ſi quidem occultant*, *& retinent intra ſe peccatum*, *intrinſecus urgentur*, *& propemodum ſuffocantur a phlegmate*, *vel humore peccati*; *ſi autem ipſe ſui accuſator fiat*, *dum accuſat ſemetipſum*, *& confitetur*, *ſimul evomit & delictum*, *atque omnem morbi digerit cauſam*. *Tantummodo circumſpice diligentius*, *cui debeas confiteri peccatum tuum*, *proba prius Medicum*, *cui debeas cauſam languoris tui oſtendere*, *qui ſciat infirmari cum infirmante*, *flere cum flente*, *qui condolendi*, *& compatiendi noverit diſciplinam*, *ut ita demum ſi quid ille dixerit*, *qui ſe prius eruditum Medicum oſtenderit*, *& miſericordem*, *ſi quid conſilii dederit*, *facias*, *& ſequaris*. *Si intellexerit*, *& præviderit talem eſſe languorem tuum*, *qui in conventu totius Eccleſiæ exponi debeat*, *& curari*; *ex quo fortaſſis & cæteri ædificari potuerunt*, *& tu ipſe facile ſanari*, *multa hoc deliberatione*, *& ſatis perito Medici illius conſilio procurandum eſt*. Quid clarius, quid aptius ad uſum noſtræ *auricularis Confeſſionis* oſtendendum apud priſcorum illorum temporum Orientales? Quibus verbis ſi ea etiam addas, quæ habet *Hom.* 2 *in Levit. Et non erubeſcit Sacerdoti Domini indicare peccatum ſuum*, ſcrupulum dubitationis omnem exemiſti.

§. IV. Neque vero ſi Epiſcopi, aucto Chriſtianorum numero, Presbyterum ſui Vicarium huic muneri ſibi addiderunt, quem Pœnitentiarium dixere, & poſtea rejecerunt (*f*), eo quod ſuo munere male fortaſſe functus eſſet, quemadmodum de Nectario narrat Socra-

---

p. 2, *c.* 4, §. 3. *Inter Latinos graviorum peccatorum rei*, *quos antea publice culpam confiteri oportuerat*, *moleſto hoc officio liberati ſunt*, *facultatemque a Leone M. acceperunt*, *privatim Sacerdoti ad hoc munus electo criminum profeſſionem edendi*. *Hac ratione vetus diſciplina*, *unum illud pudoris*, *& modeſtiæ repagulum perfractum eſt*, *Sacerdotumque judicio actiones hominum magno cum eorum commodo ſubjectæ*. Nam S. Leo *conſuetudinem* illam recens adinventam confeſſione *publica* manifeſtandi peccata mortalia etiam *occulta* vocat *Præſumptionem Apoſtolicæ regulæ contrariam*. Veterem igitur diſciplinam non infregit, ſed reſtituit, damnando abuſum contrarium, qui nuper exortus vires acquirere videbatur.

(f) Thomaſſ. *l. c. c.* 7, §. 13. Sæviente, quæ diriſſima fuit, Decii perſecutione, ut Socrates refert *l.* 5, *c.* 19, *Eccleſiarum Epiſcopi Canoni adjunxerunt*, *ut in ſingulis Eccleſiis Presbyter quidam Pœnitentiæ præeſſet*, *quo qui poſt Baptiſmum lapſi fuiſſent*, *coram Presbytero ad eam rem deſignato*, *peccata ſua confiterentur*. Solius hactenus fuerat, &, ut infra dicetur, ſolius etiam poſtea fuit Epiſcopi publica Pœnitentium reconciliatio. Nam & illius erat Pœnitentiæ leges ponere, condere Canones, publicam decernere Pœnitentiam, explorare per ſe, aut alios, quo ſtudio Pœnitentes operi incumberent: ut pro cujuſque vel negligentia, vel diligentia pœnitentiæ tempus vel protraheretur longius, vel contraheretur. Eadem viguit diſciplina etiam poſt inſtitutum Pœnitentiarum, ut fidem faciunt Sanctiſſimi Patres, Canones Conciliorum, & Summorum Pontificum decreta. Ex quibus illud conficitur, eas tantum fuiſſe Pœnitentiarii partes, ut ſi qui primam Baptiſmi commaculaſſent innocentiam, eorum ſecretas audiret Confeſſiones, ſecretaſque indiceret Pœnitentias; ſi quis autem ejuſmodi patraſſet aliquid, quod ſola elui pœnitentia publica poſſet, eum propter crimen Capitale ad Epiſcopi tribunal, & ad difficillimos Pœnitentiæ publicæ remitteret labores. Accidit autem Conſtantinopoli, Nectario ejus Eccleſiæ clavum regente, ut fœmina poſt factam Pœni-

crates Scholaſticus, ullum inde ſuæ cauſæ præſidium prætexere poſſunt Adverſarii, ſed deſperatæ cauſæ patronos ſeſe ſatis oſtendunt, qui haſce offucias ad ſuæ ſententiæ patrocinium arceſſunt. De arcana confeſſione latius agemus in libro VIII, ubi de Sacramento Pœnitentiæ.

§. V. Interea ſi per tempus licet, conſulere poteris Marianum Victorium *in Hiſtoria de Sacramento Confeſſionis*, *de Antiquis Pœnitentiis*, Romæ 1562, Joannem Dartem *tract. de Canonica Eccleſiæ diſciplina circa Sacramentum Pœnitentiæ, & ejus ritus veteres*, Pariſiis 1656, Joannem Morinum *Comm. hiſtoric. de Diſciplina in adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ*, Antuerpiæ 1682, Joannem Mabillonium *Obſerv. De triplici modo profitendi Pœnitentiam in extremis*, & *Obſerv. Hiſtor. De Confeſſione, qualis ea fuit Sæcul. VIII*, Jacobum Boileau *Hiſt. Confeſſionis auricularis*, Pariſiis 1684, Xaverium Manhart *Antiq. Chriſt.* §. 1, 16, *ſeq.* Pelliciam *T. 2 de Chriſt. Ecc. Politia l. 5, c. 1*, Grancolaſium *Tom. 2 Antiqui Sacramentarii Eccleſiæ, p. 209*, Zechium *Tom. 1 de Jure rerum Eccleſiaſticarum, Sect. 2, tit. 6*, alioſque, quos tibi ob oculos ponit Fabricius in ſua *Bibliographia antiquaria, p. 573, ſeq.* At cave, ne dum horum thyma circumvolitas, aliqua apis lethale tibi vulnus infligat.

QU-

Pœnitentiario presbytero Confeſſionem, palam, & publice confeſſa ſit, ſe a Diacono vitiatam fuiſſe. Id vero, quod non poterat non grave ſcandalum concitare, ſine dubio illa fecit præter Presbyteri conſilium. Nam ea tempeſtate, etſi peccatorum etiam occultorum publica eſſet Pœnitentia, erat tamen ſemper ſecreta Confeſſio. Immo ſecreto etiam peragebatur Pœnitentia, quando offendiculo eam fore præſagiebatur, ſi publica fieret; aut ſuſpicionibus, odiis vindictæque locum daturam. Denique ita temperabantur omnia, ut ne fœminæ, quæ res eſſet plena periculi, in nullam unquam ſuſpicionem obliquiorem venirent. His omnino rationibus adducimur, ut Pœnitentiarium culpæ prorſus eximamus, & in culpa non fuerit niſi mulier, quæ ultra poſitos ſibi ab eo limites imprudentius progreſſa graviſſimum quidem, ſed occultum crimen gravi omnium ſcandalo publice confeſſa eſt. Abſtulit tamen & Presbyterum Pœnitentiarium Nectarius, & ipſam de peccatis occultis publicam Pœnitentiam, facta omnibus poteſtate, ut ad communionem Euchariſticam accederent, & ei ſoli, cui collibitum eſſet, conſcientiæ ſuæ redderent rationem. Ita intelligendus eſt Socrates, qui mox aſſerit idem ſecutas eſſe Orientis Eccleſias, quod Conſtantinopolitana feciſſet, Presbyterumque Pœnitentiarium ſuſtuliſſe. Ab his ſane temporibus Græcorum Eccleſiæ Scriptores omnes, & hodierni rerum Orientalium Hiſtorici teſtantur, apud Græcos viguiſſe ſemper, & etiam nunc vigere pœnitentiales Canones: ex eorum norma olim, & hactenus præſcribi Pœnitentias: ſolam autem occultorum criminum publicam in uſu eſſe deſiiſſe poſt Nectarii Decretum, hoc eſt ab ſæculo V ineunte; uti nec in uſu eſt jam inde ab ſæculo deſinente duodecimo in Occidente. Eo enim tempore in Occidente cœpit rariſſima eſſe Pœnitentia publica, cum quod ad occulta attinet crimina, jam publica eſſe deſiiſſet ſeptimo adhuc Sæculo. Vide Joannis Fileſaci *Diſſ. De Sacra Pœnitentiaria*. *Vid.* Benedictum XIV, *Conſt. Tom. I, Conſt. 95*, Cardin. De Luca *lib. XV, Diſcurs. XI*, Eſpenium *J. E. U. part. I, tit. 23, c. 3.*

QU. XXXIX.

Quid ais de Apoſtolicis graviorum criminum Reſervationibus? (a)

§. I. JUvat ea repetere, quæ ſæpe ſæpius a nobis dicta ſunt, &, in ea diſputatione, quam de Primatus juribus inſtituimus, meridiana in luce collocata: nimirum Apoſtolos uti Univerſos juriſdictionis (*externæ*) poteſtatem divinitus acce-piſſe, ab Apoſtolorum Univerſitate ſeu ab Eccleſia in ſingulos derivandam; proindeque Apoſtolorum ſucceſſores Epiſcopos uti Univerſos Deo, uti ſingulos Epiſcoporum univerſitati,

(a) Berard. *Com. in Jus Eccl. Un. p.* 2, *Diſſ.* 3, *c.* 11. Jam vero enumeremus cenſuras illas, quarùm abſolutio eſt Pontifici Maximo teſervata. Contentus ero hoc in loco frequentiores recenſere, & quæ aut in jure communi, aut in Concilio Tridentino conſtitutæ fuerunt. Reſervatæ Pontifici Maximo aut Excommunicationes ſunt, aut ſuſpenſiones; utræque autem vel ferendæ ſunt, vel latæ ſententiæ. Non memoro reſervationes ſingulares, quæ ex ſpeciali præcepto Papæ certis in caſibus fiunt; hæ enim, ut ut in corpore Canonum contineantur, jus commune non faciunt. Harum exempla ſunt *in can.* 52, *Cau.* 16, *q.* 1, *& in extr.* 5, *de Præb. inter com.* Excommunicationes ferendæ ſententiæ duæ ſunt Pontifici Maximo reſervatæ. Prima eſt, quæ adverſus incendiarios infligitur; ſiquidem tum demum reſervatur abſolutio, cum incendiarii fuerint Epiſcopali ſententia denuntiati, C. 19. *de Sent. excom.* Altera eſt, quæ indicta fuit in eos, qui falſas Apoſtolicæ Sedis litteras habuerint, niſi intra viginti dies reſignaviſſent, aut deſtruxiſſent, uti legitur *in C.* 4, *in fin. de crimine falſi.* Sed hodie poſt editas recentiores Pontificum Conſtitutiones eſt latæ ſententiæ. Frequentius adparent reſervatæ excommunicationes, ubi iſtæ ipſo jure infliguntur. Extat in Codice Gratiani reſervatio in ea ſpecie, qua quis in Clericum, aut Monachum manus violentas intulerit C. 29, C. 17, *q.* 4. Apud Gregorium IX extat reſervatio excommunicationis indictæ in Clericos, qui ſcienter, & ſponte participaverint excommunicatis a Sede Apoſtolica, atque iſtos in officiis receperint *c.* 18, *de ſent. excom.* Item reſervatio excommunicationis, qua notautur, qui ſacras ædes infringunt, & ſpoliant, *C.* 22 *eod.* Apud Bonifacium VIII apparent reſervationes tum *in c.* 17, *de Elect. in* 6, adverſus eos, qui in electione Romanatum dignitatum inſcio Pontifice Maximo ſe ingerunt; tum *in c.* 3, *de immun. in* 6, adverſus eos, qui a Perſonis, & rebus Eccleſiaſticis certas exigunt penſitationes, cui tamen decreto certus modus adjectus eſt *in Clem. un. de Immun. & extrav. un. de eod. tit. inter Commun.* item apparet *in C.* 11, *de ſent. excom. in* 6, adverſus eos, qui Prælatos Eccleſiæ impedierint, ne cenſurarum ferendarum poteſtate utantur. In Clementinis reſervatur excommunicatio lata adverſus eos, qui negligentes fuerint in puniendis hæreticis, ſi ſint Epiſcopis inferiores *Clem.* 1, §. *Verum de hæret.* Excommunicatio lata adverſus regulares, qui certa Sacramenta Parochis reſervata miniſtraverint, *Clem. un. de Privil.* Excommunicatio lata adverſus eos, qui induxerint aliquem ad vovendum, jurandum, vel promittendum, ut ſepulturam in eorum-

ti, ſeu Eccleſiæ Juriſdictionem ſuam (*externam*) acceptam referre debere; atque hinc ea omnia, & ſola jura ſingulos ſibi Epiſcopos poſſe vindicare, quæ ab Eccleſia aliquando tributa illis fuere, nec poſtea adempta, ab Eccleſia, inquam, hoc eſt ab Univerſitate Epiſcoporum ſuffragante Pontifice, vel a Pontifice ſuffragante tacite vel expreſſe Univerſitate, ſeu tanta Epiſcoporum multitudine, quæ Univerſitatis nomen per ſe tueri poſſit. (Vide ea quæ diximus Quæſt. III, & Quæſt. V.) Cum igitur Pontifex, non exiguo Epiſcoporum numero tacite etiam conſentiente, quorundam graviorum criminum abſolutiones ad ſuum tribunal pertrahit, tunc Eccleſia ipſa, (*b*) cujus eſt poteſtatem, quam illa divinitus accepit, in ſingulos Epiſcopos derivare, ejuſdem poteſtatis particulam illis denegat, ſibi ipſi reſervat. (Vide ea quæ diximus Quæſt. XII.) Hinc Tridentini Patres *ſeſſ.* 14, *de Sacram. Pœnit. c.* 7. *Magnopere vero ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinere Sanctiſſimis Patribus noſtris viſum eſt, ut atrociora quædam, & graviora crimina non a quibuſvis, ſed a ſummis dumtaxat Sacerdotibus abſolverentur, unde*

---

rumdem Eccleſiis eligant, vel electam non immutent. *Clem.* 3, *in fin. de pœn.* Excommunicatio lata adverſus eos, qui prohibent, ne cenſura rite inflicta obſervetur, *Clem.* 2, *de Sent. excom.*

In extrav. communibus apparet Reſervatio in certa proceſſus Judicialis ſpecie, uti legitur *in extrav.* 1, *de treg. & pace*; item in ſpecie *extrav.* 1, *de ſepult.* adverſus eos, qui cadavera extumulant, in ſpecie *extrav.* 1, *& de Regular.* adverſus mendicantes ad Religionem non mendicantium tranſeuntes; *Extrav.* 2, *de reliq. & ven. Sanct.* adverſus eos, qui deteſtati fuerint venerantes B. M. ſine labe conceptam; in ſpecie *extrav.* 1, 2, *de Sim.* adverſus quoſcumque Simoniacos; in ſpecie *extrav.* 1, *de Judæis* adverſus eos, qui infideles militaribus inſtrumentis, aut ſubſidiis contra Chriſtianos juvaverint; in ſpecie *extrav.* 3, *de privileg.* adverſus Prælatos, qui puniunt ſubditos ſuos, quod Romam confugiant; in ſpecie *extravagant.* 1, *de ſent. excom.* adverſus eos, qui dederint, vel promiſerint gratia obtinendi reſcripti a Sede Apoſtolica. Multæ aliæ Reſervationes extant *in extrav.* 3, *&* 5, *de Pœnit. & remiſſ.*

In Concilio Tridentino nullæ extant hujus generis Reſervationes. Tantum notari poteſt, duas excommunicationes in ea Synodo latas, ſcilicet in cauſa violationis clauſuræ monialium *ſeſſ.* 25, *de Regularib. c.* 5, & in cauſſa Monomachiæ *ſeſſ.* 25, *c.* 19, *de Reform.* fuiſſe deinde recentioribus Pontificum Conſtitutionibus Sedi Apoſtolicæ reſervatas, quamquam Pontificiæ iſtæ Conſtitutiones non ſint ubique receptæ. Vix ego reperio in Corpore Juris ſuſpenſiones ferendæ ſententiæ Pontifici Maximo reſervatas. Apparet quidem reſervatio quædam *in c.* 8, *&* 13, *de temp. ordin.*, item *in c.* 33, *in fin. de teſtibus*. Verum forte ibi agitur de ſuſpenſionibus illatis ex ſingulari præcepto, & certis incidentibus factis accommodatis, quæ jus commune minime conſtituunt. Quædam tantum extant ſuſpenſiones inflictæ ipſo jure, quæ Pontifici Maximo reſervantur, quemadmodum in ſpecie *Capituli* 45, *de Simonia*, ubi quis ita ordinatur, ut promittat, ſe adverſus ordinantem nullam moleſtiam illaturum, aut in ſpecie Collegiorum, vel Capitulorum, ſuſpenſionem ipſo facto incurrentium, cum Simoniam admiſerint *extrav.* 1, *de Simon.*, aut in ſpecie *extrav.* 1, *de Elect.* adverſus eos qui Prælatos recipiunt ſine litteris Apoſtolicæ Sedis, aut denique in ſpecie *Capituli* 1, *de tempor. Ordin. in* 6. de Ordinatis e remotis partibus venientibus. Non adjicio Reſervationes alias, quæ in Pontificiis recentioribus Conſtitutionibus continentur; ſiquidem non ubique eas receptas fuiſſe conſtat; multas etiam conſuetudine quibusdam in locis abrogatas.

(b) Hoc idem dictum eſto de aliis reſervationibus Apoſtolicis. Vide Quæſt. XXXVII.

unde merito Pontifices Maximi pro Suprema poteſtate ſibi in Eccleſia univerſa tradita cauſas aliquas criminum graviores ſuo potuerunt peculiari judicio reſervare .

§. II. Neque audiendi ſunt illi, qui nullam ante ſæculum XI Pontificiarum Reſervationum memoriam nos habere contendunt. Ego vero longe antiquioribus monumentis eas teſtatas, conſignataſque deprehendo. Nonne enim nongentos ante annos, uti conſtat ex *l. 3 de geſtis Sanct. Rotonenſ. c. 1, Sæculo IV Benedict.* atque ex Martene *de antiq. Eccleſ. ritibus, Tom. 1, l. 1, c. 6, art. 6, n. 6*, homicidæ ut crimen ſuum eluerent ad Apoſtolicam Sedem confugere cogebantur? Quid vero putas ſibi voluiſſe Sardicenſes Patres, cum *Canone* 2 improbis, maledicis, atque fraudulentis hominibus communionem omnem uno ore denegarunt? (c) Quid Cyprianus? cum inquit: (*Ep.* 52) *Apud anteceſſores noſtros quidam de Epiſcopis iſtic in Provincia noſtra dandam pacem Mœchis non putaverunt, & in totum Pœnitentiæ locum contra adulteria clauſerunt*. Quid Eliberitani Patres ſæculo V, cum hoſce Canones tulerunt? *Placuit, ut quicumque poſt fidem Baptiſmi ſalutaris adulta ætate idololatraturus acceſſerit . . . . . NEC IN FINE eum ad communionem ſuſcipere. C. 1. Flamines qui poſt fidem lavacri, & regenerationis ſacrificaverunt . . . . placuit NEC IN FINE accipere communionem. C. 2. Delator ſi quis extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proſcriptus, vel interfectus, placuit eum NEC IN FINE accipere communionem. C. 12. Si quis privignam ſuam duxerit uxorem . . . placuit NEC IN FINE dandam ei eſſe communionem. C. 66*, alioſque hujuſmodi? Quæ mens, quod conſilium illorum Patrum fuit? Num ut Chriſtiani illorum criminum rei omni ſubſidio deſtituerentur? At ab hac tanta ſeveritate ſemper abhorruit Eccleſia, quæ monitum Apoſtoli *II ad Corinth. II*, atque exemplum Evangeliſtæ Joannis, de quo Euſebius *Hiſt. Eccl. l. 7*, præ oculis ferens, neminem, licet perditiſſimum, opem, ac veniam ab Eccleſia efflagitantem unquam deſeruit. Num ea crimina adeo eſſe graviora, ut Eccleſia eis parcere non poſſit? At id eſſet Montaniſtarum, & Novatianorum partes ſectari. Quid igitur aliud ſibi voluerunt Sanctiſſimi illi Patres, niſi ut Chriſtiani illorum criminum rei non ab ſuis Eccleſiis, ſed a ſola Sede Apoſtolica, veniam conſequerentur? Et ſane nonne hujuſmodi reos apud ſuas Eccleſias omni abſolutionis ſpe elapſos ad Zephirinum S. Pontificem confugiſſe, ab eoque abſolutos fuiſſe, conſtat ex Tertulliano ipſo jam Montaniſta? (*De pudic. c. 9.*)

§. III. At quid ſi morti proximi Pontificem adire non potuiſſent? omnine abſolutione excidebant? Canonica, ſed non Sacramentali. Hanc enim, & non aliam vim habent illa laudatorum Canonum verba: *Placuit eum NEC IN FINE communionem accipere*. Quamvis autem, ut ſupra diximus in Quæſt.

(c) *Can.* 2. Oſius Epiſcopus dixit: Etiamſi talis aliquis extiterit temerarius, ut fortaſſis excuſationem afferens aſſereret, quod populi litteras acceperit, cum manifeſtum ſit, potuiſſe paucos præmio, & mercede corrumpi, eos, qui ſinceram fidem non habent, ut clamarent in Eccleſia, & ipſum petere viderentur Epiſcopum, omnino has fraudes damnandas eſſe arbitror, ita ut nec Laicam *in fine* communionem talis accipiat. Si vobis omnibus placet, ſtatuite. Synodus reſpondit, *Placet*.

Quæſt. XII, nonniſi Canonice abſolutis, ſacramentalis abſolutio impenderetur, iis tamen Canonice non abſolutis, qui in ſummo vitæ diſcrimine poſiti erant, quoſque ſuorum peccatorum vere pœniteret, Sacramentalis abſolutio tribuebatur, in eamdem vero ſervitutem relapſuris, ſi convaluiſſent, & promiſſorum immemores Eccleſiæ non ſatisfeciſſent, Canonicamque abſolutionem ab Summo Pontifice non tuliſſent. Non igitur poſt ſæculum XI, ſed primis Eccleſiæ temporibus Reſervationes in uſu fuerunt.

§. IV. At nimium, inquies, nunc increbuere. Utinam & graviora crimina non increbuiſſent. Quæ ſuccenſendi cauſa eſt, ſi eo plures adhibentur medicinæ, quo plures morbi ingraveſcunt? Hoc unum nunc maxime dolendum, quod, quæ res maximo olim rei Chriſtianæ bono erat, perexiguas nunc ſane afferat utilitates. Nam quo alio ſpectabant Reſervationes, niſi ut ſcelerum expiandorum difficultatem peccandi etiam difficultas conſequeretur? Quem enim tam longi pro Abſolutione obtinenda ad Summum Pontificem itineris ſuſceptio a crimine perpatrando non deterreret? Verum cum noſtris temporibus nullum reis iter inſtet, verum Parochis, Epiſcopiſque negotium detur, ut a Romana Curia abſolvendi poteſtatem impetrent, omne Reſervationum odium a Reis in Parochos, Epiſcopoſque converſum eſt.

QU. XL.

De Rota Romana.

Qua argumentorum vi Juriſdictionem Eccleſiaſticam tueris?

§. I. ROta Romana eſt Tribunal Eccleſiaſticum, in quo cauſæ Eccleſiaſticæ dirimuntur. Hujuſce Tribunalis amplitudo, atque Majeſtas Eccleſiaſticæ Juriſdictionis nititur ſtatu. Verum quoniam non deſunt eorum Acatholicorum, qui Juriſdictionem omnem ab Eccleſia exulare volunt, ideo huic ſuffodiendæ, atque inædificandæ operam navemus.

§. II. Boehmerus in eo Jure Eccleſiaſtico, quod ad Proteſtantium uſum adornavit, totus in eo eſt, ut Juriſdictionem omnem, quanta quanta ea demum eſt, ſive civilis, ſive Eccleſiaſtica, ſive ſæcularis, ſive ſpiritualis, Imperio adjudicet, abjudicet autem Sacerdotio. Neque ſuæ Sectæ Inſtitutoribus, qui ſuſpenſam Pontificis, atque Epiſcoporum auctoritatem voluerunt, donec res cum catholicis reconciliaretur, atque interim Regiæ poteſtati eam concrediderunt, ita ut Principes Proteſtantes duplicem perſonam gererent, Principis alteram, alteram Epiſcopi, ſalva res eſt; verum magna voce paſſim clamitat, poteſtatem omnem tum ſacram, tum profanam Regibus connatam eſſe, ſacram ab Eccleſiaſticis viris, pace Eccleſiæ per Conſtantinum reddita, uſurpatam, tandem Luthero auſpice, & duce, ad ſupremos Principes ſuos veros Dominos tanquam poſtliminio rediiſſe. Omnium ſuarum rationum momenta omnia huc collineant, ac recidunt; nimirum Rempublicam in Republica, Civitatem in Civitate, Imperium in Imperio conſiſtere, ac ſtare non poſſe. Verum Civitatem in Civitate collocamus, cum Eccleſiam intra Reipublicæ mœnia poſitam legibus ſuis per ſe ſtantem confingimus. Quotieſcumque enim legem aliquam ab alio profectam Conſilio, inconſultis, ac ſæpe etiam invitis Civitatum Rectoribus, valere decernimus, ſtatim Rempublicam in Republica ædificamus. Hæc Boehmeri oratio (*a*) vim haberet, ſi leges Eccleſiaſticæ aliquid, quod ad Reipubli-

(a) Boehm. *in Præf. ad T.* 5 *J. E. P.* §. 19. Binis verbis tantum retuli mentem meam circa has theſes in his tomis fuſius declaratam, atque firmatam, ad cujus illuſtrationem potiſſimum conferenda eſt Diis. Prælim. *de ſuprema lege Eccleſiaſtica* Tom. I præmiſſa, & Jus publicum Univerſ. P. ſpec. *l.* 2, *c.* 5, in quo libro quavis occaſione Machiaveliſtis, & Hobeſii diſcipulis bellum perpetuum indixi. Superpondii loco addam magni quondam Theologi Buddei in *Iſagoge hiſtorico-theolog. ad univerſ. Theol. libr. poſter. c. V*, §. *III*, *in not. p.* 657, conſenſum cum his, quæ a me adlata ſunt. Etenim poſtquam ſtatum Eccleſiæ primitivæ retulerat, ita pergit: *Quæ cum ita ſint*, *ma-*

blicæ ſalutem, incolumitatemque, aut ad hujuſce vitæ ſecuritatem, tranquillitatemque pertineat (hoc enim unum imbibit Reſpublica, hoc unum ſpectat, hæc una mens, hoc conſilium, ac propoſitum illi eſt) decernerent; verum cum Eccleſia de iis tantum ſtatuat, quæ ad alterius vitæ ſalutem, animarumque noſtrarum immortalitatem ſpectant, nihil de hujuſce vitæ jucunditate, ac bono ſollicita; verbo, cum Leges Civiles hujuſce vitæ felicitatem præ oculis habeant, leges autem Eccleſiaſticæ futuræ vitæ beatitatem præ ſe ferant, poſſunt utræque leges per ſe conſiſtere, quin invicem pendeant, & quin Reſpublica in Republica ſtatuatur.

§. III. Verum rem totam penitius inſpiciamus. Homo conſtat anima, & corpore. Hominis, qua corpore conſtat, ſecuritas, quies, ac felicitas abſque ſocietate haberi non poteſt, neque ulla vera ſocietas eſſe, aut intelligi poteſt, niſi ſit, qui imperet, (Vid. quæ diximus in Procem. Qu. II) imperiumque detrectantes coerceat, cuique cives regendos ſe, gubernandoſque permiſerint, omneque quod deferre potuerint in ſemetipſos imperium, detulerint. Atque hinc rerum humanarum rectio, ac procuratio exorta eſt.

§. IV. Verum ſacrarum, eccleſiaſticarumque rerum gubernatio alios fontes habet, atque origines. Nam cum Animæ ſalus, atque beatitas etiam ſine ſocietate haberi poſſit, habeaturque, eaque ab cultu Dei Optimi Maximi unice pendeat, qui cum dominatu

magnopere falluntur, qui Eccleſiam Apoſtolicam ad Reipublicæ cujuſdam formam compoſitam eſſe contendunt Deinde §. 7, *in not. p.* 695, poſtquam Pufendorfium *de habitu Religionis ad vitam civilem* ut emendatorem Juris Eccleſiaſtici laudaverat, hæc ſubjungit: *In eo libello namque ſolide demonſtravit, Eccleſiam non ad inſtar Reipublicæ, ſeu Status independentis, ſed potius inſtar Collegii cujuſdam eſſe concipiendum. Ex quo conſequitur, ſolos Imperantes ſummos in omnibus Imperiis, ac Rebuspublicis ſupremo circa ſacra jure gaudere; idque illis non prout Epiſcopi, ſed prout Imperantes ſunt, tribuendum eſſe; hinc & eos ſolos in iis, quæ ad externum regimen Eccleſiæ ſpectant, leges præſcribere, eaque quæ ad Eccleſiæ conſervationem pariter, ac Reipublicæ tranquillitatem faciunt, conſtituere poſſe.* Plenius idem argumentum reguſtat §. *IX, c. l. p.* 716, aſſerendo, *Eccleſiam non eſſe Statum aliquem, ſive Rempublicam independentem; Eccleſias autem particulares inſtar Collegiorum eſſe concipiendas, quæ poteſtati ſummorum Imperantium ſint ſubjecta; verbi divini Miniſtros diſpenſatores eſſe Myſteriorum Dei,* (*I Cor. IV, 4*) *adeoque doctorum, non imperantium loco habendos: hinc & non aliud illorum officium eſſe, quam docere verbum Dei, & recte adminiſtrare Sacramenta; & licet quoque illis uſus clavis ligantis, & ſolventis, ſeu poteſtas remittendi, & retinendi peccata ſit concreditus, nulla tamen eos gaudere Juriſdictione, nullo imperio, nulla poteſtate homines cogendi.* Denuo §. *X, p.* 734, eandem ſententiam firmat, & *regimen Eccleſiæ*, ait, *Juriſdictio, facultas coactiva, poteſtas puniendi, & quæ ejuſdem ſunt generis, ut citra controverſiam ſummum Imperium arguunt, ita Eccleſiæ nullo modo tribui poſſunt, niſi eam in Rempublicam commutare, & ita REMPUBLICAM IN REPUBLICA STATUERE, Imperanteſque ſummos magna Imperii parte ſpoliare velis.* Idem denuo repetit *p.* 738, aitque, *Eccleſias particulares inſtar Collegiorum ſe habere, quæ directioni ſummorum Imperantium ſunt obnoxia.* Denique in *Inſtitut. theol. dogm. l. V, c.* 3, §. 17, plenius errorem diſſentientium refellit, & ita objurgationem redarguit, qui *Syſtema Proteſtantium commune*, quod ego in his Tomis ſecutus ſum, *INVENTUM JURIS CONSULTORUM* & *PRÆVARICATIONEM PESSIMORUM CHRISTIANORUM* eſſe arbitrati ſunt.

natu noſtro minime teneatur, nulli hominum, licet ad imperandum aptiſſimo, regendus committi a nobis potuit; patet Divini cultus (quo animarum noſtratum ſalus latet) ſeu ſacrarum eccleſiaſticarumque rerum procurationem non a ſocietate, vel a Civitate, Civitatiſque Rectoribus, ſed aliunde eſſe repoſcendam, nempe ab Eccleſia, cui Deus ipſe illam concredidit. (Vide ea quæ diximus Quæſt. III.)

§. V. Fateor equidem etiam civile imperium divinitus eſſe inſtitutum; verum hoc intereſt inter Sacerdotium, & Imperium, quod Civitates a Deo quidem, ſed hominum miniſterio conſtitutæ ſint, Eccleſia vero ab ipſo Dei Filio abſque ullo hominum miniſterio ſit inſtituta; (Vide ſupra Quæſt. III) quodque Civitatum Rectores, quibus obedire, & parere divinitus jubemur, ab hominibus in Regalem ſellam ſublati ſint, Eccleſiæ autem Præſides, quos audire, quibus obtemperare juſſi divinitus ſumus, ab ipſo Dei Filio, (Vide infra Quæſt. XLII.) in Eccleſiæ Solio collocati fuerint, atque Juriſdictionem eccleſiaſticam ab ipſius ut ita dicam manibus acceperint. (Vide quæ diximus Quæſt. III, atque in Procem. Quæſt. II.)

§. VI. Neque vero hanc poteſtatem Apoſtoli primi Eccleſiæ Præſides in vagina reconditam hebeſcere paſſi ſunt, verum eam educere, atque diſtringere, cum opus fuit, non dubitarunt. Qui enim, quantique canones a Divo Luca non memorantur ab Apoſtolis editi de conſtituendis Diaconorum muneribus? (*Act. VI*) de ethnicis in Chriſtianorum album cooptandis? (*Act. XI*) de gentibus non circumcidendis? (*Act. XV*) Quæ quotque leges de rebus ſacris in Epiſtolis Petri, & Pauli, Jacobi, Joannis, & Judæ nobis non occurrunt? Quid Pontifices Maximi, qui Apoſtolos exceperunt? Quæ, quotque ſtatuta de Religione non ediderunt? (Vide ſuperius Quæſt. VII) Non igitur Juriſdictio a noſtris per fas, nefaſque in Eccleſiam invecta eſt, ut blaterant noſtrorum temporum male feriati hæretici, (*b*) ſed ab ipſo Dei Filio Jeſu Chriſto in Eccleſiam illata perpetuis temporibus cuſtodita fuit, cuſtoditurque.

§. VII.

(b) Grotius *l. 1. cap. 1, num. 8, p. 13*, refert confeſſiones Eccleſiarum, ſic enim eas appellat, quæ a vetere, atque Catholica deſciverunt, Belgicæ, Helveticæ poſterioris & Baſileenſis, quæ, quod ſacris rebus jus eſt, Regi ſeu ſummæ Poteſtati adſcribunt. Ac Belgicæ quidem hæc eſt ſententia: *Magiſtratuum eſt non modo de Civili politia eſſe ſollicitos, verum etiam dare operam, ut ſacrum miniſterium conſervetur, Chriſtique Regnum propagetur, denique horum eſt efficere, ut ſacrum Evangelii verbum prædicetur, ut ſinguli Deum pure colere, & venerari ex præſcripto verbi ipſius libere poſſint*. Helveticæ autem: *Teneat ipſe Magiſtratus in manibus verbum Dei, & ne huic contrarium doceatur, procuret. Bonis item legibus ad Verbum Dei compoſitis moderetur populum ſibi a Deo creditum*. Baſileenſis: *Quilibet Chriſtianus Magiſtratus omnes vires eo dirigit, ut apud fidei ſuæ commiſſos nomen Dei ſanctificetur, Regnum ipſius propagetur, ipſiuſque voluntati cum ſeria extirpatione ſcelerum vivatur. Hoc officium Gentili Magiſtratui injunctum fuit; quanto magis Chriſtiano Magiſtratui commendatum eſſe debet, ut vero Dei Vicario*. Refert præterea Grotius Anglorum judicium adverſus eos, qui affirmarent, Regem non eadem valere auctoritate in Eccleſiaſticis rebus, qua uſi ſunt Hebræorum Reges. Laudat præterea Brentium, qui an. 1555 ſcripſit de hac re *in Epiſt. de Proleg. in Apol. Duc. Wittemb.* edit. an. 1561, Hamelmannum *l.* de hoc argumento, Muſculum, Bucerum, Ivellum, Wittakerum, Reinoldum, Caſaubonum, Paræum, Burhillum, Jekerum, & ſingularem in modum Melchiorem Gol-

§. VII. Verum cum diſsimilis ſit ratio curandorum corporum, & animorum, cum ea, quæ corporum felicitatem pariunt, alunt, foventque, plerumque animorum beatitati adverſentur, & e contra; idcirco tot turbæ, tot lites Imperium inter, & Sacerdotium quotidie exoriuntur. Nam hinc Reſpublica hujuſce vitæ tranquillitatem latius aliquando promovens, illinc Eccleſia cultum divinum longius interdum producens, utraque finem ſibi propoſitum ſtudioſius urgens ſibi invicem ſunt impedimento, utraque ſibi reſiſtunt, utraque amoti termini ſibi divinitus fixi ſeſe reas agunt.

§. VIII.

Goldaſtum, quod illi minoribus, paucioribuſque, hic magnis multiſque voluminibus jus imperii in res ſacras aſſerere ſint conati. Sed horum non una, neque eadem omnino ſententia fuit. Nam alii quidem regiæ poteſtati plus, alii minus tribuendum putarunt: quamquam huc omnia ſtudia vergerent, ut Principi in externa adminiſtratione Eccleſiæ eminentiores, præcipuaſque partes concedendas arbitrarentur. Quod ut clarius aliquanto explicem, animadvertendum eſt, inter Proteſtantes, qui eamdem etiam ſectam profiterentur, de limitibus poteſtatis laicæ circa ſacra fuiſſe acriter, magnaque diſſenſione diſputatum. *Thomas Eraſtus Heidelbergenſis Theologaſter, idemque medicus conſenſu Chriſtophori Probi, & Adami Neuſeri, qui poſt ad Turcas defecit, adverſus Thomam Olevianum ſyſtema Gevevenſium, diſciplinamque probantem, ſcripſit. Cenſebant enim Eraſtus, ſociique, Eccleſiæ nullum regimen, nullam ſententiæ dictionem, nullum forum, nullam poteſtatem verbum Dei per cenſuras, excommunicationem in primis, adplicandi a Chriſto datam eſſe: poteſtatem Clavium in ſolo verbi præconio conſiſtere, & Eccleſiam Magiſtratui Chriſtiano ſubjectam, omnem, quam uſurpat diſciplinæ auctoritatem ex mera Magiſtratus delegatione uſurpare, cum omnis politia externa, omne regimen, & omnis cœtuum minorum poteſtas in republica a ſumma majeſtate derivari & in eamdem refundi debeat. Proin etiam Magiſtratuum faſces, cenſuris Eccleſiæ obnoxios eſſe, iidem pernegant, & a ſententiis Eccleſiaſticis ad Magiſtratuum tribunalia, utpote quibus ultimum, & ſupremum rerum omnium in Republica judicium conveniat, provocationem permittunt.* Hæc Johannes Henricus Heidegerus *in corpore Theolog Chriſt. loc. XXVII, Sect.* 1, §. *XCIII, pag.* 606, & §. *CXXX, pag.* 626. Plura de Eraſto, & Eraſtianis memorat Chriſtianus Thomaſius *not. ad Huber. de jure Civit. lib. V, pag.* 166, *ſeqq. & in Hiſt. Contention. inter Imper. & Sacerdotium Append. cap.* 1, §. *XIX, pag.* 343. Eraſtianis ſe ſe oppoſuerunt Theodorus Beza Genevenſium Pſeudo-Paſtor, aliique. Sed is in eo libro, quem *de Hæreticis a Magiſtratu puniendis* adverſus Bellium edidit *p.*93, edit. Genev. Opuſcul. an. 1658, *Fateor*, inquit, *Deum ſicut in ſcribendis, ſic etiam in explicandis illis legibus* (*divinis*) *& uſui hominum accommodandis, atque adeo in vindicanda ipſarum auctoritate, ac dignitate, hominum miniſterio jam inde ab initio uti conſueviſſe, ſed ita diſtinctis iſtis muneribus, ut duo illa priora* (*NEMPE EXPLICANDÆ, & USIBUS HOMINUM ACCOMMODANDÆ legis ratio*) *ad eos pertinerent, quos peculiariter huic muneri a Deo præfectos eſſe* (*hoc eſt miniſtros*) *paullo ante oſtendimus, iſtud autem tertium Magiſtratibus committeretur, qui videlicet tam ipſius verbi miniſtros, quam cæteros pios homines idoneis præſidiis tueantur, qui doctrinam verbi fideliter exponendam, expoſitam autem a ſuis omnibus obſervandam curent, qui externas cærimonias pro temporum, & locorum ratione ex Eccleſiæ conſilio conſtitutas auctoritate ſua confirment, qui denique malos cives diſciplinæ Eccleſiaſticæ repugnantes, & perturbantes Eccleſiæ concordiam, ac pacem pro criminis magnitudine coerceant.* Is ergo Magiſtratus auctoritate confirmari ſcribit, quæ Eccleſiæ conſilio conſtituta ſunt. Subdit autem Heidegerus: *Colemannianos in Anglia, in Belgio autem Grotium, & Remonſtrantes hæreticos, quos ſingulari libro Utenbogardus defendit, Magiſtratui architectonicam in Eccleſiam poteſtatem adſeruiſſe.* Mox addit: *Sed Remonſtrantes, qui quamdiu Magiſtratum ſibi faventem, & propitium experti ſunt, miræ poteſtatis ejus peri-*

peri-

§. VIII. Hiſce litibus componendis una mihi videtur via proxima eſſe, ac compendiaria; nimirum reſpicere tempora trium priorum ſæculorum, quibus Eccleſia ſuo fundatori proxima fines ſibi divinitus præſtitutos ignorare non potuit, nec juſti rectique tenaciſsima tranſilire, quibus Reſpublica nondum Eccleſiam in ſui tutelam receperat, nec illam ullo adhuc jure, ulla poteſtate donaverat, videreque, quo jure, qua poteſtate uſa ſit iis temporibus Eccleſia, tyrannorum clamoribus, ac minis nequaquam obſtrepentibus; atque ita fines inter Sacerdotium, atque Imperium conſtituemus, & ſi qui revulſi fuerint, terminos facillimo negotio refigemus.

§. IX.

periſtromata dilatarunt, converſa fortuna velificationem ſinuare cœperunt. Nam Epiſcopius (Diſſert. de jure Magiſt. circa ſacra an. 1618 edita) diſcrimine inter Eccleſias templares ſeu publicas, & privatas, ſeu publico-privatas, quæ in propris ædificiis ſegreges a templaribus cœtus celebrant muſſitato potius, quam conſtituto in illas Magiſtratuum jure divino, omni pleniſſimo, in has nullo omnino pollere, obſcurius paulo inſinuavit; ſed mox detecto arcano omni Remonſtrantes tum in Confeſſ. cap. XXV, tum in ejuſdem Apolog. cap. XXIV, XXV muſſitarunt. Poſt pugnam cum Remonſtrantibus pugnatam, duo reformati Theologi, editis ſuper hac controverſia ſcriptis, pomum ἔριδος *in medium projecerunt, unus auctor brevis reſponſionis ad ſolutiones datas &c., cui Petrus Cabeliavius reſpondit, alter Vedelius vulgato de Epiſcopatu Conſtantini Magni libro, quem Revius, Triglandius, & Apollonius refutarunt. Qui eos ſequuti, prælium inſtaurare conati ſunt, Lodovicus Molinæus Parænesi ad Ædificatores Imperii edita, & Lambertus Velthuyſius, qui Eccleſiam ſpolium dominationum fecit ab Anonymo, qui Johannes Broun-Scoto-Britannus eſt, aliaſque ad partes vocatus eſt, actum egerunt, & operam luſerunt.* Heideg. *l. c. §. CXXX*, 626. Angli Epiſcopales (nam Presbyteriani ab Eraſto ſtant) etſi Epiſcoporum auctoritatem divina inſtitutione niti putant, tamen Regem ita obſervant, quaſi ex eo omnis in Regni Præſules Presbyteroſque poteſtas proficiſcatur. Confer Burnetum 1 *p. lib.* 11 *H. R. Angl. pag.* 87, & *lib.* 3, *p.* 104, *ſeq. edit. an.* 1689, & *p. II, lib.* 1, *pag.* 18, & *collect. Monum. II p. lib* 1, *pag.* 57. Confeſſio Auguſtana non aliam Epiſcopis, miniſtriſque dat auctoritatem, quam quæ propria eſt doctorum. *Act. VII, pag.* 37, *Apolog. Conf. Aug. art. XIV, p.* 294, *ſeq. Art. Smalcald. pag.* 351, *ſeqq.* Immo vero fuerunt e ſecta Luteranorum, qui ut errorem magis magiſque confirmare poſsent, Eccleſiam non communitatem inſtar Reipublicæ, ſed collegium quodam eſse nugarentur. In his Johannes Franciſcus Buddeus *Iſag. Hiſt. Theol. tom. II, lib. II, cap. V, pag.* 833. Rurſum Thomas Leydeckerus *Ad Georg. Hom. hiſt. Eccleſ. pag.* 429, *Notus eſt*, inquit, *liber Ludovici Molinæi Parænesis &c. præſertim contra Amyraldum edita & Dallæum an.* 1655, *ubi damnata Hierarchia Epiſcopali, & Regimine ſimul prebyterali tradita tandem omnia politico Principi vides, independentium conſiliis. Itaque Thomam Eraſtum ad cœlum extollit cum Grotio. Liber Cromuellio dedicatus eſt, eoque intelligas, quod independentiſmi finis politica ſit Eccleſiæ gubernatio. Hic exitus. Quam voluiſſem D. I. Ouvenum Ludovico Molineo non conſenſiſſe, implicitum iiſdem conſiliis, data ad eum epiſtola, quæ operi præfixa eſt! Erat Molinæi in Academia Oxonienſi collega. Idem p.* 497. *Beza Eraſtum refutavit LIBRO DE EXCOMMUNICATIONE. Patri degener filius Ludovicus Molinæus Parænesi ad Ædificatores Imperii in Imperio, hunc Eraſtum defendit . . . Quin & celeberrimum Voetium inſectatus eſt impudenter, ut Papam Ultrajectinum.*

Sed age, opera Heterodoxorum recenſeamus, quæ in hanc ſententiam ſcripta ſunt, quorum quidem Heterodoxorum alii plus, alii minus aliquanto Magiſtratui civili tribuendum putarunt. Samuel Stryckius ſcripſit *Diſſert. de Jure Papali Principum Evang ed.* 1715, *p.* 106, *ſeq t.* 1, Ludovicus Molinæus Leidiomæi Colvini nomine an. 1668, adverſus Voetium ſcripſit opus inſcriptum:

Pa-

Digitized by Google

§. IX. Verum Boehmerus hic nobiſcum minime ſapit; ait enim majore libertate & jure potitam fuiſſe Eccleſiam iis temporibus, quibus nondum in Reipublicæ clientelam conceſſerat, quam poſtea. Neceſsitas enim tantam illam libertatem, tantumque illud jus ei pepererat, ac conciliarat. Nam cum Romanis legibus peregrina quæcumque Religio vetita eſſet, cum Senatus Populuſque Romanus ſanxiſſent ut *Chriſtiani non eſſent* (Orig. *Hom. XI in Joſue*), fruſtra tunc Chriſtianorum Eccleſia abs Republica legum vim popoſciſſet, proindeque ſibi ipſi relicta, neceſsitate ita ſuadente, ſibi ipſa interim jus dicere, ſibi pœnas decernere coacta fuit, ac vices Reipublicæ, poteſtatemque obire. Ita Boehmerus *in Diſſ. XII ad Plin. & Tertull.*

§. X. Verum qua alia voce, quibus aliis verbis loqui poſſet, ſi Eccleſia non divinitus inſtituta, ſed purum putum eſſet hominum inventum? Quis enim credat, Chriſtum Dei filium extra Reipublicæ leges Eccleſiam ſuam inſtituiſſe, illamque trium Sæculorum decurſu Reipublicæ inviſam aluiſſe, ſi illius formam ab Reipublicæ legibus pendere, ejuſque ritus, ac cærimonias Reipublicæ legibus regi voluiſſet? Quis unquam ſibi in animum inducat, Chriſtum Apoſtolos & Chriſtianos tribus prioribus ſæculis in eam neceſsitatem conjeciſſe, ut bonorum civium officium violarent, ut rebelles eſſent, ut ſuæ poteſtatis fines præterirent, ut in Regales poſſeſsiones irruerent? Nonne Chriſtus Infideles Principes ad verum Dei cultum ſtatim pertraxiſſet, ſuamque illis Eccleſiam commendaſſet, ſi illorum legibus ſuam Eccleſiam gubernari voluiſſet?

§. XI. At alio nos vocat Boehmerus. Eccleſia, inquit, ut ſtet, nullis indiget humanis legibus; nam Divinus

Papa Ultrajectinus, *ſeu myſterium iniquitatis reductus a clariſſimo viro Gilberto Voetio in opere Politicæ Eccleſiaſticæ*, Antonius Walæus librum dedit *de auctoritate magiſtratus in rebus Eccleſiaſticis*, quem oppugnavit Johann. Gerard. Voſſius *epiſt.* quæ extat *in Præſtantium, & doctorum virorum epiſtolis Eccleſiaſticis Theologicis pag.* 414, *ſeqq. edit. an.* 1704, & Nicolaus Vedelius ann. 1638 *diſſert. de Magiſtratu contra Bellarminum de laicis*, & eodem an. 1642 cum epigraphe *de Epiſcopatu Conſtantini Magni*, *ſeu de Poteſtate Magiſtratuum reformatorum diſſert. repetita cum reſp. ad interrogata quædam &c.* ſcripſit. De quo opere, cæteriſque eodem pertinentibus multa diſputat Chriſtianus Thomaſius *hiſt. contention. inter Imp. & Sacerd. Append. cap.* 1, §. *XXV*, *p.* 349, *ſeq.* Johannes Abrahamus Kromayerus an. 1721 vulgavit Commentationem Theologicam *de poteſtate Eccleſiaſtica, quam vocant, externa*, penes quem radicaliter ſit, & quibus partibus contineatur, hiſtorice, dogmatice, polemice, & practice inſtituta, & edita in gratiam omnium, qui dogma hoc magnum, & arduum cognoſcere plenius & controverſias de eo, quæ hodie denuo agitantur, rectius dijudicare cupiunt &c. Albertus Riperus an. 1717 publicavit librum inſcriptum *Moyſes, & Aaron*, ſive poteſtas, atque officium Principum in ſacris ex ſola Scriptura canonica recitatis ſtudio demonſtratum. Eodem anno prodierunt Johannis Georgii Reinhardi *meditationes de jure Principum Germaniæ*, cum primis Saxoniæ circa ſacra ante tempora reformationis exercito. Johannes Franciſcus Buddeus *l. c. pag. ead. ſeqq.* ubi deſcriptos auctores laudat, & *Inſtit. moral. cap. III, ſect. VII*, §. *XXI*, *pag.* 588, eamdem, atque Grotius opinionem tuetur. Non diſcrepat Henricus Henniges, qui an. 1676 edidit Norimbergæ copioſiſſimum librum *de ſumma Imperatoris Romani Poteſtate circa ſacra*. Sed ceſſo de his agere. Nam omnes, qui in hoc argumenti genere verſati ſunt, diligenter recenſere velle, opus & longum, & plenum moleſtiæ eſſet.

Interea tu, bone Lector, hos omnes longe fuge, fœnum habent in cornu.

Digitized by Google

nus cultus interioris animi eſt, proindeque, cum interior ſit, extra humanarum legum jactum poſitus eſt. At Chriſtus non ſolum interiorem, verum etiam exteriorem Dei cultum diſcipulis ſuis præcepit. Quod quidem optime intellexiſſe dicendum eſt primævos Chriſtianos, cum Ignatius *epiſt. 13 ad Hieronem Diaconum Antiochenum* ita ſcripſit: *Synaxim ne negligas, omnes nominatim inquire*: cumque Polycarpum (*Epiſt.* 2) his verbis admonuit: *Crebius celebrentur Conventus, Synodique; nominatim omnes inquire*: cum Sancti Martyres, Diocletiano rerum potiente, reſponderint Proconſuli: *Dominicum cum fratribus congrua devotione celebravimus, quia non poteſt intermitti Dominicum*. (Vid. *Act. Ss. Mart. Saturnini Presbyt. Dativi &c.* apud Balut. *Tom. I Miſcell. p.* 14, *edit. Luc.*) Neque vero, ſi etiam quoad cultum Dei exteriorem Reipublicæ legibus illigati fuiſſent Chriſtiani, ſanctiſsimi illi viri qui ut propiores Eccleſiæ conditori, ita illius ſcita apprime ſcire debebant, Synaxim publicis legibus interdictam obiiſsent. Qui igitur fit, ut omnia potius perpeti parati fuerint, quam Synaxes deſerere?

QU.

Digitized by Google

QU. XLI.

Nunc aliquid addas mihi velim de Sedis Apoſtolicæ Legationibus. (*a*)

§. I. CUm Summus Pontifex ad Univerſæ Eccleſiæ excubias divinitus ſit conſtitutus, (Vid. ſupra Quæſt. VII.) magnaque animi proviſione cavere debeat, ne ulla totius corporis pars aliquo hæreſum, aut ſchi-

(a) Berard. *Com. in J. E. U. Diſſ.* 2, c. 4. Plura olim erant genera Legatorum. Alii, qui Apocriſarii dicebantur, apud Imperatores, & Principes merebant negotia tractantes ad eccleſiaſticam pacem, unitatemque firmandam, ex quo etiam Reſponſales ab aliquibus appellati fuerunt, quod & Papæ reſponſa Principi, & Principis reſponſa Papæ patefacerent, cui muneri ut plurimum Diaconi, aliquando Subdiaconi addicebantur, ut notat Gratianus *in diſt.* 94. Alii ut plurimum Epiſcopi ſub nomine Vicariorum Pontificiorum certas provincias Eccleſiaſticas regebant, vel contracto intra certum tempus, vel perpetuo, ſed cum perſona interituro, vel reali ſeu dignitati impoſito, ita ut in ſucceſſores etiam ſeros tranſiret, officio: alii ad certum tantummodo grave negotium, & officium, & juriſdictionem ſuſcipiebant, ut e. g. in Concilio aut Generali, aut Provinciali, ubi opus eſſet, nomine Papæ præeſſent. Alii ut certas Diœceſes nomine Pontificis viſitarent, abuſus corrigerent, reos coercerent, qualis fuit undecimo Sæculo Petrus Damiani apud Mediolanenſes. Alii, ut recens ad fidem converſas nationes regerent, erudirent, qualis fuit apud Anglos ſub finem Sæculi VI Auguſtinus, & Sæculo VIII Bonifacius apud Germanos. Ut paucis dicam, tot fere erant Legatorum ſpecies, quot cauſæ Legatorum mittendorum Eccleſiæ utiles videri Pontificibus potuiſſent. Hodie vero tria deſignari ſolent Pontificiorum Legatorum genera, quorum alii Nati appellantur, alii Miſſi, alii a Latere, *c. 9 de Offic. Legat. c.* 1, *eod. in 6*, eorumque omnium facultates ex vi potiſſimum litterarum, quibus conſtituti ſunt, pendent, ita ut ſub generali mandato graviora non veniant, quæ ſpeciali clauſula demandari neceſſe eſt, niſi in jure quid ſingulare expreſſe cautum reperiatur, aut conſuetudo æquiſſima mandatorum interpres induxerit, ac probaverit.

Antiquiſſima eſt origo Legatorum, qui Nati dicuntur, ſeu illorum, quorum dignitas, non perſona delegata cenſetur, quorumque propterea delegatio tranſit perpetuo in ſucceſſores. Erant enim olim dignitates Epiſcopales, aut Epiſcopalibus majores conſtitutæ in Civitatibus ſpectabilibus, in quibus maxime expediebat, ad graviora negotia Eccleſiaſtica, & quæ integram Provinciam, aut nationem ſpectarent peragenda Vicarios Apoſtolicos deſignari. (Sed de hiſce Vicariis Apoſtolicis, qui hodie nati dicuntur, alias, videlicet in II, & in III Libro agemus ex profeſſo.)

Legatorum miſſorum aliud ab initio officium erat, ac quod cœpit eſſe a Sæculo Eccleſiæ undecimo, ſive a temporibus Alexandri II. Olim iidem erant, qui & Apocriſarii, ſeu Reſponſales, quos ſuperius memorabam. Verum Sæculo undecimo partim ex eo, quod Legatorum natorum Juriſdictio anguſtis coercita finibus videretur, partim quod Legati nati Juriſdictione ſua identidem reclamantibus Epiſcopis abuterentur, Apocriſarii ex ſpeciali Pontificum voluntate Juriſdictione adaucti ſunt: immo & multo plures numero Legati mitti cœperunt extra ordinem, modo minore, modo majore poteſtate conceſſa, prout adjuncta cauſarum, locorum, & temporum poſtulabant,

ſchiſmatum tabo, aliqua corruptelarum luc inficiatur (Vid. ſupra Quæſt. XX.), cumque unus omnibus adeſſe non poſſit, opus eſt Legatis, qui in lon-

---

bant, ac tum primum Legatorum natorum cœpit Juriſdictio imminui pro modo adauctæ Apocriſariorum dignitatis, atque auctoritatis. Cæterum neque iſti Legati miſſi majorem Juriſdictionem explicare unquam potuerunt, quam quæ mandatis deſignaretur; neque enim de Juriſdictione agitur, quæ primum conſtituto illi muneri cohæſerit, ſed de ea, quæ poſt acceſſit; quamobrem in hac parte certa regula ſtatui nequit, cum nihil in jure communi ſtatutum ſit, ſed totum, quantumcunque eſt, ex ſingularibus delegationis litteris pendeat, quemadmodum recte animadvertit Card. de Luca *in Adnot. ad Conc. Trid. Diſc.* 33. Hinc niſi Beneficiorum etiam Papæ reſervatorum expreſſe obtinuerint delegationem, ea non gaudent *c.* 1, *de Offic. Leg. in* 6, ita ut ſi forte ad collationem deveniant, ne poſſeſſio quidem triennalis inſtituto ſuſfragetur, quia regula triennalis poſſeſſionis certum titulum ſupponit vel ordinariæ, vel Apoſtolicæ extra ordinem factæ collationis, aut alterius actus, qui, ſaltem in genere, certo fundamento nitatur. Tum demum quoque viſitare Eccleſias illi poterunt, quum id illis mandatum adpareat, quo caſu procurationes etiam, moderatas tamen, & inſtar Ordinariorum, aut Metropolitanorum Provinciam viſitantium accipiunt *c.* 11, de *Præſcript. c.* 17, & *c.* 23, *de Cenſ. Clem.* 1, *eod.* niſi tamen certa Collegia, vel Perſonæ ſingulari privilegio exemptionem a procurationibus a Sede Apoſtolica obtinuerint dicto *c.* 11, & 17, & dicta *Clem.* 1.

Ex his duo generatim de horum Legatorum poteſtate conſtituere poſſumus. Primum eſt, ipſos non ea ſibi vindicare poſſe, quæ ſingulari gratia Legatorum a latere etiam in jure communi conceſſa deprehenduntur, niſi ea fuerint aut in totum, aut in parte expreſſe conceſſa; *c.* 1, *de Off. Leg. in* 6, *c.* 36, *de elect. in* 6. Alterum eſt, in iis, quæ ſingulari mandato eiſdem conceſſa probantur, non debere eos exiſtimare, ſibi ampliorem competere facultatem, quam competat Legatis a latere. Quamobrem in iis, quæ & ipſis, & Legatis a latere communia demonſtrantur, ſive de modo exercendæ Juriſdictionis, ſive de tempore ad quod eorum Juriſdictio prorogatur, ſive de Provincia, intra quam eorum Juriſdictio circumſcribitur, eædem regulæ utrique Legatorum generi erunt ſine fraude cuſtodiendæ.

Ab eodem Sæculo XI, quo primum, uti diximus, Juriſdictionem Legati miſſi explicare cœperunt, viſi ſunt Cardinales, ubi Legationis munus ipſi ſuſciperent, ampliorem poſſe poteſtatem exercere, ſive quod a Pontifice in litteris ſuæ Delegationis majoribus facultatibus inſtrui ſolerent, ſive quod id quodammodo poſtulabat major eorum dignitas, cujus intuitu unum conſtituere ſingulare corpus cum Pontifice Maximo dicebantur *c.* 1, *de Off. Legat. in* 6. Hinc ipſi, ut a Legatis cæteris diſtinguerentur, nomen aſſumpſerunt Legatorum a latere, & ſingularia inſignia Papalibus fere ſimilia induerunt *c.* 23, *de Privil.* ac quoties provinciam ſibi deſignatam ingrederentur, non ſolum aliorum Legatorum juriſdictio quieſcebat *c.* 8, *h. t.* ſed etiam Ordinarii ipſi cogebantur, illis præſentibus, ab iis, quæ Majeſtatem Eccleſiaſticam exhibent, abſtinere, nimirum ne populo in ſolemnibus benedicerent, neve ſi Archiepiſcopi eſſent, crucem ante ſe deferrent, dicto *c.* 23, *de Privil.* Præterea excommunicatos etiam a cenſuris Papæ reſervatis abſolvebant; illos quoque qui extra Provinciam ſuæ Delegationis degerent; quæ ſane poteſtas, ſi expreſſe Legatis miſſis conceſſa fuiſſet, erat tantum intra Provinciæ terminos exercenda, *c.* 9, *de Off. Legat. c.* 20, *de ſent. Excom.* Item Indulgentias concedebant regulariter 100 dierum, & unius anni in Dedicationibus Eccleſiarum juxta *c.* 14, *de Pœn. & Remiſſ.* quaſi hæc meram gratiam contineant, & facti potius, quam juris diſpenſationem. Inſuper in eos, cauſaſque eorum, qui ab Ordinariorum juriſdictione exempti forent, juriſdictione utebatur, iis tantummodo cauſis exceptis, quæ ſingulari jure eſſent Pontifici Maximo reſervatæ, *c.* 4, *de Off. Leg. c.* 36, *de Elect. in* 6, *c.* 1, *de verb. ſignific. in* 6. Itidem jure ſuo viſitabant Eccleſias ſuæ Provinciæ, procurationeſque in actu Viſitationis accipiebant, *c.* 11, *de Præſcript. c.* 17, & 22. *de cenſ.* ea quæ corrigenda vi-

longinquis, remotiſque provinciis hasce ſuas partes explicant, tantique ſui muneris ſint Adminiſtri. Habent quidem etiam remotiſſimæ Regiones ſuos Epi-

videbantur, corrigebant, reos præſertim contumaces pœnis Eccleſiaſticis, cenſuriſque plectebant, immo & nova ſtatuta Provinciæ opportuna edebant, perpetuo etiam poſt ſuum diſceſſum duratura, quamvis verum eſſet, Juriſdictionem ab illis alteri mandatam poſt eorum diſceſſum expirare *c. ult. de Offic. Legat.* Hinc autem, licet in eorum adventu Ordinarii Juriſdictionem ſuam adhuc libere explicarent, illi tamen cum Juriſdictione ipſa Ordinariorum concurrebant, cauſaſque ad poteſtatem ſuam præveniendo trahebant. Sic a Matrimoniorum impedimentis diſpenſabant in quibus omnibus caſibus diſpenſare Epiſcopi potuiſſent; aderant Matrimoniis Parochorum vice, vel alteri, ut vice Parochorum adeſſet, mandabant eodem modo, quo adeſſe Epiſcopi, vel alteri mandare, ut adſit, excluſis Parochis valent, cauſaſque ipſas Matrimoniales dirimebant *c. 4, de Conjug. Serv.* Beneficia quoque eccleſiaſtica identidem conferebant, ſi in ſua Provincia vacaviſſent *c. 1, 3, de Offic. Leg. in 6*, etiamſi Juris patronatus Eccleſiaſtici eſſent *c. 6, de Offic. leg. c. 28, de Jurepatron.* eodem jure, quo Summus ipſe Pontifex utebatur *c. 31, de Præb. in 6*, eamque ob rem beneficia ad Sedem Apoſtolicam devoluta conferebant *c. 37, de Præb.* electioneſque Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, atque exemptorum confirmabant *c. 36, de elect. in 6*. Quid amplius? Quando ulterius potuerunt, etiam favore certæ perſonæ ſibi reſervare beneficii alicujus nedum vacantis collationem, quod ſi vacaſſet, conferre ipſi potuiſſent *c. 28, de Jurepatronatus, c. 4, de Offic. Legat. in 6*, tamdiu tamen duratura reſervatione, quamdiu Legatus ſuo munere fungeretur *c. 3, eod. in 6*, quando beneficia Parochialia ſaltem per ſex menſes commendare valebant juxta *c. 15, de Elect. in 6*, item Eccleſias, & Beneficia unire, dummodo nullum ex unione fieret Epiſcopalibus juribus detrimentum *c. ult. de Conferm. utili vel inut., arg. c. 8, de exceſs. Prælat.*, quando penſionum onera beneficiis a ſe collatis intra legitimum tamen modum adjiciebant, uti vulgo tradunt Pragmatici *ad c. 8, de cenſ.* Neque mirum eſt, adeo late patuiſſe horum Legatorum poteſtatem; videlicet agitur de Juriſdictione mandata, cujus vires cum ex voluntate mandantium Pontificum modum accipiant, vagari latiſſime potuerunt, eo uſque quo vel expreſſe de mandato conſtaret, aut facile colligeretur ex moribus Legatorum, Pontifices non contradicere. Verum ſive hæc ſit rerum humanarum conditio, quod feliciter cœptæ uſque ad certam menſuram augeri, deinde vero ſi non penitus interire, decreſcere ſaltem ſoleant, ſive id ſpecialius contingere ſoleat in dignitatibus humanis, ut bene geſta munera primum evadant ſpecioſiſſima, deinde partim ex ambitu adminiſtrantium, partim ex æmulatione, quæ humiliores tenet, in interitum adducantur, videmus viciſſitudines ipſas, quemadmodum & in Legatis natis, ita & in Legatis a latere accidiſſe. Legatos natos olim conſtitui nous nullarum Provinciarum ſingularis utilitas poſtulabat. Legatos miſſos præſertim a latere deſignari, videbatur pluribus in caſibus ſuadere utilitas Eccleſiæ univerſæ, ut Univerſæ. At poſtquam Legatorum natorum ampla poteſtas variis contentionibus occaſionem præbuit, unde non ſemel Legati nati objurgari a Pontificibus Maximis debuerunt, veluti Anaſtaſius Theſſalonicenſis a Leone Magno, Maximus Salonitanus a Gregorio Magno, ut prætermittam ſimultates inter Leonem Magnum, & Hilarium Arelatenſem *can. 5, cauſ. 25, qu. 2, can. 12, cauſ. 2, quæſt. 6, Epiſt. Leonis Magni ad Epiſcopos provinciæ Viennenſis in Gallia*, cœpit imminui poteſtas Legatorum natorum. Id ipſum evenit in Legatis a latere, quorum ampliſſimæ diu explicatæ poteſtati certi fines conſtituti deinde fuerunt, ne hinc nulla fere membered ſupereſſe viderentur Pontificis Maximi gratia reſervata, quæ Legati a latere non attingerent, illinc fere fruſtrarentur ordinaria Epiſcoporum, aliorumque Antiſtitum jura.

Hinc primo ſemper cavendum fuit, ut Legati a latere a collationibus abſtinerent beneficiorum Patronatus laici, ignorante, vel invito Patrono, *arg. Clem. 2, de Præb.* Item a Collationibus beneficiorum litigioſorum *arg. c. ult ut lite pend.* Eccleſiarum

Ggg 2 Re-

Epiſcopos, Metropolitanoſque, queis hæc cura concredita, ac mandata eſt: verum quid fiet, ſi hi deſides fuerint, ſi hi ipſi, uti plerumque contigit, virus afflent, perniciemque Chriſtianæ rei moliantur? Indiget igitur Summus Pontifex viris omnium virtutum genere cumulatis, qui non ſolum Romæ in ipſa ſpecula ſuam adjutricem operam præbeant, verum etiam foris vicarium munus obeant, qui non modo ovium, ſed & paſtorum quoque curam ſuſcipiant.

§. II. Nihil dico, quod a remotiſſima antiquitate ſit alienum. Nam Clemens I, Sæculo I exeunte, cum accepiſſet, Corinthiorum Eccleſiam magno procerum diſſidio ac diſſenſione rumpi, illuc ſtatim Legatos, ſuique juris, muneriſque vicarios miſit,

---

Regularium, ſeu Conventualium, ſeu Cathedralium, inſuper a collationibus beneficiorum quorumcumque nondum vacantium, quamquam, uti dictum eſt, collationem eorum ſibi reſervare valerent, eamque ob rem etiam a collationibus beneficiorum, quorum ipſi renuntiationem faciendam curarent *c.* 4, *b. t. in 6*, a collationibus quoque beneficiorum, quæ non ordinario, ſed ſingulari jure ad Epiſcopos pertinerent *arg. c.* 1, *b. t.* Addunt Pragmatici multi, etiam abſtinendum illis fuiſſe a collationibus P. M. quomodocumque reſervatorum. Mihi aliud videtur in conſpectu *c.* 1, *b. t. in 6*, ubi generaliter definitur, beneficiorum collationem Legatis a latere competere, neque alibi ulla reſervatorum exceptio facta deprehenditur, immo minus æquum videtur, Clementis IV reſcriptum ad collationes Ordinariorum coercere, ne alias Summus idem Pontifex, dum alienorum jurium liberalis exiſtit, ſuorum tenax in ſuos ipſos Legatos extitiſſe fingatur,

Secundo cautum eſt, ne Legati a latere unirent Eccleſias, vel beneficia exempta, aut Eccleſias Regulares, Collegiales, ſeu electivas, aut Patronatus ſine conſenſu Patroni, neve uniones ſemel auctoritate Apoſtolica factas revocarent, ne forte Delegatus ad reſcindendum admittatur, quod Delegans ratum habuit, & firmum manere decrevit; neve admitterent reſignationes in favorem alterius, aut ſub conditione penſionis renuntiantis gratia reſervatæ *arg. c.* 4, *b. t. in 6.*

Tertio recipiendum fuit, ut a diſpenſatione ab irregularitatibus P. M. reſervata continerent, proptereaque non diſpenſarent cum illegitimis, ut ad ordines ſacros, vel ad beneficia admitterentur, quamquam hæc facultas expreſſe in delegationis litteris indulgeri a Pontifice ſoleat.

Quarto indictum, ut eas cauſas judicio ſuo non dirimerent, quæ tanquam graviſſimæ reſervatæ fuerunt P. M. quales ſunt Epiſcoporum Depoſitiones, reſtitutiones depoſitorum Antiſtitum, eorumque tranſlationes de una in aliam Eccleſiam, dubia Juris communis, præſertim Decretorum Tridentinorum, declarationes per Reſcripta, vel Conſtitutiones edendæ, Generalis Synodi convocatio, & celebratio, exemptiones Collegiorum, aut Perſonarum ab Ordinariorum Juriſdictione, diremptiones litium omiſſa ordinaria Juris formula, & ſententias ita pronuntiare, vel alteri pronuntiandas mandare, ut nulla amplius exinde appellatio concedatur.

Denique Tridentina Synodus *in ſeſſ.* 24, *de Ref. c.* 20, poſtquam generaliter definivit, ut cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum pertinentes, etiamſi beneficiales ſint, in prima inſtantia coram Ordinariis locorum duntaxat cognoſcerentur, adjecit, ut Legati etiam de latere, Nuntii, Gubernatoreſque Eccleſiaſtici, aut alii quarumcumque facultatum vigore non ſolum Epiſcopos in prædictis cauſis impedire, aut quocumque modo eorum Juriſdictionem iis præripere, aut turbare non præſumerent; ſed nec etiam contra Clericos, aliaſve perſonas Eccleſiaſticas, niſi Epiſcopo prius requiſito, eove negligente procederent; alias autem eorum proceſſus, ordinatione ſve nullius momenti eſſent, atque ad ſatisfactionem damni partibus illati tenerentur. Porro poſtquam paullatim, præſertim ex hoc Tridentino Decreto certi conſtituti ſunt Legatis a latere fines, minus frequens cœpit eſſe illorum miſſio, ac nonniſi magna, & ur-

ſit, qui commotam, conflatamque ſeditionem ſedarent, omneque ſchiſmatis periculum ab ea Eccleſia deprecarentur. Litterarum, quas Legatis dedit ad Corinthios perferendas, meminere S. Irenæus *lib.* 3 *adverſus hæres*. *c.* 3, Origenes *l.* 2 *de principiis cap.* 3, Clemens Alexandrinus *l.* 1 *Stromatum*, S. Cyrillus *Cathec.* 18, S. Epiphanius *hær.* 27, S. Hieronymus *in Catalog. Scriptor. Eccleſ. &* *l.* 14 *Comm. in Iſaiam ad c.* 52, aliique, eaſque edidit ex Bibliotheca Magnæ Britanniæ Regis anno 1633 Patricius Junius. Qua quidem in re S. Clemens Apoſtolum eſt imitatus, qui diſſidio inter ipſos Corinthios ſuborto, illuc Titum ſuum diſcipulum ad res componendas legavit, ex eaque legatione fructus retulit optatiſſimos. (*II Corinth. VII*, 7, 15.)

§. III. Boehmerus *J. E. P. l.* 1, *t.* 30, §. 4, ut harum Apoſtolicarum Legationum teſtimonia infringat, ab eis more ſuo omnem Jurisdictionis vim amoliri conatur. Verum nonne Paulus in ea Epiſtola ad Corinthios ad meliorem mentem Reverſionem *obedientiam* vocat? *Obedientia* autem eſt arbitrio carentis ſuo. (Cicer. *Parad.* 5.) Nonne Clemens in epiſtola citata Corinthiis *parendi*, *obtemperandique* neceſſitatem inculcat? *Vos ergo, qui ſeditionis fundamenta jeciſtis, ſubditi eſtote Preſbyteris, & in pœni-*

& urgente publica cauſa poſtulante, ſi eos excipias, qui mitti ſolent a Pontifice Maximo cauſa adminiſtrandæ Reipublicæ in quibusdam Civitatibus Pontificiæ temporali ditioni ſubjectis, veluti Ravennæ, Ferrariæ, Bononiæ.

Illud adhuc in hac re adnotandum ſupereſt, Legatorum a latere eodem modo, quo miſſorum, Jurisdictionem extingui, id eſt non morte ſolum ipſorum, ſed & aut finito tempore, quod mandato deſignatum fuit, aut revocatione a P. M. facta, aut eorum diſceſſione a Provincia, depoſito animo redeundi. An vero extinguatur morte P. M. dubitari non poſſe videtur poſt definitionem Clementis IV, *in c.* 2, *h. t. in* 6, ubi traditur Legationem non ideo expirare. Luc. Ferr. Bibl. V. *Legatus*, *Nuntius*.

Nuntius Apoſtolicus ſi abſque facultate Sanctæ Sedis promoveat ad ſacros ordines Clericos ſuæ Provinciæ, ipſe & ordinati incurrunt in pœnas impoſitas a ſacro Concilio Tridentino *c.* 8, *Seſſ.* 23, *de Ref.* Ita S. Congregatio 16 April. 1633. Nec debet exercere divina in Eccleſia Archiepiſcopali abſque ejus licentia. S. R. Congreg. 9 Martii 1593. Legati & Nuntii Apoſtolici non poſſunt pro ſe, vel pro ſuis conſanguineis procurare a Principibus, ad quos deſtinantur, favores, vel eis uti ad conſequendas dignitates apud Sedem Apoſtolicam, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ reſervatæ. Pius IV, *Conſtitut.* 96, *Etſi Romanum*. Legatus a latere poteſt cognoſcere de cauſis contra exemptos *c.* 36, *de Elect. in* 6, non item alii Legati ſine ſpeciali facultate Pontificia; ſolent autem Nuntii Apoſtolici talem facultatem a Sede Apoſtolica obtinere. Legati, & Nuntii Apoſtolici poſſunt ſubditis ſuæ Legationis & Nuntiaturæ pro quocumque opere pio concedere centum & plurium dierum Indulgentiam, attamen ſemper minus, quam annum. Pro templo autem, ſeu Capella poſſunt concedere Indulgentiam 7 annorum, & 7 quadragenarum pro illis qui confeſſi communicaverint, & in eo loco de more oraverint ad intentionem Eccleſiæ. Et tales Indulgentiæ conceſſæ a Legatis, & Nuntiis ſunt perpetuæ, & durant etiam Legatione, & Nuntiatura finita, & poſt mortem concedentis.

Nuntii Sedis Apoſtolicæ offendi prohibentur ſub pœnis &c. Benedict. XIV, *T.* 1, *Conſt.* 14, *Paſtoralis*, §. 11. Nuntiis Apoſtolicis adimitur facultas diſpenſandi quoad Clauſuram. Idem *Conſt.* 39, *Regularis diſciplinæ*, § 4, *Conſt.* 4, *Salutare*. Arbitrio Nuntii Apoſtolici Venetiis exiſtentis permittitur Neophitis ad fidem converſis Vene-

Digitized by Google

pœnitentia corripimini ; flectentes genua cordis veſtri diſcite ſubjici. Nonne haſce Clementis litteras ad Corinthios datas *POTESTATIS PLENISSIMAS* vocat S. Irenæus ? *Sub hoc igitur Clemente , diſſenſione non modica inter eos , qui Corinthi eſſent , fratres facta , ſcripſit quæ Romæ eſt Eccleſia* , (Vid. Quæſt. III, ad calcem.) *POTENTISSIMAS LITTERAS Corinthiis* . Mitto alias Legationes , (b) quibus pleni ſunt omnes libri , plena Eccleſiaſtica vetu-

---

Venetiis in loco pio Catechumenorum Matrimonium contrahere cum Fideli abſque interpellatione prioris Conjugis in Infidelitate relicti. Idem *Conſtit.* 117, *Suprema*. Nuntiis Sedis Apoſtolicæ injungitur , ut ſuper Epiſcoporum reſidentia invigilent . Idem *Conſt.* 18, incipiente *Ad Univerſæ*.

(b) March. *Crit. della Iſtor. Eccl. di Fleury Tom.* 1, *Art.* 1. § 2. *La poſſanza ſpirituale del Papa* (dice Fleury Diſc. IV , num. XI.) *eſſendoſi in tal guiſa accreſciuta per le conſeguenze tirate dalle falſe Decretali ; fu egli obbligato di commettere ad altri il ſuo potere*. Quindi una lunga lamentazione voi troverete ſulle novità dei Pontifizj Legati , i gravi diſordini , che riſultavano, la di loro avarizia , la ceſſazione , che ne' ſeguì dei Sinodi Provinciali , la minorazione dell' autorità dei Metropolitani , ed altre ſimili irreparabili piaghe della diſciplina antica , e mali deplorabiliſſimi , uſciti tutti , come dal Cavallo Trojano , dalla malaugurata collezion di Iſidoro . Oh il grande Iſidoro ch'egli fu mai ! Volgete indietro lo ſguardo , e troverete nella Storia medeſima del Fleury *l.* 62 , *num.* 11 , fatta cautamente la ſtrada a quanto volea declamare lo Storico nel poſterior ſuo Diſcorſo ; poichè quando leggo la Storia del noſtro Franceſe ſembrami eſſere in quel *tempus plantandi* dell' Eccleſiaſte , ed allorchè giungo ai Diſcorſi , arrivato mi ſembra il tempo di mietere . Parlando dunque nel citato luogo Fleury del Secolo XI , e preciſamente dell' anno 1074 , dice : *La preſenza dei Legati del Papa nei Concilj Provinciali era una novità , che cominciava a introdurſi*. Uopo vi è ben di coſtante pazienza per contenerſi in bilancia a tali luoghi . Se quivi il Tartarotti foſſe alle mani col March. Maffei lo confuterebbe così . Fin dall' anno 314 fu tenuto nella cauſa de' Donatiſti un Concilio Provinciale , o , come il Pagi lo chiama , Patriarcale , nella cauſa degli Ariani ; e ad eſſo preſiedè il Pontefice S. Silveſtro (siccome rilevò da antichi fragmenti Balduino *in S. Optatum*) per mezzo de' ſuoi Legati , i quali nomina da un antico Catalogo il Cardinale Baronio , (all' an. 314 , §. *dictis porro Conſulibus*) al numero di quattro , *Claudio* cioè , e *Vito* (preſſo il Cabaſſuzio *Not. Concil. ad Arel.* 1 , Claudiano , ed Avito) Preti , *Eugenio , e Ciriaco* Diaconi ; ma i Legati del Papa ne' Concilj Provinciali è una novità , che incominciava a introdurſi nel Secolo XI. Nella cauſa di S. Atanaſio , e' degli Ariani egli è certo , che molti furono i Legati mandati in Oriente dai Romani Pontefici , e tutto ciò nel Secolo IV. In tal qualità di Legato moſtra il Baronio iſteſſo (ad an. 318 , §. *at unde tibi*) che fu in Oriente il celebre Oſio Veſcovo di Cordova ; come tale preſiedè al Concilio Aleſſandrino Provinciale dell' anno 319 , ed il citato Padre della Storia Eccleſiaſtica *lo ha dimoſtrato* coll' autorità dello ſteſſo S. Atanaſio nella ſeconda ſua Apologia (ad ann. 319 , §. *ex his igitur*). Che anzi nell' altra Apologia intitolata *de fuga ſua* , di Oſio atteſta così il S. Padre : *In qua Synodo ille dux & anteſignanus non fuit ? . . . . Quæ Eccleſia illius Præſidentiæ non pulcherrima monumenta retinet ?* Molti Sinodi furono tenuti in queſta cauſa , e quanto al Niceno , che come Ecumenico non è al preſente noſtro ſcopo , ne atteſta la qualità di Legato lo ſteſſo Fleury. (*l. XI hiſt. num. V*) Così S. Atanaſio medeſimo nella ſua Piſtola ai Solitarj ne rende chiara teſtimonianza , che *Epiſcopus Romanus Julius Synodum juſſit fieri , ubicumque vellemus . . . . Cæterum Euſebiani , ubi ſemel audiſſent , eccleſiaſticum conventum fore . . . ita inhorruerunt , ac metu contracti ſunt , ut Prebyteros detinerent* . E di tal retenzione ne rampognò gli Eretici lo ſteſſo Papa . (*epiſt. ad Orient. Op. Athan. Apol. II.*) *Cum & Præſ-*

vetuſtas, quas nec Boehmerus ipſe in dubium vocat. *Ubi crebriores* (inquit ille *ibidem*) *invaluere controverſiæ, Legationes ſunt multiplicatæ* . . . *Notæ ſunt Legationes Julii ad Orientales in cauſa Athanaſii, Zoſimi ad Africanos,*

Presbyteros noſtros ad vos miſſos, quos cum gaudio remiſſos oportuit, cum luctu remiſeritis. Quali foſſero tali Legati lo dice nel principio della lettera S. Giulio iſteſſo agli Euſebiani ſcrivendo: *Legi Epiſtolam veſtram, quam Presbyteri mei Elpidius, & Philoxenus attulerunt*. Così noi abbiamo una lettera di S. Liberio poſta nell' Appendice alle Opere di Lucifero Calaritano, con cui vien deſtinato Legato Apoſtolico eſſo Lucifero, Pancrazio Prete, ed Ilario Diacono per adunare un Concilio nella ridetta cauſa di S. Atanaſio, (Bar. ad an. 354) e vi ſi fa menzione degli altri Legati da Roma diretti nel precedente anno 353, che furono i Veſcovi Vincenzo, e Marcello (Baron. ad an. 353, §. *hoc igitur anno*) per trattare la convocazione di un Sinodo in Aquileja. Che anzi gli ſteſſi eretici perſecutori di S. Atanaſio formando ſotto la Protezione di Coſtanzo Imperatore un Conciliabolo a Milano, che da S. Ilario vien chiamato *malignantium Synagoga*, gli ſteſſi eretici volendo, come accader ſuole, dar colore di regolarità al loro complotto, coſtrinſero Lucifero, ed i ſuoi compagni (Baron. ad ann. 355, §. *Iſthæc omnia*) Legati ad intervenirvi con Euſebio ſanto Veſcovo di Vercelli. Tutti queſti furono Legati di Roma nel Secolo IV, ma la preſenza dei Legati del Papa era una novità, che nel Secolo XI incominciava ad introdurſi. Aggiugnete, che il Concilio di Sardica, che non i Romani Teologi ſoltanto, ma lo ſteſſo attaccatiſſimo Apologiſta di Fleury (*Juſtification des diſcours &c. part. V*, § 3, *pag.* 259.) chiaramente atteſta niun nuovo diritto avere al Papa accordato, ma dichiarato unicamente, e ſpiegato quel, che già aveva; il Concilio di Sardica parlando fin dall' anno 347 dei Concilj Provinciali da tenerſi nelle cauſe dei Veſcovi così s' eſprime: (*can.* 5. Ved. Fleury *l.* 38 *hiſt. n.* 41.) *Quod ſi is, qui rogat cauſam ſuam iterum audiri, deprecatione ſua moverit Epiſcopum Romanum, ut de latere ſuo Presbyteros mittat, . . . & ſi decreverit MITTENDOS ESSE, qui præſentes cum Epiſcopis judicent, HABENTES EJUS AUCTORITATEM, a quo deſtinati ſunt; erit in ſuo arbitrio &c.* E pur queſta nell' anno 1074 era novità, che incominciava a introdurſi. *Quod ut liquidius intelligatur*, (dice Pier de Marca *diſſ. de vet. Can. Collect. c.* 4, *num.* 2) *ſciendum eſt, PRÆSENTE FAUSTINO LEGATO ROMANÆ SEDIS, habitam fuiſſe Synodum Univerſalem totius Africæ, quæ ſexta dicitur, ſub Aurelio Carthaginenſi Epiſcopo*, l' anno 401. Così lo ſteſſo Fleury *l.* 38 *hiſt. n.* 41, ne rapporta, che un Concilio Africano nell' anno 645 ſcriſſe al Pontefice Teodoro di ſpedir Legati a Coſtantinopoli per far ritornare a ſe ſteſſo Paolo Monotelita; o perſiſtendo egli nell' errore, *prendere il temperamento di ſcomunicarlo*. Così nell' anno 876, ai 21 di Giugno, ſiccome abbiamo dal Continuatore di Aimonio *l.* 6, *c.* 33, Leone Veſcovo di Gubbio, nipote di Giovanni VIII, e Pietro Veſcovo di Foſſombrone preſiederono in qualità di Legati al celebre Concilio di Pontigny, ove fu rigettata la domanda di Frottario, che voleva traslatarſi alla Chieſa di Bourges. E per non moltiplicar teſtimonj punto neceſſarj in una cauſa non dubbia, ſentite Fleury medeſimo (*l.* 30; *num.* 28, §. *vers le même*) che riporta una Lettera dei Veſcovi della Dardania al Pontefice S. Gelaſio, (ſiamo già quaſi ſeicento anni prima del 1074) nella quale *pregano il Papa A MANDAR LORO alcuno de' ſuoi, in preſenza dei quali poteſſero eſſi regolare ciò, che concerne la Fede Cattolica*: e di fatti il Papa *MANDO' LORO un Veſcovo nominato Urſicino*: queſte ſon parole del Signor Fleury, come lo ſono quelle altre: *la preſenza dei Legati del Papa era l' anno 1074 una novità, che incominciava a introdurſi*: *une nouveauté qui commençoit a s' introduire*. Se tali farfalloni ſi ſcriveſſero a Roma, la Critica moderna non ſaprebbe terminare di rideſene. La più curioſa ſi è, che il Papa mandi, o non mandi Legati, Fleury trova ſempre da dire. In queſto numero *XI del Diſcorſo IV*, ſa

nos, *aliorumque Pontificum ad Concilia*, quibus Legatis Petrus de Marca, fruſtra allatrante Boehmero, Eccleſiaſticam Juriſdictionem, primatum-

fa una guerra al Papa medeſimo, perchè manda i Legati a giudicare ſulla faccia dei luoghi; avanti, nel precedente num. III ſoſtiene, che deve mandarli, *perchè il Concilio di Sardica vuole, che il Papa o mandi, o no un Legato, facia giudicar la cauſa ſul luogo*. Oſſervate lo ſteſſo *nel libro* 52 della Storia, *n.* 22, in fine. In ſomma non è egli vero, che trovanſi certi ſpiriti, che non ſi contentano mai? Tiriamone a conſeguenza, che i Romani Pontefici ſucceſſori del Primato Apoſtolico hanno ſempre avuto diritto di mandar Legati ai Concilj delle Provincie: che queſti in vigore della loro rappreſentanza, *habentes auctoritatem ejus a quo miſſi ſunt*, doveano per ogni buona ragione avere in tali Concilj la prima Sedia, il poſto più decoroſo, e più degno, e ciò a neceſſaria conſeguenza del Primato di Giurisdizione, che al Papa non niega alcun Cattolico. Queſti mi ſembran principj chiari abbaſtanza, ed anche i men pratici ſanno, che in ognuno, che le altrui veci legalmente ſoſtenga, non le ſue perſonali, ma le qualità ſi attendon di quello, cui rappreſenta. Di tal diritto, che al Romano Pontefice ſi appartiene, non per altra ragione (dicea cinque Secoli prima d' Iſidoro, Sozomeno *l. III hiſt. c. VIII.*) che quella, *Quoniam propter Sedis dignitatem omnium cura ad ipſum pertinebat:* Di tal diritto di mandar Legati per tutta la Cattolica Chieſa ſe ne ſervirono di fatto i Papi in tutti i tempi; e prima, e dopo le Decretali, ſiccome abbiamo baſtantemente accennato. Il mandar Legati a trattare affari in tutta la Chieſa, quando ve n'è meſtieri, ſi appartiene all' uffizio di *paſcere, reggere, e governare* la Chieſa iſteſſa; ed egli è non un ſentimento Scolaſtico, ma un Articolo di fede divina, (Conc. Florent.) che il Papa ha, ed ha avuto in tutti i tempi la piena podeſtà di *paſcere, reggere, e governare* la Cattolica Chieſa; e che tal piena podeſtà gli è ſtata data da Criſto Signore. E' ciò fuor di dubbio e di queſtione in quanto alla ſoſtanza: (Fleury *l.* 67, *n. XI*, *e l.* 96, *n.* 3.) quanto poi al modo di uſare queſta incontrovertibile podeſtà, ed il mandar quando più, quando meno frequenti tali Legati, ci ſono le ſavie leggi della prudenza, che danno una giuſta prammatica; ma ci vuol poco a capire, che il buon ſenſo medeſimo richiede maggior frequenza di Legati, quando n'è maggiore, ſecondo i tempi, il biſogno. Queſto ſempre ſi accreſce con quella proporzione medeſima, che minoraſi la fiducia, che potea averſi nei Concilj de' Veſcovi. Ai Sinodi degli *Agoſtini*, dei *Griſoſtomi*, degli *Ambrogj*, poco occorreva ai Pontefici Romani tener occhio preſente per mezzo dei loro Legati. Ma i Veſcovi dell' undecimo Secolo non divenivano Santi per eſſere adunati a Concilio; e ognuno vede, coſa potea temerſi da gente dipintaci nella ſteſſa Storia del Fleury tutto giorno al telonio, o con la ſpada in mano, (V. Muratori *antichità Ital. Diſſert. XI*, *Natal. Alex. in Sæc. XIII, Diſſ. VIII*, *art.* 3, *&c.*) e in cui ſi ſtentava a trovare chi riputaſſe peccato la Simonia. Encomio dunque diſtinto, e laude ſi meritava da ogni avveduto, ed imparziale Scrittore la *prudentiſſima* vigilanza di quei Romani Pontefici, che ſuſcitati da Dio al reggimento della ſua Chieſa in quei tempi piagnevoli, e vegghiando ſolleciti allo eſtirpamento degli inondanti diſordini, mandavano frequentemente dal fianco loro ſperti uomini, ed onorati, (almeno per quanto prudentemente ne ſembraſſe) che ſi portaſſero alle Chieſe, gli abuſi oſſervaſſero, e procuraſſero accoſtarvi la mano medica in quei Concilj, ove ſenza i Legati nulla ſarebbe conchiuſo, poichè trattavaſi, che i Veſcovi doveanvi cominciar l' opera da quella cura difficiliſſima di medicar ſe ſteſſi. Difatti con tali mezzi, e con le continue ſollecite cure opprimenti, poterono i Santi Pontefici, ſpecialmente Leone IX, Gregorio VII, Urbano II, Eugenio III, Aleſſandro III, Papi tutti delle Legazioni frequenti, che Fleury medeſimo novera come dati da Dio, (*Tom. XVI*, *Diſc. IV*, *n.* 1.) *per un benigno ſguardo getta-*

-*to*

tumque vindicat ſolidiſſimum. (*De Concord. Sac. & Imp. l. 5.*) Atque hæc de Legatis extra ordinem miſſis.

§. IV. Nam ſtatim ac Eccleſia in libertatem aſſerta fuit, ſtatim etiam Romani Pontifices Legatos apud Reges, & Principes ſummos (c) reſidere voluerunt, qui providerent, ne quid detrimenti Eccleſia caperet. *Apocriſarii miniſterium*, inquit Hyncmarus Rhemenſis (*Epiſt. 3, c. 13*, Edit. Mogunt.) *ex eo tempore ſumpſit exordium, quando Conſtantinus Magnus ſedem ſuam in Civitate ſua, quæ antea Byzantium vocabatur, nominis ſui Civitatem ampliando ædificavit*. Hoc Hyncmari Rhemenſis teſtimonium elevare nititur de Marca, ſed nullis teſtibus in medium allatis; & quod Rhemenſis verbo aſſerit, Pariſienſis verbo negat. In cujus

---

to ſulla Chieſa Romana, e che chiama virtuoſi, e zelanti per lo riſtabilimento della diſciplina Eccleſiaſtica; con tali mezzi avanzarono molto la grand' opera della diſtruzione della Simonia, milizia, concubinato ec. Ad eſſi perciò dovea quindi venirne gloria immortale anche preſſo il Fleury; nè dovevamo noi eſercitar la pazienza in udire un proceſſo per tale Articolo. Baſta aver ſcintilla di amor del vero per giudicare, che i Veſcovi niun ragionevol motivo avevano di lamentarſi, che il Papa eſercitaſſe tal ſuo diritto di mandar Legati; come non mai ſe n' eran legnati i buoni Veſcovi dei primi Secoli. Non oſtante il Fleury (*Diſc. cit. num. XI, e l. 62 Hiſt. num. XI*) dà un tuono ſerio alle lagnanze che faceano nel Secolo XI i Veſcovi per la Preſidenza dei Legati Apoſtolici ai Concilj; anzi dà loro eſpreſſa ragione, e accumula ſerie di mali, che da tali Legazioni s'immagina melanconicamente ne proveniſſero. E perchè ſi poteva replicargli, che i buccinati diſordini avrebbero avuto loco anche nei primi Secoli, convenne gettarſi nel vergognoſo ſpropoſito, che tali Legazioni erano una novità dell' undecimo Secolo. L' avea capita anch' egli il Fleury, che non era già ſtupido, la vera cagione, che movea i Prelati ad opporſi, a ripugnare alle Legazioni Apoſtoliche; ed era, (*l. 62, n. XI*) *che la più parte di eſſi ſi riconoſcevano colpevoli di Simonia; e ſapevano, ch' era intenzione del Papa di fare il proceſſo a tutti i Veſcovi, e Abbati, i quali avean comperate le loro Dignità*. E la di coſtoro oppoſizione meritava ella di eſſere protetta? Riconoſciamo di buona fede, che anche quivi il noſtro Autore ſtravoglie enormemente la giuſta nozion delle coſe, e cade nel famigliar ſuo difetto di niente proporzionarſi alle circoſtanze dei tempi, delle perſone, delle materie. Il far carico di qualche diſcordine di chi è ſcelto ad un impiego a chi lo eleſſe, è ſovente una picciolezza, che ſi annienta col ſol ricordarſi di *Pietro*, di *Tommaſo*, di *Giuda*. E ciò dicaſi per qualche abuſo commeſſo da alcun fra tanti dei Legati Apoſtolici. Teniamo in ſomma contro Fleury, che l' uſo dei Legati medeſimi è vecchio quanto la Chieſa nel ſuo diritto, e nella ſua eſecuzione; ch' è utiliſſimo nella ſua pratica; n' è accidentario il diſordine, ed eſtrinſeco. A me diſpiace, che allo ſtudio anche dei dotti uomini, ed eruditi recar ſi debba dai primi elementi Dialettici quel trito Canone, che *non licet judicare de re ex eo quod convenit illi per accidens*. Eppure egli è queſto in tutta la ſtoria del Fleury un Canone importantiſſimo ad averſi innanzi gli occhj. Lo raccomando.

(c) Van-Eſpen *J. E. U. tit. 21, c. 1, §. 9.* Aliæ itidem jam pridem fuerunt Romanorum Pontificum Legationes, quæ longiores moras in Comitatu, ſeu Curia, aut Urbe Regia habebant; quæque non alicui negotio ſpecialiter adſtrictæ, ad quaſcumque cauſarum emergentium figuras porrigebantur. Iſtius Legationis exemplum videre eſt in perſona Juliani Coenſis Epiſcopi; cui mox poſt ſolutam Chalcedonenſem Synodum S. Leo hanc ſpecialiter curam commendavit, ut proſpiceret ſolerter, ne hæreſis Neſtoriana, vel Eutychiana invaleſceret, quæ Principibus ſuggerenda forent, vice Pontificis inſinuaret; de rebus ambiguis Pontificem conſuleret, eumque de ſtatu Eccleſiarum Orientis creberrimis relationibus admoneret. Ad Julianum Epiſcopum plures extant S Leonis epiſtolæ, quibus eum de his quæ

Jus Pontificium.

jus igitur verba jurandum potius ſit, an in ea, quæ Hyncmarus Sæc. IX poſterorum memoriæ tradidit, an vero in hæc, quæ nuperrimis temporibus, ſcriptis mandavit de Marca, viderit lector æquus rerum æſtimator.

§. V. Hiſce Legatis auctoritatem, Juriſdictionemque mandatam fuiſſe diſcimus ex Liberato Diacono c. 23, ubi ait: *Pelagius Diaconus, & Apocriſarius primæ Sedis Romanæ profectus Antiochiam, & inde Hieroſolymam cum Euphræmio Antiochenæ Urbis Epiſcopo, & Petro Hieroſolymita, & Hypatio Epheſino, & aliquantis Epiſcopis venit Gazam, & auferentes Paulo Patriarchæ Alexandrino Pallium, depoſuerunt eum &c.* Sed ea Juriſdictio, reſpondet de Marca Procopii fidem ſequutus, ſolito major tunc acceſſit Pelagio Apocriſario vi Delegationis extraordinariæ Vigilii Summi Pontificis. Sit ita ſane: Sed interea hinc colligere eſt, in poteſtate fuiſſe Summi Pontificis, num, &

---

quæ Sedis Apoſtolicæ Legato agenda ſunt, inſtruit; & viciſſim ipſius Juliani ad Leonem; quibus eum de negotiis, & geſtis certiorem reddit.

Huic Legatorum, ſeu *Apocriſariorum*, ſeu Reſponſalium (ita enim dicti ſunt ab illius temporis Scriptoribus, quod reſponſa, ſeu mandata exequerentur eorum, a quibus miſſi erant) generi reſpondent hodierni Sedis Apoſtolicæ Legati, quos Canoniſtæ *Legatos miſſos* vocant, vulgo vero *Nuntii*, vel *Internuntii* dicuntur. Qui enim nomine Pontificis aſſiſtunt apud Imperatores, & Reges, alioſque ſupremos Principes, hodie *Nuntii Apoſtolici* dicuntur. In iis vero Regnis, & Principatibus, in quibus ipſe Princeps non reſidet, ſed ejus Vicarius, vel alter ſupremus Magiſtratus, Papa deputat, (inquit Card. de Luca) Officiales ſub nomine Collectorum, Internuntiorum, ſeu Reſidentium, qui quandam Nuntiorum imaginem habent, iiſque facultates majores, vel minores communicari ſolent juxta diverſos ſtylos.

Primis Sæculis auctoritas eorum, qui hodie *Legati nati* dicuntur, amplior fuit, quam eorum, qui pro certis negotiis ad provincias mittebantur, vel apud Principes nomine Pontificis reſidebant; quos hodie Nuntios appellamus. At cum lapſu temporis jus perpetuæ Legationis eſſet quibuſdam Eccleſiis annexum; viderentque Pontifices, Perſonarum quæ illis præficiebantur Eccleſiis delectum nequaquam a libero ſuo pendere arbitrio, cœperunt horum Legatorum auctoritatem imminuere; aliorum vero, qui ab ipſorum libera dependebant nominatione augere; quæ auctoritas circa Sæculum XI ſummum incrementum accepit. Legatorum mittendorum neceſſitatem Alexander II, circa ann. 1062, ex eo capite arceſſit, quod *cura Univerſalis Eccleſiæ* eum cogat mittere ad vicem ſuam Perſonas, quæ viſitent Eccleſias, cum id ipſe per ſe facere non poſſit.

Altius hoc jus repetit Gregorius VII, qui Legatum in Gallias mittens Epiſcopum Oloromenſem dicit, *ſe id facere quod Romana Eccleſia hanc conſuetudinem habuit ab ipſis fundationis ſuæ primordiis, ut ad omnes partes, quæ Chriſtianæ Religionis titulo prænotantur, ſuos Legatos mitteret, quatenus ea quæ Gubernator, & Rector ejuſdem Eccleſiæ per ſuam præſentiam expedire non prævalet, vice ſua Legatis conceſſa, monita ſalutis, & morum honeſtatem per eos cunctis per orbem terrarum conſtitutis Eccleſiis nuntiaret, eaque Apoſtolica doctrina in omnibus, quæ ſacræ Religioni conveniunt, diligenter inſtrueret.* Eamdem veterem conſuetudinem, & rationem allegant paſſim ſequentes Pontifices, ut Legatorum mittendorum neceſſitatem, & eorum auctoritatem aſtruerent. Sed præ reliquis Innocentius III. Scribit igitur: *Dominum noſtrum J. C. Sedem Apoſtolicam inſtituiſſe totius Chriſtiani orbis Caput, & Magiſtram, a qua panis intellectus, ac vitæ ad alias procedat Eccleſias. Pontificem Romanum portare onera gravia cum plenitudine poteſtatis. Verum quia ipſe cuncta per ſe facere non poteſt, multos ſibi Operarios, & Coadjutores adjungere, ac per eos exequi, quod per ſe non poteſt perſonaliter adimplere, ſic vices ſuas aliis committendo, ut intelligatur ipſemet facere, quod per alios fieri decernit.*

& qua, quantaque uti poſſent Juriſdictione Apocriſarii; eamque poteſtatem ex Summi Pontificis litteris eſſe æſtimandam. Quod ſi ita eſt; in vado rem habemus. Quod ſi vero aliquando & Summorum Pontificum, & eorum Legatorum auctoritas vim paſſa eſt, nil inde adverſus nos erui poteſt. Non enim ad vis, ſed ad juris regulam Eccleſiæ auctoritas eſt exploranda. Supereſt modo, ut nonnulla etiam de iis Legatis dicamus, qui nati dicuntur. Verum de hiſce tum dicendi latior campus nobis ſe ſe aperiet, cum de Patriarchis, Primatibus, atque Archiepiſcopis diſſeremus.

De Conclavi.

QU. XLII.

Quid præcipis de Electione Summi Pontificis? (a)

§. I. QUibus orſa initiis, quibus progreſſionibus uſa ſit Summi Pontificis electio non aliunde uberius, ac plenius intelligi poteſt, quam ex

(a) Berard. *Comm. in J. E. U. T.* 1, *Diſs.* 2, *c.* 5. Quod in univerſis Epiſcopalibus Eccleſiis, ſive de Juriſdictione Epiſcopali a Clero, vel Capitulo exercenda, ſive de deſignandi ſucceſſoris facultate jamdiu ab Apoſtolicis temporibus uſque ad recentiora ſæcula viguit, illud ipſum obſervatum eſſet in Eccleſia Romana dum vacaret, ſive in ſuprema interim explicanda poteſtate Pontificali, ſive in deſignatione ſucceſſoris facienda, niſi, qua ob muneris gravitatem, qua ob plura identidem ſuborta ſchiſmata, quibus ob ſupremam illius Eccleſiæ dignitatem nemo erat, qui commode poſſet occurrere, ſingularia nonnulla conſtituenda fuiſſent, *c. 6, in fin. de Elec.* Ex eo factum eſt, ut inconſtans ea diſciplina fuerit, & variis vicibus obnoxia, quibus modo illorum, ad quos pertinet ea Sede vacante Eccleſiam regere, certis finibus coercenda Juriſdictio fuit, modo quidam qui ad electionem concurrere potuiſſent, a ſuffragiis excludendi fuerunt, modo etiam a Religioſiſſimis, potentiſſimiſque Principibus imploranda præſidia, quibus legitimæ electiones confirmatæ ſine contradictione turbarum ad ſchiſmata pronarum ad effectum perducerentur. Quamobrem non aliam in hac re ponendam regulam puto, quam iſtam: Nimirum ea omnia, quæ in Cathedralibus Eccleſis vacantibus jure communi vigent, & in vacante Eccleſia Romana vigere oportere, (Fallitur hic Berardus; nam & in Cathedralibus Eccleſiis immutata hac de re diſciplina fuit, & quæ jura tum Sede vacante, tum in Epiſcopi electione ad totum Clerum &c. pertinebant, ad ſolos Canonicos coarctata ſunt de *jure communi*. Non igitur quæ de *jure communi* vigent in Cathedralibus, ſed quæ de jure temporum Apoſtolicorum vigebant in Cathedralibus Eccleſiis vacantibus, etiam in vacante Eccleſia Romana ſervari deberent), niſi adpareat ſingularibus legibus detractum illis fuiſſe; atque ideo ſi proponatur ſpecialis quædam diſciplina in Eccleſia Romanæ obſervanda, eam non aliter recipiendam, quam ſi de Jure ſpeciali conſtet, quo eadem recepta fuerit, aut confirmata. Et revera ſi in Cathedralibus univerſis Epiſcopalis Juriſdictio devolvitur ad Clerum Cathedralis Eccleſiæ, ſcimus olim in Eccleſia Romana devolutam fuiſſe ad Clerum ejuſdem Eccleſiæ Romanæ, cujus rei argumentum ſuppeditat *can.* 26, *diſtinct.* 50, ubi vacante Pontificia Sede deprehenditur Romanus Clerus Cypriano in Africa conſulenti reſcripſiſſe. Item ſi in Cathedralibus Eccleſiis ſucceſſoris Epiſcopi electio jure communi ad Clerum & populum Civitatis ſpectat, ad Clerum quoque & Populum Romanum pertinuit olim ante ſingulares editas Conſtitutiones electio Romani Pontificis. (Electionem Romani Pontificis fieri olim ſolitam eruimus ex verbis Cypriani *epiſt.* 52: *Cornelius vim paſſus eſt, ut Epiſcopatum coactus exciperet, & factus eſt Epiſcopus a pluribus Collegis noſtris, qui tum in Urbe Romæ aderant. Factus eſt autem Cornelius Epiſcopus de Dei, & Chriſti ejus judicio, de Clericorum pene omnium teſtimonio, de plebis, quæ tunc affuit, ſuffragio, & de Sacerdotum antiquorum, & bonorum virorum collegio.* Ex quibus ſane, quemadmodum Baronius dicit *ad an.* 254, §. 44, qualiter ſoleret olim Ro-

ex iis Chriſti verbis, quibus Apoſtolos affatus eſt, cum ait ſe elegiſſe eos

Romani Pontificis fieri electio, expreſſum ſatis habetur; nimirum quod præcedere ſoleret Judicium, atque Suffragium, Deo quem vellet eligi, ſigno aliquo admonente, Apoſtolico more. Qui igitur videretur Dei judicio præelectus, coacto *Presbyterio* (hoc enim nomine tunc ſacra illa Comitia dicebantur) rogabantur ſingulorum ſententiæ; eorum itidem vota, & teſtimonium explorabatur, qui plebis totius vicem repræſentarent. Admittebantur æque ad eadem Comitia ſi qui aderant in Urbe Epiſcopi cum prærogativa ſuffragii. Quæ omnia acta eſſe in electione Cornelii, quæ ex Cypriano recitata ſunt, aperte declarant. Aderant tunc in Urbe Epiſcopi ſexdecim, ut ipſe ſcribit ad Antonianum *Epiſt.* 52. Id quod tradit etiam S. Pacianus *epiſt.* 3 contra tractatus Novatianorum *Tom.* 4 *Bibl. Patr. p.* 310. *Cornelius jam Romæ Epiſcopus a ſexdecim Epiſcopis factus locum cathedræ vacantis acceperat.*) Itaque, ut liquet, tota diſputatio eo reducitur, ut quæ ſingularia pro temporum varietate inducta ſunt, inveſtigemus.

Primum ſingulare quidquam definiri cœpit temporibus Bonifacii I, circa annum 419. Cum enim mortuo Zoſimo Clerus, & Populus diviſiſſent ſuffragia inter Bonifacium & Eulalium, nec dirum inde ſubortum ſchiſma, niſi facto 250 Epiſcoporum Concilio, & poſt curam Eccleſiaſticæ pacis in fidem Auguſti receptam pacatæ res fuiſſent, declarata tandem legitima Bonifacii electione, Bonifacius idem futuræ Succeſſoris ſui Electionis præſidium ab Honorio Auguſto imploravit, ut quid opportunius videretur, id ille legatis Pontificis eam ob cauſam miſſis ſignificaret *c.* 1, *diſt.* 97. Hinc ſtatutum generaliter in primis, ut nemo per ambitum Apoſtolicam Sedem conſcendere moliretur, deinde ſpeciatim, ut, ſi forte ordinati duo inter medium ſchiſma fuiſſent, uterque jure caderet, & ad novam electionem deveniretur *c.* 2, *Diſt.* 97, juncto *can.* 8, *diſtinct.* 79. Renovanda fuit prudentium Antiſtitum ſolertia ſub finem V Sæculi, quum Anaſtaſio II vita functo, acerrimum aliud ſchiſma emerſit conatibus Laurentii electi adverſus Symmachi electionem; etenim poſt confirmatam electionem Symmachi in Concilio anni 499 cautum fuit, ut nemo pactionibus electionem ſubjiceret, & ut inter plures electos is ſemper præferretur in quem major eligentium pars conſenſiſſet *c.* 2, & 10, *diſt.* 79. Præterea jamdiu poſt ſuſceptum a Chriſtianis Imperatoribus ſingulare Romanæ Eccleſiæ patrocinium, obtinuerat, ut plurimum in electione Pontificis illorum voluntati deferretur, quaſi jus conſentiendi in electionem, quod Romanus Populus antea explicaverat, præcipue apud Imperatorem ineſſe videretur, præſertim poſtquam tradi cœpit, poteſtatem omnem a populo Romano in Principemſuum fuiſſe translatam, *lib.* 1, *de Conſtit. Princ.* Hinc, ut puto profectum eſt, ut quinto, & ſexto Eccleſiæ Sæculo ii ut plurimum eligerentur Pontifices, qui Imperatoribus, aut Regibus in Italia dominantibus accepti eſſent; cujus rei exemplum eſſe poteſt aut in Leone Magno legatione functo apud Alaricum Regem, qui Romanam Urbem poteſtati ſuæ ſubjecerat, aut in Hilaro legatione functo apud Orientales Imperatores, aut in Horſmida, qui Regi Theodorico Italiam occupanti acceptus erat. Patrocinio quoque Juſtiniani Imperatoris, & potiſſimum Theodoræ Auguſtæ obtinuit Vigilius Pontificatum Maximum etiam contra Silverium. Scimus inſuper, Pelagium Vigilii Succeſſorem Apocriſarii munere functum apud Imperatorem, olim fuiſſe, quod officium etiam geſſit Gregorius Magnus, ex quo facile colligitur, Imperatoris gratiam legationis bene geſtæ tempore conciliatam non parum ipſis valere potuiſſe, ut eorumdem electio rite a Clero Romano facta ſine contradictione reciperetur. Magnum illud Romanorum Imperium, quod ſoliditate ſua æternum civibus videbatur, armorum vi ac poteſtate finitimos deterrebat, remotos quoſcumque ad invidiam concitabat, fama denique ſui fere omnium ætatum regna facile ſuperavit, adeo poſt Juſtiniani ætatem, ſive ſub finem ſexti Sæculi in fruſtula diviſum fuit, ut non amplius Imperium dici, ſed Imperii reliquiæ potuiſſet. Hinc autem evenit, ut quemadmodum in interitum fere ad-

adducta ſunt, quæ publicam civium politiam olim ſtabiliverant, ita in ea parte etiam politia Eccleſiaſtica formam mutaret, in qua Romani Imperatores quidquam agere ex conſuetudine valerent. Itaque easdem cum Imperio vices patiebatur poteſtas adſentiendi electionibus Pontificum Maximorum, &, prout Imperium modo a Græcis abibat, modo Græcis reſtituebatur, ita modo Imperatores Græci a quocumque jure abſtinebant, modo jure quæſito juxta formam veterem experiebantur.

Quod ut percipiatur, notandum eſt, Longobardos Italiam, & Romam occupaviſſe circa annum 577, tempore Pelagii II. Rediit ad Græcorum Imperium Urbs circa annum 630, penes quos permanſit uſque ad annum fere 780. Itaque videamus in primis, quid viguerit ſub Longobardis per annos quinquaginta & amplius, ſeu ab anno 577 uſque ad annum 630; deinde qui viguerit iterum ſub Græcis per annos 150, ſeu ab anno 630 uſque ad annum 780. Plane anno 577 incidimus in tempora Pelagii II, ad cujus electionem nulla Imperatoris juſſio acceſſit, ex eo quod Longobardi tunc obſiderent Urbem Romanam, uti adnotat auctor Pontificalis in vita ejusdem Pelagii. Quamobrem quouſque priſtinam libertatem non recepit Roma, nullæ omnino fuerunt Imperatoris in electione Pontificum partes. Tantum Romanus populus, aut qui erant in Populo Optimates, & Proceres, qui ſuo præſidio vices quodammodo Imperatorias gerere poſſe ad tuendam Eccleſiam videbantur, ad electionem a Clero faciendam admittebantur, *C. 6, diſt. 79*, immo, ut quoad fieri poſſet, Imperatori certus honos deferretur, is eligi conſueverat ex prudentia Romani Cleri, cujus bonam apud Imperatores partam gratiam agnoviſſent. Sic poſt mortem Pelagii II electus fuit Gregorius Magnus bene olim functus legatione Conſtantinopolitana, & ſimili de cauſa electus eſt poſt obitum Gregorii Bonifacius III, uti adnotavit Baronius *ad annum 606, n. 1*. In his ipſis temporum adjunctis idem Bonifacius ad evitandas præproperas electiones, & ſtudia quorundam inſigni ambitu notandorum ſtatuiſſe fertur, ut nonniſi poſt tertium diem a tumulato defuncto Pontifice de Succeſſore eligendo tractare quiſquam præſumeret; tum vero convocarentur ad eandem & Clerus, & filii Eccleſiæ, quorum ſane nomine ego intelligo Optimates, & Proceres vetera populi jura quaſi vice Principis explicaturos. C. 7, *diſt. 79*. Quænam fuerit hujus Decreti cauſa ſi a me quæratur, ego conjicio, eam extitiſſe, quod Bonifacius certum tempus præterlabi voluiſſet ab obitu Pontificis ad electionem Succeſſoris, ut deſiderium Imperatoris exquireretur, aut ſaltem Exarchi Imperatorii, qui Ravennæ conſiſtere ſolebat juxta illud, quod notat Platina in vita Severini ad annum 638, his verbis: *Vana tunc habebatur Cleri, aut Populi electio, niſi eam Imperatores, aut eorum Exarchi confirmaſſent*. Interea tamen Gothis urbem occupantibus & vexantibus, ſuſtinendum fuit, ut electionis factæ confirmatio a Regibus Longobardis poſtularetur, quæcumque tandem illius confirmationis vis haberetur; quæ nec concedebatur, niſi ſoluto certo eidem Regi tributo, uti colligitur ex Caſſiodoro *in libris variarum*, & Gregorio Magno *in Comm. quarti Pſalmi Pœnitentiali*. Evaſit tandem jugum Longobardorum Romana Civitas poſt initium Sæculi ſeptimi; tum vero iterum exhibitura vetus in Conſtantinopolitanos Imperatores obſequium, poſt electionem a Clero, conſentiente populo, factam, conſuetudine recepit, ut Electus confirmationem peteret ab Imperatore, Apocriſariis, ſeu Reſponſalibus eam ob cauſam ad eundem miſſis, uti refert Platina *in vita Severini*, & laudatus auctor Pontificalis *in Vitaliano*; quo tempore Imperatores iidem impoſitum a Longobardis tributum exigere non dubitarunt allegantes, non decere, munera illa Catholico Principi perſolvi, quæ antea ſoluta Principi Eccleſiæ infenſo deprehenderentur. Res ita ſe habuit uſque ad Agathonis tempora circa annum 679. Nimirum Agatho a Conſtantino Pogonato obtinuit, ut reſervata gratia Auguſti confirmationis conſuetudine, tributum omne remitteretur, ut iterum notat auctor Pontificalis *in Agathone*, *can.* 21, *diſtinct.* 63. Imo neque hic conſtitit Pogonati pietas, & in Romanam Eccleſiam benevolentia ac religio; nam non multo poſtea, ſive circa annum 685, Benedicto II Papæ conceſſit, ut quicumque in poſterum a Cle-

a Clero, populoque in Pontificem Maximum electus fuiſſet, is ſtatim & irrequiſito Imperatore pro legitimo Antiſtite haberetur. Rurſum id teſtatur auctor Pontificalis in Benedicto II. Nemo non intelligit, actum deinceps omnino fuiſſe de confirmationibus Principum Conſtantinopolitanorum, præſertim quod paulo poſt translatum ab ipſis imperium deprehendatur ad Francos, Pipinum & Carolum Magnum, Urbe Roma libertate potita, & temporali etiam ſuorum Antiſtitum poteſtati ſubjecta. Ad ea fere tempora pertinent Canones 3, 4, 5, *Diſt.* 79, qui auctorem habent Stephanum IV, ab aliis tertium nominatum. Electus ipſe fuerat an. 769, non tamen ſine contradictione multorum, qui duos alios, Philippum quendam, & Conſtantinum adhuc Laicum deſignaverant. Contra hos celebratum fuit ſub Stephano Concilium, ex quo laudati Canone deprompti fuerunt; unde intelligimus, qua ratione ibidem ſtatutum appareat, ne quis Sedem Pontificiam obtinere poſſet, niſi vel Presbyter, vel Diaconus eſset Cardinalis, nimirum ut retunderetur Conſtantini adhuc laici inſolens ambitus, cæteriſque laicis ad ſimilia molienda aditus in poſterum præcluderetur.

Incidit in hæc tempora diſciplina Pontificiæ Electionis, quæ exhibetur in libro diurno Romanorum Pontificum, in quo norma erat agendorum a ſexto circiter Sæculo uſque ad decimum. Multa ibidem continentur *in c.* 2, *de Ordin. Summi Pontificis* quæ opportunum eſt hoc loci commemorare, ut ſexti, ſeptimi, & octavi Sæculi diſciplina clarius illuſtretur. *In tit.* 1 ejuſdem capitis exemplum habetur epiſtolæ ad Exarchum Italiæ ſcribendæ ab Archipresbytero, Archidiacono, & Primicerio notariorum, qui dicuntur *ſervantes locum Sanctæ Sedis Apoſtolicæ*. Per hanc epiſtolam conſcius reddebatur Exarchus de morte Pontificis, atque his verbis concludebatur: *Poſt divinum auxilium ad Veſtram excellentiam, Domine excellentiſſime, & Deo nobis a multis temporibus concedende, omnes habemus fiduciam. Ecce eventum lugubrem indicavimus, quia ad noſtram conſolationem humanum alibi non habemus confugium*. Succedit *in t.* 2. Decretum de Elect. Pontif. in quo poſt enarratum Papæ obitum, & electionis alterius neceſſitatem dicitur: *In unum convenientibus, ut moris erat, cunctis Sacerdotibus, ac Proceribus Eccleſiæ, & Univerſo Clero, atque Optimatibus, & univerſa militari præſentia, ſeu civibus honeſtis, & cuncta generalitate populi Romanæ Urbis, a parvo uſque ad magnum*, ſuffragia in certam perſonam fuiſſe collata, cujus ſubinde merita enarrantur. Poſt hæc *in t.* 3 ſubjicitur *Relatio de Electione Pontificis ad Principem*, qua conſenſus Imperatoris poſtulatur, & *in t.* 4 ſimilis propemodum *relatio fit de Electione Pontificis ac Exarchum*, ſicut & *in t.* 6, & 7, conſcii pariter redduntur Ravennæ Judices, atque Apocriſarius. Subſequitur *in t.* 8, *Ritus ordinandi Pontificis*. Concluduntur hæc omnia tribus editis fidei profeſſionibus, quarum unam debebat electus Pontifex facere.

Translato Imperio a Græcis ad Francos, non defuerunt, qui ſcriberent ab Hadriano Papa circa an. 780 factam fuiſſe Imperatori poteſtatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam Sedem, cujus traditionis monumentum extat *in Can.* 22, *diſt.* 63. Ego apocrypham hanc narrationem puto, cujus primus auctor fuit Sigebertus Scriptor XI Sæculi, vir ſuſpectæ fidei, quod Henrici Imperatoris Pontificales inveſtituras ſibi adſerentis gratiam captare ſtudebat. Neque enim antiquior Hiſtoricus, ne ex iis quidem qui Caroli Magni geſta accurate deſcripſerunt, de ea mentionem feciſſe deprehenditur, immo hæc ipſa falſitatis redarguuntur in conſpectu & *Can.* 34, *diſt.* 63, & ſi vera Gratianus narrat, Canonis 29 ejuſdem diſtinctionis, ubi proponitur, Legatos Ludovici Imperatoris, quod, cum Romæ præſentes eſſent, dum electio Pontificis celebraretur, ad electionem invitati minime fuiſſent, inde tamen acquieviſſe, cum intellexiſſent, id factum non in contemptum eorum, ſed ne in exemplum traheretur, in futuris electionibus Legatos Principum expectari. Quæ ſi vera ſunt, apocryphum etiam dicemus Canonem 28, *diſt.* 63, qui tribui ſolet Stephano IV, alios V, ac proinde referri ad annum 816, quemadmodum apocryphum judicaverunt Baronius, Severinus, Binius, Papebrochius, Natalis Alexander, & alii bene multi. Clariſſimus Muratorius *in Tom.* 2, *p.* 2, *rerum Italicarum* poſt editos plures canones Romani Concilii anni 863, & poſtquam deprehendiſſet, inter illos

los

los canone 11, memorari Statutum Papæ Stephani, arbitratus eſt, nomine ejns Statuti intelligi laudatum canonem 28, *diſt.* 63. Mibi nou videtur Muratorio adhærendum, quaſi ex actis Romani illius Concilii confirmata videatur canonis illius 28 auctoritas, quando ſub nomine Statuti Stephani Papæ commode intelligere poſſum Statutum Stephani III, alias IV, quod refertur *in c.* 3, 4, 5, *diſtinct.* 79. Mortuo Stephano V ſucceſſit in Romana Sede Paſchalis anno 817, tum vero cum Lodovico Imperatore publicæ pactiones initæ, quibus inter cætera confirmata fuit libera penes Romanos ſui Poutificis eligendi poteſtas, hac tautum adjectione facta, ut conſecratus Romanus Antiſtes Legatos ad Imperatorem mitteret cauſa mutuæ ſociandæ amicitiæ, & pacis; idque ex veteri conſuetudine jamdiu cum Pipino, & Carolo Magno obſervata, *c.* 30, *diſt.* 63. Quid vero eſt, quod ſub nomine Gregorii IV, de Electione Hadriani II, retulit Gratianus *in c.* 29, *diſt.* 63, quando Gregorius IV Hadrianum II ætate præceſſit? Pertinet illud ad Pontificale Romanum, quod cum laudaretur apud Scriptores bis breviatis notis G. R. P. quæ ſignificabant *Geſta Romanorum Pontificum*, Canonum collectores, aut eorum Amanuenſes minus periti incaute legerunt, *Gregorius Papa*, vel *Gregorius Romanus Pontifex*: Nihil autem ex eo monumento deducitur, quam electionem Hadriani II an. 867, a ſolo Romano Clero, & populo celebratam fuiſſe. Nomine Leonis IV refertur apud Gratianum *can.* 6, *diſt.* 79, quaſi editus circa annum 850, ubi cautum, ut electioni Romani Pontificis nemo ex Sacerdotibus, nemo ex Primatibus nobilibus, nemo ex uuiverſo Clero contradiceret. Sed verius tribueudus eſt Nicolao I, ad an. 863, uti tradidit Muratorius *l.* 1, cujus rei argumentum graviſſimum eſt, quod in Romano Concilio Nicolai canone II eadem ſere verba leguntur. Potius Leoni IV tribuendus eſt *can.* 31, *diſt.* 63, quamquam apud Collectores ea Leonis ad Lotbarium, & Ludovicum Auguſtos Epiſtola deſideretur. Opportunnm quippe fuerat tunc temporis ſtabilire, electionem Pontificis Maximi faciendam eſſe juſte & canonice, quando ſcimus ex auctore Pontificalis Romani in Leone IV, Romanos maxime timuiſſe, ne quidquam in ejus diſciplina immutaretur. Sæculo X, circa aunum 960, diro ſchiſmati obnoxia fuit Eccleſia Romana ejecto Joanne XII, & in ejus locum ſuffecto Leone VIII, & denique vita functo Joanne contra Leonem electo Benedicto V. Ab eodem Leone VIII editum ferunt in Romana Synodo anni 964, *canonem* 24, *diſt.* 63. Verum Canon ille, in quo & memoratur facultas ab Hadriano facta Carolo Imperatori eligendi Pontificem, jam ſuperius tamquam apocrypha rejecta, a viris eruditis omnino rejicitur, tamquam recentioribus temporibus obſcuri cujuſdam auctoris manu couſarcinatus. Addi præterea poteſt, cauonem eumdem viribus deſtitutum eſſe, propterea quod, etſi genuinus eſſet, eum auctorem oſtenderet, qui illegitima electione fretus potiſſimum Ottonis Imperatoris auctoritate Sedem Pontificiam occupaverat. Immo Otto ipſe Imperator aliter de jure eligendi Pontificem Maximum ſcripſiſſe videtur, ſi verum eſt, quod ſub ejus nomine (uomen Henrici Imperatoris ex inſcriptione Gratiani Canonis omnino delendum eſt) traditur in *can.* 32, *diſt.* 63, nec non in ſubjecto *canone* 33, ubi Imperator profitetur, nullas ſe partes in electione Romani Antiſtitis habiturum. Anno 1059 in electionibus Romanorum Antiſtitum, ſicut & plurimorum Epiſcoporum plura irrepſerunt vitia, Simoniam fovente avaritia, & ambitu ſeditiones concitante. Quamobrem Nicolaus II plura ſalubria conſtituiſſe fertur, inter quæ extat *canon.* 1, *diſt.* 23, *c.* 1, *diſt.* 79, ex quibus liquet, Cardinales jam tum cœpiſſe præcipuo ſuffragiorum numero gaudere, licet una cum ipſis Romanus adbuc Clerus, & populus admitteretur. Fatendum tamen eſt cum viris eruditis, ea monumenta fuiſſe recentiore ætate in parte corrupta, ac depravata. Ibidem legitur a Cardinalibus Epiſcopis electum Pontificem eſſe conſecrandum, quaſi illi in ea parte Metropolitaui vice fungantur; item eligendum eſſe de Romanæ Eccleſiæ gremio, vel ex alia Eccleſia, ſi in Romana idoneus non reperiatur, idque ſalvo honore Henrici Regis, qui futurus Imperator ſperabatur. Denique facta fuit poteſtas Cardinalibus Epiſcopis cum Religioſis Clericis & laicis etiam extra Urbem

Pon:

Pontificem eligendi, quoties id expedire gravi de cauſa judicarent. (Ex hactenus dictis apparet, electionem Summi Pontificis ab Cardinalibus, (qui *primarii* Romanæ Eccleſiæ Presbyteri ſunt, & Diaconi, & Epiſcopi Urbi proximi) nunquam non peractam fuiſſe; mutationem in eo fuiſſe, Cardinales non ſemper ſolos, ſed aliquando cum reliquo Clero, & Populo Romano, aliquando cum Imperatoribus, aliquando cum Regibus, & Principibus Italiæ, aliquando cum Optimatibus & Proceribus Romanæ Urbis ad electionem confirmationemque deveniſſe; ſed nullum tempus unquam offendis, quo non Cardinales, h. e. primarii Eccleſiæ Romanæ Eccleſiaſtici viri Romanum Pontificem elegerint.)

Progredior nunc ad recentiorum temporum diſciplinam, & quæ in primis apparet ex Codice Gregorii IX. Novum ſubortum ſchiſma temporibus Alexandri III, novæ edendæ Conſtitutioni in Concilio Lateranenſi anni 1178 dedit occaſionem *c.* 6, *de Elect.*. Nimirum contra Alexandrum a paucis numero Cardinalibus electus fuerat primum Octavianus, deinde Guido, poſtremo Joannes, qui favore, & gratia Friderici Imperatoris elati per octodecim annos Romanam Eccleſiam turbaverunt. Ad illud ſchiſma, illoſque Schiſmaticos referuntur *c.* 5, *de Elect.* & *c.* 1, *de Schiſmaticis*. In dicto autem *capitulo* 6, plura ſingularia deprehenduntur definita. Primo, ut ſoli Cardinales ad electionem Papæ admitterentur, quod tamen jam ab Innocentii II temporibus moribus obtinuerat. Secundo, ut is electus rite haberetur, in quem duæ ex tribus Cardinalium partibus conſenſiſſent. Tertio, ut a tertia tantum parte electus una cum eligentibus excommunicationi ſubjacerent, ſi aut ille Pontificatum gereret, aut iſti Pontificatum gerenti faverent. Quarto, ut ſimili pœnæ ſubjaceret, qui a paucioribus, quam a duabus partibus electus a Pontificatu non humiliter abſtineret, niſi major concordia interceſſerit; ideſt niſi ſtatim qui conſentirent duas ex tribus partibus, accedente aliquorum ratihabitione, conficerent. In collectione Bonifacii VIII alia adjiciuntur ſingularia deprompta ex Concilio Lugdunenſi anni 1273 ſub Gregorio X, *in c.* 3, *de Elect. in* 6. Exorditur Gregorius, & ait duo potiſſimum gravia pericula imminere, ubi Sedes Romana vacat; quorum primum eſt, ſi vacatio Sedis ejuſdem in diuturnius tempus protrahatur; alterum, ſi diſcordia in Electione Pontificis animos eligentium diſtrahat; propptereaque opportunum eſſe ut nonnulla veterum Decretis adjiciantur, ſupplendo potius, quam abrogando Alexandri III aliorumque Pontificum ſanctiones. Ita præfatus pergit, & diſciplinam Conclavis primus inſtituit, definiens, ut cum Pontifex moriatur in Civitate, in qua cum ſua Curia reſidebat, Cardinales qui fuerint in Civitate ipſa præſentes, teneantur expectare abſentes ſpatio tantummodo decem dierum; quibus elapſis ſive abſentes venerint, ſive non, ex tunc conveniant in Palatium, in quo defunctus Pontifex habitabat, contenti ſinguli ſingulis tantummodo ſervientibus Clericis, vel laicis, prout duxerint eligendum, niſi patens neceſſitas poſtulet, duos ad famulatum adſciſcere. Sic congregatis Cardinalibus præcipitur, ut in eodem Palatio in uno Conclavi, nullo intermedio pariete, ſeu alio velamine omnes inhabitent in communi, quod, reſervato libero ad ſecretam Cameram aditu, ita claudatur undique, ut nullus illud intrare valeat, vel eo exire; item ut nulli ad eoſdem Cardinales aditus pateat, nec facultas ſecrete loquendi cum eis, nec ipſi aliquos ad ſe venientes admittant, niſi eos, qui de voluntate omnium Cardinalium ibi præſentium pro iis tantum, quæ ad electionis inſtantis negotium pertinent, vocarentur; inſuper ut nulli fas ſit ad ipſos Cardinales, vel eorum aliquos nuntium mittere, vel ſcripturam, indicta ipſo facto adverſus eos, qui colloquia habuerint, vel nuntium, litteraſve miſerint, ſententia excommunicationis. Immo ut cautius hæc fierent, ſtatutum eſt, ut quæ Cardinalibus ad victum neceſſaria forent, per feneſtram ad id apertam inferrentur. Quod ſi intra tres dies electio Pontificis ſecuta non fuerit, ſtatutum eſt, ut Cardinales per quinque ſubſequentes dies uno ferculo contenti eſſent, tam prandii, quam cœnæ cauſa; elapſis autem etiam quinque diebus, tantum panem, vinum, & aquam accipiant. Inſuper adjectum eſt, ut vacante Sede Cardinales nihil de Camera Papæ re-

cipiant, nec de aliis eidem Eccleſiæ tempore vacationis obvenientibus undecumque, ſed ea omnia, ipſa vacatione durante, ſub ejus, cujus fidei, & diligentiæ Camera eadem eſt commiſſa, cuſtodia maneant, per eum diſpoſitioni futuri Pontificis reſervanda; qui aliquid receperint, teneantur ex tunc a receptione quorumlibet redituum ad eos ſpectantium abſtinere, donec de receptis plenariam ſatisfactionem impendant. Præterea mandatur Cardinalibus, ut quantocius in Electionem incumbant, eamque ob rem ab aliis negotiis vacent, niſi forſan neceſſitas adeo urgens incideret, ob quam oporteret, eos de terra ipſius Eccleſiæ defendenda, vel ejus parte aliqua providere; vel niſi aliquod tam grande, tam evidens periculum immineret, cui omnibus, & ſingulis Cardinalibus præſentibus concorditer videretur, celeriter occurrendum. Quod ſi aliquis ex Cardinalibus Conclave non intraverit, aut intrans abſque manifeſta cauſa infirmitatis exierit, facultas facta eſt cæteris Cardinalibus eo minime requiſito ad electionem libere procedendi. Si vero ob infirmitatem idem conclave ex eis aliquem relinquere contingat, ipſa etiam infirmitate durante, poteſt, ejus ſuffragio non requiſito, electio fieri. Sed ſi reparata ſalute, vel etiam adhuc infirmitate detentus redire voluerit, vel etiam ſi alii abſentes poſt decem ſuperius deſignatos dies ſupervenerint, re integra, ideſt ante factam electionem, admitti in Conclave poterunt eaſdem regulas ſervaturi. Porro ſi quando contingat Romanum Pontificem extra Civitatem, in qua cum Curia reſidebat, obire, obligantur Cardinales in Civitate, in cujus territorio, ſeu diſtrictu idem Pontifex obiit, convenire, niſi ſit forſitan interdicta, aut contra Eccleſiam Romanam in aperta rebellione perſiſtat; quo caſu in alia viciniore conveniant, quæ nec interdicta ſit, nec Eccleſiæ Romanæ rebellis, eodem ritu obſervando in cæteris in hac Urbe, quod Romæ obſervaretur, ſi Romæ Pontifex obiviſſet. In §. *præterea* ejuſdem capituli executio hujus Conſtitutionis mandatur Dominis, aliiſque Rectoribus, & Officialibus Civitatis illius, in qua electio fuerit celebranda, certis ibidem indictis pœnis adverſus eos, qui Concilii formam non ſervarent. In §. *cæterum* monentur Cardinales, ut ſincere, religioſeque ad optimi Pontificis electionem deveniant, pactionibus omnibus penitus improbatis. Denique in §. *ultimo* ſuadetur Univerſo populo Chriſtiano, ut pro optimi Pontificis electione preces ad Deum enixas fundat; quod ut commodius fiat, Epiſcoporum omnium ſollicitudo excitatur. Hæc ipſa Conſtitutio confirmata deinde fuit a Clemente V *in Clement.* 2, *de Elect.* ubi tamen nonnulla adjecta fuerunt.

Nimirum primo cautum eſt, ut officia Camerariorum, & Pœnitentiariorum morte Pontificis non exſpirent.

Secundo, ſi vacante Pontificia Sede Camerarium, aut Pœnitentiarium quemdam mori contigerit, ut valeat Cardinalium Cœtus ad tempus vacationis alios Camerarios pro numero deficientium, item alios Pœnitentiarios etiam in ulteriore numero, ſi videatur concorditer expedire, ſubrogare.

Tertio, ut nomine territorii Civitatis, in qua Pontifex obierit, extra Urbem deſignati in laudato Concilio Lugdunenſi, intelligatur Diœceſis, eo etiam adjecto, ut ſi in certo loco cauſarum & litterarum Apoſtolicarum audientia remanente, Pontificem alibi mori contingat, non ibi, ſed ubi prædicta fuerit Audientia, electio celebretur; etiamſi Audientia tempore mortis hujus vacare noſcatur, *niſi forte ante mortem Pontificis Papa* manifeſtet Curiam transferri.

Quarto, ſi Romano non electo Pontifice Cardinales omnes vel ſimul, vel ſucceſſive contingeret exire Conclavi, ut ii, ad quos pertinet executio juxta Conſtitutionem laudatam Gregorii X, Cardinales legitime non impeditos iterum, & quam cito poterunt, ingredi Conclave compellant, ad Electionem proceſſuros ſecundum ſtatum, in quo erant in Conclavi, unde exierunt.

Poſtremo, ut nullus Cardinalium cujuslibet excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti prætextu a dicta valeat electione repelli.

Confirmari viſæ ſunt hæ Conſtitutiones multis etiam adjectis a Clemente VI in Conſtitutione *Licet* anni 1351, octavo idus Decembris, ab Julio II in Conſtitutione *Cum tam divino* anni 1503, 19 Kal. Febr., a Clemente VII in Conſtit. *Cum cariſſimus* anni 1529, pridie Nonas Octobris, & in Conſtit.

Conſtit. *Licet variæ* 1533, tertio Nonas Septembris. Novam edidit Conſtitutionem anno 1558, 17 Kal. Januar. Paulus IV adverſus eos, qui ambitu curarent, ut ad Sedem Pontificiam promoverentur, & vivente adhuc Pontifice de Succeſſoris Electione tractarent, quæ incipit *Cum ſecundum Apoſtolum*. Clarius etiam explicavit laudatas Conſtitutiones, quibus & nonnihil adjecit anno 1562, 7 Idus Octobris Pius IV in ſua Conſtitutione, quæ incipit *In Eligendis*, & ſupremam manum admoverunt Gregorius XV in ſua Conſtitutione, quæ incipit *Æterni* anni 1621, 17 Kal. Decembris, Urbanus VIII in ſua Conſtitutione, quæ incipit *Ad Romani* anni 1625, 5 Kal. Feb. Alexander VII in ſua Conſtitutione *Inter cæteras* anni 1669, 9 Kal. Nov. & Innocentius XII in ſua Conſt. *Romanum decet* anni 1692, 10 Kal. Julii, (& noviſſime Clemens XII. Conſtit. quæ incipit *Apoſtolatus officium*) qui omnes plura circa electionem Papæ ſtatuerunt, quorum aliqua magis notabilia ex Barboſa, & Cardin. de Luca referre placet.

Primo igitur ante Papæ Electionem, ſtatim priore defuncto, Cardinales abſentes ſunt monendi, ac per decem dies a morte Pontificis computandos expectandi. Si tamen ante dictos decem dies elapſos ex aliqua juſta cauſa præveniendi, fiat Papæ electio a communi Cardinalium præſentium, vel duarum partium eorum conſenſu, non expectatis Cardinalibus abſentibus, talis electio erit valida, cum expectatio dicti temporis non pertineat ad ſubſtantiam Electionis. Cardinales abſentes non ſunt ſolemni convocatione appellandi, ſeu citandi eo modo, quo de jure in aliis Electionibus & actibus Capitularibus alii Electores ſunt vocandi, & citandi. Cardinales præſentes ſolent certiorare Cardinales abſentes de obitu Pontificis per litteras particulares a Secretario S. Collegii ſubſcriptas. Cardinales abſentes licet abſint ex publica cauſa, & de licentia Romani Pontificis, ad Electionem Succeſſoris expectandi non ſunt ultra decem dies.

Secundo, dum exequiæ celebrantur per dictos novem dies a Cardinalibus, ſingulis diebus Cardinales non impediti in Baſilica Vaticana conveniunt, & ante dictarum exequiarum celebrationem congregari ſolent in ejusdem Baſilicæ Sacriſtia, ut Principum Oratores, ac etiam Officiales, & Magiſtratus audiant, aliaſque congruas præbeant proviſiones pro utriuſque Principatus regimine, ac etiam pro Conclavis ordinatione, quod intra id temporis fabricari debet in Pontificis Palatio, nullo intermedio pariete, ita tamen ut Cardinalium cellæ per Cortinas dividantur, & ibi debent commanere Cardinales, donec per ipſos Summus Pontifex fuerit electus. Decima vero die celebrata prius in eadem Baſilica Miſſa de Spiritu Sancto, Cardinales in Urbe exiſtentes, & legitime non impediti proceſſionaliter Conclave ingrediuntur. Legitime autem impediti ſolent ſero privatim ingredi, Cardinalibus jam exiſtentibus in propriis Cellis, quæ per ſortem abſque aliqua perſonarum acceptione diſtribuuntur; per totam illam diem liber patet aditus Principum Oratoribus, & Magnatibus & Prælatis, aliiſque omnibus tam nobilibus, quam popularibus Conclave peragrandi, atque benevolos Cardinales viſitandi: & præſertim Principum, & Rerumpublicarum Oratores, & Magnates totum Collegium viſitant, eiſque obſequia præſtant, atque felices faciunt adulatorias augurationes. Omnibus autem de ſero excluſis præter eos, qui in Conclavi cum Cardinalibus remanſuri ſunt, illud ad formam rigoroſæ clauſuræ undique redactum clauditur per ejusdem Conclavis Cuſtodes, qui duo ſunt fixi, ac principales, unus ſcilicet Prælatus, qui ab eodem Collegio ante ingreſſum electus fuerit, qui Conclavis Gubernator dicitur, & alter Sæcularis, qui Conclavis Mareſciallus nuncupatur. Alii vero cuſtodes ſunt Prælati, ac etiam reſpective Conſervatores Populi cuſtodientes Rotas, per quas victualia, aliaque neceſſaria tranſmittuntur, ad formam clauſuræ Monaſteriorum Monialium, dictique Cuſtodes per turnum deputari ſoliti ſingulis diebus invigilant, ne Apoſtolicis Conſtitutionibus contraveniatur circa allocutiones, vel litterarum tranſmiſſionem. In Conclavi ſub clauſura remanent regulariter duo cujuslibet Cardinalis familiares, qui vulgo Conclaviſtæ nuncupantur, pro eorum ſervitio, ſolumque pro Cardinalibus ſenibus, vel infirmis, ac etiam iis, qui de Principum genere ſint, indulgetur tertius

familiaris, ſeu Conclaviſta ratione majoris ſervitii, quo indigere dignoſcantur judicio ejusdem Collegii, a quo pendet conceſſio tertii Conclaviſtæ, & tales Conclaviſtæ non debent eſſe Mercatores, Miniſtri Principum, domini temporales, & Juriſdictionem habentes, neque fratres, aut Nepotes Cardinalium, etiamſi expenſis eorum viverent, ſed debent eſſe ipſorum Cardinalium vere ſervientes, familiares Domeſtici, & continui Commenſales cujuſque reſpective ſaltem ab anno ante, & adhuc pro tunc tales exiſtere. Ultra prædictos familiares Cardinali ſpecialiter neceſſarios remanent in Conclavi alii quoque Officiales, vel miniſtri pro ſervitio Cardinalium in Communi, ſcilicet unus Sactiſta cum Clerico adjutore; duo Magiſtri Cærimoniarum, qui celebranti miniſtrent, unus Religioſus pro Confeſſionibus audiendis, unus Collegii Secretarius cum uno tantum famulo, duo Medici, unus Chirurgus cum uno aut duobus Servitoribus, duo barbitonſores cum uno aut duobus ſervitoribus, unus faber lignarius, unus Cementarius, item octo, aut decem bajuli publicæ utilitati vel commoditati veluti pro lignis portandis, & pro aliis hujuſcemodi Miniſteriis, qui omnes a Collegio Cardinalium, non tamen ex familia alicujus Cardinalis eligi debent per ſecreta ſuffragia, ita tamen, ut is obtineat, qui plura vota tulerit, & eis ſalaria de publico perſolvuntur. Circa cibum, & potum intra Conclave Cardinalibus portandum Gregorius X, ut ſupra diximus, ſtatuerat, quod ſi intra tres dies poſt ingreſſum Conclavis non fuerit electus Papa, per ſpatium quinque dierum immediate ſequentium ſingulis diebus tam in prandio, quam in cœna uno ferculo ſint contenti, quibus, electione non facta, decurſis, tunc tantumodo panis, vinum, & aqua miniſtrentur. At Clemens VI in Conſtitutione *Licet*, præter panem, vinum, & aquam in prandio, & cœna, unum dumtaxat ferculum, ſeu miſſum carnium utriuſque ſpeciei tantummodo; aut piſcium, ſeu ovorum cum uno potagio de carnibus, vel piſcibus ſpecialiter non confectis, & decentibus ſalſamentis habere permittit, ultra carnes ſolitas, herbas crudas, caſeum, & fructus, ſeu electuaria: ex quibus tamen nullum ſpecialiter ferculum vult confici, niſi ad condimentum fieret, vel ſaporem, & prohiber, ut nullus de alterius ferculo veſci poſſit. Pius vero IV ſtatuit, ut primo ipſo die, quo Conclave ingreſſi ſunt, tam in prandio, quam in cœna uno ferculo unius ſpeciei tantum atque moderato, alias juxta Conſtitutionem Clementis VI qualificato contenti eſſe debeant, & ut quiſpiam in alterius Cella, vel de alterius ferculo veſci non poſſit.

Tertio. Ad hujus rigoris obſervantiam conſtituuntur executores ex præcipuis Magiſtratibus Civitatis, ubi electio celebratur, qui præſtito juramento curare debent, ut prædictus ordo, rigorque ſervetur. Romæ autem ſunt Prælati diverſorum graduum, qui bis in die ſingulis diebus, mane ſcilicet & veſpere mutantur, intimanturque a Curſoribus, ſervato ordine eorum omnium, qui in Romana Curia reperiuntur, incipiendo a Patriarchis, ſequentibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque Prælatis juxta ordinem eorum Promotionis, ſemperque aſſiſtit Gubernator Burgi, & duo Curſores pro occurrentibus neceſſitatibus tam Collegii, quam prædictorum Gubernatorum, qui quidem Prælati ſub perjurii pœna, ac ſuſpenſionis a Divinis maxima & exquiſita diligentia uti debent in inſpiciendis, & perſcrutandis epulis, quæ prandii, & cœnæ tempore afferuntur, ac aliis rebus, & perſonis Conclave intrantibus, & de eo exeuntibus, ne ſub earum rerum *velamine litteræ*, aut notæ, *vel ſigna aliqua* tranſmittantur: ſi qui vero reperiantur, qui contra prædicta aliqua commiſerint, familiares Cardinalium, aut alii delinquentes pœnam privationis officiorum, & beneficiorum, ac inhabilitatis ad obtenta, & obtinenda incurrunt, & ulterius per Gubernatorem carceribus mancipandi erunt, & inde niſi de mandato novi Pontificis minime relaxandi, ſed ejus arbitrio acriter puniendi, omni facultate Cardinalibus in favorem quorumcumque, qui in præmiſſis, vel eorum aliquo deliquerint, omnino interdicta. Quinimmo Cardinales initio Conclavis jurejurando ſervare promittunt omnes ſupradictas Conſtitutiones.

Triplici tantum forma, ſeu modo poteſt fieri Papæ electio, ſcilicet I, per ſcrutinium, ſive ſcrutinium, & acceſſum. II, per compromiſſum. III, per quaſi inſpirationem.

Primo modo ſit electio, ſi ex partibus tri-

eos, (*b*) non autem ab illis ſe electum fuiſſe; quæ vox ſane declarat, Summi Pontificis Electionem ſuum ingreſſum, inceſſumque non ab hominibus, ſed a Deo ipſo auſpicatam eſſe. Nam cum Eccleſia non ſit hominum inter ſe coita ſocietas, veluti civiles Reſpublicæ, aut Collegia, quemadmodum falſo putat Boehmerus, quo fundamento totam Eccleſiaſtici ſui juris molem inædificat, ſed ſocietas Dei cum hominibus inita, nec humanitus, ſed divinitus conſtituta, ita ejuſdem gubernatio, gubernatorumque creatio ab ipſo Deo eſt repetenda, qui principio Filium ſuum Eccleſiæ Pontificem dedit (*c*) Jeſum Chriſtum, a quo legatione functo, atque ad Patrem reduce ſuæ poteſtatis Vicarius, atque hæres in terris

tribus ſuffragiorum duæ ferantur, e. g. ſex ex novem. Hoc modo ſuffragia laturi Cardinales conveniunt bis in dies ſingulos, mane poſt Miſſæ ſacrum, & Veſpere poſt hymnum *Veni Creator Spiritus*.

Secundo modo fit, cum Cardinales de eligendo Pontifice diſcrepantes unum vel plures eligunt ex ordine ſuo, quorum ad arbitrium, Judiciumque electio redeat.

Tertio modo cum Cardinales quaſi Spiritui Sancti numine afflati aliquem unanimiter, & una voce, nullo penitus diſſentiente, pronuntiant Summum Pontificem. Vide Martinum Bonacinam de Legitima Pontificis electione *Diſput.* 1, *quæſt.* 5, *& annotat. in Gregorii XV Conſtit.* ab Hieronymo Ghetto ſcriptas Italice.

Hic prætermittendum minime videtur, Cardinales omnes etiam nuper creatos, & publicatos vocem habere in Electione Pontificis, etiamſi nondum inſignia Cardinalatus acceperint, neque os clauſum, aut ſi clauſum fuerit, nondum tamen apertum ſit; & quamvis Cardinales nondum ordinati ad Diaconatum in Electione Summi Pontificis vocem non habeant juxta Conſtitutiones laudatas, & Cærimoniale Gregorii XV, tamen Conſtitutionibus, & Cærimoniali quoad hoc hactenus derogare ſolent Summi Pontifices, quando Cardinales nondum Diaconos creant, & de hoc expedire jubent Breve particulare, & licet ex quibuſdam Canonibus antiquis non videretur poſſe eligi in Summum Pontificem, niſi qui eſſet Cardinalis, tamen nunc poteſt eligi etiam non Cardinalis, immo etiam Laicus.

Papa ſtatim ac eſt Canonice electus ac conſenſum præſtitit electioni eſt verus Papa quoad omnes effectus, & plenam, abſolutamque habet Pontificiam Juriſdictionem, nec indiget confirmatione. Hinc mere Cærimonialia ſunt, quod Papa non niſi poſt Coronationem Lateranenſis Eccleſiæ poſſeſſionem nanciſcatur, & quod ante Conſecrationem, & Coronationem nec Pontificatus annum ſcribat in Litteris, nec integras Bullas expediat, ſed tantum Brevia, nec ſimpliciter ſe nominet Epiſcopum, ſed dumtaxat ſe ſubſcribat, *Data ſuſcepti a nobis Apoſtolatus Officii anno . . . N. electus Epiſcopus*. Papa poſtquam ſuæ electioni conſenſum præſtitit, aliud nomen ſibi ſolet imponere. Papæ conſecratio, & intronizatio fieri conſuevit per Cardinalem Epiſcopum Oſtienſem, qui in eo actu Metropolitani vice fungitur, *c.* 1, *Diſt.* 23. Unde pallio utitur, & ei Portuenſis, & Albanenſis Cardinales ſolent aſſiſtere. Et hodie Cardinalium Decanus, ideſt primus inter Cardinales Epiſcopos, quamvis non eſſet Epiſcopus Oſtienſis, id munus cum duobus aliis ſenioribus ſubit. Conſecratio autem Papæ in Epiſcopum, ac Benedictio, & Coronatio ejuſdem ſunt diverſa. Conſecratio enim ſeu Benedictio fit a Cardinali Epiſcopo Oſtienſi ſeu Decano inter Miſſarum ſolemnia ante Hymnum Angelicum, & poſtea ipſe Miſſarum ſolemnia incipit, & perficit conſecratus, quo tempore poteſt etiam ordines conferre, ſi velit, quod ab Epiſcopo in die Conſecrationis ſuæ fieri nequit, *c.* 28, *de Elect.* Coronatio autem fit per antiquiorem Cardinalem Diaconum. Vide ea quæ retulimus in Not. (*e*) ad Quæſt. XVI ex Moſhemio.

(b) Joan. XV. *Non vos elegiſtis me, ſed ego elegi vos*.

(c) *Jeſus Pontifex factus in æternum* (S. Paulus *in Epiſt. ad Hebræos VI*, 20.)

(d)

ris (*d*) relictus eſt Petrus Apoſtolorum (*e*) Princeps, dux, & coripheus. Ita ſit, ut Pontificum Electio, non ut Regum, adſcenſu, ſed deſcenſu ingreſſa fuerit, atque progreſſa. Quod ſane facto ipſo non ſolum Chriſtus relicto in terris Vicario Apoſtolo Petro, verum etiam Petrus ipſe perpetuo ſibi ſucceſſore electo comprobavit.

§. II. Ego enim ita ſentio. Quemadmodum nemo Apoſtolorum ullius Civitatis *proprius* Epiſcopus fuit, ita neque Petrus Romæ; (*f*) & quam certum

(d) *Sicut miſit me Pater, ita & ego mittos vos.* (*Joan. XX.*)

(e) *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claves Regni Cœlorum.* (*Math. XVI*, 18.) *Paſce oves meas.* (*Joan. XX.*)

(f) Proteſtantes, qui Primatum Romani Pontificis a fronte, a tergo, a lateribus oppugnare nunquam non ceſſarunt, tribus præcipue armorum generibus uſi ſunt. Primo quidem, nullum in Eccleſia non ſolum *Primatum*, ſed ne *Hierarchiam* quidem inſtitutam unquam a Chriſto fuiſſe contendunt. Hanc dementiam pervicimus Quæſt. III, & IV. Secundo, Petrum, quem Eccleſiæ Caput, ac Principem a Chriſto conſtitutum nos dicimus, Romam nunquam veniſſe propugnant. Tertio, qui Petrum Romam veniſſe fateri coguntur, Romanæ Eccleſiæ Epiſcopum fuiſſe inficiantur. Audi ea quæ Salomon Deylingius ſcribit *Obſerv. ſacrar. part. IV, exercit. VI, §. IV, pag.* 424, *ed. Lipſ. an.* 1747. Is poſtquam oſtendi Chriſti verbis, *paſce oves meas*, non poſſe dixit, ſupremum in Eccleſia Principatum Petri, mox addidit: *Alia igitur & validiora argumenta ab adverſariis adferri debent, ſi probare volunt, Petrum viſibile Eccleſiæ Caput, & Chriſti Vicarium, & Monarcham in his terris fuiſſe. Hoc defuncti labore ulterius oſtendere debent, Petrum fuiſſe Epiſcopum Romanum proprie dictum, & per 25 annos ibi, ut ajunt, ſediſſe.* Hinc Catholici Auctores toti in eo ſunt, ut demonſtrent, Petrum & Romæ fuiſſe, & Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum extitiſſe. Quamquam neutrum probare neceſſe eſt ad Romani Pontificis Primatum confirmandum, cum ſatis ſit oſtendere, Epiſcopum Romanum S. Petro in Regimine Univerſæ Eccleſiæ ſucceſſiſſe, eamque ſucceſſionem nunquam in Eccleſia intermiſſam eſſe; nam ut ſapienter Juveninus: *Quod conſtituerunt Apoſtoli, quod dum viverent, executioni mandatum, quod poſtea conſtanter fuit obſervatum, Juris eſt Divini.*

Pearſonius inter juniores heterodoxos clariſſimus *Diſs.* 1, *de ſucceſſione primorum Romæ Epiſcoporum c.* 6, & 7, veteris memoriæ ordinem ſecutus oſtendit I, nunquam dubitatum ab antiquis, quin Petrus Romanam Eccleſiam inſtituerit: II, nunquam non habitum pro certo, Romanos Epiſcopos Petri ſucceſſores eſſe. Verum Epiſcopi Romani potuerunt eſſe Succeſſores Petri in regimine Univerſæ Eccleſiæ, quin ſint ſucceſſores etiam in Epiſcopatu Romano. Nihil igitur refert, probare Petrum Eccleſiæ Romanæ fuiſſe Epiſcopum *proprium*, ut Romani Pontificis Primatus oſtendatur. Quinimmo male conſulunt Primatui Romani Pontificis, qui Petrum *proprium* Romanæ Eccleſiæ Epiſcopum faciunt, neque hac via unquam nobis oſtendent, Primatum Romani Pontificis eſſe de jure divino, aut ſupremum Eccleſiæ Primatum non poſſe ab Eccleſia vi humana avelli. Audiamus Card. Lambertinum, qui in Op. *de Synodo Diœceſana l.* 2, *cap.* 1, §. 1 hoc ſaxum nitendo volvit, ſed non proficit hilum.
„ Romanus Pontifex, qui, ut totidem ver-
„ bis ad Leonem III ſcribebat olim Theo-
„ dorus Studita *epiſtola* 34, *l.* 1, ex re-
„ cenſione Sirmondi *Tom.* 5, *var.* eſt om-
„ nium Capitum Caput, atque Univerſæ,
„ quæ ſub Cœlo eſt, Chriſti Eccleſiæ Prin-
„ ceps, moderator & Paſtor; eſt etiam Pa-
„ triarcha Occidentis, Primas Italiæ, Ar-
„ chiepiſcopus & Metropolitanus Romanæ
„ Provinciæ, atque Epiſcopus Urbis Romæ.
„ Potro Epiſcopatus Romanus, ac totius
„ Catholicæ Eccleſiæ Præfectura in præſen-
„ ti rerum ordine non ſunt duæ diſtinctæ
„ Sedes, neque duæ Dignitates, quæ fortui-
„ to in una copulentur Romani Pontificis
„ perſona, quamvis ſecundum ſe ſpectatæ
„ ta-

tum eſt, Apoſtolos plures fundaſſe Eccleſias, tam verum eſt, illarum Eccleſiarum non fuiſſe Epiſcopos *proprios*, ſed *communes* totius Chriſtianæ Reipu-

---

„ tales eſſe potuerint: nam Petrus Univer-
„ ſalis Eccleſiæ Paſtor a Chriſto Domino
„ renuntiatus potuiſſet utique, ea ſupre-
„ ma totius Eccleſiæ præfectura retenta,
„ nullius particularis Eccleſiæ capeſſere,
„ ſicuti re ipſa nullius ſpecialem admini-
„ ſtrationem ſuſcepit primis aliquot a Chri-
„ ſti Domini in Cœlum adcenſione annis;
„ potuiſſet Antiochenam Eccleſiam, quam
„ deinde elegit, pluresque annos Epiſcopus
„ gubernavit, perpetuo retinere; potuiſſet
„ denique Eccleſiam Romanam, ad quam
„ poſtmodum ſuam tranſtulit Sedem, re-
„ linquere, alio ſe conferre, & alterius
„ Urbis peculiarem curam, ſeu Epiſcopa-
„ tum aſſumere. At cum hæc, quæ fieri
„ potuerunt, minime facta ſint, ſed Pe-
„ trus ſuam Sedem Romæ fixerit, per an-
„ nos viginti quinque firmiter retinuerit,
„ & in ea Martyrio coronatus glorioſe ob-
„ ierit, ſive id evenerit ex divino præce-
„ pto, ſeu expreſſa revelatione ipſi Petro
„ ſpecialiter a Deo facta, ſive ex ſola vo-
„ luntate Petri, licet divinitus inſpirata:
„ inde factum eſt, ut Supremi Pontificatus
„ prærogativa ita inſita remanſerit Roma-
„ næ Sedi, ut qui in hac Petro ſuccedit,
„ neceſſario ſuccedat in totius Eccleſiæ Pri-
„ matu Petro, ejuſque legitimis ſucceſſo-
„ ribus a Chriſto collato. " (Multa hic ſupponit Lambertinus tamquam vera & indubitata, quæ niſi prorſus falſa, certe ſunt in quæſtione, nimirum I, Petrum fuiſſe Epiſcopum *proprium* Eccleſiæ Antiochenæ: II, renuntiaſſe Eccleſiam Antiochenam: III, ſe ſe tranſtuliſſe ad Eccleſiam Romanam, ejuſque *proprium*, ac peculiarem Epiſcopum fuiſſe. IV, Vel divino præcepto, vel expreſſa revelatione ipſi Petro a Deo facta, ſive ex ſola voluntate Petri licet divinitus inſpirata id omne factum fuiſſe. Verum licet hæc omnia, quæ gratis aſſeruntur, concedantur, quomodo inde Romani Pontificis Primatus demonſtrari poſſit, prorſus non video. Fac Regem in villulam aliquam ſui Regni ſecedere, ejuſque Villæ adminiſtrationem capeſſere, vel ut melius dicam officium *Poteſtatis* ſuſcipere, in eoque officio ex hac vita decedere; num ideo dicendum erit, illum, quem Commune, ſeu homines illius Villulæ poſtea *Poteſtatem* ſibi elegerint, Regem etiam neceſſario futurum, totiuſque Regni dominatum, atque habenas eſſe ſuſcepturum? Nimis humilem, inquis, inſtituis comparationem, Villulæ cum Urbe Romana. Dummodo comparatio ſit vera, nil mea refert, qui modo oratorem non ago, ſi ſit humilis. Similitudinis humilitas nocet orationis ſublimitati, non rei veritati; & aliquando licet cum parvis componere magna, quamquam neſcio utrum Villula ad Regnum minor ſit, quam Romana Civitas ad Univerſum Mundum. Verum Petrus ex præcepto, aut revelatione divina Romanæ Eccleſiæ *peculiarem* adminiſtrationem ſuſcepit. Hoc gratis aſſeritur; ſed fac verum eſſe. Quid tum? Plura alia Petrus egit ex Inſpiratione divina, quæ Romani Pontifices non agunt. Deinde aliud eſt Summum Pontificem eſſe etiam Epiſcopum Romanum, aliud eſt Epiſcopum Romanum eſſe etiam Summum Pontificem, vel ut clarius dicam, aliud eſt illum quem Eccleſia Univerſa ſibi Pontificem Summum elegit, exemplo Petri poſſe etiam Romanæ Eccleſiæ *peculiarem* adminiſtrationem arripere, *propriumque* Romæ Epiſcopum fieri, aliud vero eſt, illum quem Romana Eccleſia ſibi *proprium* Epiſcopum eligit, poſſe etiam adminiſtrationem Univerſæ Eccleſiæ gerere; in primo caſu poſſet afferri exemplum Petri, in ſecundo nequaquam. Vides igitur, licet etiam concedantur ea, quæ gratis aſſeruntur, quot quantæque difficultates adhuc ſuperandæ ſuperſunt, antequam hac via ad probandum Romani Pontificis Primatum devenias.) „ Quamvis itaque poſſit in ali-
„ quo ſenſu dici, ſupremam Eccleſiæ Mo-
„ narchiam jure tantum humano, eſſe an-
„ nexam Sedi Romanæ „ (Præclarum ædepol Romani Pontificis Primatum! qui non de jure divino probari poteſt, ſed tantum de jure humano; ita ſi eſt, cum Photianis cauſa cecidimus) „ quia nimirum utriuſ-
„ que unio, nexus, & alligatio ortum ha-
„ buit ex facto Petri, attamen non vide-
„ tur poſſe ſuſtineri illorum opinio, qui
„ aſ-

publicæ, atque omnium Eccleſiarum. (g) Nam cum Eccleſiæ tunc fundari dicantur, cum Chriſtianorum cœtubus ſacrorum Præſides addicuntur, quis non videt, Apoſtolos hac illac circumcurſantes, atque in Eccleſiis ubique gentium fundandis, ac ſtabiliendis occupatiſſimos, illarum Eccleſiarum proprios Antiſtites minime extitiſſe? cum ille *proprius* Sacrorum Præſes dicendus ſit, qui *certæ* Eccleſiæ ita eſt deſtinatus, & adſtrictus, ut ad eam tamquam ad ſaxum adhæreſcat, & quemadmodum alii in ejus meſſem, ita ipſe in aliorum fundum nunquam falcem immittat.

§. III. Ac mihi quidem antiquiſſimorum Eccleſiæ temporum memoriam

---

„ aſſerunt, præfatam annexionem ita eſſe
„ de jure humano, ut poſſit ab Eccleſia
„ diſſolvi, & una ab altera ſeparari: ete-
„ nim poſito, quod Petrus ſuam Sedem ſta-
„ biliter Romæ collocaverit, & Romanam
„ regens Eccleſiam obierit, nullus qui Epi-
„ ſcopus Romanus non ſit, poteſt dici ve-
„ rus Petri ſucceſſor, ac propterea nun-
„ quam ad eum referri poſſunt verba Chri-
„ ſti Domini, *Paſce oves meas*, (*Joan.*
„ *XXI.*) quibus Univerſalis Eccleſiæ curam
„ Petro, ejuſque ſucceſſoribus commiſit. “

(Hæc etiam ratiocinatio valde claudicat. Fac enim Clementem V, Summum Pontificem, e Romana in Avenionſem Sedem ſe tranſtuliſſe, uti Petrus ab Antiochena ad Romanam, nimirum defuncto Epiſcopo Avenionenſi, ipſum Clementem V curam *peculiarem* Eccleſiæ Avenionenſis ſuſcepiſſe, *propriumque* Avenionenſis Diœceſis Epiſcopatum ſibi induiſſe, atque interim alium Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ dediſſe, ſibi retenta Univerſæ Eccleſiæ adminiſtratione, & Primatu; certe in hoc caſu ex facto Clementis V Supremus Eccleſiæ Primatus ab Eccleſia Romana fuiſſet avulſus, & ad Eccleſiam Avenionenſem translatus, & qui Clementi V in Epiſcopatu Avenionenſi ſucceſſiſſet, illius ſucceſſor in ſuprema Eccleſiæ dignitate extitiſſet. Ita certe; ſi valeret ratiocinatio Lambertini, & ſi ſupremus Eccleſiæ Primatus de Jure tantum humano eſſet annexus Eccleſiæ Romanæ.) Hæc Cardinalis Lambertinus. Audiamus modo hac de re ſententiam Valentini Eybel *Introd. in J. E. Cath. t. 3, l. 1, c. 4*, §. 140, *in Not. d.* „ Verum etiamſi, ait Reveren-
„ diſſimus, & doctiſſimus noſter Abbas Brze-
„ nov Stephanus Rautenſtrauch, liberaliter
„ demus, Petrum jubente Domino, & Ro-
„ mam petiiſſe, & ibidem oppetiiſſe mor-
„ tem, inde tamen non etiam erui poteſt,
„ *apertum Domini juſſum, quo ita juſſus*
„ *ſit Sedem ſuam figere Romæ, ut Roma-*
„ *nus Epiſcopus abſolute ei in Primatu*
„ *quoque ſuccederet*: *In Inſtit. Jur. Eccl.*
„ §. 112, *in not.* ubi & epiſtolam Mar-
„ celli ex mercibus Iſidori eſſe demonſtrat.
„ Cum itaque quoad Perſonam, & locum
„ ſucceſſoris in Primatu a Deo nihil ſtatu-
„ tum ſit, illud factum Petri nullatenus
„ obſiſtit, quominus Eccleſia vi ſuæ ſupre-
„ mæ auctoritatis, quam mox pluribus ſu-
„ mus demonſtraturi, aliam ſucceſſionis ra-
„ tionem pro re nota determinare poſſet.
„ Id quod etiam aperte ſtatuunt Scotus *in*
„ *IV, diſt.* 34, Cardin. Cuſan. *de Concord.*
„ *Cathol. l. 2, c. 33*, Cordubenſ. *l. 4, q.*
„ *1*, Bannes *in II, quæſt. 1, art.* 10, &
„ alii. Nunc intelligitur, quo ſenſu acci-
„ pienda ſit Regni Galliæ ſententia in ar-
„ ticulis Germaniæ Smacaldæ propoſitis,
„ expreſſe his verbis: *Sentire Regem Gal-*
„ *liarum, jure tantum humano, non divi-*
„ *no, Romanum Pontificem habere Prima-*
„ *tum*. “ Ex hiſce omnibus colligitur, eos omnes, qui Petrum proprium Romanæ Eccleſiæ Epiſcopum fuiſſe contendunt, atque inde probare volunt Romanum Epiſcopum habere Primatum Univerſæ Eccleſiæ, nil aliud ad ſummum evincere, quam *Primatum Juris humani*. Alia igitur via tenenda eſt ad Primatum Romani Pontificis oſtendendum, nullaque alia aptior excogitari mihi poſſe videtur, quam ea quæ Pontifices non ab hominibus aſſumptos, ſed divinitus datos Eccleſiæ præficit; uti nos ſupra oſtendimus.

(g) *Inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium Eccleſiarum*. (S. Paul. II *ad Corinth. XI*, 28.)

riam ultimam repetenti ſingularum Eccleſiarum procuratio non veri nominis Epiſcopis, ſed Presbyterorum Collegiis primitus commendata fuiſſe videtur. Nam ſi D. Lucam audimus, ubi prima Eccleſiarum fundamenta ab Apoſtolis jacta nobis enarrat, non alios ſacrorum, ac Cærimoniarum Præſides ibi memorat, quam Presbyteros. (*h*) Quid D. Paulus, cum Cretæ inſulam Tito demandavit, juſſitque ut in ſingulis Civitatibus Eccleſias figeret, atque locaret? Nonne unorum meminit (*i*) Presbyterorum? Quid cum Miletum Eccleſiæ Epheſinæ Proceres arceſſivit? Nonne unos Presbyteros (*k*) Pauli deſignat oratio? Nec ullum tibi ſcrupulum injiciat vox illa *Epiſcoporum*, qua ibidem utitur Paulus. Nam eo nomine ſolos Presbyteros tunc compellari ſolitos fuiſſe; iis vero, qui nobis nunc Epiſcopi habentur, & ſunt, Apoſtolorum nomen adhuc conſtitiſſe, Hieronymus, ac Theodoretus noſmet dubitare non ſinunt. (*l*)

§. IV. Tunc enim vero ad Epiſcopos Eccleſiarum *proprios* creandos ventum eſſe crediderim, cum anno quinquageſimo ſeptimo diſſidium inter fideles Corinthi ſubortum fuit, (*m*) cui ſedando, atque in poſterum præcavendo nullum præſentius remedium Apoſtolis Divino Spiritu inſtinctis viſum eſt, quam ſi ſingulis Eccleſiis ſinguli Summi Sacerdotes præficerentur. Tunc primo *Epiſcopi* nomen a Presbyteris ad ſummos hoſce Sacerdotes gradum fecit; iique uni poſtea Apoſtolorum nomine dignati ſunt, qui communem omnium Eccleſiarum Præfecturam adhuc gerebant. Quotum enim quemque ante annum quinquageſimum ſeptimum mihi dederis, qui ſuæ Eccleſiæ *proprius*, peculiariſque Epiſcopus vere fuerit? Quid mihi Titum Epiſcopum Cretenſem, Timotheum Epheſinum, Marcum Alexan-

---

(h) *Act. XIV, 22. Cum conſtituiſſent illis per ſingulas Civitates Presbyteros.*

(i) *Ad Titum I, 5. Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per Civitates Presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi.*

(k) *Act. XX, 17. A Mileto autem mittens Epheſum, vocavit MAJORES NATU Eccleſiæ, qui cum veniſſent ad eum, & ſimul eſſent, dixit eis . . . . Attendite vobis, & Univerſo Gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit EPISCOPOS, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo.*

(l) Theodoret. *in Com. c. 3 epiſt. ad Timoth.* Eoſdem olim Presbyteros appellatos & Epiſcopos; quos autem Epiſcopos hodie nominant, tunc Apoſtolos vocaſſe; procedente deinde tempore Apoſtolatus nomen iis, qui vere Apoſtoli dicti ſunt, reliquerunt; Epiſcopatus autem appellationem iis impoſuerunt, qui quondam Apoſtoli nominabantur. Hierony. *in epiſt. ad Titum*. In Actibus Apoſtolorum ſcriptum eſt, quod cum veniſſet Apoſtolus Miletum, & vocavit Presbyteros Eccleſiæ ejuſdem, quibus poſtea inter cæteros ſit locutus: *Attendite vobis &c.* & hic diligentius obſervate, quomodo unius Civitatis Epheſi *Presbyteros* vocans, poſtea *eoſdem Epiſcopos* dixerit.

(m) Hieronym. *rel. in Can. 5, diſtinct. 95*. Antequam Diaboli inſtinctu ſtudia in Religione fierent, & diceretur in populis, *Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ*, communi Presbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam vero unuſquiſque eos, quos baptizaverat, ſuos putabat eſſe, non Chriſti, in toto orbe decretum eſt, ut unus de Presbyteris ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret, ut Schiſmatum ſemina tollerentur.

xandrinum commemoras? quaſi vero Apoſtolicorum horum virorum curæ, vigiliæ, contentiones Cretenſium, Epheſiorum, Alexandrinorum mœnibus ſeptæ, & incluſæ non etiam ad Corinthios (*II ad Corinth. VII*, 7, 15.), Macedonas (*ad Tit. III*, 12.), Dalmatas (*II ad Timoth. IV*, 10.), Romanos (*II ad Timoth. IV*, 8.), Aquilejenſes, Venetos, (*n*) aliaſque gentes exiliverint? Non enim eos illis Eccleſiis alligaverant, ſed ſuorum laborum ſocios (*o*) in Chriſti doctrina ubique evulganda, in Eccleſiis fundandis, in Domini opere faciundo Apoſtoli ſibi adſciverant. (Vid. Paul. *Epiſt. I ad Corinth. IV*, 17, *ad Philip. II*, 22, *I ad Cor. XVI*, 10.)

§. V. Non me latet, Jacobum Hieroſolymorum, Joannem Epheſi, Petrum primum Antiochiæ, deinde Romæ

(n) Marcus Aquilejenſem Eccleſiam primo fundavit, eique Romam accitu Petri diſceſſurus S. Hermagoram civem Aquilejenſem præpoſuit. Maritimum iter ingreſſus recta navigat in Paludes, ubi nunc Rivaltina, ſeu Veneta civitas conſtructa dignoſcitur, cui etiam tunc Rivoaltus nomen erat; quo cum perveniſſet, & naviculam urgente vento ſubduxiſſet, rapitur extra ſe, atque ita ſenſibus alienatus videt Angelum dicentem ſibi: *Pax tibi Marce. Hic requieſcet corpus tuum*. Timenti vero, ne naufragium pateretur, adjecit Angelus: *Ne timeas Evangeliſta Dei, quia adhuc tibi grandis via reſtat, multaque te pro Chriſti nomine pati. Poſt vero paſſionem tuam circumvicinarum regionum devoti, & fideles populi Infidelium crebras perſecutiones declinare volentes, hic magnificam Urbem fabricabunt, & corpus tuum denique habere merebuntur, quod ſumma veneratione colent, tuiſque meritis & precibus plurima beneficia conſecuturi ſunt*. Sed cum poſtea Judæi edicto Claudii Cæſaris Roma pellerentur, Marcus quoque una cum Petro migrare inde coactus fuit. Hac occaſione Petri imperata faciens in Ægyptum ſe contulit, ut ſcriptum ab ſe Evangelium prædicaret, atque id populis traderet, quod ab ordinatore Petro ſuſceperat. Ac primum quidem Cyrenem, unde oriundus dicitur, veniens, plurimos per Baptiſmum Chriſto initiavit. Tranſtulit ſe inde Alexandriam, ubi tam multi ejus opera divinam Chriſti legem amplexi ſunt, ut eorum numero, & virtutibus permota Civitas in ipſum tamquam Numinum everſorem conjuraverit. Itaque vim declinandam ratus, Aniano, quem ad omnem pietatis rationem inſtituerat, Epiſcopo creato, ſeceſſit, & Cyrenem remigravit. Biennio tranſacto Alexandriam reverſus, gaudio ingenti a fidelibus exceptus eſt, gaudens ipſe quoque Chriſtianorum numerum quotidie plus augeri, eoſque tanta inter ſe charitate conjunctos vivere, ut quemadmodum Hieroſolymis, ita Alexandriæ omnia haberent communia. Poſt hæc Romam repetiit, & Petri, ac Pauli Martyrio præſens adfuit. Cum Roma decedens Alexandriam rediiſſet, Ethnicos jam exacerbatos, quod eorum Idola Chriſtiani dériderent, inſtaurata impenſius Evangelii prædicatione ita accendit, ut extremum vitæ diſcrimen ſubiret. Sand. *Hiſt. Apoſt. p.* 322, & *ſeq.* ex Dandulo *in Chronico l.* 4, *c.* 1, ex Muratorio *Tom.* 12 *Rer. Ital. p.* 13, 14, 15, ex monumentis aliis illuſtratis a Joan. Franciſco Maria Bernardo de Rubeis *c.* 1, ex S. Leone *Epiſt.* 11, *alias* 81, *pag.* 220, *Edit. Lugd.* 1700, *in fol.*

(o) Boeh. *ad Plin. Secund. & Tertull. Diſs. VIII*, §. 9. Ajunt Timotheum fuiſſe Epiſcopum (Epheſinum), idque conſtare ex ſubſcriptione Epiſt. II ad Timotheum, quæ ita ſe habet: *Scripta eſt Romæ ſecunda ad Timotheum, primum Epiſcopum ordinatum Eccleſiæ Epheſinæ &c.* Verum hæc ſubſcriptio dubiæ fidei eſt, cum in pleriſque Codicibus tantum ita formata reperiatur: *Scripta eſt Romæ ad Timotheum ſecunda &c.* adeoque exinde nihil ſolide concludi poteſt. (Fuit Timotheus vere Epiſcopus, ſed non Epiſcopus *proprius certæ Eccleſiæ*.) Nec ullo idoneo teſtimonio probari poteſt, eum Eccleſiæ Epheſinæ tamquam *proprium* Epiſcopum præfuiſſe. Habuit Paulus muneris ſui ſocios, quales fuerunt inter plures alios Titus, & Timo-

mæ Epiſcopum ab antiquis Patribus paſſim vocitari. Verum hi ipſi Sancti Patres quid ſibi eo loci velint (late enim patet hujus *Epiſcopi* nominis vis) non ſatis declarant. Numne illarum Eccleſiarum ita dicuntur Epiſcopi, ut in iis Eccleſiis aliis interea Epiſcopis locus eſſe non poſſet? An vero ita vocantur Epiſcopi, ut doceamur, eorum Prædicationem in iis præcipue enituiſſe regionibus, cæterum non plus Juris Jacobo v. g. in Hieroſolymam & Judæam tributum fuiſſe, quam Philippo in Galatas, Andreæ in Scythas, Bartholomæo in Indos, Thomæ in Parthos, nimirum haſce Provincias iis obtigiſſe, quas prædicatione luſtrarent, ac Evangelii luce perfunderent? Alterum ut credam, permulta ſane faciunt.

§. VI. Ac primum quidem peto abs te: Quis illos earum Eccleſiarum conſtituit Epiſcopos? Nam nemo ſibi ſumit honorem. (D. Paulus *ad Hebræos V.*) Chriſtus Dominus, inquies. Univerſæ Eccleſiæ *communes*, do: at *proprios*, ita ut ab eo agro excolendo alios prohibere poſſent, quis eos conſtituit? Euge ad te, inquam. Unum Jacobum modo nomino. Quis hoc jus (*privativum* Scholæ appellant, quo jure *proprii* Epiſcopi ab *communibus* ſecernuntur) illi tribuit? Apoſtoli. At unde id habes? Ab Athanaſio (*in Synopſi Tom.* 2, *pag.* 155). At ille unde reſcivit? Nam Epiphanius (*Hær.* 78, §. 7.) non ab Apoſtolis, ſed a Chriſto ipſo Jacobum Hieroſolymorum Epiſcopum deſignatum fuiſſe clamat. Hunc igitur ſequamur. Licet ne? Negat Clemens Alexandrinus; (apud Euſebium *l.* 3 *Hiſt. Eccleſ. c.* 1.) & a Petro, Jacobo Majore, & Joanne dumtaxat hunc honorem Jacobo Minori delatum eſſe contendit. Quid nos interim? Temeritatis certe notam effugere nobis videmur, ſi in tanta Patrum diſſenſione nemini credimus, & Jacobum Apoſtolum perinde Hieroſolymorum Epiſcopum, ac alios Apoſtolos earum, quas ſortiti ſunt, provinciarum Epiſcopos, fuiſſe dijudicamus.

§. VII. Quid ſi palam faciam, Hieroſolymam, atque Judæam triginta illos annos, (*p*) quibus illis præfuiſſe dicitur, aliorum etiam Apoſtolorum prædicationi patientem aurem commodaſſe? Nam cum Jacobi Epiſcopatus deſinat in annum ſexageſimum

motheus, quem poſteriorem proinde nominat ſuum cooperatorem *συνεργὸν Roman. XVI*, 21. Hactenus in peregrinationibus a latere Pauli fuerat *Act. XVI*, 3, *ſeq.* & quia hic multum zelum in eo deprehenderat, non certæ Eccleſiæ eum præficiebat, ſed gravius munus ei imponebat *II Timoth. I*, 6, ut vices ſuas ipſe in Eccleſiis obire, & munus Apoſtolicum exercere deberet. Hoc ſatis clare fatetur *I Theſſal. III*, 1, 2: *Propter quod non ſuſtinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis, ſolis, & miſimus Timotheum Fratrem noſtrum & miniſtrum Dei in Evangelio Chriſti ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide veſtra* . . . . Cum ergo Apoſtolicum munus gereret, ſimul quoque cum Paulo ad Eccleſias litteras dabat: *II Theſs. I*, 1, Presbyteros hinc inde in Eccleſiis conſtituebat per manuum impoſitionem juxta præſcriptam a Paulo normam *I Timoth. III*, 8, *V*, 9, in cæteris denique curam Univerſalem more Apoſtolico gerebat . . . . Sic quoque de Tito dicendum eſt, eum Epiſcopum quidem fuiſſe non certæ Eccleſiæ proprium, ſed delegatum Apoſtoli Vicarium, & ejus poteſtate, & vice omnia egiſſe, Presbyteroſque conſtituiſſe, certæ Sedi perpetuo haud affixum, uti tota Epiſtola *ad Titum* docet.

(p) Hieronym. *de Script. Eccl. c.* 2.

mum tertium æræ Chriſtianæ (*q*), illius exordium ab anno trigeſimo tertio capiamus oportet. At Apoſtoli certe nonniſi poſt baptizatum a Petro Centurionem Cornelium, h. e. poſt annum trigeſimum quintum (*r*), ex Judæorum Regione profecti ſunt, nec antea ſuſceperant (ut verbis magni Leonis utar *Serm.* 80, *c.* 3.) *imbuendum Evangelio Mundum diſtributis ſibi terrarum partibus*. Quid quod ipſa Jacobi Epiſtola, ſcripta anno quadrageſimo quinto, *duodecim tribubus, quæ erant in diſperſione*, h. e. ut Baronius explicat, *Judæis omnibus; qui in diverſis orbis regionibus habitarent*, innuere nobis certe videtur, ejus cogitationes non in una Hieroſolyma, aut Judæa ſe ſe continuiſſe, ſed ad alias etiam oras, parteſque terrarum pertigiſſe? Quæ ſane omnia ſatis oſtendunt, Jacobum non proprium, ac peculiarem Hieroſolymorum, aut Judææ, ſed univerſæ Eccleſiæ, omniumque Eccleſiarum communem Epiſcopum fuiſſe, ita tamen ut præcipue apud Hieruſalem & Judæam Chriſti legatione fungeretur.

§. VIII. Quod de Jacobo, id etiam de Joanne dictum volo, nimirum illum non Epheſinæ præfuiſſe Eccleſiæ uti *proprium*, peculiaremque ejus Eccleſiæ Epiſcopum, ſed veluti Paulus ibi olim & Petrus, ita etiam Joannem complures in minore Aſia Eccleſias inſtituiſſe, eaſque præceptis, doctrina, & ſcriptis muniiſſe, ac conſtabiliiſſe. Nec mora, quam Joannes Epheſi traxit, impedimento fuit, quominus etiam Timotheus uno, eodemque tempore Epheſinam aliaſque curaret Eccleſias. Quis vero ea concoquat, quæ Acta Martyrii Sancti Timothei narrant, (apud Bollandum *ad diem IX Kal. Feb.*) Joannem ab exilio reducem in Epiſcopatu Epheſino Timotheo mortuo ſucceſſiſſe, atque ita Apoſtolum diſcipulo ſucceſſorem faciunt, quod quam abſurdum ſit, quam abſonum, prorſuſque incredibile, nemo non videt.

§. IX. Venio ad D. Petrum, cujus cauſa hæc a me inſtituta oratio eſt. S. Petrus plurimas certe inſtituit Eccleſias, & licet omnium primam Hieroſolymitanam inſtituiſſe dicatur (*ſ*), atque etiam Hieroſolymis aliquot annos moram duxerit, nemo tamen ideo Petrum Hieroſolymorum *proprium* Epiſcopum unquam appellavit. Cur vero Antiochenæ primum Eccleſiæ, deinde Romanæ Epiſcopus vocetur, prorſus non aſſequor; (*t*) niſi fortaſſe ut intelligamus,

(q) Vid. Euſeb. *in Chron. ad an.* 63, Hieronym. *de Script. Eccl. c.* 2.

(r) S. Chryſoſtomus *in Matth. hom.* 20. Apoſtoli primo Judæis prædicaverunt, longoque temporis ſpatio cæſi, & flagellati in Judæa manentes, ac demum ab ipſis propulſi in gentes profecti ſunt.

(ſ) Vid Selvagium *Antiq. Chriſtian. l.* 1, *c.* 3. Nos vero, ad Hieroſolymitanam Eccleſiam quod attinet, aliter ſentimus. Vid. Quæſt. III, prope calcem

(t) Mamachius *O. & A. Chriſtianarum l.* 4, *pag.* 591, *Tom. V.* Sed Proteſtantes plerique omnes, qui iter Petri Romanum, coacti veterum auctoritate confeſſi ſunt, ne quid Catholicis conceſſiſſe viderentur, quod novis Lutheranorum, Calvinianorum, Zuingſianorum, Socinianorumque factionibus detrimento eſſet; nihil nos proficere dixerunt poſſe, niſi illuſtribus documentis demonſtraverimus, ſummum illum Apoſtolum fuiſſe etiam Epiſcopum Romanum. Id vero non modo non demonſtrari, ſed ne conjecturis quidem fieri cuiquam veriſimile poſſe jactant. In his autem numerantur Martinus inſtitutor ille, princepſque Sectæ Lutheranorum, ejuſque Sectatores, ut cæteros omittam, quos, cum de itinere Petri

mus, Petri virtutes majus Antiochiæ & Romæ, quam in aliis Regionibus ſpectaculum de ſe edidiſſe; quin tamen hæ Urbes majorem ac aliæ a Petro curam ſuo ſibi jure poſſent repoſcere, aut ipſe plus in hiſce, quam in aliis regionibus poteſtate, & imperio valuiſſet. Atque hoc eo fidentius affirmo, quod certo ſciam, per id tempus, quo Petrus Antiochiæ ſediſſe dicitur, alias etiam Provincias, Pontum, Aſiam, Bithiniam, Cappadociam ab eo luſtratas fuiſſe, & viginti quinque illos annos, quibus Romanam fertur rexiſſe Eccleſiam, longum

---

tri Romano differerem, nominavi, Joannes Henichius, Thomas Ittigius, Salomon Deylingius, Calvinianique, quorum paragrapho ſuperioris capitis ſecundo meminimus, in primiſque Joannes Baptiſta Bruſſetius in ea, quam Præſide Salomone Van-Tilio defendit *de Petro Romæ Martyre, non Pontifice*, Diſſertatione. Non diſcrepat ab his Dodvvellus homo alioqui de Secta Epiſcopalium. Sed modum faciam. Omnes enim numerare longum eſſet. Una autem Catholicorum omnium ſententia eſt, fuiſſe non verbo ſolum, ſed revera etiam Epiſcopatu Romano perſunctum Petrum. Nam Harduinum, qui aut neget, aut dubitet, prætermitto. Notum eſt hominis ingenium, cui vix in hiſtoria quidquam, quod præ ſe ſpeciem non ferret novitatis, placebat. Aſſentiri autem videntur noſtris Britannorum ex ea Secta nonnulli, quos Epiſcopales, ob ſuſceptam defenſionem Epiſcoporum dignitatis vocant. In horum numero ſunt Pearſonus, Hammondus, aliique. Hi contendunt Petrum Romanam Eccleſiam inſtituiſſe, & Romanos Pontifices Petri eſſe Succeſſores. At Petrus potuit Romanam Eccleſiam inſtituere, quin ipſe Romanæ Eccleſiæ eſſet Epiſcopus. Nam ſi Petrus Epiſcopus Romanus dici debeat, quod Romanam fundavit Eccleſiam, cur non etiam Ponticus, cur non Cappadox &c. Epiſcopus dicendus erit? Romanos autem Pontifices Petri eſſe Succeſſores, quin Petrus Epiſcopus Romanus fuerit, jam a nobis demonſtratur.) Qui enim veteres Romam periiſſe Petrum aſſerunt, Romanamque Eccleſiam conſtituiſſe, iidem ipſum vere, proprieque Romanum Antiſtitem fuiſſe affirmarunt. Veniſſe autem Petrum Romam adverſarii tot, tantorumque teſtium auctoritate victi confitentur. Epiſcopum igitur Romanum eumdem fuiſſe fateantur neceſſe eſt. Nam *ut facti*, quod ajunt, hiſtorici iter Petri Romanum eſt, ita eſt hiſtorici *facti* Epiſcopatus Romanus Petri. In *facto* vero itineris conſtituendo mirifice valet, inimicis noſtris fatentibus, veterum auctorum conſenſio. Quare valebit in aſſerendo etiam Epiſcopatu Romano Petri. Si Mamachius hac in re non pingui egiſſet Minerva, ſed diligenter expendiſſet dicta eorum Patrum, qui aſſeruerunt iter Petri Romanum, comperiſſet ea non adeo perſpicue teſtari Romanum Petri Epiſcopatum, uti mox videbimus.) Teſtes adventus Petri ab adverſariis appellantur Scriptores ſecundi, inſequentiumque ſæculorum. Jam vero in Scriptoribus ſecundi, tertii, quarti, quinti, inſequentiumque ſæculorum numerantur Cajus Presbyter, auctor carminum contra Marcionem, Euſebius, Hieronymus, Optatus, Auguſtinus, Sulpicius, Auctoreſque Catalogorum Pontificum. Atque Cajus, ſeu quiſquis ille eſt, qui contra Artemonem ſcripſit, floruitque extremo ſecundo, ineunteque tertio ſæculo, ſucceſſionem Romanorum Antiſtitum a Petro repetens, Petrum Epiſcopum oſtendit fuiſſe Romanorum. Sic vero habet apud Euſebium *l.* 5 *H. E. c.* 28, de Victore: *Tertius ac decimus a Petro fuit Romæ Epiſcopus*. (Hiſce verbis nil aliud confici poteſt, quam Petrum fundaſſe Eccleſiam Romanam. Nam Cajus ab ipſo fundatore, h. e. ab initio Eccleſiæ Romanæ, Romanorum Epiſcoporum ſeriem repetens, Victorem XIII Epiſcopum Romanum fuiſſe animadvertit. Quamquam illud etiam dici poſſe videtur, Cajum ibidem non tam Epiſcoporum Romanorum, quam Summorum Pontificum ſeriem contexere; cum omiſſo Lino, qui juxta nos Epiſcopus tantum Romanus fuit, non vero Pontifex Summus, Victor numerum decimum tertium Summorum Pontif. Rom. expleat. I Clemens. II Cletus. III Ana-
cle-

gum tempus ab ea abfuiſſe . Nam ut omittamus quinque illos annos , quibus ob edictum Claudii Imperatoris exulare coactus fuit , quis credat & illo ſeptennio ante Claudii edictum , & treſdecim illis annis poſt ſuum in Urbem reditum , Romanam Civitatem ſibi tamquam cuſtodiam , & carcerem aſſignaſſe , quaſi toto illo tempore ex ejus portis non exceſſerit , & ad alias Occidentis Regiones animum , mentemque non converterit ? Neque veroſimile eſt , Petrum in Italiam , atque in Occidentem veniſſe , ut Romanam peculiarem Eccleſiam tantummodo inſtitue-

---

cletus . IV Evariſtus . V Alexander . VI Sixtus . VII Teleſphorus . VIII Hyginus . IX Pius . X Anicetus . X Soter . XII Eleutherius . XIII Victor .) Accedit autem carminum adverſus Marcionem Scriptor , quem æqualem Tertulliani temporum fuiſſe arbitror . *Hac cathedra , Petrus , qua ſederat ipſe , locatum , Maxima Roma Linum primum conſidere juſſit* . (Ipſe Auctor horum carminum teſtatur Linum primum fuiſſe Epiſcopum Romanum verbis illis , *Linum primum conſidere juſſit* . Verba autem illa , *qua ſederat ipſe Petrus* , commodius explicari poterunt , ſi dicamus , Petrum in ea Cathedra docuiſſe , ac prædicaſſe tum cum Eccleſiæ Romanæ gubernatio erat penes Presbyteros , nullo adhuc conſtituto *peculiari ac proprio* Epiſcopo .) Quod ſi Tertulliani quoque auctoritate pugnandum eſſet , hujus item huc eſſe conſtaret propenſiorem opinionem , qui in libro *de Præſcript.* hæc habet *c.* 32 : *Edant ergo heretici origines Eccleſiarum ſuarum , evolvant ordinem Epiſcoporum ſuorum , ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem , ut primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis , vel Apoſtolicis viris , qui tamen cum Apoſtolis perſeveraverit , habuerit auctorem , & anteceſſorem . Hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt ; ſicut Smirnæorum Eccleſia Polycarpum ab Joanne collocatum refert , ſicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum itidem . Perinde utique & cæteræ exhibent , quos ab Apoſtolis in Epiſcopatum conſtitutos Apoſtolici ſeminis traduces habeant* . (Mamachium Mamachio refello , utarque ipſiſſimis ejus verbis , quæ habentur hoc ipſo T. I, p. 389 : *Ego vero his argumentis moveri eorum exiſtimo poſſe neminem , qui ſciant , quæ cauſæ Tertullianum , hæc ut ſcriberet , impuliſſent . Ille enim hæreticos repreſſurus , non qui APOSTOLI Epiſcopatum Romanum tenuerint , ſed qui Epiſcopi Eccleſiis ab APOSTOLIS præfecti fuerint , quique EPISCOPIS eiſdem ſucceſſerint , oſtendere conſtituerat* . Cæterum ex hoc Tertulliani loco conficitur , Petrum non fuiſſe Eccleſiæ Romanæ *proprium* Epiſcopum . Nam Tertullianus ibidem duas illas Eccleſias *Romanorum & Smyrnæorum* inter ſe comparat ; quemadmodum igitur Joannes non fuit *proprius* Epiſcopus Eccleſiæ Smyrnenſis , ita neque Petrus Romæ .) De Euſebio ſatis dixi , quo loco Epiſcopatu Romano nunquam potitum fuiſſe Paulum demonſtravi . (Vide ut ſibi crura ſuffringat Mamachius ; audi quæ dicit *pag.* 394 , *T.* 5 , *Not. I.* Euſebius *in* III *H. E. l.* 21 : „ *Clemens tertius & ipſe POST* „ *PAULUM , AC PETRUM inter Epiſcopos* „ *Romanæ Eccleſiæ promotionis ordine nume-* „ *ratus* ; libro autem 4 , *c.* 1 , p. 121 . „ *Quintam A PETRO , & PAULO ſuc-* „ *ceſſionem obtinens Epiſcopatum ſuſcipit* „ *Alexander* ; & *l.* 4 , *c.* 5 , *p.* 124 : *Se-* „ *ptimus ab Apoſtolis Teleſphorus* . Quid „ igitur ? An hinc efficient , Paulum fuiſſe „ Epiſcopum Romanorum ? Mihi vero ni- „ hil videtur minus . Nam Euſebii hæc „ fuit ratio , non ut Apoſtolos , qui ali- „ qua in Urbe degiſſent , Epiſcopos ejuſ- „ dem urbis fuiſſe ; ſed ut his verbis : *ſe-* „ *cundus* , vel *tertius* , vel *quartus* &c. ab „ Apoſtolis : prædicaſſe Apoſtolos ipſos ea- „ dem in Urbe , Eccleſiam amplificaſ- „ ſe , Epiſcopoque ei præfeciſſe oſtende- „ ret . “ Hæc Mamachius , quæ ſi Paulum ab Romano Epiſcopatu excludunt , excludere debent & Petrum . Ne multa faciam , atque ut uno me expediam verbo , ea omnia teſtimonia , quæ hic congerit Mamachius ad Romanum Petri Epiſcopatum fabricandum , corruunt iis ipſis argumentis ,

Digitized by Google

tueret, alias autem Occidentis regiones prædicatione minime obiret (*u*).

§. X. Verum ut de tota re meam libere ſententiam expromam, ego pace Scriptorum omnium ita ſtatuo: Cum Divus Petrus Antiochenam fundavit Eccleſiam, quod contigit anno trigeſimo ſeptimo, non ſtatim ei Epiſcopum præfecit, ſed ſolummodo Presbyteros præpoſuit, (inter quos memoratu digni Evodius, & Ignatius) eiſdemque uſque ad annum circiter quinquageſimum ſeptimum eam gubernandam permiſit. Quo autem tempore decretum fuit, (ut verbis S. Hieronymi utar) ut unus Presbyterorum cæteris dignitate anteſtaret, ad quem Eccleſiæ cura omnis pertineret, ut ſchiſmatum ſemina, & ſtirpes eliderentur, tunc ſolum, nimirum circa annum quinquageſimum ſeptimum, (quo etiam anno, aut non multo poſt, Simonem Hieroſolymitanæ, Anianum Alexandrinæ, Oneſimum Epheſinæ datos invenio) Evodium Antiochenæ Eccleſiæ præfectum fuiſſe exiſtimarim, qui ei tamquam ſuus ſuæ præfuit uſque ad annum ſexageſimum octavum, eique vita functo ſuffectum eſſe S. Ignatium, qui eam uſque ad annum 107 adminiſtravit. Atque ita facili negotio dirimitur lis inter Evodium, & Ignatium, uter primus Antiochenus Epiſcopus fuerit, neque ad Patres hac de re conſociandos neceſſe eſt, ut ad Baronii aram confugiamus, dicamuſque utrumque eodem tempore Epiſcopum factum, Evodium a D. Petro, Ignatium autem a D. Paulo, ut alter Judæis, alter Ethnicis ad veræ Religionis cultum converſis inter ſe ſecundum morem diſſidentibus præeſſet; nam Scriptorum, & Patrum effata inter ſe optime conciliantur, ſi ponamus Evodium, & Ignatium primo ſimul una inter Presbyteros ſediſſe tum, cum Antiochenæ Eccleſiæ cura Presbyterorum Collegio mandata erat; poſtquam vero ſingulis Eccleſiis ſingulos Epiſcopos dandos eſſe ſancitum fuit, tum primum S. Evodio Divum Petrum Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopalia jura contuliſſe; in Evodii autem locum, qui anno 68 mortem cum immortalitate commutavit, Sanctum Ignatium ab ipſo Petro, qui nonniſi anno ſexageſimo nono Æræ Chriſtianæ vitam poſuit, fuiſſe ſubſtitutum. Quare jure, ac merito Theodoretus clamet: *De illo Ignatio omnino audiſti, qui per magni PETRI DEXTERAM Pontificatum ſuſcepit*; & Felix III Romanus Pontifex in ea Epiſtola, quæ ad Zenonem Imperatorem data fuit, atque in Synodo V Œcumenica recitata eſt, teſtetur per me licet, *Ignatium DEXTERA PETRI eſſe ordinatum Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopum*; atque Euſebius etiam quantum poteſt voce contendat, *Evodium fuiſſe primum Antiochiæ Epiſcopum, ſecundum Ignatium, qui illis temporibus multum hominum ſermone celebratus fuit*: nihil enim impedio.

§. XI.

tis, quibus ille utitur ad Romanum Pauli Epiſcopatum evertendum. Vide ipſum Mamachium *T. V, a pag.* 368, *uſque ad pag.* 403.

(u) Innocent. I *ad Decent. Eugub. epiſt.* 25, *num.* 2. Manifeſtum eſt, in omnem Italiam, Gallias, Hiſpaniam, Africam, atque Siciliam, & inſulas interjacentes nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos *Venerabilis Apoſtolus Petrus*, aut ejus ſucceſſores inſtituerint ſacerdotes. *Aut legant, ſi in provinciis alius Apoſtolorum invenitur, aut legitur docuiſſe.*

§. XI. Re inter Antiochenos compoſita, ad Romanos veniamus, & uter prior ad Romanæ Eccleſiæ gubernacula ſederit, Linus ne, an Clemens, excutiamus. Ego vero facillime hanc etiam controverſiam tolli poſſe exiſtimarim, ſi ſtatuamus, Divum Petrum, cum Romanam inſtituit Eccleſiam, nulla majore, quam alias, dignitate illam ornaſſe, eamque primo non ſecus ac ſingulas alias Eccleſias Presbyterorum curæ, ac fidei concrediſſe, poſtea vero, anno ſcilicet quinquageſimo ſeptimo, Lino ad Epiſcopatum evecto Romanæ rei procurationem tradidiſſe, qui eam geſſit uſque ad annum ſexageſimum ſeptimum; Lino autem ex hac vita decedenti Clementem ſubrogaſſe, qui ſuſceptam provinciam duobus annis Petro adhuc ſuperſtite accuravit. Cum vero Petrus diem extremum ſibi adeſſe ſenſit, divinitus admonitus S. Clementem, quem poſt Lini mortem biennio antea Romanæ Eccleſiæ Epiſcopum juſſerat, ſibi nunc in Eccleſia Catholica ſucceſſorem renuntiavit; quo quidem facto non tam S. Clementem, quam Romanæ Eccleſiæ Epiſcopatum, ideſt non tam *perſonam Phyſicam*, quam *Perſonam Moralem* (ut Scholarum verbis utar) ſibi perpetuo ſucceſſuram ſublegit, Romanumque Epiſcopum cæteris antea parem, omnium poſtea Caput, ac Principem utpote ſui ſucceſſorem, renuntiavit.

§. XII. Atque ita ſane & Chriſtianæ Eccleſiæ indoli reſponſum, & pluribus incommodis obviam itum eſt. Nam hinc Eccleſiæ indoles depoſcebat, ut ea omni tempore ſuos Pontifices haberet, qui non ab hominibus creati, verum ab ipſo Deo dati alii ex aliis continenter quodammodo propagarentur; illinc autem verendum erat, ne hujuſmodi ſucceſſio hæreditaria quandoque fieret, neve ab ordine Melchiſedech ad Aaronis ordinem deflecteret, cum Pontifices ſinguli in ſucceſſore ſibi deſignando non ſemper Religionis, non Eccleſiæ, ſed ſanguinis, ſed nepotum rationem aliquando eſſent habituri. Sapientiſſime igitur Petrus, ac divina profecto motus vi non Perſonam *phyſicam*, ſed *moralem*, non Clementem cito defuturum, ſed Romanum Epiſcopum omne in ævum manſurum, Summum gentium Chriſtianarum Præſidem delegit, qui Epiſcopus Romanus ad Eccleſiaſtici clavum hac via divinitus admotus, proindeque nullius ipſe humanæ *Confirmationis* indigens alios Eccleſiarum Præſides vel ſuis ipſis manibus, vel Vicariorum ſuorum ope aut eligit, aut electionem aliis permiſſam ratam habet, ita ut vere dici poſſit, electionem Sacrorum Antiſtitum non ab hominibus, ſed a Deo curſum ſuum auſpicatam eundem ſemper tenuiſſe. Hinc Summos Pontifices Deceſſorum ſuorum non aliorum quam Petri ſucceſſores nominitamus; hinc non ſolum Summus Pontifex, ſed Romana etiam Eccleſia aliarum omnium Eccleſiarum (*x*) princeps, ac Magiſtra habita ſemper fuit; hinc etiam divi-

(x) Concilium Conſtantienſe damnavit hanc propoſitionem Wikleffi. *Non eſt de neceſſitate ſalutis credere, Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias Eccleſias.* S. Cyprianus *in epiſt. ad Cornelium*, Hieronym. *in Epiſt.* 57 *ad Dam.* Auguſtin. *in epiſt.* 43. *In Romana Eccleſia ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguit Principatus.*

divina providentia factum eſt, ut, cum aliæ Apoſtolicæ Eccleſiæ omnes interierint; hæc una ſemper duraverit, & ſummam adepta dignitatem eam uſque retinuerit; & licet Summi Pontifices Sedem ſuam mutaverint, tamen Pontificia dignitas ab Romana Eccleſia avelli nunquam potuit: quæ quidem omnia maximo ſunt argumento, Pontificatum non tam ipſi Epiſcopo Romano, quam Epiſcopatui Romano, ideſt Eccleſiæ Romanæ per Petrum divinitus fuiſſe collatum.

§. XIII. Qua in re divinam ſapientiam quæſo animadverte. Nam neceſſe erat, ut, cum Pontifices naturæ concederent, donec Pontifex alius ſubrogaretur interim eſſet, qui ex divino inſtituto univerſæ præeſſet Eccleſiæ; neceſſe (y) erat, ut cum ſucceſ-

(y) Boeh. *lib.* 3, *t.* 9, §. 11. Olim communi conſilio Presbyterorum Epiſcopos negotia Eccleſiæ diſpenſaſſe, omnemque poteſtatem Eccleſiaſticam exercuiſſe ſupra dictum eſt. Mortuo ergo, vel depoſito, vel abſente Epiſcopo, hæc cura Clero propria erat. Cum Marcion Sæculo II poſt mortem Hygini Sede vacante a Patre ſuo ob ſtuprum eſſet ejectus, Romam ſe contulit, *& ſtatim PRESBYTEROS adiens, ut in communionem ab iis admitteretur, fruſtra petiit*. Ephiph. *hær.* 42. Extincto, anno 250, Deciano furore, Fabiano, Clerus Romanus Sede vacante interim negotia Eccleſiæ direxit. Similiter Cypriano eodem tempore, cum jam ad Leones depoſtularetur, diſcedente, Clerus Carthaginenſis Clero Romano cauſas ſeceſſus ſui Prælati manifeſtaverat, quem in finem Clerus Romanus reſpondet Clero Carthaginenſi: *Et cum incumbat nobis, qui videmur præpoſiti, & vice Paſtoris cuſtodire gregem, ſi negligentes inveniamur, dicetur, quod & Anteceſſoribus noſtris dictum eſt, qui tam negligentes præpoſiti erant*. Ipſa Epiſtola Cleri Romani ad Clerum Carthaginenſem in operibus Cypriani *Epiſt. VIII. Edit. Oxon.* refertur. Varias poſtmodum ipſe Cyprianus dedit ad Clerum Romanum litteras *ad cauſam lapſorum* pertinentes. Ea tamen modeſtia Presbyterium, Sede vacante, ſibi utendum eſſe credebat, ut quæ differri poſſent, potius ſuſpenderet, quam temere perageret. Neque enim de Capituli poteſtate, & auctoritate ſtabilienda, & amplianda cogitabatur, ſed de ſalute Eccleſiæ. Ea de cauſa Clerus Romanus *epiſt.* 30 apud Cyprianum Edit. Ox. in hæc ſcribit verba: *Quamquam nobis differendæ hujus rei neceſſitas major incumbat, quibus poſt exceſſum nobiliſſimæ memoriæ viri Fabiani nondum eſt Epiſcopus propter rerum, & temporum difficultates conſtitutus, qui omnia iſta moderetur, & eorum, qui lapſi ſunt, poſſit cum auctoritate & conſilio habere rationem*. Addunt in fine ejuſdem Epiſtolæ: *Ante conſtitutionem Epiſcopi nihil innovandum putamus, ſed lapſorum curam mediocriter temperandam eſſe credidimus, ut interim, dum Epiſcopus dari a Deo nobis ſuſtinetur, in ſuſpenſo eorum, qui moras poſſunt dilationis ſuſtinere, cauſa teneatur &c.* Interim quæ commode differri non poterant, a Presbyterio ſedula fidelitate peragebantur, ad quod etiam Clerum Carthaginenſem adhortatur Cyprianus in ſeceſſu adhuc exiſtens *epiſt.* 14. *Ut vice ejus fungantur circa gerenda ea, quæ adminiſtratio religioſa depoſcit*.

(Ex monumentis, quæ hic affert Boehmerus, clare colligitur, Presbyterium Romanæ Eccleſiæ, nunc Collegium Cardinalium, eſſe Capitulum Eccleſiæ Univerſalis, & unum & idem corpus Eccleſiæ repræſentativum efformare cum Papa, qui ſit Caput, ipſi autem membra, eo modo quo in Epiſcopo, & Capitulo Cathedralis Eccleſiæ: quam ſententiam tueri videtur etiam Fagnanus in c. *cum olim de Major & Obed. ex n.* 3, *uſque ad* 62, una cum pluribus aliis Canoniſtis, ac ſignanter Oſtienſi. Magis vero acuta, quam vera eſt, ſententia Cardinalis de Luca, *Theat. l.* 3, *p.* 1, *de Juriſd. Diſc.* 116.) qui plures perſonas in Papa diſtinguens, contendit Collegium Cardinalium ſuccedere, Sede Pontificia vacante, in Juriſdictione ordinaria Epiſcopi Romani, Primatis Italiæ, Patriarchæ Occiden-

ſucceſſionis Pontificiæ auctor , dux , & rector Deus. ipſe ſit habendus , divinitus eſſet inſtitutus , qui Summum Pontificem inaugurare deberet . Si Petro non Epiſcopum ipſum Romæ , ſed Romanum Epiſcopatum ſucceſſorem das , nihil horum eſt , quod deſideres ; contra vero fac Divo Petro non Epiſcopatum Romanum , ſed perſonam ipſius Clementis ſucceſ- ſiſ-

tis, etque etiam Principis Status temporalis Eccleſiaſtici, non vero in Juriſdictione ordinaria Papæ , quatenus eſt Caput Univerſæ Eccleſiæ , Conſtitutioneſque Gregorii X., Clementis V, Pii IV , &c. reſtringentes ordinariam in Collegio Cardinalium, Sede vacante, Pontificis poteſtatem, intelligendas eſſe de ea poteſtate quam Summus Pontifex , uti Pontifex Univerſæ Eccleſiæ exercebat , non de ea, quam exercebat uti Patriarcha Occidentis , Primas Italiæ , Epiſcopus Romanæ Diœceſis . Magis , inquam , eſt acuta , quam vera hæc ſententia . Nam per Conſtitutiones Gregorii X, Clementis V , Pii IV , &c. plura ibi prohibentur Cardinalium Collegio , quæ non tam ad privativam Papæ poteſtatem pertinent , quam ad Jus Patriarchicum, Metropoliticum, Epiſcopale .E. g. Primo : Erectiones novarum Cathedralium , ſeu Metropolitanarum pertinent ad Jus Patriarchicum , eaſque ſibi reſervabant Patriarchæ Conſtantinopolitanus , Alexandrinus , Antiochenus , Hieroſolymitanus in ſuis Patriarchatibus eodem modo , quo Romanus in Patriarchatu Occidentis . Secundo : Cardinalium creationes pertinent ad Pontificem tamquam Epiſcopum Romæ ; nam quilibet Epiſcopus poteſt creare Parochos ſuæ Diœceſis , aliarumque Eccleſiarum in ſua Diœceſi ſitarum Miniſtros . Tertio : Epiſcoporum creationes pertinent ad Jus Patriarchicum , uti dicemus *lib. II.* Quarto : Electionum confirmationes pertinent ad Jus Metropoliticum uti dicemus *lib. III.* Cum igitur laudatæ Pontificum Conſtitutiones hæc omnia, aliaque hujus generis fieri prohibeant , Sede vacante , Collegio Cardinalium , non de una Papæ ordinaria, quatenus eſt Papa , loquutæ ſunt , ſed etiam de ea poteſtate ſunt loquutæ , quatenus eſt Patriarcha Occidentis, Metropolitanus Italiæ , Epiſcopus Romæ ; omnemque Poteſtatem Papæ Ordinariam & quatenus Papa eſt , & quatenus Patriarcha , Primas , Epiſcopus , in Cardinalium Cœtum Sede Pontificali vacante tranſire voluerunt, exceptis ſolummodo iis , quæ in memoratis Conſtitutionibus excipiuntur : nam exceptio firmat regulam in contrarium . Verum , inquies , in memoratis Conſtitutionibus tot , tantæque reſtrictiones apparent , ut Collegium Cardinalium , Sede vacante , deterioris conditionis ſit , ac minoris auctoritatis , quam quodlibet Capitulum aliarum Patriarchalium , Metropolitanarum , & Cathedralium Eccleſiarum . Hæ reſtrictiones fieri debuerunt neceſſario , ut *ſcilicet ita celeriter Papæ electio ſequatur , & ne alias Cardinales hac poteſtate , ac Juriſdictione allecti , differant concludere electionem*, ut ajunt Pius V, Clemens V, Gregorius X, in memoratis Conſtitutionibus . Cæterum Cardinalium Collegium Sede vacante ſuccedere in ordinariam Papæ poteſtatem etiam quatenus Papa eſt , docemur ex earumdem Conſtitutionum præſcripto , obſervantia , & praxi , juxta quas Sede Pontificia vacante non ceſſat poteſtas , & Juriſdictio ſacrarum Congregationum , & Pœnitentiarii , Camerarii , Vicarii , Auditoris Cameræ &c. nec non ſimilium . Congregationes non tam exercent ea , quæ pertinent ad Jus Patriarchicum , Metropoliticum , & Epiſcopale , ſed etiam ad Jus Pontificium , cujuſmodi eſt Congregatio S. Officii , Congregatio Concilii Tridentini , Congregatio Rituum , Congregatio de propaganda fide , Tribunal Rotæ Romanæ &c.)

Lucius Ferr. *Biblioth. V. Card. Art. V, num.* 23. Sede vacante non poteſt Cardinalium Collegium creare Cardinales , Gloſſa *in Clem. Ne Romani de Elect. V. poteſtatis* ; nec reſtituere , & habilitare Cardinales per Papam privatos , ſeu Depoſitos , ne quidem ad vocem *c. un. de Schiſmatic. in 6*, nec inſignia Cardinalatus tradere nuper creatis , eiſque os claudere , vel aperire *arg. c. ubi periculum, §. iidem quoque de Elect. & ex Clem. de elect. c. ne Romani* , eo vel maxime quod nulla talis urgeat neceſſitas , cum oris apertio & ſimilia ſimplices ſint cærimoniæ ,

ſiſſe; nec ſingulos adhuc Romanos Pontifices divinitus creatos, nec Eccleſiam, vacante Sede Pontificali, divino conſilio gubernatam fuiſſe nobis unquam evinces. Quid ſi Pontifices Romani non divinitus electi? Quemnam alium ex ſingulorum Epiſcoporum omnium numero mihi proferes, qui ſuæ Eccleſiæ divinitus præfectus dici poſſit? Ita ſi eſt, unum Eccleſiæ initium a Deo; ejus autem progreſſionem, perennitatemque ab hominibus repetis. Nam ut etiam Eccleſiæ continuatio, perennitaſque a Deo ſit repetenda, horum alterum neceſſe eſt, aut, ut quemadmodum Chriſtus Dei filius a Patre, Petrus a Chriſto Dei filio, Clemens a Petro, ita etiam Cletus a Clemente, a Cleto Anacletus, ab Anacleto Evariſtus, atque ita cæteri deinceps ſucceſſores a ſuis Deceſſoribus Pontificibus ſemper creati eſſent, ſicque alii ex aliis continenter prognati, quod factum non eſſe ex re ipſa conſtat; aut ut quemadmodum Dei filius ejus poteſtatis quam a Patre acceperat, Petrum in terris hæredem reliquit, ita Petrus Epiſcopatum Romanum perpetuo duraturum ſibi ſucceſſorem ſublegerit. At dum Cletum, Evariſtum, alioſque Pontifices ab unis hominibus, Petro atque Clementi ſucceſſores datos nobis narras, divinam Eccleſiæ continuationem abrumpis, humanamque nobis obtrudis.

§. XIV. Non dubito, quin omnis hæc

---

niæ, quæ ad ſubſtantiam electionis non pertinent, & Cardinales noviter electi vocem habeant in Electione ante aperitionem oris; nec poteſt Epiſcopos creare, & electos confirmare, nec jam creatos deponere; nec Beneficia conferre. Cardinales, Sede Vacante, nec in arduis ſe poſſunt immiſcere, niſi pro terra Eccleſiæ defendenda, & grandi evidenti periculo imminenti *c. 3, de Elect. in 6*, & expreſſe Pius IV, in Conſt. *In eligendis* §. 6. Cardinalium Collegium Sede vacante non poteſt gratiam aliquam, aut Juſtitiam facere, aut factam per Pontificem mortuum executioni demandare, ſed ea omnia futuro Pontifici reſervare tenetur. Sic Pius IV Conſt. citata. Duobus de Papatu contendentibus, & Generale Concilium convocare renuentibus, poteſt fieri convocatio a Collegio Cardinalium, quoniam cum ſint in poſſeſſione eligendi Pontificem, per conſequens ad eos ſpectant omnia, quæ ſunt conſequentia ad Electionem. Cardinalium Collegium poteſt, & debet intruſum in Papatu anathematizare, & extrudere *c. 9, Diſt. 79, & c. ubi periculum De Elect. in 6*. Cardinalium Legatorum officium non exſpirat per obitum Papæ, ſeu Sede vacante *c. 2, De Offic. Legati in 6*. Congregationum Cardinalium facultates ſunt perpetuæ, & non exſpirant per obitum Papæ, ſed etiam durant in tempus Pontificum Succeſſorum. Sixtus V, Conſt. *Immenſa* §. 3. Licet autem Congregationum Cardinalium facultates per obitum Papæ non exſpirent, tamen Sede vacante, Cardinalibus in Conclavi manentibus, debent conquieſcere, & dormitare quoad negotia illa, & cauſas, quæ in Congregatione expediuntur per ſubſcriptionem Cardinalis Præfecti, ſeu habentis ſigillum. Et ratio eſt, quia *in c. Ubi periculum, De Elect. in 6*; præcipitur Cardinalibus in Conclavi manentibus, ut accelerandæ electioni Summi Pontificis ſic vacent attentius, ut ſe nequaquam de alio negotio intromittant, exceptis duobus tantum caſibus, ideſt urgentis neceſſitatis pro terra Eccleſiæ, vel aliqua ejus parte defendenda, & grandis periculi imminentis. Congregationum autem Cardinalium negotia, quæ in communi forma a ſolo Secretario expediri ſolent, poſſunt etiam expediri Sede vacante. Et ratio eſt, quia in his negotiis, quæ a Cardinalibus non per ſe ipſos, ſed per Secretarium expediri conſueverunt, ceſſat omnino finis prohibitionis dicti *C. Ubi periculum*, ſcilicet ne Electionis negotium protrahatur, in quo grave imminet periculum.

hæc oratio minus veriſimilis, & probabilis eorum accidat palato, quibus nihil ſapit præter ea, quæ vel imberbes a ſuis magiſtris didicere; vel ab iis, quos volutarunt, libellis hauſere. Verum cum nullum Sanctorum Patrum interceſſorem habeat, non neminem immo adſtipulatorem, omnes vero inter ſe mira conſenſione conciliet, cum difficiles hac de re ſacrarum litterarum nodos expediat, ambages evolvat, laqueos extricet, cumque in nullum ſcopulum incurrat, nullas ſalebras pertimeſcat, in nullis difficultatibus hæreat, cum demum omnium adverſariorum conatus evertat, hæreticorum ictus retundat, controverſias omnes exſorbeat, non video, cur non gratiam initura ſit apud eos homines, quorum in judicando æquitatem non præjudicata opinio occupavit, non amor, non cupiditas prævertit, non odium, non invidia perſtrinxit.

§. XV. Ac primo quidem, ſi illud quod dictum eſt, mihi aſſentiris, & Chronologia omni ex parte ſecum ipſa conſentit, & Pontificum ſeries firmo nobis incedit talo. Fac enim Linum anno circiter quinquageſimo ſeptimo, Petro adhuc vivente, Romanæ Eccleſiæ præfecturam obtinuiſſe; illius Epiſcopatum ab Conſulatu Saturnini, & Scipionis produc ad Conſulatum Capitonis & Rufi, ideſt ad annum Chriſti ſexageſimum ſeptimum, Neronis Imperatoris decimum tertium. Lini locum, Petro etiamnum ſuperſtite, ſubeat Clemens, teneat uſque ad annum ſexageſimum nonum, quo anno Petri ex hac vita decedentis Cathedram conſcendat, Romanumque Epiſcopatum Pontificia dignitate cumulet, vitamque ſuam ponat Veſpaſiano Auguſto ſeptimum, & Tito Ceſare quintum Conſulibus, anno Chriſti ſeptuageſimo ſeptimo, ſui Pontificatus octavo. Clementem excipiat Cletus Pontifex Veſpaſiano octavum, & Tito ſextum Conſulibus anno 78, ejuſque vitam profer ad annum Conſulis Domitiani nonum; & Rufi primum, qui reſpondet anno Chriſti octogeſimo tertio; atque ita ſuus locus relinquitur etiam Anacleto, nec eſt, cur illum vel ex Pontificum albo expungamus, uti Valeſius, Bollandus, Natalis Alexander, Dupinus, Tillemontius, Pearſonius, vel cum Baronio, Pagio utroque, Scheltrato, Sandino ad Sæculum ſecundum protrudamus, rogemuſque alios Pontifices, ut ſe ſe coarctent, & perangustius ſe ſe ſtipent, locumque faciant etiam Anacleto. Neque vero hanc Pontificum ſeriem ex meo ingenio extundo, ſed ex Liberianis tabulis anno 354 conſcriptis, quas edidit Egidius Burcherius, quæ, cum & maximæ antiquitatis notam præ ſe ferant, & a Liberio Pontifice ſummorum virorum curis commendatæ fuerint, omnium quas ſequamur digniſſimæ eſſe videntur.

§. XVI. Nec ſi noſtram audis orationem, Patrum hac de re ſententiæ ſe ſe ſcindere, ac in contrarias partes fluere amplius videbuntur. Nam ſi Romanæ Eccleſiæ principatus uſque ad obitum Petri retardatur, illiuſque Epiſcopatus Lino interea, & Clementi uni ex alio tradatur, ſtatim habes Linum Romanæ Eccleſiæ Epiſcopum, deinde Clementem juxta Hieronymum, Irenæum, & omnes Græcos, quin S. Clemens proximus poſt Petrum Eccleſiæ Univerſalis Epiſcopus, & primus Petri ſucceſſor eſſe deſinat juxta Tertullianum, Rufinum, Latinoſque omnes Patres; nec neceſſe eſt, ut Bellarmini, & Baronii veſtigiis inhæren-

rentes ſentiamus, Petro vita functo, Clementem, quem ipſe Apoſtolorum Princeps Succeſſorem ſuum deſignaverat, modeſtia uſum de ſuo jure deceſſiſſe, nec quod Henrico Hammondo Presbytero Anglo *l.* 5, *c.* 1 ejus Operis, quo Epiſcopatus jura adverſus Davidem Blondellum, aliosque Presbyterianos propugnat, credamus ſomnianti, Sanctum Clementem præfuiſſe Judæis Romæ degentibus, eodemque tempore S. Linum & S. Anacletum unum ex alio Ethnicis catholica fide initiatis præfuiſſe; & Lino atque Anacleto vita functis, S. Clementem utramque Eccleſiam conjunxiſſe. Quod ſi aliquem ex Sanctis Patribus opinioni huic noſtræ patronum quæris, en tibi S. Epiphanius, qui *hær.* 27 hæc habet: *Poterant, viventibus adhuc Apoſtolis, Petro ſcilicet, ET PAULO, EPISCOPI ALII SUBROGARI, quod iidem illi prædicandi Evangelii gratia in alias Urbes, Regionesque profectionem ſuſciperent, carere autem Epiſcopo Roma non poſſet.* Neque ullum nobis negotium faceſſunt verba illa, *PETRO, ET PAULO SUBROGARI*, quaſi vero Petrus, & Paulus Romanæ Eccleſiæ *proprii*, & peculiares Epiſcopi extitiſſent. Nam fundatores Eccleſiarum ab ſe fundatarum Epiſcopi ſæpe appellantur, præcipue cum agitur de iis Eccleſiis, in quibus per aliquot annos nemo proprius Epiſcopus conſtitutus fuit, Presbyterorum Collegiis præfecturam gerentibus, & *communis* procuratio, quam vel Apoſtolus aliquis, vel vir Apoſtolicus earum Eccleſiarum interea loci ac temporis obibat, cum *proprio*, peculiarique confunditur. Ita D. Marcus primus Epiſcopus Aquilejenſis, primus itidem Epiſcopus Alexandrinus vocatur, ut de aliis taceam, qui, ſi *proprii* omnium, quas conſtituerunt Eccleſias, Epiſcopi revera fuiſſent, & Renuntiationum, & Translationum, & ſpiritualis Poligamiæ exempla complura in ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio nobis occurrent.

§. XVII. Verum enim vero hoc noſtrum ſyſtema magis quam alia omnia cum ſacris Litteris concinit. Nam quid eſt, quod D. Joannes in Apocalypſi, non uti Petrus, & Paulus Presbyteris & Senioribus, ſed mutata loquendi formula, Angelo (h. e. Epiſcopo) Smirnæ Eccleſiæ, Angelo Pergami Eccleſiæ, Angelo Eccleſiæ Thyatiræ, Angelo Eccleſiæ Sardis, Angelo Philadelphiæ Eccleſiæ, Angelo Laodiceæ Eccleſiæ litteras ſuas inſcribere jubeatur, niſi quod iis Eccleſiis, quibus epiſtolas ſuas ante miſerant Petrus, & Paulus, nondum ſuis ſuus erat Epiſcopus, illæ vero Eccleſiæ, ad quas ut ſcriberet, divinitus admonebatur Joannes (an. 97.) in ſui, propriique Epiſcopi clientelam jam conceſſerint? Quid eſt, quod etiam S. Ignatius (an. 107.) in ſuis ad Eccleſias Epiſtolis non amplius duos, uti olim Paulus, ſed tres Hierarcharum ordines in ſingulis Eccleſiis recenſet? Nam hinc Magneſianos hortatur *ut in concordia omnia agant*. 1, *Epiſcopo præſidente vice Dei*. 2, *Presbyteris loco Senatus Apoſtolici*. 3, *Diaconis quibus commiſſum eſt miniſterium Jeſu Chriſti*: illinc Philadelphios monet *ut* 1, *Epiſcopo attendant*. 2, *Et Presbyteris*. 3, *Et Diaconis*. Sed cur ante annum quinquageſimum ſeptimum in hanc loquendi ἀκονομίαν nunquam incurrimus? Dicendum igitur eſt, ante illud tempus Epiſcopos quidem fuiſſe, eosque Apoſtolos, aut viros Apoſtolicos, qui pro omnium Eccleſiarum incolumitate excubias agebant, at ſingulas Eccleſias ſuis, *propriisque*, quales poſtea habuerunt, habentque, Epiſcopis caruiſſe. Quid plura? Hac no-

noſtra doctrina comite, ac duce ex omnibus Aerianorum laqueis te te extricabis, atque ex omnibus Euripis, ſcopuloſiſque fretis nullo negotio enatabis. Inſurgit ne aliquis Calvini de grege porcus pro Iſotimia tamquam pro aris & focis dimicaturus, atque adverſus Catholicum dogma Paulinam ad Titum diſtringit epiſtolam, in qua Presbyterorum, atque Epiſcoporum munia, & decora prorſus exæquari videntur? Quid ita concidis animo? quaſi in promptu non habeas diſcrimen inter Titum virum Apoſtolicum proindeque veri nominis Epiſcopum, cui uni mandatur Presbyterorum ordinatio, & inter illos Presbyteros, (quos nomine tenus Epiſcopos etiam vocat) quorum Collegiis ſingularum Eccleſiarum rectio traditur ejuſmodi, qualem Eccleſiæ illius temporis *proprio* adhuc carentes Epiſcopo ſibi depoſcebant, qualemque poſtea ſuis, *propriiſque* adauctæ Epiſcopis, una addita ordinatione, exercuerunt. Certamen ne ille inſtaurat, Paulinamque ad Philippenſes ſalutem, *omnibus ſanctis in Chriſto Jeſu, qui ſunt Philippis cum Epiſcopis*, & *Diaconis*, illudque Lucæ Act. XX: *Attendite vobis* (o Presbyteri) *& univerſo Gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos* (*Inſpectores*) *regere Eccleſiam Dei*, in te intorquet? Tu illico hunc hominem jugulabis, ſi repones, Presbyteros hic etiam nomine tenus *Epiſcopos* dici, quinimmo tunc temporis *Epiſcopi* nomen ad unos Presbyteros adhæſiſſe, non caruiſſe Eccleſiam veris Epiſcopis, qui tunc Apoſtoli, Apoſtolicique vocabantur, qui, cum poteſtatem ſacrandi Presbyteros *uni* haberent, quantopere Presbyteris eminerent, quiſque videt, cum hi ab illis, non illi ab hiſce gignerentur.

Uno verbo: ſi Epiſcopos Univerſæ Eccleſiæ *communes* ab Epiſcopis *certarum* Eccleſiarum *propriis* diſtinguas, atque illos uno cum Eccleſia editos partu fatearis, horum vero natales parumper remoreris, (ſuperſtitibus tamen adhuc Apoſtolis (z)); atque interim (communium Epiſcoporum auctoritate incolumi) Presbyterorum Collegiis & nomen, & rem, eaque omnia permittas, (una dempta ordinatione) quæ poſtea Epiſcopi *certarum* Eccleſiarum *proprii* ſibi vendicarunt, ſtatim te, doctrinam tuam, tuaque omnia in vado collocabis.

FINIS JURIS PONTIFICII.

I N-

(z) Quod conſtituerunt Apoſtoli, quod dum viverent mandatum eſt executioni, quod poſtea ubique gentium conſtanter fuit obſervatum, Juris eſt Divini. Juenin. *De Sacram. Diſs. X, q. 1, c. 6.*

Digitized by Google

INDEX
QUÆSTIONUM.

PROŒMIUM.

QU. I.

Quid, & quotuplex eſt Jus? Pag. 1

QU. II.

Quis habet Jus legum ferendarum? 17

QU. III.

Leges indigent ne promulgatione? & qua? 21

QU. IV.

Leges pendent ne ex populi conſenſu? 23

QU. V.

Quid, & quotuplex eſt jus non ſcriptum? 26

QU. VI.

Quinam ſunt Libri, quibus continetur Jus ſcriptum, tum Eccleſiaſticum, tum Civile? 33

QU. VII.

Quid ſentis de Iſidoriana Decretalium Compilatione? 47

JUS PONTIFICIUM.

QU. I.

Quid eſt Hierarchia Eccleſiaſtica? 61

QU. II.

Regimen Eccleſiaſticum eſt ne Monarchicum, an Ariſtocraticum, an Democraticum? 64

QU. III.

Eccleſia Chriſti eſt ne Societas æqualis, an inæqualis? 66

QU. IV.

Quis habet Primatum in Eccleſiaſtica Hierarchia? 83

QU. V.

Quænam ſunt Primatus Jura? 97

QU. VI.

Quid ſentis de Oraculis, quæ S. Pontifex edit in re Fidei, ac Morum? 104

QU. VII.

Romanus Pontifex poteſt Univerſæ Eccleſiæ, vel omnibus Eccleſiis leges præſcribere? 111

QU.

QU. VIII.

Summus Pontifex poteſt ne Canones laxare in Univerſa Eccleſia, vel in omnibus Eccleſiis? 118

QU. IX.

Summus Pontifex quodnam jus habet pœnarum infligendarum? 127

QU. X.

Quodnam pœnarum genus Eccleſia proprium eſt? 137

QU. XI.

Quid eſt Excommunicatio? Et quotuplex? 143

QU. XII.

Quinam habent poteſtatem ferendi Excommunicationem, illiusque vinculum ſolvendi? 161

QU. XIII.

Excommunicatio quoſnam parit effectus? 176

QU. XIV.

Quid eſt Interdictum? 182

QU. XV.

Quid eſt Suſpenſio? 191

QU XVI.

Quinam ſunt Pontificis Maximi Conſiliarii, atque Adminiſtri? 197

QU. XVII.

Quid habes de Cardinalium Comitiis? ac primo de Conſiſtorio? 202

QU. XVIII.

Epiſcopi de rebus gravioribus referre ne debent ad Eccleſiam Romanam? 222

QU. XIX.

Quid habes de hodiernis Conſultationibus, atque Reſponſis? 233

QU. XX.

Quid narras de Congregatione S. Officii? 235

QU. XXI.

Quid habes de Congregatione Indicis? 244

QU. XXII.

Quid ſentis de Quarta Regula Indicis, qua ſacrorum librorum vernaculo ſermone editorum lectio prohibetur? 251

QU. XXIII.

Quid affers de Congregatione Concilii Tridentini Decretorum interprete, atque cuſtode? 273

QU. XXIV.

Nihil ne ais de Congregatione particulari nonnullorum Romanæ Curiæ Prælatorum Congregationi Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum adjecta? 276

QU.

QU. XXV.

Aliquid audire ex te aveo de Congregatione, quæ Regularium negotiis præeſt. 281

QU. XXVI.

Nihilne nobis eorum promis, quæ pertinent ad Congregationem Immunitatis? 283

QU. XXVII.

Quid de Sacra Rituum Congregatione ordinaria? 303

QU. XXVIII.

Quid de Sacra Rituum Congregatione extraordinaria? 308

QU. XXIX.

Quid habes de Reliquiis Sanctorum? 323

QU. XXX.

Quid de Sacris Imaginibus? 329

QU. XXXI.

Quid affers de Congregatione Fidei propagandæ? 334

QU. XXXII.

Quid recenſes de Congregatione Fabricæ Baſilicæ Vaticanæ? 340

QU. XXXIII.

Ecquid affers de Congregatione Indulgentiarum? 355

QU. XXXIV.

Quænam ſententia de Congregationibus Conſultæ, Boni Regiminis, Aquarum, Fontium, Viarum, Confinium, Annonæ, & de pleriſque aliis quæ ad regimen temporale Status Eccleſiaſtici ſpectant? 363

QU. XXXV.

De Camerario Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Quænam Appellationes ad Summum Pontificem poſſunt interponi? 370

QU. XXXVI.

De Romanæ Eccleſiæ Cancellaria. 379
Quamnam ſententiam præ te fers de Annatis &c.? ibid.

QU. XXXVII.

De Dataria Apoſtolica. 396
Quænam tibi ſententia ſedet de Apoſtolicis Beneficiorum Reſervationibus? ibid.

QU. XXXVIII.

De S. Pœnitentiaria quid mihi narras? 400

QU. XXXIX.

Quid ais de Apoſtolicis graviorum criminum Reſervationibus? 406

QU. XL.

De Rota Romana. 410
Qua argumentorum vi Juriſdictionem Eccleſiaſticam tueris? ibid.

Digitized by Google

QU. XLI.

Nunc aliquid addas mihi velim de Sedis Apoſtolicæ Legationibus. 417

QU. XLII.

De Conclavi. 428

Quid præcipis de Electione Summi Pontificis? ibid.

ER.

ERRATA			CORRIGE.
Pag. 30. lin.	6.	non ceſſat	conceſſat
53.	28.	Rhemenſis. Sed	Rhemenſis, ſed
166.	5.	in ſacramentalis abſolutionis, quæ ope foro	ope ſacramentalis abſolutionis, quæ in foro
175.	20.	ſuperioribus	ſequioribus
255.	7.	facere	fecere

Digitized by Google

Digitized by Google